ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

ՀԱՅՈՑ ՍՈՒՐԲ ԵԿԵՂԵՑՒՈՅՆ,

Ընդ մեծի սբ Եկեղեցւոյն Հռոմայ.

CONCILIATIONIS

ECCLESIÆ ARMENÆ CUM ROMANA

SECUNDA PARS CONTROVERSIALIS.

ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

ՀԱՅՈՑ ՍՈՒՐԲ ԵԿԵՂԵՑՒՈՅՆ,
Ընդ մեծի սբ̄ եկեղեցւոյն Հռովմայ.
Համառօտեալ 'ի յերկուս հատորս. 'ի պատմական և 'ի վիճաբանական.
'Ի հարցէ Թէատինոսաց Կղեմէս վարդապետէ
ԵՐԿՐՈՐԴ ՀԱՏՈՐՆ.
ՄԱՍՆ ԱՌԱՋԻՆ

CONCILIATIONIS
ECCLESIÆ ARMENÆ CUM ROMANA

EX IPSIS ARMENORUM PATRUM ET DOCTORUM TESTIMONIIS,
In duas Partes, Historialem, & Controversialem divisæ,

PARS ALTERA.

AUCTORE

CLEMENTE GALANO
SURRENTINO
CLERICO REGULARI THEOLOGO
Et S. Sedis Apostolicæ ad Armenos Missionario.

TOMUS PRIMUS.

ROMÆ

Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Anno MDCLVIII.

Superiorum permissu.

KE4
G14
(v.2, pt.1)
122375

SANCTISSIMO PATRI

ALEXANDRO SEPTIMO

PONT. MAX.

Clemens Galanus Cler. Regul. fælicitatem perpetuam.

HUMANI Generis Reparator, BEATISSIME PATER, ut Apoſtolos ad ipſum ſectandum, & Evangelium gentibus prædicandum alliceret; eorum prædicationem a piſcatu, quam illi artem profitebantur, haud abſimilem fore, ſignificavit, dicens: *Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum*. Quin etiam, ut oſtenderet, cujuſnam generis eſſe deberent Apoſtolicæ piſcationis inſtrumenta, juſſit eos venari piſces bifariam; & eſcario, hamatilique piſcatu, cum Petro dixit: *Vade ad mare, & mitte hamum*; in quod Origenes: *Piſcis*, inquit, *hamo captus a Petro, indicat hominem correctum, atque ſalvatum ab illo, qui eum docuit veritatem, ut pro ſtatere imaginem Dei habeat*: & piſcatu præterea retiario, cum reliquis ait: *Laxate retia veſtra in capturam*: de quibus retibus inquit Ambroſius; *Quæ ſunt autem, quæ laxari jubentur retia, niſi verborum complexiones, & quaſi quidam orationis ſinus, & diſputationum receſſus, qui eos, quos ceperint, non ammittant?* Ut plane per utraque juſſa Salvator, Præceptorque noſter innueret, Evangelicos Prædicatores, atque iſtius maxime Apoſtolicæ S. Sedis Miſſionarios, qui *Apoſtolorum*, ut ait Cyrillus, *labores ſequuntur*, ita debere prorſus in Gentium, ad quas allegan-

Orig. & ſimiliter Hilarius, in Matt. 17. apud D. Thom. in Catena Patrũ.

Ambr. lib. 4. in Lucæ c. 5.

Cyrillus in Caten. aur.

gantur, conversione munus suum insistere, atque urgere; ut ad eas intra Navim Ecclesiæ perducendas non escario solum piscatu incumbant, suasoriis videlicet concionibus, ac doctrinis ore familiariter explicatis; verum etiam studeant librorum, & commentariorum usquequaque expandere, ac laxare retia, quibus perpetuo, commodiusque valeant & semel jam captos retinere, & devios alios, errorum tenebris hallucinatos, quantumvis longe dissiti, aut oscitantes, pertinacesve sint, disceptationum finibus, rationum funiculis, argumentorum nexibus capere, trahere, cogereque ad veritatis confessionem. Jam vero BEATISSIME PATER, satis ego hactenus Armeniaci Maris littoralibus insidens petris, hamatam lineam pro mea virium exilitate arundine moderatus sum: jam satis etiam alii ante me gurgite in eodem hamigeri Apostolicæ Sedis Operarii piscati sunt plurimi, ac peritissimi, quorum cum nemine ipse sum neque auctoritate, neque virtute, neque ingenio comparandus: & captis, salvatisque e cœnosis, ac profundis iis errorum latebris, quotquot eo capi poterant instrumento; pro reliquis hæc me retia texuisse, tantum quidem visum est esse pretium operæ, quanti pretii ducendum videbatur officium, præter quod unum, aliud in nostro munere nullum ad spem salutis Armeniorum lucrandæ reliquum nobis ostendebatur. Nec sane mirum: quippe in eosdem Armenios prodigiosis mendaciis, imposturisque decipiendos, atque a vera fide, sanctæque Matris Ecclesiæ gremio abducendos, seductores Magistri quidam, nescio qui, monstrosæ certe, ac diversis errorum maculis variatæ ejusdem æquoris belluæ, ita certatim, totisque viribus incubuere; quasi hoc unum in album oculos collimare, in istam scilicet Romanam S. Sedem, & Ecclesiam, ejusque purissimam, atque intemeratam fidem arietare, ac ipsum Latinorum Nomen apud populum detestabile, atque ignominiosum reddere, nihil præterea deberent. Quare *de arena*, ut loquitur Irenæus, *resticulas nectere adfectantes, ac fide digna dictis suis aptare conantes vel parabolas Dominicas, vel dictiones Propheticas, vel sermones Apostolicos, ut ipsorum figmentum non sine teste esse videatur*, tenuissima quædam Opusculorum, ac Tractatuum, librorumque reticula texuerunt, *ut in captivitatem ducant a veritate, qui non firmam fidem conservant*. Quæ profecto nebulosæ nebulonum araneæ, etsi levissima figmenta sunt, adeo tamen improvidas, incautasque hominum mentes occuparunt, ut hæ propterea in Orthodoxæ fidei lumen aciem intendere longo jam ex tempore nequeant, *perpetuaque*, ut cecinit ille, *trahant inopem sub nocte senectam*. Quapropter illas diffingere, ac per alia tandem solida, & clara retia undequaque destruere, necessarium plane erat, & hortatus est Augustinus, dum: *Scripta*, inquit, *salubria, quibus hæreticorum perversitas insana destruitur, cum magis magisque innotuerit, & a Catholicis, vel Antistitibus, vel quibusque studiosis, zelo*

[Margin: Iren. adver. hæres. lib. 1. cap. 1.]

[Margin: Ovid. Met. 5.]

[Margin: August. contra mendacium, ad Cosent. cap. 6.]

Dei

Dei plenis, *fuerint usquequaque diffusa*, *hae erunt retia*, *quibus capiantur*. Cæterum, *ne forte zizania colligens*, *eradicarem simul cum eis & triticum*; neve, ut ad rem aptius dicam, ex omni genere Piscium, quos congregaverit mea sagena, malos me foras mittente, foras enim boni, qui vasa essent eligendi, diffugerent; illud mihi maxime studio, curæque fuit in hoc Opere, B. P. (quod eo quidem TUÆ gratius SANCTITATI futurum speravi, quo major in Te est, ac summa plane, clementiæ cum severitate conjunctio, & quasi temperies) ut Armeniæ Seductorum hæreses refellendo, animum ne læderem Nationis; sed perduellibus aliis interemptis, servarem Tibi puerum Absalom. Magis enim ad jacturam faceret, quam ad lucrum, super tecta Pavos habere, qui, dum araneos tollunt, eorumque nidos, & textilia demoliuntur, tegulas quoque submovent, & confringunt. Laxantur hæc itaque disputationum retia; PATER SANCTISSIME; in cujusnam autem verbo, non diu, nec ambigui lance consilii suspendenda deliberatio fuit. TUÆ utique SANCTITATIS nomine, atque auctoritate erat munienda laxatio, qui Jesu Christi Domini Nostri & vicem in Terris jam geris, & personam jamdiu indutus, ad ejus omnino prototypum semper Teipsum, moresque Tuos instituisti; quique in Ecclesiæ Navi gubernanda illius Piscatoris fidem, & Cathedram tenes, cui, *etsi aliis*, ut notavit Ambrosius, *imperatur*, *ut laxent retia sua*, *soli tamen dicitur*: *Duc in altum*, *hoc est*, *in profundum disputationum*. Tuum scilicet hoc munus est, mentes nostras in profundis divinorum arcanorum mysteriis dirigere: Tuo judicio sacrorum dogmatum est reservata probatio: Tibi uni, Apostolicæ Classis Præfecto, hic ducatus committitur; quem sane ut ex toto, acerrimeque statim obires, simul atque indicibili Universalis Ecclesiæ plausu, ac lætitia Summus Pontifex fuisti renunciatus, continuo in reliqua totius Orbis Christiani mole curanda operosissimum, & sumptuosum fuisse Te, nihil obstitit, quominus etiam ad bella Domini fortiter adversus Inferorum portas, atque hostes Ecclesiæ visibiles, & invisibiles instauranda, æraria munificentior aperies, ipsamque Evangelicorum virorum Classem novo milite roborari, & pro hujuscemodi librorum impressione, exterarum linguarum Typographium, antea clausum, iterum reserari, juberes. Jure ergo, ac merito lucubrationes has, in quibus perdius ipse, pernoxque, atque interdum per totam etiam noctem laboravi, ut Tuæ nunc Benedictionis verbo in capturam auspicato laxentur, & copiosam concludant, Tuosque ad pedes beatissimos adferant piscium multitudinem, in altum abs Te duci, suscipique, cupimus, ac suppliciter efflagitamus, in Montium scilicet Gentilitii tui Altitudinem, unde sibi veniat Tuæ protectionis auxilium; ubi, ut admittantur, examinventur, probentur, sibi propitia, summa sunt omnia, & suavitas

Ambr. lib. 4. in Luc. c. 5.

vitas

vitas comitatis, & judicii æquitas, & ingenii perspicacitas, & consummata divini, humanique Juris intelligentia, & supremæ privilegium Majestatis, ubi denique una cum Musis sacris sacratissimæ omnes simul conspirant, chorosque ducunt Virtutes. Accipe Parens Optime ALEXANDER sereno, hilarique vultu, quod amanter, ac studiose offertur, perexiguum licet, & TUÆ impar SANCTITATI munusculum, sufficiens tamen grati erga Te animi mei, meæque Congregationis, quam benevole semper complecti dignatus es, argumentum; cum etiam *Deus*, prædicat Augustinus, *non quid detur*, *sed quo animo detur*, *attendat*. Faxit interim ipse Deus, ut *Civitas ejus* Militans, sicut jam Tuis *in Montibus sanctis*, divini Spiritus aura vernantibus, ceu firmissimam supra fidei petram, *fundata*, cœpit undique spiritu revirescere, ac reflorescere, suique Ducis ad exemplum tota componi, frugemque ad meliorem evadere; ita pariter; iisdem *suscipientibus Montibus pacem populo* Christiano, atque a mutuis bellorum conflictibus ad concordiæ, & amicitiæ fœdus Orthodoxis Regibus revocatis, obversisque eorum in hostes fidei armis, incipiat & corpore domestica tandem frui tranquillitate, viderique omnifariam, nobis quidem *pulchra ut Luna*, *electa ut Sol*; adversariis vero *terribilis ut Castrorum acies ordinata*: quo Tu valeas Pater amantissimus in pace Filiorum, in quiete Civium, in Catholicæ Religionis incremento, Ecclesiæ tuæ bono fœlicius diu vivere, ac beatius perennare. Quæ quidem Fidelium omnium vota, ut brevi affatim impleantur, *fiatque pax* ista *in virtute tua*, una mecum addictissima Tibi nostra Sodalitas jugiter, & ex animo Omnipotentem precatur. Romæ.

Aug. lib. 2. de Civit. Dei, cap. 27.

AUCTOR LECTORI.

CUM Armenicæ Conciliationis pars hæc altera, quæ Controversialis est, in vulgus jam proferatur: nonnullarum ejus causarum a me rationem exponendam, atque probandam esse, non sine causa fortasse, ac ratione existimaveris, humanissime Lector. Primum enim de Fine, quo referuntur, & cujus gratia facienda sunt omnia, injici scrupulus poterit, ac dubitatio: siquidem exploratissimum est, Christiana in Ecclesia quamplures numerari libros, in quibus hæreses omnes ita scienter, periteque tractantur, ac refelluntur; ut nulla denuo de Armenis erroribus seorsim disserendi, disceptandique necessitas apparere, nec ulla novi emolumenti ab ista disceptatione percipiendi spes concipi posse, videatur. Deinde de Auctore; quippe, cum hoc scribendi genus viros deposcat doctrina, mentisque viribus præcellentes, ratio etiam suggerenda est, quamobrem mihi talis data fuerit provincia, qui propter tenuitatem, tarditatemque ingenii, doctor nullius æris, aut summum ultimæ notæ censeri debeo. Postremo de Materia: nam status Armenæ religionis nondum Latinis potuit, immo ne Græcis quidem, tantum innotescere; ut quid in illa coarguendum jure sit, quidve probandum, in dubium, incertumque revocari non queat. Multos errores tum Græci, tum Latini Scriptores Armenis attribuunt, quorum hi expertes omnino sunt: reliquos etiam adeo inexplorate, summatimque retulerunt; ut, ubi eorum sita vis sit, quibus nitatur fundamentis, qualibus denique argumentis, rationibusque ab Armenis quibusdam Doctoribus adstruatur, & confirmetur, hactenus ignoratum sit. Cujus rei culpa, ut reor, in illud potissime conferenda est, quod ob maximam idiomatis Armeni arduitatem (ad quam superandam vix tandem apta præcepta, in Grammatica hujus linguæ Institutione a me ipso tradita, visa sunt) nunquam eadem religio ex propriis libris, uti ad rei veritatem assequendam par erat, ab exteris Nationibus explorata fuit: quare factum est, ut, quicquid auribus hinc inde captatum de illa evulgaverunt

verunt Scriptores, partim falsè, partim indiserte, jejuneque traditum habeamus. Quod si ad morbum depellendum, ubi morbi vis vel non extat, vel ignoratur, inanis, atque adeo periculosa adhiberetur curatio; eo certe magis in Armeniorum hæresibus eliminandis, conciliandisque nobiscum eorum animis, supervacaneum, quin etiam noxium hoc esset Opus; quo acerbius irritarentur hi, si falsum in eos crimen objiceret; perversius triumpharent, si crimen certum, explicate tamen non cognitum, importunarum rationum antidotis emendaret. Et quidem profecto quam quis inaniter in Armenios niteretur, sed ad aliquos evincendos errores, quibus eos teneri volunt Scriptores, incumberet? Asserunt Armenii, scribunt isti, Deum Verbum naturam mutationi obnoxiam habere; carnem anima carentem assumpsisse, ac transitum tantum fecisse per Virginem. Asserunt, Deum esse mendacem; nullum Sacramentum conferre gratiam; nullum in nuptiis contrahendis Sacramentum fieri; nuptias quoque ipsas esse illicitas; verum Christi corpus, & sanguinem in Eucharistia sub panis, & vini speciebus non contineri; idem Eucharistiæ Sacramentum nihil prodesse, nec etiam obesse suscipientibus; idem non posse in azymis confici, sed solum in fermentato; *&c. quod referunt, nec scientes, Armenos non in fermentato, sed in azymo Sacra facere. Quæ quidem relationes, sicut aliæ, quas reticeo, remotissime ab omni etiam veritatis specie sunt, ac videbuntur iis, qui Armenos, non dico noverint, sed vix a limine salutaverint. Complura similis generis, nisi prolixitudine fastidium gigneretur, proferrem ex libello, qui Benedicto XII. Rom. Pontifici fuit olim exhibitus; ubi relatoribus licuit de Gente Armena centum, eoque amplius, errorum capitula ponere: quo planius intelligeretur, ipsos, ut catalogum illum adaugerent, in singulorum etiam Armenorum deliriis quæritandis studium posuisse: perinde quasi, quicquid fatuus, aut impius quis Armenius contra fidem Catholicam aut somniaverit unquam, aut temere effutierit, in hæresum Armenarum numerum esse referendum.*

a. Nicephorus lib. 18. cap. 53. b. Guid. Carmelita lib. de hæres. verbo Armen. Prateolus lib. 1. n. 67. Thomas a Jesu de Conver. Gent. lib. 7. cap. 17. & alii.

Rainal. Annal. Eccles. an. 1341.

Nihilo tamen minus, cur ego id fuerim aggressus, in quod Latinus alius nullus ab allatas fortasse rationes ingredi voluit, nequaquam mirabere, AMICE LECTOR, *si easdem rationes, & singulas rei causas diligentius tecum ipse perpenderis. Mihi quidem, meisque Superioribus edito hujus Operis, ad Armenios in pristinam nobiscum concordiam, consensionemque restituendos, adeo necessaria visa est; ut propterea communi sententia judicatum sit, omne aliud meæ Missionis munus pro uno hoc intermitti a me, obsequium fore Deo gratissimum, etiamsi & in me genuina quædam ad alia ejusdem Missionis munera obeunda propensio, & in illis fructus non contemnendus observaretur. Enimvero quid magis Armenis hominibus necessarium, quid utilius esse queat; quam ut, quod ipsorum saluti jamdiu, & apprime de-*

side-

ſiderari videbatur, nimirum ut ſuo proprio idiomate Orthodoxæ fidei dogmata clarius, ac diſtinctius eis explanarentur; & quicquid virulenti adverſus illam in eorum libros ingeſtum a Seductoribus fuerat, ex ipſorummet principiis, Patribus, atque Conciliis diſſolveretur, deſtrueretur que (quod certe ab Auctoribus, Armenæ linguæ ignaris, quantumvis licet in errorum omnium refutationibus excellerent fieri omnino non poterat), id commodum tandem, opportuneque exhibeatur? Mihi vero, quanquam in hoc maxime genere inconcinno, inconditoque, & non alteri ſapientiori, hoc fuit onus impoſitum, ut medicus adhiberetur, qui in horum tractandis ulceribus periculo potius, & uſu fuiſſet exercitus, quam viribus ingenii, ſapientiaque valeret: ut ſcilicet, qui cum his hominibus diu verſatus fueram in Oriente, atque in ſuis lectitandis Codicibus multum operæ, laboriſque conſumpſeram, eas nunc lucubrationes ipſorum poteſtati propagarem, quas ſuis in Scholis & Romæ, & alibi, ſi minus pro rei dignitate, pro eo certe quantum potui, explicaveram. Hinc nemini dubium eſſe poteſt, quin certam tractemus materiam, feriamuſque contiguis ictibus proprios adverſariorum errores, errorumque vires, principia omnia, ac fundamenta: quippe qui non exterorum relationibus nitimur, neque teſtis loco libros accipimus alienos; ſed propria ipſorum verba, ex Armenis Codicibus eruta, aciem nobis oſtendunt, ac viritim, adverſaque fronte cum unoquoque illorum noſtras conſerimus manus. Cæterum, ut Opus hoc alacrius ab Armenis, ſtudioſiuſque acciperetur, in eo novum diſceptandi genus moliti, quæſtiones de ſingulis eorum erroribus ſimiliter propoſuimus, ac ſi ipſi inter ſe concertarent, nos vero præcipuæ, ſanioriſque partis patroni tantum eſſemus, ac defenſores: nimirum in ſingulis Quæſtionibus (extra primam primi Tractatus, quæ pro veteri eorum Eccleſia apologetica eſt) primum Armenorum Pſeudomagiſtrorum falſa opinio, prout ſua Scripta & Conciliabula efferunt, vocatur in medium: deinde Orthodoxa Armenorum Patrum, atque Conciliorum, ſuæque ipſorum Eccleſiæ, juxta id, quod ſæpe canit, & religioſa ejus volumina continent, prædicatur: tum ad hanc confirmandam ſacræ Scripturæ, rationes, univerſalis Eccleſiæ traditiones, & Concilia, eorum denique Patrum vel Græcorum, vel Latinorum, quos ipſi recipiunt, teſtimonia ſubjiciuntur: poſtremo adverſariorum diluuntur objectus. Quæ cum ita fiant, non video, quis eis de nobis, ſuorum Patrum ſententiæ adſtipulantibus, locus querimoniæ relinquatur: eo etiam magis, quod, quantum hic citra Catholicæ fidei detrimentum, honeſteque poſſum, Eccleſiæ, Nationiſque ſuæ vindicent ſtudioſum, ac laudatorem me præbeo; ut vel ſic ſcilicet noſcant, me, ſi in ipſorum Pſeudomagiſtros oppugnationis quidpiam intuli, id quidem non ultro, quaſi odio percitum, aut contendendi, vincendique ſtudio, ſed vere fidei zelo, eorumque ſalutis deſiderio impulſum feciſſe. Tua interim, quæſo Lector, humanitas, quicquid in hoc libro male factum,

aut minus concinne dictum, visum tibi fuerit, boni consulas, & excuses: illud in mente habens, ab inculto, & errabundo Missionario editum, quod esset potissimum Armeni Lectoris judicio satis facturum. Vale.

Patris

PAtris D. Clementis Galani Conciliationis Armenæ Ecclesiæ cum Romana Primum Tomum Secundæ Partis, Adm. R. P. D. Francisci Carafæ, nostræ Congregationis Præpositi Generalis, jussu perlegi. Qui cum nihil Fidei repugnans, aut bonis moribus contrarium contineat, immo calami elegantia qua nitet, omnimoda eruditione, qua pollet, argumentorum argutia qua excellit, Opus qualibet ex parte perfectum, absolutumque mihi videatur; & ad fidem Catholicam inter Armenios propagandam quammaxime necessarium: ideo dignum censeo, qui typis mandetur. Romæ, die 24. Januarii 1656.

D. Joannis Baptista Arata C. R. S. T. P. & sacræ Congregationis Indicis Consultor.

PRimum Tomum Partis Secundæ Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana, a P. D. Clemente Galano, nostræ Congregationis Theologo, elaboratum, sedulo perlegi jussu A. R. P. D. Francisci Carafæ, nostri Præpositi Generalis: & a fœlicitate, qua ex historia Controversias componit; a judicio, quo per auctoritates roborat rationes; a methodo, qua materias omnes enodat; a subtilitate, qua veritatem propugnat; a claritate, qua magnas explicat difficultates; typis adjudico, in Ecclesiæ Romanæ augumentum; ut Armena dulci cum illa uniatur vinculo; & Author Oves, ad quas olim a Sacra Congregatione de Propaganda Fide missus fuerat, gaudens ad proprium perducat Ovile. Datum Romæ in Ædibus S. Andreæ de Valle, Kal. Maji 1656.

D. Thomas Spinula, Clericus Regularis, sacræ Theologiæ Professor.

D. FRANCISCUS CARAFA

Præpositus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

OPus inscriptum, Conciliationis Ecclesiæ Armenæ cum Romana Secunda Pars Controversialis, a P. D. Clemente Galano, nostræ Congregationis Theologo, compositum, & juxta præfixam assertionem Patrum Theologorum, quibus id commisimus, approbatum, quod ad nos spectat, ut typis mandetur, facultatem concedimus. Datum Romæ in nostra Quirinali S. Silvestri Domo, die 17. Junii 1656.

D. Franciscus Carafa Præp. Gen. Congreg. Cler. Reg.

D. Joseph Maria Arrigonius, Secretarius.

Im-

Imprimatur, si videbitur Reverendiss P. Magistro Sacri Palatii Apostolici.

M. A. Oddus Episcopus Hierapolitanus Vicesgerens.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus, Ordinis Prædicatorum, Sacri Palatii Apostolici Magister.

ՀԱՄԱՌՕՏ ՀԱՇՈՒԵՑՈՒՑՄՆ

Հայրապետացն հայրապետաց և վարդապետաց Հայոց. որք ի մէջ գրոցս յիշատակին. Թէ չարափառք զորս յանդիմանեմք.
Թէ ուղղափառք զորս գովաբանեմք.

CATALOGUS

Celebriorum Præsulum, ac Doctorum Armenici Populi, *Magistri* nuncupatorum: quorum scripta, verba, facinora, in hac Controversiali Parte vel refutantur, vel in testimonium veræ Fidei adducuntur.

ՉԱՐԱՓԱՌ ՀԱՅՔ

Եւ վրդովողք են այսոքիկ.

Ներսէս աշտարակեցի կաթողիկոս. Սա սկիզբն արար բաժանման, որ ի մէջ Հայոց և կաթուղիկէ եկեղեցւոյ այլոց քրիստոնէից.

Չարաժողովն դվնայ. Յորում մերժեցին զժողովն քաղկեդոնի և ընկալան զդիոսկորոս ընդ համախոհս նորին. դաւանելով ի քն մի բնութիւն մարմնոյ և ածութե. և երգելով ի մէջ երեքսրբեանն զոր խաչեցար վս մեր.

Յոհան մայրագոմեցի. Սա հակառակ եկեղեցւոյ ուղղափառ հաւատոյն Հայոց. ուսուցանէր, թէ քն էր անմեղական մահու և անչարչարելի. և թէ բանքն այսոքիկ. Սկսաւ տրտմել և հոգալ, և այլն. Եւ հոսէին ի նմանէ քրտունք իբրև զկայլակս արեան. և այլայսպիսիք. վերաբերեալ էին աւետարանին ի հերձուածողաց.

Անանիա շիրակացի. Կամէր և անդէր Զանայր սերմանել ի մէջ Հայոց զչար սերմն աղանդոց միաբնակաց.

և

ARMENIORUM PSEUDOMAGISTRI

Qui Fidem Catholicam oppugnarunt.

Nierses Ascdarachensis, Patriarcha. Fuit primus Armeni schismatis auctor a partu Virginis initio quinti seculi.

Conciliabulum Thevienſe. Reprobato Chalcedonensi Synodo, ac suscepto Dioscoro, naturam unam ex duabus factam in Christo definivit; Trisagioque superaddidit Theopascitarum appendicem, *qui crucifixus es pro nobis*.

Joannes Maracumensis. Christum omnino impassibilem, & immortalem fuisse, docuit; verbaque illa: *Cœpit pavere, & tædere*, &c. *factus est sudor ejus*, &c. ac similia, fuisse a Saturnino sacris Evangeliis superaddita.

Ananias Scirachensis. Acephalorum hæreses in Armenia propagare, & ab Ecclesia Catholica gentem suam avertere, verbis, scriptisque conatus est.

Sergius. In Armenum idioma convertit Juliani Alicarnassæi libros, qui

in

in sanctam Synodum Chalcedonensem calumnias continebant pene innumeras.

Joannes Ozniensis, Patriarcha. Multos sancivit, retulitque in codicem pro Monophysitarum erroribus confirmandis anathematismos; suamque in Ecclesiam ritus erroneos intulit, & abusus extra modum prodigiosos; schisma denique jamdiu ab Armenis ablatum, instauravit.

Conciliabulum Manaschiertense. Decrevit, unam itidem esse in Christo voluntatem, & operationem; fœdusque societatis perpetuum Armeniis ineundum cum Syris Monothelitis; ac vino sacri Calicis aquam in posterum miscendam non esse, ne duplex in Christo natura significaretur.

Stephanus Siuniensis, Episcopus. Duas Christi naturas, & Concilium Chalcedonense, duplici libro, & prolixa quadam ad Germanum Constantinopolis Patriarcham epistola confutavit: scripsit præterea de incorruptibilitate corporis Christi ante passionem, & aqua non miscenda vino in sacris Mysteriis.

Michael Syrus. Auctor fuit Armenorum Annalium, putidissimique Voluminis, in quo hominum lymphaticorum, & ignoti nominis Eremitarum visiones, & effata in septuaginta testimonia contra sanctam Synodum Chalcedonensem congeruntur. Opus utrumque in Armenum sermonem translatum fuit.

Paulus Daronensis. Apologiæ librum pro Monophysitis confecit adversus epistolam Theopisti, Græci Theologi, & Chalcedonensis Concilii professoris.

Mekhitarius Schieverrensis. Librum edi-

և հեռացուցանել զազգն իւր 'ի կաթուղիկէ եկեղեցւոյն .

Սարգիս Թարգմանեաց զգիրքն այլածոյն յուլիանոսի աղիկառնացւոյ . որ նզովանօք զանհամար սուտ զրպարտութեանս ընդդէմ քաղկեդոնի սբ ժողովոյն .

Յովհան Օձնեցի կթղկս . Օրինադրէլ միաբնութիւն 'ի մէջ հայոց և կաթուղիկէ եկեղեցւոյն . մերժեալ քանեաց և ոչնչացոյց . և մուծեալ յիւր եկեղեցին զաւելեալս նորաձև սովորութիւնս . գրեաց նզովմունս յոլովս ընդդէմ ուղղափառ խոստովանողաց .

Չարաժողովն մանազկերտոյն . Յորում հաստատեցին հաւատալ և զմի կամս և զմի ներգործութիւն 'ի Քն . և յայնմ հետէ ոչ արկանել ջուր 'ի գինին սբ բաժակին . զի մի նշանակեսցին 'ի Քն երկու բնութիւնք . և կանոնին համաձայնեցին զմիաբանութիւն 'ի մէջ հայոց և ասորւոց .

Ստեփանոս սիւնեցի . Սա շարադրեաց զգիրքս և զձեռնարկս հ . Ճառ ութիւն ընդդէմ քաղկեդոնի սբ ժողովոյն և երկուց բնութեանցն Քի . նաև ընդդէմ թղթոյ սրբոյն գերմանոսի առ հայս պատասխանի գրեաց լի մոլորութեամբք . որով դնէ 'ի մէջ բնութեանցն Քի չփոթութիւն և խառնակութիւն . այլ և անապականեաց . թէ ոչ էր պարտ խառնել ջուր ընդ գինւոյն 'ի սբ խորհուրդն և թէ մարմինն Քի էր անապական .

Միխայէլ ասորի . Սա շարակարգեաց զժամանակագիրքն հայոց . յորում պէսպէս շարախօսի ընդդէմ ուղղափառաց . և գրեալ է հակառակ ժողովոյն քաղկեդոնի . Հ . առասպելական տեսլեամբ 'ի դիւահար երեմանց կատաղաշա թափառոց և լկտի կանանց և անյայտ անուն

անս

անապականութեանց .

Պօղոս տարօնացի . Քաղաքական եղել մեծաքանակ հերձուածողաց արքար զմոլորականն գերջն եւս ընդդէմ Թղթոյն Թէոփիստոսեայ . յուսոյց զի_ լիսոսիայն .

Մխիթար սկեւռացի . Զգիրս գրեաց հակառակ զլխաւորութեան սրբոյ առաքելոյն պետրոսի եւ յաջորդաց նորին հռոմեայ հայրապետաց . նաեւ ուսոյց . թէ հոգիք մարդկան ՚ի ծնողաց առաջադրին .

Վարդան . Զերկու գիրս շարադրեաց . մի . զխրատս առ հայս . եւ զպատասխանի Թղթոյն պապին առ հեթում թագաւոր . եւ ՚ի յերկոսին ուսուցանէ զառհամար մոլորութիւն . յորս դիմանէ զառաջնութեան եկեղեցւոյն հռոմայ , եւ զգլխաւորութեան նորին . Ուրանայ զքաւարանն հոգւոց . եւ զփառս սրբոց . կամ զպատիժս ամբարշտաց յառաջ քան զվերջին դատաստանն . եւ զբղխումն հոգւոյն սրբոյ ՚ի հօրէ եւ յորդւոյ . Մերժէ զխառնելն ջրոյ ՚ի սբ̃ խորհուրդն . Ուսուցանէ զմոլորութիւն միաբնակաց , եւ անապականաց զմարմինն քի̃ աստուծոյ . Ասէ , թէ ամ̃ հոգիք մարդկան ստեղծեալ եղեն յայ̃ ՚ի միասին ՚ի սկզբանէ արարածոց եւ արտաքոյ մարմնոյ իւրեանց . Եւ յիսուս ն̃է խոնարհեալ դժոխս եհան զդժոխս , եւ ոչնչացոյց զդժոխս հանաւ զամ̃ հոգիս ամբարշտաց զար_ հուրելին .

Խոշինկ վանական . ՚Ի գիրս հարցմանց . ուր ճառէ յաղագս հոգւոց կայանաց . զդժոխս ՚ի միջոյ բառնայ . եւ զկայանս հոգւոց մեղաւորաց կացուցանէ ՚ի յօդս .

Յոհաննէս որոտնեցի . Թէպէտ եւ ինքն բազմազան հերձուածողութեամբ աղտեղեալ լինէր . սակայն ըղ գիրս ինչ գրեաց յաղագս հերձուածողութեց , յորում երբեմն սուտ բանիւք

edidit contra Divi Petri, & Pontificis Romani primatum; docuitque animas hominum per traducem propagari.

Vartanus. Duo scripsit Opuscula: alterum, cujus titulus, *Monita ad Armenios*; alterum, *Refutatio epistolæ Rom. Pontificis, ad Haytonem Armeniæ Regem*: in quibus Romanæ Ecclesiæ Principatum, dogmata, & ritus oppugnat; aquæ commixtionem a sacro Calice rejicit, & improbat Purgatorium, & gloriam Sanctorum, ac pœnas impiorum ante diem Judicii, & processionem Spiritus sancti a Patre, & Filio; Monophysitarum etiam, & Aphthatodocitarum hæreses obstinate defendit. Docuit præterea, omnes humanas animas simul a principio conditas esse; & Christum, ad Inferos descendentem, damnatorum etiam animas liberasse, ipsumque Inferni locum destruxisse. De Ecclesiæ denique Sacramentis errores protulit in omni memoria inauditos.

Chuoscich Vanacanus. In Tractatu *De Locis animarum* tollit Infernum, pro quo substituit aeream regionem, ubi animas impiorum collocat, & mediocriter justas.

Joannes Orodniensis. Cum prædictarum hæresum sordibus ipse quam maxime inficeretur, de hæresibus tamen Tractatum composuit, in quo Latinam Ecclesiam sæpe erroris arguens, modo salutares ejus doctrinas in hæresum numerum refert, modo aliorum errores per calumniam ipsi attribuit.

Gregorius Dattievensis. Operum istius indicem texere, longum esset, cum ad viginti amplius, ut ferunt, Volu-

նիւք

illumina protendatur. In eorum plerisque Latinos procaciter carpere, & pro supra scriptis erroribus confirmandis novos alios fabricare, identidem deprehenditur. Ex omnibus *Liber Interrogationum*, ubi Theologicam institutionem tractare nititur, fœdissimus est, & errorum fœce refertus.

Gregorius Cæsariens Episcopus. Ut Moysen, Armeniæ Patriarcham, a proposito conficiendæ cum Romana Ecclesia unionis averteret, prægrandem, ac verbosam ad illum scripsit epistolam; qua in Chalcedonense Concilium, ejusque professores, efferata invehitur immanitate.

Simon Ciulfaensis. Hominem hunc, quem vita nuper excessisse, nunciatum est, ego in Thracia bene novi & pertinacem hæreticum, &, cum esset fama sapientiæ celeber, perniciabilem seductorem; cujus falsæ doctrinæ, quantulumcunque potui, obsistere conatus sum. Docebat enim cum Theopascitarum, & Monophysitarum insanias, tum præcipue, Deum a die septimo post Orbem conditum nihil præterea denuo creavisse; sed animas rationales vel a principio una simul a Deo conditas esse, vel successive deinceps a parentibus hominum una cum corporibus propagatas.

նիւք զրպարտէ զազգն Փռանկաց. և երբեմն ՚ի Թիւ մոլորութեանց դնէ զնոցա փոփոխման վարդապետութիւն.

Գրիգոր տաթևացի. Գիրք սորա բազումք են. և ՚ի մէջ նոցա մոլորութիւն յոլով է. քան կարի եւ առաւել զՓռանկս բամբասէ և անպատուէ. և զմի հարցմանցն զնախադասեալ աղանդս, զնոր աղանդս հնարէ և սահմանէ. բայց գիրքն հարցմանց յոյժ խառնակեալ. զԱստուածաբանական ուսմունս գրելով ընդ երեւ աստուածութիւն, առաւել քան զայլսն չարաչար ախտալիրոք.

Գրիգոր կեսարացի. Յոյժ ատելաւոր և չարախօս եղև զուգադաւանաց. Մի՛ յորոյ ՚ի Թուղթն, զոր գրեաց առ Բարեպաշտ Մովսէս կաթողիկոսն, ընդդիմանալ բաղկեդոնի ժողովոյն; և զուգադաւանսն նորա հերձուածօղս. և նշաւակէ զկաթողիկոսն զմի միաբանութեան, զոր առաքէր ընդ մէ եկեղեցւոյն հռովմայ.

Սիմոն Ջուղայեցի. Բինդ մնա մեզ պատմեցաւ եթէ մեռաւ, զոր ես ՚ի Կոստանդնուպօլիս, և գիտէ զնա չի մոլորական կարծելոց. և քան զի ունէր համբաւ իմաստութեան վարդապետ մեծ ժողովրդեան. զբազում աշակերտս մոլորեցուցանէր. Սա ոչ միայն հաստատէր զչար վարդապետութիւն միաբնակաց, միակամաց, և Աստուածչարչարաց. այլ և ասէր. թէ Աստուած ոչ նոր ստեղծանէ յոչընչէ զհոգիս մարդկան. այլ թէ Աստուած հոգիքս, կամ ստեղծեալ էին ՚ի միասին յայս ՚ի սկզբանն արարչութեան մարմնոց իւրեանց. և կամ օր ըստ օրէ արտադրեալ լինին ՚ի ծնողաց ընդ մարմնոց իւրեանց.

ՈՒՂՂԱՓԱՌ ՀԱՅՐՔ

Եւ վարդապետք հայոց, յոլովք եղեն. և մանաւանդ այսոքիկ.

Սուրբն գրիգոր լուսաւորիչ. Սա լուսով սբ հաւատոյն, լուսաւորեաց զաշխարհն հայոց. և եբեր զնա ՚ի միաբանութիւն ընդ առաքելական սբ աթոռոյն հռոմայ. հաստատելով ընդ սբ եղբոյն սեղբեստրոսի պապին զդաշինս միաբանութեան միաբանութեան հայոց և ֆռանկաց. Նաև ՚ի գիրսն հայոց դաւանութեան հաւատոյ սորա. յորում յիշատակին երկու բնութիւնք ՚ի մի անձն քն. Եւ յունաց պատմիչսն մետափրաստես պատմէ զանձնէ ինչ սորա. որով յայտնեցաւ նմա. թէ լինելոց էին ՚ի հայս ոմանք մոլորեցուցիչք հայրապետաց ա՚ի կորուստ բազում անձանց.

Սուրբ արիստակէս. Եմուտ ՚ի նիկիոյ սբ ժողովն. յորում ընդ այլ. յԺ և Ը. սբ հարսն հաստատեաց զուղղափառ հաւատս. յաղթելով զաղանդն արիոսի.

Սուրբ ներսէս. մեծ կոչեցեալ. Սա, ընդ որում հայք առնդեմն, գնաց ՚ի սբ ժողովն կոստանդնուպօլսի. յորում նզովեցան մակեդոն հայհոյիչն հոգւոյն սրբոյ. և ապօղինար, որ զմի բնութիւն ասէր մարմնոյ և աստուածութեան. Սա եւս, մարգարէական հոգւով պատմեաց զհանդերձեալ աւերումն թագաւորութեան հայոց վասն աղանդոյ թուլութեանն ՚ի սբ հաւատոց.

Սուրբ սահակ. Եւ սա շարագրեաց զգիրք ինչ տեսլեանցն իւրոց. յորում նախագուշակեաց զաւերումն թագաւորութեան և քահանայութեան հայոց պատճառաւ մոլորեցուցիչ ոմանց հայրապետաց. Այլ եւս ընկալաւ

զսա

ARMENI PATRES
AC MAGISTRI
Qui Fidem Catholicam propugnarunt.

SAnctus Gregorius, dictus ab Armenis *Illuminator*. Primus illorum Patriarcha fuit: quos & Fidei lumine collustravit, & cum sancto Silvestro Rom. Pont. perpetuæ unionis, & subjectionis fœdere colligavit: extat hujus Sancti de orthodoxa fide, & præcipue de duabus Christi naturis confessio in Armenico *Giarrentir*, necnon de futuro Armeniorum defectu in Christiana religione vaticinium apud Metaphrastem. Metaphrast. apud Surii, tom. 5. die 30. Septem. cap. 27.

Aristarces Patriarcha. Concilio Nicæno I. interfuit, ubi Arrianam hæresim condemnavit.

Niersès, cognomento *Magnus*. Hunc ad I. Constantinopolitanum Concilium, ubi non solum in sancti Spiritus hostem Macedonium, sed etiam in Apollinaristas, unam Deitatis, & carnis naturam in Christo commiscentes, anathema conclamatum fuit, accessisse, vitæque sanctimonia, ac miraculis etiam floruisse, Armena traditio est. Scripsit in facinorosos quosdam Armeniæ Reges Opusculum, ubi suæ gentis excidium ob hæreses futurum, prænunciavit.

Isaac Patriarcha. Et ipse prophetiæ spiritu clarus habitus, in libro suarum revelationum de Sacerdotii, Regnique Armeniorum exitio similes posuit prædictiones: sed & decreta Ephesini I. Concilii, de quibus fuerat à Cyrillo Alexandrino, & Proclo Constantinopolitano Episcopis certior per litteras factus,

Armenis custodienda proposuit.

Joannes Patriarcha. Citantur hujus Scripta pro duabus Christi naturis a Niersese Lampronensi Episcopo in Orat. ad Synodum Tarsensem Armenam.

Moyses Grammaticus. Sacros Bibliorum codices ex Græco, ac Syriaco in Armenum transtulit, ediditque lugubrem illam Orationem, qua Nationem suam ob introductas hæreses deploravit.

David, Philosophus appellatus. Unam Christi personam in duabus naturis subsistere, sermone, quem *de Fide* composuit, perspicue comprobavit. Ideo, qui sub ejus nomine circumfertur, Dialogus cum Opna Græco pro desensione unius naturæ contra Concilium Chalcedonense, apocryphus mihi semper visus est, & hæreticorum commentum.

Magistri, numero unus, & viginti. Constantinopolim, Mauritii Imperatoris jussu accersiti, venerunt, acceperuntque jurati Synodum Chalcedonensem.

Jesdras Patriarcha. Ut Armenicum schisma de medio tolleretur, strenue laboravit, & ope Synodi adjutus obtinuit:

Primum Armeniorum Concilium Generale. Charni apud Majorem Armeniam celebratum est sub Heraclio Cæsare; quod, suscepta Synodo Chalcedonensi, Armenam Ecclesiam cum Catholicis primo conciliavit.

Isaac Patriarcha. Una cum subjectis Episcopis, juniore imperante Justiniano, Byzantium petiit; ubi Fidei vestigia perscrutati, duas Christi naturas, voluntates, & operatio-

զպահպանադրութիւն եկեղեցւոյն մեր ժողովոյն ըստ Թղթոյն զոր գրեցին նմա մերն կիւրեղ աղեքսանդրացին և մերն այլոքն.

Տէր յոհաննէս փիլիսոփայ և հայրապետ. Սորա գիրքն, զոր գրեաց յաղագս երկուց բնութեանցն քի, յիշատակեցաւ ՚ի ներսէս լամբրոնացւոյն ՚ի բանն զոր արար ՚ի մէջ տարսոն ժողովոյն.

Մովսէս քերթող. Թարգմանեաց հայգրով զամենայն գիրս հինն և նոր կտակարանաց. և գրեաց ողբական բանն ՚ի վերայ անկելոյն եկեղեցւոյն հայոց աղանդաւորացն հերձուածողաց և այլոց հոգևորաց.

Դաւիթ փիլիսոփայ. Նա ՚ի հաւատոյ ճառումն յայտնապէս խոստովանէ զերկու բնութիւն ՚ի մի անձն քի. Սխալ որոյ կարծեմ է. Թէ այն սուտանուանութիւն, որ գրեալ եղև ՚ի դէրքն ևանվաց ընդ առնու ամէ այար դաւթի և մոփսեսի ընդդէմ ոպնայ հոռոմայ. հնարեցաւ ՚ի հերձուածողաց. և թէ առասպելաբանութիւնոցա եղև.

Վարդապետք քսան և մի. Սոքա ժողովեցան ՚ի կոստանդնուպօլիս հրամանաւ մօրիկայ կայսեր. և ընկալան զժողովն քաղկեդոնի.

Տէր եզր. Ջանար ժողով ամենայնիւ սրբոց հայոց. և յոյժ աշխատեցաւ մն ուղղութէ եկեղեցւոյն իւրոյ.

Առաջին ընդհանուր ժողովն հայոց. Եղև ՚ի կարնոյ քաղաքի ՚ի ժամանակս հերակլի կայսեր. և ընկալեալ զքաղկեդոնի մէ ժողովն միաբանեաց զեկեղեցին հայոց ընդ այլ ուղղափառս.

Տէր սահակ. Սա հանդերձ եպիսկոպոսօք իւրովք գնաց ՚ի կոստանդնուպօլիս հրամանաւ փոքրին յուստինիանոսի կայսեր. և անդ քննութիւն արարեալ ՚ի վր բանից մէ հաւատոյ.

դաւ

դաւանեցին 'ի քն զերկու բնու_
թիս . զերկու կամս . եւ զերկու ներ
գործութիս .

Հերմոն. տրդատ. ազարիա. եզեկիել.
եւ կիւրակոս . Եղեն աշակերտք չա_
րափառ վրդպետին անանեայ . Բայց
երթէք 'ի միտս յէ.մ.ճշգրտեալ եղեն
անդ զն մոլորութեն վարդապետի_
մինեւ դարձեալք ուղղոյն 'ի հայաս
տանեայ . քարոզեցին անձանցուն
զճշմարտութիւն ուղղափառ հաւա_
տոյ .

Տէր բաբգէն . Սա միաբանեալ ընդ_
սրբոյն գերմանոսի յունաց պատ_
րիարքի . գրեաց առ նա թուղթ եւ
դաւանութեն ճշմարիտ հաւատոյ .
զոր առեալ իմաստունքն յունաց
մեծաւ գովասանօք հաւանեցին .

Սբ նիկոն հայ ազգաւ . Քարոզեաց
'ի մէջ հայոց եւ յունաց զապաշխա_
րութիւն մեղաց . եւ զուղղութիւն քրիս
տոնէից կրօնից . եւ զգիրս գրեաց .
յորում պարսաւէ եւ յանդիմանէ զմո
լորութիւն ոմանց հայոց .

Տէր զաքարիա . Ժողովեաց մեծապա_
տիւ ժողով հայոց հայրապետաց
առ 'ի սրբել եւ ուղղել զհերս եկեղե_
ցին .

Երկրորդ ընդհանուր ժողովն հայոց .
եղեւ 'ի շիրակաւան . եւ . ժե . կա_
նոնիւ տարածեալ զամ հերձ
ուածողութիւն նեստորի եւ եւտի
քեայ եւ այլոց աղանդաւորաց .
տառուգելով եւ հաստատելով զաստ
ուածաբանութեն քաղկեդոնի սուրբ
ժողովոյն .

Տէր վահան . Սա լեալ յոյժ իմաս_
տուն եւ ուղղափառ . գեղեցիկ գի
րս ինչ գրեաց ընդդէմ միաբնակ
հերետիկոսաց . եւ քաջալերէր զնոսա
ցաւ վն նորոգման եկեղեցւոյն իւ
րոյ = Իսկ յետ դաւանութեն քաղ
կեդոնի սբ ժողովոյն, եւ պատուոյ
սրբոց պատկերաց , հալածեցաւ յաթո
ռոյն .

tiones, jurejurando professi sunt.

Hermon, Tiridates, Azarias, Ezechiel, & Cyriacus. Ananiæ, famosi Pseudomagistri, auditores fuere; sed tandem de falsa seductoris præceptione certiorem facti, ad orthodoxam Fidem suis Armeniis prædicandam conspirarunt.

Papchen Patriarcha. Cum S. Germano, Constantinopolis Patriarcha, in religione consentiens, ad illum rescripsisse fertur epistolam, quam Græci de Fidei puritate maximis laudibus commendarunt.

S. Nicon Armenius. Inseritur hujus Opusculum in Bibliotheca Patrum; ubi veteres Armenorum refert, ac reprehendit errores. Bibliot. Margar. tom. 3.

Zacharias Patriarcha. Ad Armeniam hæresibus expurgandam Synodum convocavit.

Secundum Armeniorum Concilium Generale. Coactum in Urbe Scirachavan Majoris Armeniæ, singulas quidem Eutychis, & Dioscori nugas aperta sanctione damnavit; sed in approbanda Synodo Chalcedonensi, probrosis hæreticorum calumniis ubique per Armeniam diffamata, periphrasi utitur, & circuitione verborum.

Vahanus Patriarcha. Doctrina, & confessione rectæ Fidei perillustris, scripsit contra Monophysitas eruditissime; ad Armenios etiam in concordiam cum Catholicis restituendos incubuit toto pectore; demum pro sacrarum Imaginum, & Concilii Chalcedonensis defensione ab hæreticis Sede dejectus, in Vasburachensi Provincia exulavit tempore Basilii, & Constantini Imperatorum.

Gregorius Narachensis, Episcopus.

Miræ

Miræ vir integritatis, & in iisdem refellendis hæreticis Vahani consors, & adjutor fuit. Librum composuit sacrarum deprecationum, in quo suæ rectæ Fidei, & pietatis monumenta sunt plurima.

Macharius Armenus. Ea virtutum præstantia floruit, ut Antiocheno quoque Patriarchatu dignus inventus sit; cujus vitam describit Surius.

Surius tom. 2. die 10. Apr.

Simeon Eremita. Ubi Fidem Catholicam Romæ professus est, ejus vita, & mors fuit a Deo, ut tradit Baronius, miraculis illustrata.

Baron. tom. 11. an. 1016.

Gregorius Vechajaser, Patriarcha. Græce, ac Syriace, æque ac Armenice novit, quo plures Martyrum historias ex iis linguis in suam vertit. Unionis etiam Ecclesiasticæ studiosus fuit, pro qua expetenda & Gregorio Papæ VII. legationem misit, & Constantinopolim ad Imperatorem Alexium Comnenum primum profectus est.

Gregorius, & Zacharias, Magistri. Horum itidem Opera sani dogmatis collaudantur; maxime quod prior in Serm. Paschali, & posterior in Armenico Giarrentir, capite 120. duarum Christi naturarum propugnatores se exhibent disertissimos.

Isaac, dictus a Græcis, *Magnæ Armeniæ Catholicus*. A popularibus hæreticis, quorum insanias refellebat, internicina insectatione exagitatus est; quare Constantinopolim sub Græcorum patrocinia se recipiens, ibi Orationem invectivam adversus Armeniorum religionem composuit; in qua tamen ultra quam satis erat, in suæ Nationis vituperatione, vel præstandæ Græcis gratiæ, vel propriæ ulciscendæ

ռոյն. եւ աջորդեցաւ ՚ի կողմն վասն պատերազմականն ՚ի ժամանակս վայել եւ կոստանդեայ Թագաւորաց.

Գրիգոր Նարեկացի. Գրեալ եւ բանիւ նզովելեաց զ չարաժամութեան գիտայ եւ մատենագիրերայ. եւ համախոհ է ղեայ ընդ վահանայ. կայող եւ գործով է միաբանեալ ընդ կաթուղիկէ եկեղեցւոյն. շարագրեաց զգիրս մի աղաչանաց ըն Քրիստոսանդ. սիրով եւ ուղղափառութեամբ.

ՍԲն մակար հայ ազգաւ. Այս մեծի խոհեմութեան եւ սրբութեան իւրոյ, եւ մանաւանդ վս̅ ուղղափառ վարդապետութեան, ընտրութեան արժանացաւ նստուցան պատրիարգ ՚ի յաթոռն անտիոքայ.

ՍԲն սիմէոնն ճգնաւորն. Սա գնաց ՚ի մեծն հռովմ. եւ դաւանեաց անդ զճշմարիտ հաւատս եւ հանապազ աղօթէր եւ բարի գործէր. եւ ՚ի յայս խարհա փառանաց բնակելով, կենդանի եւ մեռեալ պայծառացաւ սքանչելեօք.

Տէր գրիգոր վկայասէր. ՚Ի գրոց յունաց եւ ասորւոց Թարգմանեաց հայերէն զբազում ճառս սրբ վկայից. եւ վս̅ միաբանութեան եկեղեցւոյ իւրոյ գնաց ՚ի կոստանդնուպօլիս առ Թագաւորն ալէքսիոս. եւ առաքեաց զհրեշտակս իւր մինչեւ ՚ի հռովմ առ սրբազան հայրապետն գրիգոր եօթներորդ.

Գրիգոր եւ զաքարիա վարդապետք. ՚Ի մէջ ճառընտրին հայոց ընթեռնումք զբանս սոցա. որով յայտնապէս խոստովանին զերկու բնութիս Քի.

Սահակ. կոչեցեալ ՚ի յունաց կաթուղիկոս մեծին հայոց. Սա վս̅ քաջողութե ուղղափառ հաւատոյ հալածեալ. եւ փախստական արարեալ գնաց առ յոյնս ՚ի կոստանդնուպօլիս. եւ անդ գրեաց գիրք մի ընդդէմ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

cendæ causa injuriæ, cum incaluisse, videbimus hic, quæst. 1. pro Armenis apologetica.

Gregorius Patriarcha. Concilio Hierosolymitano interfuit; ubi cum Latinis concordiam confirmavit.

Nierses Ghelajensis, Patriarcha. Is ille est, a quem Manuel Imperator, ut ejus religionem excuteret, Legatum misit Theologum, nomine Theorianum; cujus Legatio in Bibliotheca Patrum late describitur; plane vir sapiens, & consummatæ virtutis, atque (sicut inter ipsum, & Theorianum dialogus indicio est) catholicæ fidei zelo, & Armenicæ correctionis, in qua multum operæ, studiique posuit, desiderio flagrantissimus. Inter plura, & præclara ingenii sui monumenta liber sacrorum Carminum apprime celebratur, qui ab Armenis fuit Venetiis typis traditus. Bibl. Patrum tom. 4. circa medium.

Gregorius Deghà, Patriarcha. Pro Armena Ecclesia cum Catholicis componenda indixit Concilium.

Tertium Armeniorum Concilium Generale. Habitum est Tarsi in Cilicia apud Minorem Armeniam; auditisque in eo Græcorum petitionibus, ad finem unionis expositis; respondit Synodus in Decreto, se Chalcedonensem quidem Conventum, & duarum naturarum, voluntatum, & operationum confessionem recipere: quantum vero ad sacra Mysteria in fermentato potius, quam in azymo conficienda; non modo præstare, verum etiam pro Ecclesiarum concordia oportere, vel ipsos Græcos cum Ecclesiæ Romanæ traditionibus convenire.

Nierses Lampronensis, Episcopus. Ut pro-

prosapia generis, ita animi demissione, pietate, ac eruditione clarissimus, & prædictæ Synodi Tarsensis, cui magnam ipse authoritatem adjunxerat, dux, & consiliarius fuit. In Armenam ex Græca, quam etiam linguam calluit, Gregorii Magni Papæ convertit historiam: scripsit præterea Fidei expositionem, & de Traditionibus sanctorum Patrum, aliaque Opuscula, in quibus, non dicam, nihil posuit virulenti, sed Chalcedonensem Fidem mirifice propugnavit, suæque Nationis hæreticos viriliter insectatus est, in ea potissime, quam ad ejusdem Synodi Patres habuit, facunda Oratione.

Gregorius Apiras, Patriarcha, totaque Armeniorum Ecclesia. Innocentio III. Rom. Pontifici, duplici missa Legatione, gratias retulere, quod ejus prædecessor, Cælestinus III. Archiepiscopum Moguntinum, Cardinalem Sabinensem, ad Leonem Regem Armeniæ coronandum miserat. Ecclesiæ quoque Romanæ Primatum confessi, ac Magisterium, se, cunctosque Armenos Præsules Apostolicæ Sanctæ Sedis mandato, ac disciplinæ subjectos exposuere.

Joannes Patriarcha. Coram Armeno populo, per manus Domini Petri tit. S. Marcelli Presbyteri Cardinalis Legati, Apostolicæ S. Sedi obedientiam, & reverentiam solemniter est pollicitus, ac singulis quinque annis Apostolica Limina per suos Nuncios visitare.

Constantinus Pazerpertensis, Patriarcha. Pallium a Gregorio IX. Rom. Pont. in suæ erga Sedem Apostolicam devotionis indicium, petiit per Legatos.

Gre-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

գլուխ ամ եկեղեցեաց. վն գլխա-
ւոր իշխանութեն, զոր ետ քս առա-
քելոյն պետրոսի 'ի վր ընդհանուր
եկեղեցւոյ. Այլ և խոստովանա-
ւոյց առանելոյն սբ աթոռոյն 'ի ձեռն
հրեշտակաց նորա յիւրաքանչիւր
հնգերորդ ամի.

Մէր կոստանդինոս 'ի բարձրբերդու.
Զհրեշտակս առաքեաց առ գրի-
գոր հինգերորդ պապն. խնդրելով 'ի
նմանէ զվերակացութն վն նշանի պատ-
ուոյ և սիրոյն նորոյ առ նա.

Մէր գրիգոր 'ի սսոյ. Սա առաւել
քան զայլ ամ ուղղափառ հայրա-
պետս հայոց սիրէր զառաքելական
սբ աթոռն հռովմայ. զի էր այր լի
ծայրագոյն սրբութբ և գիտութբ
և յոյժ ջանայր միաբանութեն. և
փրկութե ազգին նորոյ. Գրեաց
առ հեթում արքայն նոր զթուղթն
փրկաւոր և լուսաւոր. որով յայտ
առնէր զամ մոլորութսն. զոր պարտ
էր հայոց մերժել 'ի բաց. և բազում
պատճառօք և վկայութբ սբ հարց
և ամ ժողովոց գրոց հաստատէր զհա-
ւատոյ ճշմարտութիւն. նա և ստէպ
ջանօք աղերսէր 'ի նմանէ գումարել
զժողով ամ եպիսկոպաց և վրդպաց
հայոց առ 'ի պէտս քննութե հաւատոյ
և համաձայնութե ընդ նմին սբ
աթոռոյն.

Չորրորդ ընդհանուր ժողովն հայոց.
Գումարեալ 'ի սիս հրամանաւ բա-
րեպաշտ արքայիցն նորեանց հեթ-
մոյ և լեւոնի որդւոյ նորա. հաս-
տատեաց զկաթողիկոսար միաբանութի
հայոց ընդ հռովմայ եկեղեցւոյն.
և սահմանեաց, զի հայք ընդունես-
ցեն զեօթն տիեզերական սբ ժո-
ղովսն. և համաձայն լիցին ընդ
նմին եկեղեցւոյն բստ ամ աւանդու-
թեանց և բարեկարգութեց. այլ
և ընկալցեն զվերոգրեալ թուղթն
գրիգորի կաթուղիկոսին իբրև զհր-
մա-

Gregorius Sisensis, Patriarcha. Vir fuit auctoritate, doctrina, religione præstantissimus, atque in Ecclesiæ Romanæ partibus suscipiendis, tuendisque ex animo, Orthodoxorum omnium Armeniæ Patriarcharum facile Princeps. Scripsit ad Haytonem, Armenum Regem, epistolam peregregiam, qua tum erroneos Ecclesiæ suæ ritus, & hæreses aperit, exquisitisque rationibus improbat; tum etiam ipsum Regem Haytonem ad Synodi convocationem, pro concordia cum Latinis ineunda, enixe adhortatur. Sed exiguo ante objit, quam ob id Siside in Cilicia cogeretur Synodus infrascripta.

Quartum Armeniorum Concilium Generale, dictum Sisense. Armenam Ecclesiam cum Romana composuit; decrevitque, ut quicquid Gregorius Patriarcha in dogmatica ad Haytonem epistola, ab ipso Concilio examinata, & approbata, mandaverat pro concordia cum Latinis in abjurandis hæresibus, & in celebratione festorum, & in septem Synodis Universalibus, aliisque Ecclesiæ Romanæ ritibus, ac traditionibus suscipiendis; a cunctis observaretur Armeniis, non secus quam Apostolica constitutio.

Constantinus Cæsariensis, Patriarcha. Hæreticis, decretum Sisensis Concilii abrogare conantibus, acerrime obstitit, atque ad idem decretum denuo expendendum aliam Oscini Regis mandato Synodum congregavit in urbe Adano.

Quintum Armeniorum Concilium Generale, hoc est, Adanense. Denuo, diligentiusque recognitam Gregorii ad Haytonem epistolam com-

comprobavit, & Sisensis Concilii comfirmavit decretum: adversarios autem non modo sacrarum oraculis scripturarum, sanctorumque Patrum suffragiis, verum etiam perspicuis argumentis, in singulas eorum nugas obversis, manifesti erroris evicit, ac pertinaciæ.

Joannes Chernacensis. Plerisque ad Comitia vocatis Magistris, una cum illis Fidem Catholicam, & cum Romana Ecclesia unionem, usquequaque per Armeniam prædicare decrevit, aggressus est. Multa vir hic eximius pro recta Religione est operatus, ac scripsit. Congregationem instituit Armenorum Fratrum Unitorum, quæ postea in Dominicanum Ordinem transformata est: inter alia ejus opuscula; Epistola ad fratres unitos, & Apologia pro Papæ Primatu, ac duabus Christi naturis, celeberrima sunt.

Consolator Patriarcha. Clementi VI. legationem misit, significans, se cum suis Episcopis, nova peracta Synodo, ejurasse omnes eos errores, quos Apostolica Sedes ab eis damnandos requisierat.

Constantinus Patriarcha. Nomine suo, totiusque Ecclesiæ Armenæ Legatos ad Florentinum Concilium destinavit; qui ejusdem Concilii Definitionem, pro Armenis specialiter editam, perlibenti animo susceperunt.

Azarias Patriarcha, Ad Gregorium XIII. & Sixtum V. Romanæ Fidei professionem, a se, suffraganeisque Episcopis subscriptam transmisit.

David Patriarcha. Una cum Armenis quibusdam Episcopis debitam Apo-

մարեաց և զառաքելականն կանոնս և զօրէնսդրութի.

Տէր կոստանդին կեսարացի. Քաջալէս հակառակէր ոմանց նախանձաւոր և ատելանէր զպայքարողաց. որք աղդմամբ բանսարկուին ջանային քակել և լուծանել զառաքելական 'ի սուրբ ժողովսն զմիաբանութիւն. Այլ սոյն 'ի քննութի և հաստատութի սուրբ եռորդութեան վերստին առաք հայոց եպիսկոպոսաց և վրդ̄պտաց մեծապատուաւոր ժողով.

Հինգերորդ ընդհանուր ժողովն հայոց. Գումարեցաւ 'ի յատանոյ քաղաքի. և մեծաւ զգուշութեամբ քննեալ միւս անգամ զԹուղԹն կաԹ̄ղկսին գրեգորի, և զսահմանադրութիւն սուրբ ժողովոյն. կրկին հաստատեաց զերկուսին. և հրամայեաց ամ̄ հայոց անթերի պահել զերան աւանդեալ 'ի նոցանէ առ 'ի պէտս ապարեալ միաբանութեն.

Նա և 'ի կանոնադրութեն իւրում վկայութք սուրբ գրոց և սրբոց հարցն եցոյց. Թէ առաքինութեանքն հակառակորդացն սուտ էին և սնոտի առասպելաբանութիւնք.

Յոհան, քռնեցի. Սա բազում այլ վրդ̄պետօք հանդերձ ժողովեցան 'ի գիւղաքաղաքն քռնայ. և համաձայնութեամբ հաստատեցին քարոզել ընդ ամ̄ աշխարհս հայոց զուղղափառութի և զմիաբանութի ընդ հռովմայ սբ̄ եկեղեցւոյն. որպէս և խոկ արարին. Սա կացոյց զկարգն միաբանողաց եղբարցն. որ դեռ ևս կայ 'ի գաւառն նախիջևանոյ. և զգիրս յոլովս շարադրեաց վս̄ հաստատութե ճշմարիտ հաւատոյ և միաբանութեն.

Տէր մխիթար. Զհրեշտակութիւն ինչ առաքեաց առ կղէմենդոս վեց երորդ պապն. որով ծանոյց նմա. Թէ ինքն հանդերձ սուռնհոդոսին հա-

հայոց եպիսկոպաց հնազանդեալ էր զամն մն լռութեան. որպէս նոյն պապն պատհանջեալ էր 'ի նմանէ.

Մովսէս կոստանդնուպօլսոյ. 'ի դիմաց ամ եկեղեցւոյն հայոց ուղարկեաց առ արեղերականն սրբ ժողովն գլխաւորացն զեպիսկոպոսս եւ զվարդապետս ոմանս. որք յետ պաշտամանն քննութեան ընդունեցին զամն որինչ նոյն սրբ ժողովն կանոնեաց.

Մովսէս պատրիարք. Սա առաքեաց առ գրեգոր երեքտասաներորդն եւ առ սիքստոս հինգերորդն զդաւանութիւն կաթուղիկէ սրբ հաւատոյն. զոր եւ ստորագրեցին եւ կնքեցին այլ բազում եպիսկոպոսք հայաստանեայց.

Մովսէս դաւիթ. Հանդերձ հնազանդեալ եպիսկոպոսօք իւրովք սէր եւ պատիւ եցոյց առ պօղոս հինգերորդն 'ի ձեռն առաքել հրեշտակաց.

Մովսէս մովսէսեա. Ուղղափառութեան ուղիղ հաւատոյ, ստորագրեալ 'ի յետին տասան վարդապետաց, յղեաց առ ուրբանոս ութերորդն.

Յոհաննէս մականուն խուլ վարդապետ, որ էր պատրիարք կոստանդնուպօլսի. եւ այր իմաստուն եւ առաքինի. գրեաց զգիրս ընդդէմ միաբնակաց. եւ առողջաց զհոգին սրբ 'ի հօրէ միայն բղխել. Նա եւ գնաց 'ի մեծն հռովմ առ 'ի պատուել զառաքելական սրբ աթոռն. եւ անդ եկաց երկար ժամանակս մինչեւ 'ի փոխիլն իւր յաւիտենական կենացն առ ած.

Զաքարիա. նորին քաղաքին պատրիարգ. Գնաց եւ նա 'ի հռոմ այց առնել նոյն սրբ աթոռոյս պետրոսի. եւ պատուել զյաջորդն նորա.

Կիրակոս երեւանցի. նորին աթոռոյ նիստ քաղաքին պատրիարգ. Սա էր իմաստուն բարեհամբ. եւ վասն յառաջ գիտութեան, եւ քաղցրութեան զոր ունէր 'ի քարոզել պատուական լինէր յամենեցուն. հանապազ յորդորէր զաշակերտս իւր 'ի բաց կալ 'ի

Apostolicæ Sedi obedientiam Paulo V. per Legatos exhibuit.

Moyses Patriarcha. Ad Urbanum VIII. obsequentes Nuncios cum sua rectæ Fidei Confessione, a duodecim insuper Magistris subscripta, legavit.

stianæ fidei, & Constitutionum Ecclesiasticarum, ipsorumque Apostolorum fundamentum, ac principium præseferunt, idque throno imperturbabili: nos autem quodcumque habemus, ab illis mutuatum accepimus: ii sapientiæ culmen adepti sunt, atque a Paulo Apostolo irrigati, floruere: sacri autem libri, qui apud nos, ipsorum sunt; & scripta, Patrum eorum. Illis thronum Regni, fidei Christianæ robur, & columnam, Christus largitus est, juxta missam testificationem, quod cum ipsorum Principatus occiderit, Christi regnum sempiternum dominabitur: non dum, inquit, Romanorum auferetur dominium; non dum adveniet homo iniquitatis, filius perditionis, qui a Domino Jesu Christo disperdetur. Vides jam, quantum testimonium perhibeat id, quod primis Patribus missum fuit his verbis. Non quod ipse inter spiritualia, ac de Christi imperio gloriantes, secularem magnifaciam principatum; sed ut sapientibus ostendam, quod illi & seculari potiuntur throno una cum spirituali, voluntate divina. Quamobrem in Ecclesiæ ipsorum ordinibus decora est immutabilitas, ac mutationes quidem ad majorem gloriam Dei. Nos autem quot Reges insipientes sortiti simus, aut quomodo fuerint Ecclesiæ nostræ leges a stultis principibus confusæ, jam in historiarum libris eruditi estis; nec erubescere scripta debemus, ad finem correctionis. Hactenus ille.

Dictionem illam (missam) aliter interpretati sumus in 1. par. cap. 22. num. 21. sed hic fortasse magis germane.

Hoc est: Primis nostris Patriarchis divinitus revelatum fuit

խեսցուք 'ի սրտից զչար գանձն . որ
Ի 20 բղխեաց 'ի մեզ զանազան չարչարանս . Եւ ո՛յք են նոքա . ո՛չ կարէ թուել . ատոր սկսաք լինել առանց Թագաւորի և իշխանութեան . յայսմ հետէ եղաք ստրուկ հեթանոսաց տէրութեան . կարգ մեր 'ի բաց հատեալ . հաղբեւք չարեն յարմատոյն սկսաւ սեն սաղարթիւքն լինել . ժողովուրդք՝ անխնամք . իշխանք՝ գողակիցք գողոց . եկեղեցիք՝ պանդոկք և մաքսատունք օտարաց . և այլք բազումք , զորս դժուարի բանս թուել և ընդ անձին ոգորել .] Եւ 'ի վերջն
Իա 21 ասէ . Ողջարձեալ և այլ պատճառս . զի հինն , և սկիզբն են հաւատոց քրիստոնէից , և կարգաց , և զնոյն յառաքելոցն և այսր ունին անշարժ աթոռով . և մեք զորս ունիմք , 'ի նոցանէ ունիմք . մայր անուանեցան իմաստութե . և յետ այնորիկ 'ի պօղոսէ ոռոգեալ ծաղկեցան . գիրք՝ որ առ մեզ ածաշունչք՝ նոցա է սեփհական , և հարց նոցին ատացեալ . նեցուկ և սիւն հաւատոյ քրիստոնէից , զաթոռ Թագաւո-
Իբ 22 րութե նոցա ետ քս . ըստ վկայութեան առաքելոյն . յորժամ նոցա փող ճանելի իշխանութիւնն դադարի , քի մշտնջենաւոր արքայութիւնն տիրէ . մինչ չև , ասէ , բարձցի հռովմայեցւոց տէրութիւնն , ոչ եկեսցէ մարդն անօրէնութեան , որդին կորստեան . որ 'ի տեառնէ յսէ քսէ սատակեսցի . Տեսանե՞ս թէ որքան վկայէ՛ առաքելոյն նախապատուութեանն . զայս ասելով . ոչ թէ զմարմնական իշխանութիւնն յարգեմ 'ի մէջ հոգևորացս , և քրիստոսի տէրութեամբքն պարծելոցս . այլ ցուցանեմ իմաստնոցդ . թէ և զմարմնական աթոռ ունին ընդ հոգևորին կամօքն այ . սակս այսորիկ և զկարգս եկեղեցւոյ վայելչութբ անփոփոխ . և զփոփոխմունսն 'ի փառս այ . Իսկ մեք թէ որքան անիմաստ Թագաւորաց վիճակեցաք . կամ թէ որպէս յանմիտ իշխանաց տապալեցան կարգք եկեղեցւոյ մերոյ . յանդուստ 'ի սկզբանէ տեղեակ էք 'ի պատմութեանցն . և չէ՛ ամօթ զգրեալսն առ 'ի պէտս ուղղութե .] Մինչև ցաստ չնորհալի մեծ վրդպետն ներսէս լամբրոնացի . որ էր այր սբ ազնիւ , և իմաստուն .

APE-

ՅԱՂԱԳՍ
մոլորութեանց նախատացելալ
սուտ վարդապետացն 'ի
վր̄ անօրէնութեան
քրիստոսի.
Գլուխ. Գ.

ա̄ Թէպէտ սուտ և խաբեբայ վար_
1 դապետքդ այդոքիկ պատըր_
ղական արհեստիւ, և որջասուզեալ
կեղծաւորութեամբ բանից հրա_
տարակեն 'ի գիրսն իւրեանց, զին_
քեանս հաւատալ զքս̄ ճշմարիտ աստ
ուած և ճշմարիտ մարդ լեալ ա_
ռանց խառնման, կմ̄ փոփոխման,
կամ չփոթման երկուց բնութեանց.
նաև մերժել 'ի բաց զաղանդսն ա_
րիոսի, և ապօղինարի, և նեստորի,
եւտիքեսի, և այլոց հերձուածո_
ղաց. սակայն նոցա վարդապետու_ բ̄
թիւնն զհակառակն սորին ցուցանէ 2
յայտնապէս. և համաձայնի բոլորովին
չար աղանդոցն ամենայն նախասա_
ցեալ հերետիկոսացն. վասն զի 'ի
չարաբանական լեզուագարութե_
նէն իւրեանց բղխեցին այնքան զար
հուրելի և գարշելի հայհոյութիք.
մինչ զի ամաչէաք բերել զնոսա առա
առ արտաքս. բայց սակայն համար_
ձակիմք արտաբերել. և ծանուցա_
նել հայոց վասն նոցա. որպէս զի
յայտնհեալ զգուշասցին 'ի չար ա_ գ̄
ղանդոցն թիւնալից օձաբարոյիցն. 3
և ոչ թէ իբրև սբ̄ս և իմաստունս
համարեսցեն զնս̄. այլ յաւէտ խո_
տեսցեն և հերքեսցեն զնոսա որ̄ք
զ չար հերետիկոսս և զխաբեբայ մո_
լորեցուցիչս.

Յղ̄գս առաջին մոլորութե̄.

Սախկեն մոլորութիւնն է իւր_
եանց սատանայական ինչ հպար_
տութի, որով կամելով հաստատել
'ի

APERIUNTUR

Errores Pseudomagistrorum Armeniæ circa mysterium Incarnationis.

§. III.

QUamvis isti, ut dolose populum Armenum seducant, pelliciantque ad suos sectandos errores, ubique in suis jactent opusculis, seipsos credere, Christum esse verum Deum, & verum hominem, sine ulla naturarum confusione, vel mutatione, vel divisione constitutum; nec non Arrium, Apollinarem, Nestorium, Eutychem rejicere, aliosque omnes hæreticos: tamen eorum doctrina ita aperte habet oppositum, ut omnium hæresum sentina, omnium fex hæreticorum videatur. In tot enim, adeoque stultas propositiones, & execrandas blasphemias, illorum erupit procacitas; ut plane erubescerem in medium eas proferre, nisi sperarem, fore ut ii Armenii, qui seductores istos, uti sanctos Patres, ac Doctores suos adhuc venerati sunt, detectis delirorum blasphemiis, tanquam impios, & hæreticos in posterum detestentur.

Primus Error Pseudomagistrorum Armeniæ.

REsidet error hic, qui radix est aliorum, in perversa potius, pertinacique eorum voluntate, quam intellectu: est autem superbia luciferina; qua, non ad fidei veritatem inquirendam, sed ad sectam impietatis, Ecclesiæ universali contrariam, contumaciter statuendam, non inclinant modo, sed præcipites etiam feruntur.

I 2 Do-

Docent propterea, non esse Armeniis declinandum a suorum Patrum, seniorumque traditione, ac fide, qualiscumque illa sit; cœptumque a majoribus bellum contra Catholicos, non intermittendum a posteris: falso asserentes, Armeniæ sanctos Patres unam in Christo tradidisse naturam, & alias ad id consequentes impietates.

Unde Gregorius Cæsariensis in epistola objurgatoria ad Moysen, Armeniæ Patriarcham Catholicum: *Ad quid igitur*, ait, *elaboraverunt primi sancti Patres nostri, qui adversus Chalcedonensis Concilii Professores strenue decertarunt? profecto quicumque orthodoxis adversantur, hæretici vocandi sunt: quod est dicere: hæretici facti sunt orthodoxi, videlicet Chalcedonenses; & orthodoxi facti sunt hæretici, nempe nostri orthodoxi Patres: quod absit*. Et post alia subdit: *Numne ignoraverunt illi fœdus cum Latinis coire, & pacisci? an una cum orthodoxis damnum assertionis illins duarum in Christo naturarum minime noverant? Numquid hæc omnia, nescientibus illis, nos modo scimus? aut nos illis sapientiores sumus; aut illi nobis indoctiores? certe nec ista asserere possumus, nec audaciter cogitare: absit. Immo etiamsi, hanc illi fidem profitendo, ad inferos sint habituri; & nos etiam illuc una cum illis abire contenti sumus*.

Putant impiorum animas non esse abituras ad inferos nisi post diem Judicii.

Stephanus Siuniensis libro 1. contra Diaphysitas, cap. ult. quod Armenii sui temporis, qui sectam Pseudomagistrorum sequebantur, perpaucissimi essent, conqueritur in hæc verba: *Atqui Armeniorum quis perstitit in paterna traditione? nisi forte vix pauci, alicubi in angulo derelicti. Eheu conditionem hujus temporis: mem-*

'ի մէջ ազգին իւրեանց զեկեղեցին իմն
4 դ ինքնակալ, որոշեալ, և հերձեալ 'ի
կաթուղիկէ եկեղեցւոյ այլոց քրիստո_
նէից. խրատեն և ուսուցանեն 'ի
դիրս. թէ Հայոց պարտ է զհետ եր_
թալ զկնի շաւղաց առաջնոց ոմանց
ատելաւէր մոլորեցուցչացն իւր_
եանց, որք զինեցան ընդդէմ քաղկե
դոնի ժողովոյն. և հաստատուն պա
հել զօրէնս հակառակաւորացն այ_
նոցիկ մարտնչելով քաջաց վասն նո_
ցա հաւատոյն զհարց և եղէ, թէ
ուղիղ, և թէ թիւր. Եւ զի խա_
բեցին զմիամիտ ազգն իւրեանց.
սուտ ասեն, թէ Հայոց մե͞ նահա_
Ե պետք և ամենաշնորհ նախահարքն
5 էին ընդդիմակք քաղկեդոնի ժողո_
վոյն և դաւանութեանն երկուց
բնութեանցն քրիստոսի.

Վասն որոյ կեղծաւոր և մոլո_
րեալ վարդապետն գրիգոր կեսարացին,
'ի թուղթն զոր գրեաց առ ուղղա_
փառ քահանայապետն հայրապետն մովսէս
կթղկս, ասէ այսպէս. Ապա ուրեմն
զուր են աշխատեալ առաջին սուրբ
հարքն մեր. որք ընդդէմ քաղկեդո_
նականացն զինեցան. զի որ ընդդէմ
ուղղափառացն ներհակեայ. այն_
պիսիքն հերձուածողք կոչին. ապա
ըստ այսմ բանի, հերձուածողքն
զ ուղղափառ լինին. այ͞ն. քաղկեդոնա_
6 կանքն. և ուղղափառքն հերձուա_
ծող լինին. այ͞ն. ուղղափառ հարքն
մեր. զոր և քաւ լիցի այսպէս լինել.]
Եւ զկնի այլոց բանից ասէ 'ի վերջն
թղթոյն. Միթէ սոքա ոչ գիտէին
զմիաբանելն ընդ ֆռանկաց. կամ
թէ զմնասն երկու բնութեան ան_
լոյն 'ի քո͞ ըստ ուղղափառաց. Միթէ
թէ զայս մե͞ր ոչ գիտէին նոքա, և մեք
գիտասցուք. կամ թէ մեք իմաստնա_
գոյն իցեմք քան զնո͞ս. կամ թէ նոքա
տգէտք էին քան զմեզ. զայս այսպէս
ոչ կարեմք ասել, կամ իմանալ յան_
դգնա_

դըժնաւբար . քանզի լինի մեզ անեղծայն Է
կամ խորհել . զի նոքա որ այս հաւա- 7
տով և դաւանութեամբք կացին .
Թէ 'ի դժոխս գնալոց են . և մեք յօ-
ժարեմք ընդ նմ̃ գնալ .]

Ամէն նման և նոյն հանգունակ
արքանեանց քահանայապետին Ստեփան-
նոս սիւնեցին գրէ 'ի յետնեն գլուխն
առաջին գրոցն որ ընդդէմ երկա-
բնակաց . զի անդ ողբալով եղկելին .
Թէ ո՞վ հայք միաբանեալ էին ընդ
կաթուղիկէ եկեղեցւոյ , ասէ . Աշխա
ր̃ մնաց 'ի հայոց 'ի հայրենի աւանդ-
դութեանն . միայն սինկղիտոսքն յան-
կեան ուրեք . աւաղ և եղուկ է զնա .
որոյ ժամանակի եղաք սպասաւորք . Ը
բոլորանդակ անդամովք խեղացաք 'ի 8
պատուիրանացն ա̃յ .] Եւ դր̃ձլ 'ի
յերկրորդ գլուխ երկրորդ գրոցն բերէ
զհաւատոն միաբնակ հերետիկոսացն .
և ասէ . Աշխա մերն այս է կարճա-
ռօտ . զոր ընկալաք 'ի սրբոց հարցն
ածազգեցից և վարդապետացն մերոց .]

Նոյնպ̃ և վարդան 'ի թուղթն ,
զոր գրեաց առ հեթում Թագաւոր
յանդիմանելով զԹուղթն պապին ,
'ի Թիւն ա̃ . ասէ այսպ̃ . Մեք վասն
դաշանց ուխտի հարցն մերոց՝ դոցա
չարեմն չեմք հաւատացեալ .] Եւ
դր̃ձլ 'ի ժե̃ . երդ Թիւն ասէ . ԵԹէ
քեզ հաւատս հարցանեն . դու ասա . Թ
Թէ ես զիմ առաջնորդացն ունիմ 9
հաւատս և զիմ եկեղեցւոյս . և նոցա
պարտիմ համար տալ . և ոչ ձեզ .]

Յաղագս երկրորդ մոլորութե̃ .

Երկրորդ՝ մոլորին ասելով . Թէ
յերկուց բնութեցն քրիստո-
սի . այս է յածայնոյն և 'ի մարդկայ-
նոյն , մի բնութիւն եղև ամենեւին
զկնի միաւորութեանն . և ջանան յի-
մարաբար հաստատել զայս 'ի ձեռն
ածային գրոցն . զոր աղաւաղեն և
Թիւ-

membris universis Dei mandata transgredimur. Item lib.2. cap.2. postquam hæreticorum Monophysitarum fidem exposuit: *Ecce*, ait, *hæc fides nostra est; quam a Sanctis, divinisque Patribus, ac Magistris nostris accepimus*.

Vartanus in epistola commonitoria ad Haytonem, Armeniæ Regem Catholicum, ubi dogmata Ecclesiæ Latinæ confutat, num.1. *Nos*, inquit, *pravam Latinorum fidem nequaquam suscipimus; ne Patrum nostrorum fœdus frangamus*. Et num.15. *Si Latini*, ait, *te de fidei professione interrogant; sic eis responde: Ego Prælatorum meorum, & Ecclesiæ meæ fidem profiteor; ipsisque debeo, & non vobis, de illa reddere rationem*. Similiter reliqui.

Secundus Error.

Asserunt secundo, ex duabus naturis, divina scilicet, & humana, unam omnino naturam in Christo factam esse post unionem: & ad hoc suadendum omnes insipientiæ suæ conatus, ac studia dirigunt, sacrarum scripturarum loca subvertendo, ac pro se citando. Quanam vero ratione id fieri potuerit, curiose investigandum non esse, dicunt; quod hoc mysterium imperceptibile sit, & ineffabile.

Unde Paulus Daronensis in apologia pro una natura contra Theopistum Græcum, cap.1. inquit: *Sancti Patres erudierunt nos, Dei Verbi & carnis unam asserere naturam*. Et rursus cap.3. *Crede*, inquit, *Christum ante incarnationem duas esse naturas, divinam, & humanam; cælestem, & terrenam; immortalem, & mortalem; fortem, & infirmam; æternam, &* tem-

temporalem: verum post incarnationem ex duabus unam crede factam naturam tremenda dispensatione. Memento quippe, Creatorem mirabilium patratorem esse, & quæ apud homines impossibilia sunt, possibilia esse apud Deum.

Stephanus Siuniensis lib.2. cap.1. *Unam dicimus*, ait, *personam naturam, & essentiam Verbi, & carnis. Quomodo autem hujus mixtionis modus se habeat, nequit intellectus noster percipere, nec explicare: divina enim intelligibilia videntur hominibus, & impossibilia.*

Gregorius Dattievensis in libro interrogationum, ubi de una Christi natura: *Nos*, inquit, *orthodoxi etiam scimus, naturarum rationes ante incarnationem tam longe differre ab invicem, quantum distat Deus a creatura, increatum a creato, æternum a temporali: verum post incarnationem neque secundum rationem, neque secundum conceptum, neque secundum rem dualitas ulla reperitur in Christo sive respectu personarum, sive naturarum, sive voluntatum, sive operationum; quia unitas abstulit dualitatem: & ob hanc unitionem fatemur in ipso unam personam, unam formam, unam naturam, unam voluntatem, & unam operationem.* Et rursus ibidem: *Non debemus*, ait, *secundum duas naturas dicere Christum creatum, & increatum; æternum, & temporalem; fortem, & infirmum; animalem, & spiritualem, & alia hujusmodi.* Et iterum infra: *Dicere unum, & eundem Christum Deum secundum divinitatem, & hominem secundum humanitatem; ejus divinitatem solummodo immortalem, humanitatem vero mortalem; passibilem humanitatem, &* im-

Ժ թիւրեն ըստ թիւրացեալ մտացն
10 խորհրդոց։ Եւ ասեն, թէ ոչ է պարտ
իմանալ. զիա՞րդ կարաց ստեղծուա-
ծոյն եւ այն մի բնութիւն լինել. զի
այս խորհուրդս անիմանալի է եւ ան-
քննելի։
Ստեփանոս Սիւնեաց առաջնորդն 'ի յա-
ռաջին գլուխ գրոցն, որ ընդդէմ
Թէոփիստոսի ասէ այսպէս. [Ի մերոց
հարցն՝ այլ եւ մարմնոյն մի բնութիւն
խոստանեցաք ասել։] Եւ յերկրորդ
գլխին ասէ։ Եւ արդ՝ հաստատ զբա̄
յառաջ քան զմարմնանալն երկու
բնութիւն, ա̄ծային, եւ մարդկային.
բնութիւն երկնային, եւ բնութիւն
Ժա երկրային. բնութիւն անմահ եւ բնու-
11 թիւն մահկանացու. բնութիւն հզօր
եւ բնութիւն տկար. բնութիւն մշտըն-
ջենաւոր եւ բնութիւն եղական.
Իսկ եկեալ առ միմեանս զմի բնու-
թիւն գործեցին ահաւոր անօրէ-
նութեամբ։ յիշեա զի սքանչելեա-
գործ է արարիչն. եւ անհնարինքն
'ի մարդկանէ հնարաւորք են այ̄։]
Սիւնեցին 'ի յերկրորդ գլ̄ երկրորդ
գրոցն ասէ։ Ասեմք որոյ մի ասեմ զէ-
ութիւն, զդէմս, եւ զբնութիւն բա-
նին եւ մարմնոյն։ Եւ թէ ո՞րպէս. եւ
կամ զիա՞րդ յեղանակ խառնմանն. 'ի
վեր քան զհասուցմն մտաց անձա-
ռելի. եւ անքննելի. զի այլքն անհնա-
Ժբ րինք եւ անգիտելիք են 'ի մարդկանէ։]
12 Սաթեւացին 'ի գիրքն հարցմանց
ասէ։ Մեք ուղղափառք գիտեմք զբը-
նութեանց բանն նախ քան զմար-
մնեղութիւնն հեռի 'ի միմեանց. որ-
քան այ̄ եւ արարածոյ. անեղն եւ ե-
ղականն. ժամանակականն եւ յաւիտե-
նականն։ Իսկ յետ մարդեղութեանն ոչ
բանիւ, ոչ իմացմամբ, եւ ոչ իրօք
երկութիւն ինչ ունելով՝ ոչ 'ի բնու-
թիւնս, ոչ 'ի կամս, եւ ոչ 'ի գործս.
վասն զի միութիւնն եբարձ զերկոյու-
թիւնն։ Եւ զայս միաւորութիւս խոս-
տո-

տովանիմք մեք մի անձն, մի դէմ, Ֆգ 13
մի կերպ, մի բնութիւն, մի կամք, և
մի ներգործութիւն.] Եւ դրձլ ասէ.
ոչ է հնար երկուանալով ըստ երկուց
բնութեցն ասել զքս անեղ և եղական.
կամ յաւիտենից և ժամանակեայ.
Հզօր և տկար. Հոգևոր և շնչաւոր.
և այլ ըմ.] Եւ դրձլ ասէ. [Իսկ ա-
սել զքս ըմ ըստ աճութե, և մարդ
ըստ մարդկութե. միայն անմահ
զաճութն. և մահացեալ զմդկութն.
չարչարելի զմարդկութն, և անչար-
չարելի զաճութն. այսոքիկ այսպիսի
ասելս քակէ և ուղղափառ զմիութե
բանս.]

Եւ վարդան՚ի գիրքն խրատուց՚ի Ֆգ
գլխն ը. երդ ասէ. Թէ որք զե երկու- 14
բնութի ասեն, հերձուածօղք են.
մի հաւատայք նց.] Նոյնպ ասեն
այլ սոր վարդապետք համախոհ
սոցին.

Յղգս Երրորդ մոլորութե.

Երրորդ՝ մոլորին ասելով, թէ
՚ի յերկուց մի եղեալ բնութիւն՝
է՛ բոլոր ածային. զի ած բանն զա-
ռեալ մարդկութիւնն փոխեաց՚ի
բնութիւն ածութե. մինչ զի ամե-
նայն յատկութիւնք աստուածութեն
կարիցեն ստորոգել զմարդկութե. Ֆե
և ՚ի հարկէ զոլ ասեն այսպէս. զի 15
մի ոՃ երրորդութին լիցի չորրորդու-
թի ասկս վերաբերութե միւս բնու-
թեան մարդկային.

Սիւնեցին ՚ի յերրդ գլխն
երկրորդ գրոցն ասէ. Առաքեալքն
՚ի տնէ հրաման առին, յերեքն ա-
հաւոր անուանս մկրտել. արդ
՚ի յերկուց բնութեցն զե հարկ է
զմինն՚ի բաց բառնալ. զի մի ճորցե
երրորդական անուն աճելորդ,
յորս մկրտիմք. իսկ եթէ ըստ բա-
նին շարադրեն զմարդն ը. հարկ
առնեն խոստովանել ածս.]

impassibilem divinitatem: hoc, inquam, & similia dicere, est unitatis rationem destruere, & negare.

Vartanus in monitis ad Armenios, cap. 8. *Qui duas, inquit, naturas in Christo affirmant, hæretici sunt: ne illis credatis.* Huic pariter sententiæ reliqui adstipulantur collegæ.

Tertius Error.

ASserunt tertio, hanc unam, ex duabus factam naturam, esse totam divinam, eoquod Deus Verbum humanitatem assumptam ita in deitatis naturam transmutaverit, ut omnia attributa divinitatis vere de humanitate prædicentur: idque, ne divina Trinitas per alterius naturæ accessionem evadat quaternitas.

Hinc Siuniensis lib. 2. cap. 3. *Dominus, inquit, Apostolis jussit, ut in nomine Trinitatis baptizarent: ergo ex duabus Christis naturis altera necessario tollenda esset, ne Trinitas evaderet quaternitas.* Et rursus ait: *Si caro Christi esset quid creatum, oporteret, illam in numerum aliarum creaturarum referre; & non potius quid superius eam ducere, quam alias res creatas; neque illi adorationem exhibere.*

Item in epistola ad Germanum Constantinopolis Patriarcham, explicans, quomodo natura humana in divinam conversa sit, ait: *Caro illa haud erat secundum se subsistens quidquam, sed per divinam assumptionem promota fuit ad esse carnis, propria licet natura informis; quia natura carnis facta est natura Dei: per hunc enim cœpit illa naturam habere. Quamobrem licet ex corruptibili initium sumpserit, dicitur tamen caro incorruptibilis:*

bilis: quippe solis instar, ad intemeratam veniens conceptionem, procul fugavit tenebras corruptionis, atque in utero purissimo lucem incorruptibilitatis accepit. Sic igitur, quod assumptum fuit, factum est totum id, quod erat assumentis natura; similiter & voluntas rei assumptæ, & quicquid illius rei naturam consequebatur. Quemadmodum lux candelæ, accedens ad splendorem solis, absque eo quod auferatur, non remanet in suo supposito; sed splendor intensior vincens, in se ita convertit lucem debiliorem, ut nulla supersit utriusque lucis distinctio, aut differentia: ad hunc prorsus modum nullus in Deo Verbo incarnato humanæ naturæ, aut voluntatis, aut operationis numerus permansit; sed quicquid in eo est, & voluntas, & operatio, totum divinum dicitur: quoniam simplex, & indifferens perstitit Trinitas, & emersa a materialibus.

Oznienſis in suis anathematismis: *Qui Christum*, inquit, *dixerit, fuisse hominem secundum naturam, & creaturam, & corruptibilem secundum carnem, & passibilem, & mortalem secundum naturam humanam; anathema sit. Qui Christum non confitetur unam naturam immortalem, anathema sit.* Et rursus inquit: *Etsi Verbum divinum ex Beata Virgine naturam humanam accepit; ab æterno tamen ante omnia secula simul cum humanitate erat.* Et iterum: *Humanitatem, quam accepit ex Virgine, ab æterno una cum divinitate fuisse, confitemur.*

Dattievensis loco cit. *Christus*, ait *non dicitur creatura; neque Creator, & creatura; sed omnino Creator, & non factus, etiam secundum carnem.*

Ժզ Եւ զկնի այլոց բանից դրձլ ասէ.
16 ԵԹէ զմարմինն ք̅ն արարած ասեն.
ապա հարկ էր ընդ արարածս դասել. և ոչ գեր 'ի վերոյ համարել քան զեղեալս. և ոչ պաշտել.

Եւ դրձլ նոյն սիւնեցին 'ի Թուղթն իւր առ ս̅էն գերմանոս մերձ 'ի վերջն բացայայտէ. Թէ որպէս մարդկային բնուԹին փոփոխեցա̅ 'ի յա̅ծային բնուԹիւնն. և ասէ այսպ̅. Ոչ բատ ինքեան ինչ ներԹակացեալ մարմին. այլ ա̅ծային շարաուԹէ̅ն շարժեցեալ մարմինն 'ի գոլ մարմին. և բնուԹեամբ անկերպացա̅. զի բնուԹին մարմնոյն եղև բնուԹի ա̅յ. զի
Ժէ նովա̅ եառ սկիզբն գոլ բնուԹի,
17 յապականացուէն սկսեալ. և վասն այնորիկ անապական ասի մարմինն. զի որպ̅ արեգակն ընդմիջաբար հանդէս ընԹացեալ յանապականուԹի յղուԹէ, 'ի բաց փախուցեալ զխաւար ապականուԹեանն. և առեալն եղև այն որ ինչ առողին է բնուԹի. նոյնպէս և կամք առեցելոյն, և որ ինչ զհետ երԹայր բնուԹե̅. Որպէս ճառագայԹ ճրագի արեգական հասեալ պայծառուԹէ, առանց 'ի բաց բարձելոյ, ոչ ուրեք մնայ յիւր անձնա̅որուԹիւնն. այլ հզօրագունին յաղԹեալ, և յինքն փոխարկեալ զա-
Ժը ղօտագունին զլոյսն. և ոչինչ ըն-
18 դունուԹի, կամ միջոց, կամ տեսուԹի ճառագայԹից մնայ. այսպ̅ ոչ մարմնական բնուԹեան, կամ կամաց, կամ ներգործուԹեան Թիւ̅ մնաց 'ի մարմնացեալ ա̅յ բանին. քանզի բոլորն ա̅ծային, և կամք, և ներգործուԹին ասի. զի մնաց երրորդուԹիւն պարզ, և անզանազան, և անխառն 'ի նիւԹականացս.] Օձնեցին, Թէ որպ̅ չփոԹէ և ուրանայ զբնուԹիւն մարդկուԹէ̅ ստեփանոս սիւնեցին համառաւանն եւտիգեայ.

Օձնեցին 'ի գիրքն իւր ասէ. Որ ԺԹ
ասիցէ. Թէ Քս մարդ է բնութեամբ, 19
և այր արարած, և ապականացու
մարմնով, և չարչարելի և մահկա-
նացու բնութք մարդկայնով. եղիցի
նզովեալ։] Եւ դրձլ ասէ. Թէպէտ
'ի սորայ կուսէն էառ զմարդկային
բնութիւնն. այլ բանն ած յառաջ
քան զյաւիտեանս հանդերձ մարդ-
կութբ էր.] Եւ դրձլ ասէ. Մարդ-
կութին, զոր 'ի կուսէն էառ, հան-
դերձ ածութբ յառաջ քան զյաւի-
տեանս խոստովանի.]

ՄԱթեւացին ընդդէմ երկաբը-
նակաց ասէ. Քս ոչ ասի արարած.
և ոչ արարիչ և արարած: այլ ա- Ի
մենեւին անեղ և արարիչ մարմնով 20
իւրով. ոչ ասի ժամանակեայ. այլ
միշտնջենաւոր և յաւիտենական մար
մնով իւրով. ոչ ասի սոսկ մարդ վս
մարդկային կերպին. այլ ամենեւին
ած մարդկային կերպիւն. ոչ ասի
փոքր վասն անձման հասակին. այլ
միշտ և ամենեւին մեծ մարմնով իւ-
րով. ոչ ասի պարագրելի. այլ ան-
պարագրելի մարմնով. նմանապ և
զայլ ամն.] ՄԻԾս. Թէ որպ խաբէու-
թեամբ խօսի. քանզի գիտեմք, թէ
ոչ ասի սոսկ մարդ. բայց ոչ եւս ասի
բոլորովին սոսկ աստուած. այլ կա-
տարեալ մարդ. և կատարեալ ած. Իա

Վարդան 'ի Թուղթն առ Հեթում 21
Թագաւոր 'ի Թիւն. Է. երորդ ասէ.
Եօթներորդ սխալ այս է'. որ ա-
սեն. Թէ Քս, ըստ որում մարդ, փոքր
է' քան զհայրն. ապա ոչ կարաց 'ի
փառս հօրն ածել զմարմինն իւր ըստ
նոցա կարծեացն. Եւ թէպէտ ինքն
ասաց. հայր իմ մեծ է քան զիս.
չասաց, թէ ես փոքր եմ քան զհայր.
և մեծն' պատճառին միայն է'. զի նա
'ի հօրէ, և ոչ հայր 'ի նմանէ.] Որով
բանիւքս հաստատէ վարդանն. Թէ
մարդկութիւն քրիստոսի հաւասար

եղև

Non dicitur temporalis, ſed æternus, ac ſempiternus, etiam ſecundum carnem. Non dicitur purus homo propter formam humanam; ſed omnino Deus in humana forma. Non dicitur parvus propter defectum ætatis; ſed ſemper omnino magnus, etiam ſecundum carnem. Non dicitur circumſcriptibilis, ſed incircumſcriptibilis, etiam ſecundum carnem, ſimiliter & de aliis omnibus attributis. Hæc ille; qui alibi quoque contendit, ubiquitatem corporis Chriſti eſſe immenſam.

Vartanus, in epiſt. ad Haytonem, ſic ait num.7. *Septimus error eſt: quia dicunt; Chriſtum, ſecundum quod homo, eſſe minorem Patre; unde juxta ipſorum ſententiam non potuiſſet carnem ſuam in gloriam Patris adducere. Quamvis enim ipſe dixerit, Pater meus major me eſt; non dixit tamen, ego minor ſum Patre, eſſe autem Patrem Filio majorem, nihil denotat aliud, niſi quod Filius a Patre, & non Pater a Filio eſt.* Quibus aperte affirmat, Chriſti humanitatem æqualem evaſiſſe divinitati. Et num.8. ſubjungit: *Qui duas naturas in Chriſto fatetur, Dei genitricem hominis genitricem facit; & in ſacra Euchariſtia hominis corpus, & ſanguinem declarat; ſed & in ſanctam Trinitatem alteram naturam, & voluntatem introducit.* Quaſi dicat: humanitas Chriſti divinitas facta eſt.

Et Daronenſis contra Theopiſtum, cap.1. circa finem: *Sicut una, inquit, fax, quæ alteram accendit, & velut ſeipſam efficit; ſi ſimul cum altera ponatur, non apparet illarum alia, & alia lux; ſed una, & eadem: ita & Deus Verbum fecit hominem Deum, qualis erat ipſe: nam ejus naturam aſſumpſit ad faciendum unam*

K per-

personam, unum Filium, & unam deitatem. Et infra: *Crede humanitati, quod Deus sit: & quod credis, a verbo ne separes*. Et rursum cap.2. *Testimonia de una natura, quæ hactenus protulimus, Deum quidem esse Christum fatentur, non autem hominem*. Item cap.3. *Post incarnationem, unam ex duabus crede factam naturam* &c. *quæ enim mortalis erat, immortalis evasit*. Item cap.5. *Ecce Prophetæ Christum. Deum quidem esse, prædicaverunt, non autem simul Deum, & hominem*. Et cap.7. *Natura humana ex mortali facta est immortalis; ex corruptibili incorruptibilis; ex terrestri cælestis, & consors Paterni solii: ac sic Trinitas vere permansit Trinitas, neque ad illam accessio ulla facta est*.

Quod si ab illis petas: habeat ne Christus naturam divinam perfectam, & naturam humanam perfectam, & ambas inconfuse unitas? tunc in molestiis sunt: & alii quidem simulate respondent: ita plane. Sed quomodo omnia hæc cum una illa immortali, & tota divina natura cohæreant, nec explicare possunt, nec intelligere, unde idem Daronensis: *Ecce, ait, scimus omnes, Christum esse Deum verum, & impassibilem; & eundem esse filium David, & passum carne, quonam vero modo passus sit, & impassibilis sit; vel quonam modo idem ipse Deus, & homo sit; nescimus*. Porro Dattievensis, utpote qui reliquos collegas præcellere velit ingenio, his verbis respondet: *Dicimus, quod Christus propter inconfusam unionem homo sit etiam secundum naturam divinam, & Deus sit etiam secundum naturam humanam*. Ac iterum subdit: *Idem ipsum Christi nomen docet te, se*

Եր եղև անձնաւորութեն. Եւ յութերորդ թղթին
22 դրձլ ասէ. Երկու բնութի ասելն՝ զանձանձինն մարդանձին ցուցանէ. և զսուրբ խորհուրդն՝ մարդոյ միս և արիւնն այլ և յերրորդութիւնն մուծանէ զերկու բնութիւն, և զերկու կամս, որ է մեծ մեղք.] Դարձլ ասէ, թէ մարդկութիւնն քրիստոսի եղև անձնութիւն.

Եւ տարօնացին 'ի յառաջին գլուխն գրոցն որ ընդդէմ Թէոփիստայ, մերձ 'ի վերջն ասէ. Որք զան վառեալ զմիւս, և ս և արարեալ որք ինքն. և եղեալ 'ի միասին. ոչ նոցայն երեւեալ այլ և այլ լոյս և բոց. այլ 'ի մի
Եգ անեսակս երևեալ. այսպէս և բանն
23 աստուածացեալ արարեալ զմարդն ած որպէս զինքն. և բնութիւն ընդ ինքեանն եդեալ 'ի մի անձնաւորութիւն, և 'ի մի որդիութիւն, և 'ի մի ածութիւն. հաւատամ մարդկութեն թէ ած է. և հաւատացեալ քոյ՝ 'ի բանէն մի բաժանեսցես.] Եւ դրձլ 'ի յերկրորդ գլուխն ասէ. Միկայութիւնք միոյ բնութեանն. զոր գրեցաք. ցուցանեն, զի ած էր խոստովանութիւն. և ոչ մարդոյ.] Եւ յերրդ գլուխն դրձլ ասէ. Երկու բնութիքն՝ եկեալ առ միմեանս, զմի բնութի գործեցին. զի սքանչելագործ է արարիչն.
Եդ և զմահականացուն անմահ գործեաց.]
24 Եւ 'ի հինգերորդ գլուխն դրձլ ասէ. Ահա մարգարէքն ած քարոզեցին զքս. և ոչ մարդ և ած.] Եւ յեօթներորդ գլխն ասէ. Մարդկային բնութին 'ի մահկանացութէ անմահացար եղև. և յապականութէ անապականն. և յերկրաւորութէ երկնային, և աթոռակից հօր նստաւ. և ահա ճշմարտութբ երրորդութին երրորդութի մնաց. և ոչ հաւելուած առնել իւր յաւելուածս.]

Եւ եթէ հարցանիցես 'ի նոցանէ. մի թէ քս ունի զանձային բնութի

se կատար

կատարեալ, և զմարդկային բնութիւն ԻԵ
կատարեալ. և զերկաքանչիւր բնու_ 25
թեանն անշփոթաւոր միաւորեալ. յայս_
ժամ 'ի պատասխանեացն նեղանան,
և յայժ կրեն. և ասեն 'ի նոցանէ
կենդանարարութէ պատասխանեն. այս
այսպէս է նոց. Բայց ոչ կարեն հնանալ.
և ոչ պարզաբանել. Թէ զնա որ
քն միանգամայն երկոքեան բնութեան
ից է. և միանգամայն մի բնութեան
ից է, բովանդակն անձամբ, և ածային.
Ուստի նոյն տարածայնցին ասէ. Զնա
գիտեմք զնա ած ճշմարիտ և անչար
չարելի. և զնոյն՝ որդի դաւթի և
չարչարեալ մարմնով. Եւ ոչ գիտեմք.
Թէ զնա որ չարչարեալ. և կամ զնա որ ԻԶ
ոչ չարչարելի. և կամ նոյն նոքա 26
զնա որ ած. և կամ զնա որ մարդ.]
Բայց աստուածոցն, որ քան զայլսն
չար, յանդուգն, և լրբագոյն. կա_
մելով գերազանցել զընկերս իւր գի_
տութէ. այսոր շփոթաբար պատաս
խանէ. Ասեմք. Թէ քն ըստ անշփոթ
միաւորութեն՝ ածային բնութեն
մարդ է. և մարդկային բնութեն ած
է. նոյն նոքն քն անուանն ուսուցանէ
զքեզ, ածութեն մարդ գոլ. և մարդ
կութեն ած.] Արդ, Թէ յոր չափ
խելագարութի և յամբարշտութեան
անկանին կամապաշտք և ագէտ հերձ
ուածողքս. և ո՛րչափ անխելագոյն ԻԷ
եղէ այն. որ կորստեամբ անձին իւ_ 27
րոյ կամիցի զհետ երթալ խելագա_
րութէ նոցա.

Չորրորդ մոլորութէ.

Չորրորդ մոլորեն ասելով. գոլ նոյնպէս
'ի քն մի կամք և մի ներգոր_
ծութիւն. բոլորն ածային. Ուստի
և վարդան ասէր 'ի վերոյ. Թէ երկու
բնութի ասէ՝ մուծանէ յերրոր_
դութիւն զերկու բնութի, և զերկու
կամս.]

Եւ

se hominem esse secundum divinitatem, & Deum esse secundum humanitatem. Vide in quantum impietatis, & insaniæ baratrum insipientes præcipitat homines pertinacia; & quam insanissimi sunt, qui cum æternæ salutis dispendio impiam eorum stultitiam sectari volunt, & propugnare.

Quartus Error.

Asserunt quarto, unam similiter esse in Christo voluntatem, & operationem, quæ solum divina sit: unde Vartanus, ut supra visum est, dicebat: *Qui duas naturas in Christo fatetur* &c. *in sanctam Trinitatem alteram naturam, & voluntatem introducit*; nempe humanam, quam ipsi negant. Et Dattievensis: *Fatemur in Christo unam personam, unam formam, unam naturam, unam voluntatem, & unam operationem.* Et Siuniensis in epist. ad Germ. *Nullus in Deo verbo incarnato humanæ naturæ, aut voluntatis, aut operationis numerus permansit: sed quicquid in eo est, & voluntas, & operatio, totum divinum dicitur.*

Præterea idem Siuniensis ibidem, sed paulo post: *Duedecim*, inquit, *anathematismos Divi Cyrilli, quos nobis amplexandos in epistola vestra proposuistis, suscipimus; Apostolicæque doctrinæ consonos eos esse, coram Deo & hominibus confitemur. Repudiamus autem ea, quæ insipienter subjungitis, Nestorii impietatem sectantes; esse in Christo duas naturas, duas voluntates, & duas operationes. Neque ea congruit ratio, quam addueitis: nimirum, quia Eutyches confusionem introducebat, oportuisse idcirco, Leonem Romanum ad Chalcedonensem Synodum*

scribere, commendando duas naturas cum distinctis earum proprietatibus. Quæ enim hac major absurditas? velle scilicet malum malo curare, & errorem errore corrigere. Et iterum lib. 2. contra Diaphys. cap. 2. *Una est in Christo essentia, una persona, una natura, cujus voluntas, & passio, & operatio, una similiter est: uni enim naturæ non potest alia, atque alia esse voluntas; alia inquam divina, alia humana: absit hoc dicere, quod contingere impossibile est; sed unica est ejus voluntas, & unica operatio.*

Paulus Daronensis loc. supra cit. *Deus*, inquit, *& homo simul identificati, & in unam coeuntes voluntatem, & operationem, nostram salutem mirabiliter operantur.* Et Joannes Orodniensis in Tract. de hæresibus: *Sexta*, inquit, *hæresis est Nestorii, qui duas naturas, duas voluntates, & duas operationes in Christo asseruit.*

Quintus Error.

Asserunt quinto, divinitatem in Christo natam esse, passam, ac mortuam, quapropter & in Trisagio *Sanctus Deus*, quo trium personarum divinitas collaudatur, superaddiderunt Theopascitarum appendicem illam: *qui crucifixus es pro nobis*. Cumque Christi humanitatem impassibilem, & immortalem evasisse dicant; non erubescunt, passam, & mortuam ejus divinitatem asserere.

Unde Siuniensis lib. 2. cap. 3. ut probet, Christum mortuum esse secundum unam illam, quam comminiscuntur, naturam divinitatis, & carnis, loquitur sic: *Apostolus ait, quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus. Dic ergo*

ԻԸ Եւ սահմանեցին ասէր. Թէ խոս
28 տովանիմք 'ի քս, մի անձն, մի դէմ,
մի կերպ, մի բնութի, մի կամք, և
մի ներգործութիւ] Եւ սիւնեցին 'ի
թուղթն առ գերմանոս ասէր. Ոչ
մարմնական բնութե, կամ կամաց,
կամ ներգործութե թիւ՛ մնաց 'ի
մարմնացեալ այն բանին. քանզի բո
լոր անճայլին և կամք և ներգործու
թիւն սոր.]

Եւ դրձլ նոյն սիւնեցին 'ի նոյն
թուղթն յետ սակաւուց ասէ. Նա
խակարգեալք 'ի ձէնջ 'ի ձեռում մա
տենի զերկոտասան դլուխս բանի
սրբոյն կիւրղի ընդ սրբոց առա
ԻԹ քելոցն խոստովանութե ընկալեալ
29 եմք, նախապատուեմք, և խոստո
վանիմք առաջի այ և մարդկան. Իսկ
առ 'ի ձէնջ առացեալքս անխելաբար
ունին զնեստորի չար մտածութիւն.
ասելով երկու բնութիս, և երկու
ներգործութի, և երկու կամս. յայս
ցանէ հրաժարեմք 'ի բաց. Եւ զի
պատճառէք. եթէ եւտիքէս մի բնու
թիւն ասաց չփոթելով և խառնա
կեալ. այպ հարկաւորապէս զերեաց
ղևոն հոռվմայեցի զրով առ ժողովն
քաղկեդոնի. ասելով երկուս բնու
թիւնս և առանձնապէս կերպ նոցա
զիմ՛չ անտեղեկագոյն յաղթութիւն.
Լ չարիւ զչար բժշկել կամելով. և թիւ
30 րութեամբ զթիւրութի ուղղել.] Եւ
դրձլ 'ի յերկրորդ գիրս ընդդէմ եր
կաբնակաց ասէ 'ի յերկրորդ գլուխ
դրոցն. Մի էութի գոյ 'ի քրիստոս,
մի դէմ, մի բնութի. որոյ կամքն,
և կիրքն, և գործն նմանապէ մի. զի
միոյ բնութեն ոչ այլ և այլ կամք.
մինն աճային, և միւսն մարդկայինս.
քաւ և մի լիցի. զի այս անհնարին
է լինել. այլ մի կամք և մի գործ.]

Եւ տարօնացին ասէ. Այծ և
մարդ խառնեալք միմեանց 'ի մի կամս
և 'ի մի ներգործութիւնս, լինին
սքան

սքանչելիք. և մեր փրկութիւն.] Եւ որոտնեցին 'ի գիրքն յաղագս հերձուածողութեանց ասէ. Վեցերորդ մոլորութիւն է՝ նեստորի. որ ասաց երկու բնութիւն, և երկու կամք, և երկու ներգործութիւն.]

Յղգս հինգերորդ մոլորութեան.

Հինգերորդ մոլորութիւն է՝ նոցա, զի ասեն զքն̅ աստուածութիւնն ծնեալ, չարչարեալ, և մեռեալ. սակս այսորիկ յերեքսրբասացութեանն, որով փառաբանեմք զաստուածութիւնն երից սր̅ անձանցն. նոքա վերաբերեն զաստուածաչարչարեացն զբանն խաչեցարն. Եւ ասելով զքն̅ մարմնովն անչարչարելի և անմահ եղեալ. ոչ ամաչեն ասել զաստուածութիւնն նորա չարչարեալ և մեռեալ.

Վասն որոյ սնեանեցին 'ի յերկրորդ գիրսն և 'ի յերրորդ գլուխն Քանայ յուցանել, թէ քն̅ մեռաւ ըստ այնր միոյ բնութեան մարմնոյ և բանին. զոր ասղանդեն. և ասէ այսպ̅. Պօղոս սահմանեաց. Թէ որք մկրտեցաք 'ի քն̅. 'ի մահ անդր նորա մկրտեցաք. ասա՛ ինձ. Թէ յո՞ր մահ մկրտեցաք, յա̅յ՞ն. թէ 'ի մարդոյն. եթէ 'ի մարդոյ մահ մկրտիմք; ո՞չ ապաքէն կռապաշտութիւն է. Թէ յա̅յն մկրտիմք. զիարդ ա̅յ բնութիւնն մեռանի առանց մարմնոյն.] Եւ կամի ասել, թէ ա̅յ բնութիւն մեռաւ՝ համանգերձ մարմնովն. զի երկոցունցն մի էր բնութիւն. Եւ զկնի սակաւուց ասէ. Յորժամ յերկու բնութիւնս բաժանեն զքն̅. հարկ է, զի զկիրս չարչարանացն մարդոյն համարիցին. զի ա̅ծութիւն անչարչարելի մնացեալ. որպէս և ասեն.] Աստեն, որպ̅ ասէ. Թէ ա̅ծութիւն ոչ մնաց անչարչարելի. Եւ դարձեալ յետոյ ասէ. Զնոյն և զմի բնութիւն քի̅ ասեմք 'ի կուսէ ծնեալ.

Լա *ergo mihi, in cujus morte baptizat*
31 *sumus? Dei ne, an hominis? si in hominis mortæ: nonne hoc idololatria est? si in Dei morte: quomodo Dei natura sine carne mortua sit?* quasi dicat: Dei natura una cum carne mortua est, quia una erat utriusque natura. Et iterum paulo post: *Dum Christum, ait, in duas naturas dividunt; & divinitatem passionis expertem permansisse, dicunt; necessario cruciatus passionis homini solum attribuunt;* quasi dicat: divinitas passionis expers non fuit. Et rursus infra: *Unam, & eandem illam Christi naturam, quæ*
Լբ *ex Patre ante secula genita est, no-*
32 *vissime ex Virgine natam asserimus.* Quibus verbis affirmat, non quidem, ut omnes fatemur, Christum Deum natum ex Virgine, passum, ac mortuum secundum carnem; sed ipsam quoque ingenerabilem, impassibilem, & immortalem filii divinitatem, nedum natam ex Virgine, passam, ac mortuam; sed etiam ex Patre genitam, ac productam; quod est Arrianum.

Et Daronensis contra Theopistum, cap. 2. *Chalcedonenses,* inquit, *prædicaverunt Christum duas naturas; & passionem, ac mortem carni attribue-*
Լգ *runt, & non divinitati: dixeruntque,*
33 *alteram naturam mansisse in cruciatibus, alteram vero expertem fuisse passionis.* Et cap. 6. *Si sancta Dei genitrix Maria humanam solum naturam genuisset; ergo non esset Dei genitrix: si duas genuisset naturas; ergo duorum filiorum mater esset, & non potius unigeniti mater.* Quare concludit, unam genuisse naturam, quæ simul erat divinitatis, & carnis. Et rursus cap. 8. *In Christo corruptibile, & mortale corpus factum est incorruptibile, & immortale: ideoque incor-*

ruptibili

ruptibili modo passum, & mortuum est; ita ut etiam divinitas hujusmodi passionis, ac mortis particeps fuerit.

Sextus Error.

Asserunt sexto. Christum non suscepisse in natura humana defectus corporis pœnales; sed habuisse corpus cæleste, gloriosum, leve, subtile, spiritale, incorruptibile, fulgidum, forte, impassibile, & immortale, quod conceptum, natum, ac nutritum quidem sit modo quodam incorruptibili; atque comederit, biberit, dormierit &c. non ex fame, siti, ac necessitate naturali; sed ex placito voluntatis ipsius Christi, quemadmodum comedit, ac bibit post resurrectionem; & passum, ac mortuum illud sit modo incorruptibili; & non ex lege naturali carnis passibilis, & mortalis; sed quia ipse voluerit, quod corpus suum impassibile, & immortale eo modo pateretur, ac moreretur, ut nos redimeret.

Unde Joannes Ozniensis in anathematismis: *Qui Christum*, inquit, *non confitetur unam naturam immortalem; anathema sit. Qui dixerit, Christum fuisse corruptibilem secundum carnem, & passibilem, & mortalem secundum naturam humanam; anathema sit. Qui Christi carnem, mortalem dixerit, vel passibilem; anathema sit.*

Dattievensis in libro interrogationum: *Christus*, inquit, *non dicitur terrestris, sed semper cælestis, etiam secundum carnem, juxta illud: Primus homo de terra terrenus; secundus homo de cælo cælestis. Non dicitur animalis, sed omnino spiritualis, etiam secundum carnem. Non dicitur mortalis; sed semper immortalis, etiam*

secun-

ԼԴ ծնեալ. որ եւ 'ի հօրէն անսկզբնաբար
34 ծնեալ.] Որով բանիւք ոչ ասէ. որպէս
եւ մեք. թէ քրիստոս աստուած ըստ
մարմնոյ ծնեալ 'ի կուսէն. չարչա-
րեալ. եւ մեռեալ. այլ ասէ եւս զայլ-
դոսին 'ի վերայ աստուածային բնութեանն.
որ է' ըստ ինքեան անծնանելի, եւ
անչարչարելի, եւ անմահ. եւ նա ասէ,
թէ նոյն ինքն աստուածային բնութիւնն
որդւոյ ծնաւ 'ի կուսէն, եւ չարչա-
րեցաւ, եւ մեռաւ, այլ յաւէտ թէ
եւս ծնաւ. եւ արտադրեցաւ 'ի հօրէ
անստի, որ է' աղանդն արիոսի. զի
անձն որդւոյ ծնաւ 'ի հօրէ. եւ ոչ
նորին բնութիւն.

ԼԵ Նաեւ տարածեցին 'ի յերկրորդ-
35 գլուխն ընդդէմ թէոփիստայ ասէ.
Հարքն ամենաչար ժողովոյն քաղկե-
դոնի երկու բնութիւն քարոզեցին
զքրիստոս եւ սահմանեցին զվաստակելն,
եւ զնախատանս, եւ զխոցումն, եւ
զապտակն, եւ զարբումն լեղւոյն.
եւ զայս ամ̃ մարմնոյն եդուն եւ ոչ
աստուածութեան. եւ հաստատեցին, թէ մի
բնութիւն էր ապականացու, եւ միւսն
անապական. մի բնութիւն մասամբ 'ի
չարչարանս, եւ միւսն մասամբ ազատ 'ի
չարչարանացն.] Անհնարին. թէ
որպէս յայտնապէս ասէ, թէ աստուածային
բնութիւնն չարչարեցաւ. Եւ դարձեալ
ԼԶ 'ի վեցերորդ գլուխն ասէ. Եթէ ոք
36 աստուածածինն մարեամ զբնութիւն մար-
դոյն ծնաւ. ապա չէ աստուածածին. Եւ
եթէ զերկոսին բնութիւնսն ծնաւ.
ապա երկու որդւոյ մայր է. եւ ոչ
միածնամայր.] Ուստի եզրակա-
ցուցանէ, թէ ծնաւ զմի բնութիւն
աստուածութեան եւ մարմնոյ. Եւ դարձեալ
'ի յութերորդ գլուխն ասէ. թէ 'ի քրիստոս
ապականացու եւ մահկանացու մար-
մնոյն, անապական եւ անմահարար-
եղեալ. զնս այնորիկ եւ անապակա-
նաբար չարչարեալ եւ մեռեալ. եւ աստուածու-
թիւնն չարչարանացն եւ մահուն հա-
ղորդեալ.]

Տղզս

Ցէզա վեցերորդ մոլորութէ.

Վեցերորդ՝ մոլորեին ասելով. թէ Քրիստոս ոչ էառ 'ի մարդկային բնութենն զմարմնոյ ակարութիս պատժականս. այլ ունէր զմարմին երկնեղէն, և փառաւոր, և թեթև, և անօսր, և հոգևոր, և անապական, և լուսաւոր, և հզօր, և անչարչարելի, և անմահ. և որ յղացեալ և ծնեալ և սնեալ եղէ անապականն կերպիւ. և որ ուտէր և ըմպէր և ննջէր՝ ոչ թէ 'ի բնական հարկաւորութէ քաղցոյ և ծարաւոյ և քնոյ ըստ պահանջման բնութեանն. այլ ըստ հաճելոյ կամաց նորին քն. որքն եկեր և էարբ զկնի յարութեն. և որ չարչարեալ և մեռեալ եղէ, ոչ թէ ըստ բնական սովորութէն չարչարելի և մահկանացու մարմնոյն. այլ անապականն խնչ կերպիւ և զի նորին խորհուրդ կամեցաւ, որ անմահ և անչարչարելի մարմինն իւր այսու կերպիւ չարչարիւր և մեռանէր վս մերոյ փրկութեան.

Սուտ ասէ օձնեցին. Որ զքս ոչ խոստովանեսցի մի բնութիւն անմահ. եղիցի նզովեալ. Որ ասիցէ, թէ քս էր ապականացու մարմնով, և չարչարելի և մահկանացու բնութբ մարդկայնով. եղիցի նզովեալ. Եթէ ոք ասիցէ զքն մարմինն մահկանացու՝ կ չարչարելի. եղիցի նզովեալ.]

Եւ սաւթևացին ասէ. Քն ոչ ասի հոգեղէն. այլ միշտ յերկնից մարմնով. ըստ այսմ. առաջին մարդն յերկրէ հողեղէն. երկրորդ մարդն յերկնից երկնեղէն. Ոչ ասի շնչաւոր, այլ ամենևին հոգևոր. Ոչ ասի մահկանացու. այլ միշտ անմահ մարմնով իւրով. Ոչ ասի ապականացու, այլ միշտ անապական մարմնով իւրով.]
Եւ դրձյ ասէ. Քրիստոսի մարմինն 'ի ծննդեանե փառաւորեալ էր, որքն այժմ

Լէ 37 *secundum carnem. Non dicitur corruptibilis, sed semper incorruptibilis, etiam secundum carnem.* Et rursus ait; *Christi corpus jam inde ab utero Virginis ita gloriosum fuit, sicut nunc est in cælo: subtilitatem enim ostendit in nativitate, Mariam relinquendo Virginem; levitatem, gradiendo supra mare; splendorem, in monte Tabor; & incorruptibilitatem in Eucharistia, quam instituit.*

Vartanus in epist. ad Haytonem, num.10. *Error*, inquit, *est dicentium, Christi corpus magis glorificatum fuisse post resurrectionem propter meritum*
Լը 38 *passionis, quam ante.* Item in monitis ad Armenios, cap.8. *Qui Christo tribuunt passiones aliquas odiosas, quæ præseferunt corruptionem, uti Latinorum natio facit, valde criminosi sunt, & in Christum peccant.* Ac subdit: *Christi conceptio fuit incorruptibilis, & nativitas incorruptibilis, & nutritio incorruptibilis.* Et rursus infra: *Christus, quem comedebat cibum, non digerebat, ut digerit homo: sed consumebat instar ignis, & immunis a corruptione manebat. Quod si petant: quid factum sit de cibo, & potu, quem ipse sumebat? respondemus: idem*
Լթ 39 *prorsus, quod factum fuit de cibo ejus post resurrectionem.*

Daronensis loc. cit. cap.8. *In Christo*, ait, *corruptibile, & mortale corpus factum est incorruptibile, & immortale; ideoque incorruptibili modo passum, & mortuum est.*

Siuniensis lib.2. cap.3. *Quemadmodum*, inquit, *coagulum nihil aliud est, nisi ipsum lac, in agni utero condensatum, quod fluidam alterius lactis naturam condensat, & in suam convertit similitudinem: ita similiter illud ex nostra natura corpus utero Virginis*

ginis per unionem cum verbo in incorruptionem mutatum est. Item cap.4. *Si Christi corpus fuisset corruptibile, non diceretur Joan.6. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi; & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Si corruptibile est, quomodo de cælo descendit? quomodo manducantes immortales reddit? quomodo Mariam Dei genitricem asserimus? quomodo, si hæc corpus edidit corruptibile, ejus virginitas integra mansit? quod si post resurrectionem dumtaxat incorruptibile factum esset; non Maria quidem, sed sepulchrum Deiparum diceretur*. Et infra: *Impossibile enim est, corruptionem, & incorruptionem una simul uniri; & essentias utriusque incolumes conservari*. Hactenus impii Phantasiastæ Manichæi.

Septimus Error.

Asserunt septimo, Christum non suscepisse in natura humana defectus animæ pœnales: & sic non vere timuisse, tristatum esse, commotum ira per zelum, admiratum &c. Sed has animæ passiones solum per speciem exhibuisse oculis hominum ad nostram eruditionem. Huc spectant, tum verba illa, quæ Joannes Maracumensis coram Jesdra Patriarcha, aliisque Armenis Episcopis protulit, dicens: *Saturninus multas olim hæreses addidit sacris scripturis, puta verba illa Evangelio: Cœpit Jesus pavere, & tedere: apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum: & factus in agonia, prolixius orabat: & factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*: tum etiam alia superius allata, quibus negant in Christo humanam operationem; ea præsertim, qui-

Vide infra, quæst.3. §.11.

Խ այժմ որ յերկինս է. զի զանօսրութի
40 եղոյց ծնանելովն, և զմարմին կոյս
թողլով. և զլուսաւորութի՛ն 'ի թա
բոր. և զթեթևութի՛ն 'ի վր ծածկուն գնա
լով. և զանապականութի՛ն 'ի նշխարս
զոր առար յաւէտ հնդշաբաթի.]

Եւ վարդան 'ի թուղթն առ հե
թում, և 'ի .Ժ. երորդ թիւն այսպէս
ասէ. Ստանաերորդ ախտն է, եթէ
'ի յարութեանն առաւելով փառաւորե
ցաւ մարմինն Քի վասն վարձու չար
չարանացն. այլ մեք խոստովանիմք.
թէ ընդ յղանալ բանին և խառնելոյն
ընդ մարմնոյն փառաւորեցաւ. և
այլ ոչ յաւելաւ նմա փառք.] Եւ 'ի
Խա գիրքն խրատուց 'ի յութերորդ գլուխն
41 ասէ. Որք անդամոնելի կերք ասեն
քն. որպէս ֆռանկ ազգդ. յայժ մեղադ
րանօք են. և մեղանչեն 'ի քն. զի
յղութիւն մերկչին անապական եղև.
և ծնունդն անապական. նոյնպէս
և սնունդն անապական. որպէս և մահն
անապական.] Եւ զկնի այլոց բանից
դարձեալ ասէ. Քն զկերակուրն,
զոր ուտէր, ոչ ծախէր, որպէս ծախէ
մարդ. այլ որպէս հուր. և ապա մեայր
յապականութեն. Եւ եթէ ասեն,
թէ կերակուրն և ըմպելին, զոր
ուտէր քն զինչ լինէր. զի ոչ ելանէր
արտաքս ասեմք, թէ որպէս եղև կե
Խբ րակուրն նորա յետ յարութեանն.
42 նոյնպէս յառաջ քան զյարութիւնն.]

Եւ տարծնացին ասէ, որպէս 'ի վե
րոյ. թէ 'ի քն ապականացու և մահ
կանացու մարմինն անապական և ան
մահարար եղև. վնկ և անապակա
նաբար չարչարեցաւ և մեռաւ.

Եւ սիւնեցին 'ի գիրքն երկրդ, և
'ի գլուխն երրդ ասէ. Որպէս խախաց
ոչ այլ ինչ է. այլ 'ի նոյն կաթանէ
յորովայնի դառնոյն պանրացեալ. և
արտաքս եկեալ. ընդ որս խառնի
կաթին զլոյծ բնութիւնն պնդէ, և
փոխադրէ յիւր նմանութի. այսպէս և
մար

մարմինն այն, 'ի մեր բնութենէս յորոյ_ Յօդ.
վայրն կուսին փոխադրեալ յանա_ 43
պականութեն միաւորութե բանին.
և առաւաքս ելեալ.] Եւ դարձեալ 'ի չոր
րորդ գլուխն ասէ. Զոր՝ եթէ դքն
մարմինն ապականացու կարծէք.
զինչ որ ասէ քն. Թէ ես եմ հացն կե_
նաց յերկնից իջեալ. Եւ հացն զոր
ես տաց, մարմինն իմ է, որ բաշխի վն
կենաց աշխարհի. Թէ ապականացու
է. զինչ որ յերկնից իջեալ. և զհաղոր_
դելոցն անմահացուցանէ. և կամ
զհաղորդ ասէք, զմարմնամ ածածին.
և եթէ նա ապականացու մարմին
ծնաւ. զհաւրդ կուսութին ամբողջ
մնաց. Եւ թէ ասիցէք, յետ յարու_ Յօդ.
թեն փոխել յանապականութիւն. 44
ապա մարմնամ ոչ է ածածին. այլ դե_
րեզմանին.] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ. Ոի
ոչ գոյ հնար ապականութեան և
անապականութե չարչարել 'ի մի_
մեանս. և էութիւն երկոցունց ամ
բողջ մնալ.] Զայսմ խօսին և խն_
լադարին անապականադունան և
ուսաչօք ասօղք մանիքեցիքս այսոքիկ.

Յղգս եօթներորդ մոլորութե.

ԵՕթներորդ՝ մոլորեն ասելով.
Թէ քն ոչ էառ 'ի մարդկայնոյն
բնութենն զհոգւոյ անկատարութեն կրա_ Յօդ.
կանս. և թէ ոչ ճշմարտութե եր 45
կնչէր, և տրտմէր, և բարկացաւ բարի
նախանձով, և զարմացաւ. այլ զայս_
պիսի կիրս անձին եցոյց միայն առա_
չօք առ 'ի խրատս մեր. վասն այսորիկ
յոհան մայրագումեցին առաջի ատ̄
եղբայ կթղկսին և այլոց եպիկոց հայ_
ոց ասէր. Թէ սատանութիւնս հերե_
տիկոսն ապականեալ էր զգիրքն ա_
ստուածայինն, և վերաբերեալ նմա
զբանսն զայնոսիկ. Լեկաւ անխրել
և հոգալ. և երևեցաւ նմա հրեշ_
տակ յերկնից, և զօրացուցանէր զնա.
և

quibus Siunienſis ajebat: *Nullus in Deo verbo incarnato humanæ naturæ, aut voluntatis, aut operationis numerus permanſit; ſed quicquid in eo eſt, & voluntas, & operatio, totum divinum dicitur*: & Dattievenſis, ac Vartanus dicebant, Chriſti humanitatem ita ab utero Virginis glorioſam fuiſſe, ſicut eſt nunc in cælo: unde ſequitur, ſicut nunc in cælo triſtari, & timere non poteſt, ita nec antea potuiſſe; ſed timorem, ac triſtitiam oſtendiſſe per ſimulationem.

Octavus Error.

UT autem Eutychianam hæreſim cum Neſtoriana conjungant, & monſtrum faciant, ex utraque hæreſi temperatum; aſſerunt octavo, verbum divinum aſſumpſiſſe, non ſolum naturam, ſed etiam perſonam humanam; docentes, idem eſſe naturam, & perſonam; nec poſſe naturam ullam a propria ſubſiſtentia ſeparari, & alieno ſubſiſtere ſuppoſito: & ſic ex duabus perſonis, divina ſcilicet & humana, unam eſſe factam naturam, & perſonam in Chriſto.

Unde Oznienſis loco cit. *Leo*, inquit, *duas in Chriſto naturas confeſſus eſt, & unam perſonam; neſciens quod natura ſine perſonalitate nihil eſt.*

Dattievenſis in libro interrogationum: *Quærunt*, ait, *a nobis Diaphyſitæ: cur non dicitis in Chriſto duas naturas? quibus reſpondendum eſt: ne duas pariter perſonas in eodem conſtituamus. Nam ſi Chriſtus in duas naturas diſtingueretur, neceſſario in duas etiam divideretur perſonas.*

Et Siunienſis lib. 1. contra Diaphyſ. cap. 3. *Natura*, inquit, *ſine propria ſubſiſtentia nullo modo poteſt exiſtere.*

Et subdit cap.4. *Dicunt ergo duas naturas, & unam personam: unde, juxta ipsorum verba, altera ex istis naturis esset personata, & altera personalitate privata; at impossibile est, in una persona duas naturat subsistere, easque sibi invicem contrarias; & præterea impossibile est, quod natura sua sit personalitate privata. O errorem horribilem, & admiratione dignum!* &c. Item lib.2. cap.3. inquit: *Examinemus autem eos, qui duas heterogeneas naturas in una persona componunt. Si enim humanam naturam propria personalitate spoliatam considerant: certe dimidium hominis, & non hominem perfectum intelligunt: quomodo namque possit mens nostra percipere, quod impossibile est, hominem scilicet sine propria personalitate?*

Nonus Error.

ASserunt nono, Christum, Dei filium, non spirare una cum Patre Spiritum sanctum; sed hunc a solo Patre procedere.

Unde Joannes Orodniensis in lib. de hæresibus, cap.3. *Quintus*, inquit, *error est Latinorum, qui doctrinam illam Evangelicam: Spiritus veritatis, qui a Patre procedit: respuentes; dicunt, esse Spiritum sanctum, ceu vinculum quoddam Patris, & Filii, ab utroque procedens &c.*

Vartanus in epist. ad Haytonem num.2. eosdem arguens Latinos inquit: *Errant præterea, quia docent, Spiritum sanctum a Patre, & Filio procedere: quod sane confusionem, & perturbationem generat in mentibus audientium.* Et infra: *Cum in divinis una tantum generatio sit, & una processio; una pariter, & simplex causa sin-*

խզ եւ էր 'ի տարանալի . եւ մատդեւրու-
46 Թեամբ եւս կայր յաղօթս . եւ հասե-
լոյ 'ի նմանէ քրտունք իբրեւ զկայլակս
արեան , որպէս որպէս հեղեալ յեր
կիր .] Եւ սուտեցին ասէր . Թէ ոչ
մարմնական բնութե , կ կամաց , կ
ներգործութե Թիւ մնաց 'ի մար-
մնացեալ այլ բանին . քանզի բոլոր
ածային եւ կամք եւ ներգործութի
ասի .] Եւ սատեւային ընդ վարդա-
նայ ասէին, Թէ քի մարդկութին այսպ
'ի ծննդեան փառաւորեալ էր . որպ
եւ է այժմ 'ի յերկինս փառաւոր .]
Ուստի հետեւի . Թէ որպ ոչ կարէ
այժմ քն բնականաբար տրտմիլ եւ
խէ տխրիլ 'ի յերկինս . նմանապ եւ ոչ
47 կարէր յառաջ 'ի վր երկրի զնոյն առ-
նել բնականաբար . այլ Թէ ցուցանէր
զտրտմութին եւ զերկիւղն առաջօք
եւ կեղծաւորութբ . որ քաւ լիցի
զայսպիսի մոլորութիւ զմտաւ ածել .

Յղգս ութերորդ մոլորութե .

Ութերորդ' մոլորին խառնելով
զաղանդն նեստորի ընդ աղան
դոյն եւտիքեայ . եւ ասեն . Թէ ածայ
ին անձն բանին , էառ ոչ եթէ միայն
զմարդկային բնութին , այլ եւ զմրդ
կային անձն . այ . զոմն մարդ : Եւ
խը բնաւ ին ոչ գիտելով զսկիզբն ինչ
48 փիլիսոփայութե' կարծեն , Թէ նոյն
է ասել անձն եւ բնութի . եւ Թէ ոչ
կարէ մարդկային բնութին մերկա-
ցեալ յիւրական անձնաւորութենէ
ենԹադրեալ անձնացեալ միայն
ածային անձնաւորութբ բանին .
Ուստի մուծանելով 'ի մի անձն բա-
նին մարմնացելոյ զերկու անձն' ասեն
անխելաբար , Թէ 'ի յերկուց անձանց
եւ բնութեց եղեւ մի խառնեալ անձն
եւ բնութիւն 'ի քրիստոս .

Այսոն որոյ ասէ օձնեցին . Լեոն
զերկու բնութիւ 'ի քս խոստովանե-
լով ,

լով, զմի անձն ասաց. և ոչ զերաց, ԽԹ
եթէ բնութիւն ասասցի անձին ոչ 49
ինչ է.]

Եւ սատեացին 'ի գերքն հարց_
մանց ասէ. Հարցումն երկաբնակաց,
ընդէ՞ր ոչ ասէք երկու բնութիւն
քրիստոսի. Պատասխանի. զի մի յատկա
ցին երկու անձինք 'ի քս. զի եթէ
զերկու բնութիւնս ասեմք, 'ի հար
կէ և զերկու անձն պարտիմք ասել.]

Եւ սուտեցին 'ի յառաջին գերքն
ընդդէմ երկաբնակաց, և 'ի յերրորդ
գլուխն ընդվայր և ազդատաւբար որ_
պամաբանէ 'նկերայ սորին, և ասէ.
Թէ բնութիւն առաւոց իւր եմթակայու
թէ. ՟յր. անձնաւորութէ, անհնա_ Ծ
րին է գոյանալ.] Եւ 'ի չորրորդ 50
գլուխն ասէ. առդ՝ ասեմ. բնութիւնք
երկու. և դէմ և անձն մի. և ըստ
բանիցս այսոցիկ, լինին 'ի սոցանէ անձ
նաւորութեան. և միան անանձն.
այլ ոչ գոյ հնար 'ի միում դիմի լինել
երկուց կատարելոյ բնութեց, և այն
հակառակ միմեանց. և ոչ կարէ բնու
թիւնն առանձին լինել. ՄՀ զարմա_
նալեացս. ոՀ ահագին մոլորութեա.]
Եւ դարձեալ 'ի յերկրորդ գերքն և յեր_
րորդ գլուխն ասէ. ջնջոց աեցուք
որ երկու բնութիւնս այլասեռս 'ի
միում դիմի շարադրեն. եթէ բնու_
թին մարդոյն նկատեն առաւոց իւր Ծա
դիմաց. ահա կիսամարդ, և ոչ կա_ 51
տարեալ խմանան. և զիա՞րդ մակա_
մբռնածութիւնն մեր կարէ նկատել
առանձին մարդ. որ է անհնար. Սմեա_
նէն, թէ ո՞րք համաձայնին նեստո_
րի. և դնեն 'ի քրիստոս զերկու դէմ
և զերկու անձն.

Յաղգս իններորդ մոլորութէ.

Իններորդ՝ մոլորին ասելով. թէ
միածին որդին այլ քս, և բանն
ած՝ ոչ փչէ ընդ հօր զհոգին սբ. այլ
թէ

singularum asserenda est, Spiritus autem idcirco filii dicitur; quia dona Spiritus Sancti, paterna scilicet bona, per Filium nobis impertiuntur.

In idem coincidunt Gregorius Dattievensis, & alii; qui multas pro sua sententia scripturas objiciunt; ut loco videbitur:

Hi sunt errores Pseudomagistrorum Armeniæ circa propositam controversiam; quos ab Armena Ecclesia rejectos fuisse, partim vidimus in præterita quæstione, partim deinceps videbimus, singula eorum capita singulis quæstionibus percurrendo, ac refellendo.

տութիւդ ձեր։] Եւ զնոյն ասէ 'ի գիրս
երրորդ, և 'ի գլուխն. ԺԲ. և Ի երդ.

Թէրտուղիանոս 'ի գրոցն յաղագս
մարմնոյն քր̄ի 'ի հինգերորդ գլխն ասէ.
Երկու բնութիւնքն ցուցին զք̄ս ա̄ծ և
մարդ. հոգևոր և մարմնաւոր. հզօր և
տկար. մեռեալ և կենդանի. որ յատ-
կութիւնս ա̄ծային և մարդկային բնու-
թեն յայտնեցան հաւասար ճշմարտու-
թե̄ երկաքանչիւրոյ բնութեն. զի զօ-
րութիւն զհոգւոյն այ ստուգեցին. և
կրողութիւն զմարմնոյն մարդկութեն։]

Որոգինէս 'ի մեկնութե մատթէոսի 'ի
լգ. երդ ընձեռութիւն ասէ. Ըստ իւրոյ
ա̄ծութեն ոչ պանդխտեցաւ. այլ
ըստ տնօրէնութե մարմնոյն զոր էառ.
ըստ որում խռովեցաւ, և տրտմե-
ցաւ ասելով. թէ անձն իմ յոյժ խռո-
վեալ է. և դրձլ. տրտում է անձն իմ
մինչև 'ի մահ. արդ իբրև զայս ասեմք
ոչ լուծանեմք զմարդկութե մարմնոյն
զոր էառ. զի գրեցաւ 'ի յհն. ամ հոգի
որ լուծանէ զյս, ոչ է յա̄յ. այլ պա-
հեմք զիւրաքանչիւրոյ բնութեանն
զյատկութի.]

Սուրբն գրիգոր սքանչելագործն 'ի
ճառն յաղագս հաւատոյ ասէ. Է ա̄ծ
ճշմարիտ. որ գոլով անմարմին, 'ի մար-
մնի երևեցաւ. ոչ ունի զերկու անձն
այլ զերկու բնութի.]

Սբն աթանաս 'ի գիրսն յաղագս սահ-
մանաց ասէ. «Այլ է բնութի. և այլ
անձնաւորութիւն. Եթէ ոք հար-
ցանէ վասն ա̄ծութեն. թէ քանի բնու-
թի խոստովանիս. պատասխանեա.

Թէ

Զ 6 Tertullianus de carne Christi, cap. 5. *Ita utriusque substantiæ census hominem, & Deum exhibuit: hinc carneum, inde spiritalem; hinc infirmum, inde præfortem, hinc morientem, inde viventem; quæ proprietas conditionum divinæ, & humanæ, æqua utique naturæ cujusque veritate dispuncta est eadem fide spiritus, & carnis. Virtutes spiritum Dei, passiones carnem hominis probaverunt.*

Origenes, tract. 33. in Matthæum: *Secundum divinitatis suæ naturam non peregrinatur; sed peregrinatur secundum dispensationem corporis, quod*
Է 7 *suscepit; secundum quod turbatus, & tristis factus est, dicens: nunc anima mea turbatur: Et, tristis est anima mea usque ad mortem: hæc autem dicentes, non solvimus suscepti corporis hominem: cum scriptum sit apud Joannem, omnis spiritus, qui solvit Jesum, non est ex Deo: sed unicuique substantiæ proprietatem servamus.* Joan. 4.

Gregorius Thaumaturgus, in orat. de singulari fide: *Est Deus verus; qui, cum esset carnis expers, in carne apparuit: non tamen duas habet personas, sed duas naturas.* Apud Eutym. in Panopl. part. 2. tit. 15.

Athanasius in tract. de definitioni-
Ը 8 bus, ubi de natura, & hypostasi: *Aliud est natura, aliud hypostasis. Si quis ergo de divinitate quærat: quot confitearis naturas? responde: unam; hypostases vero tres. Quod si quis de incarnationis dispensatione interroget: quot naturas confiteare? responde: duas; unam vero hypostasim. Christus enim duas essentias, & naturas habet, immutabiles, & inconfusas, divinitatem, & humanitatem, in una hypostasi, Deus perfectus, & perfectus homo cognitus, atque propterea duas naturas in una hypostasi confitemur in-*

car-

carnationem Domini nostri Jesu Christi. Item in Evangelium de sanctissima Deipara. *Deus perfectus, & homo perfectus: unus ratione unius personæ; duplex tamen natura*.

Apud eund. Eutym. loc. cit.

Ejusdem, adversus illos, qui Christum unam esse dicunt naturam compositam: *Aliud etiam est dicere, duas naturas perfectas in unam personam convenisse; & aliud, ex duabus partibus unam essentiam esse conflatam* &c. *qui enim fieri potest, ut quod æternum est, & quod est recens, in una considerentur natura? num & sanguis, & aqua fuit divinitatis essentia, quæ fontis instar defluxit e latere. Si ejusdem est, & pati, & non pati; necesse est, & voluntates esse diversas, & non easdem actiones; alia enim convenit formæ Dei, & alia formæ servi: alia templo, & alia inhabitanti Deo. Perperam igitur in unam essentiam introducunt seditionem, cujus essentiæ pars unum vult, pars aliud. Si una essentia; cur dicit: non quod ego volo, sed quod tu? quomodo eadem est, quæ fecit, & quæ facta est? Quomodo eadem & omnia novit antequam fierent, & extremum diem, & hoc ignorat? quomodo eadem & precatur, & preces suscipit? quomodo dicit, Deus meus, Deus meus, cur me dereliquisti? quis novit, eandem a seipsa naturam derelinqui, & seipsam, ut alium, invocare? quæ quidem omnia naturam duplicem consequuntur*. Hoc ipsum præterea diserte docet idem Athanasius, in epist. ad Epictetum contra Arrianos; in tract. de adventu Christi, & in alio de humana natura suscepta, contra Apollinarium; in lib. de incarnatione; aliisque tractatibus.

Hilarius, lib. 9. de Trinitate in prin-

Թ 9 Թէ մի բնութի. նոյն զերկս անձնաւո-
րութիս. Ապա թէ ոչ համեմատէ զմ̃
մարդեղութե անօրէնութե. Թէ քա-
նի բնութի խոստովանիս. պատաս-
խանես. Թէ զերկու բնութիս. և մի
անձնաւորութի. քանզի ք̃ն զերկու-
էութիս և բնութիս ունի, անփոփո-
խըս, և անշփոթս, զա̃ծութիս և զմար-
դկութիս, 'ի մի անձն, ա̃ծ կատարեալ
և մարդ կատարեալ ճանաչեալ. սակս
այսորիկ զերկու բնութի 'ի մի անձնա-
ւորութեան խոստովանիմք զմարդե-
ղութիս ա̃ն մերոյ յի̃ քի̃.] Եւ դարձ 'ի
վր̃ աւետարանին յղգս ամենասուրբ ա̃ծ-
ածնին ասէ. Ա̃ծ կատարեալ և մարդ
Ժ կատարեալ. մի ըստ միոյ անձնաւո-
10 րութեան. բայց երկեակ ըստ բնու-
թեան.]

Եւ դարձ' նոյն աթանաս ընդդէմ
նոցա, որք ասէին զք̃ն մի բաղադրեալ
բնութի, ասէ. Այլ է ասելն զերկուս
կատարեալ բնութիս 'ի մի անձն շա-
րայարեալս. և այլ է ասելն, թէ յեր-
կուց մասանց մի էութի բաղադրե-
ցաւ. Եւ զիա́րդ իցէ կարելի, զյաւի-
տենականն և զժամանակաւորն 'ի մի
բնութի նկատել. Մի թէ ա̃ծու-
էութիւնն եղև արիւն և ջուր. որք
իբրև զաղբիւր ելին 'ի կողէն. Եթէ
նորին էր չարչարել և ոչ չարչարել.
Ժա ապա պարտ է և զկամսն դոլ զանա-
11 զանս. և ոչ նոյն զներգործութիս. զի
այլ պատշաճի կերպի ա̃յ. և այլ կեր-
պի ծառային. ուրեմն չարափառք են,
որք զհակառակութի 'ի մի էութիւն
մուծանեն. Եթէ մի էութի է. ըն-
դէ՞ր ասէ. Թէ ոչ որ ես կամիմ. այլ
որ դու. զիա́րդ մի և նոյն բնութի
է, որ ստեղծ, և որ ստեղծաւն. զի-
ա́րդ նոյն է. որ ճանաչեաց զա̃մ յա-
ռաջ քան զլինելն նոցա. և ոչ գիտէր
զյետին օրն և զժամն. զիա́րդ նոյն է.
որ աղօթէր, և որ զաղօթս ընդունէր.
զիա́րդ ասէր. Թէ ա̃ծ իմ ա̃ծ իմ ընդ-
էր-

եր Թողեր զնա։ Մինն է կարէ իմանալ. Դբ
Թէ մի բնութիւն նոյն զնոյն Թողոյր. 12
և զնոյն երբեք զայլ ոչ կոչէր. որք ամ
պատշաճին երկուց բնութեանց.]
ււԶ յաքան մեծին Աթանասի. որ և զնոյն
ասէ 'ի Թուղթն առ Եպիկտետոս. և 'ի
ճառն յաղագս գալստեանն քի. և 'ի
ճառն յղ̅գս մարդկային բնութե ա-
ռելոյն, որ ընդդէմ ապօղինարի. և
'ի գիրսն յաղագս մարդեղութե. և
յայլ բազում ուրեք.

Մե̅ն Կիւրեղոս յղ̅գս երրորդութե
յիններորդ գիրքն ասէ. Զայ̅ բնու-
Թի՛ն 'ի զօրութե յարութեն իմացիր.
իսկ զմարդոյ տնօրէնութիւն 'ի մահ-
ուանն ծանիր. Եւ Թէպէտ երկո- Դգ
քինն գործեցաւ ըստ երկուց բնու- 13
Թեցն. սակայն յիշեա զմի գոլ յս քս,
որ զերկոսեանն ընդունի.] Եւ յետոյ
դրձ̅լ ասէ. ււԶոր պարտ էր ինձ 'ի Ձեռն
սակաւուց ապացուցանել զայսոսիկ.
որ̅ զի յիշեսցուք գոլ 'ի տր̅ մեր յս քս
մի անձն երկոցունց բնութեցն. զի որ
էրն 'ի կերպարանս այ̅. էառ զկեր-
պարանս ծառայի.] զնոյն ասէ եւս 'ի
մեկնութեանն Թղթոյն պօղոսի առ
տիմոթէոս.

Մե̅ն բարսեղիոս 'ի յառաջին գիրսն,
որ ընդդէմ եւնոմիոսի ասէ. Որպ̅ առ-
նուլն զկերպարանս ծառայի՛ նշանա-
կէ զառեալն մեր յս քս ծնեալ էութե Դդ
մարդկային բնութե. այսպ̅ գոլն 'ի 14
կերպարանս այ՛ յայտ առնէ զյատ-
կութիւն աստուածային էութեն.] Եւ դարձ̅լ
'ի յերկրորդ ճառն յղ̅գս որդւոյ ասէ.
Հաւատամք 'ի մի հայր անծին. և 'ի
մի որդի ծնեալ, յս քս, գոյակից ընդ-
հօր ըստ աստուածութե, և ընդ մեզ ըստ
մարմնոյ. ոչ երկու, այլ մի որդի. ա-
ռողջ պահելով յատկութիւնսն բնութեց.]
Նոյնպ̅ ուսուցանէ 'ի չորրորդ գիրսն
ընդդէմ եւնոմիոսի. և յայլ ուրեք.

Մե̅ն գրիգոր աստուածաբանն 'ի յառա-
ջին Թուղթն առ կղեդոնիոս ասէ.

ԵԹէ

principio: *Naturam Dei in virtute resurrectionis intellige: dispensationem hominis in morte cognosce: &, cum sint utraque suis gesta naturis, unum tamen Christum Jesum eum memento esse, qui utrumque est.* Et rursus post pauca: *Haec igitur demonstranda a me paucis fuerunt; ut utriusque naturae personam tractari in Domino Jesu Christo meminissemus; quia qui erat in forma Dei, formam servi accepit.* Idem asserit in explanatione epistolae ad Timotheum.

Basilius, lib. 1. contra Eunom. post medium: *Sicut formam,* inquit, *assumpsisse servi, in essentia humanae naturae Dominum nostrum natum esse, significat: sic cum dicit, in forma Dei esse, divinae essentiae proprietatem penitus declarat.* Item in orat. de filio secunda: *Credimus,* ait, *in unum Patrem ingenitum, & in unum filium genitum, Jesum Christum, ejusdem substantiae cum Patre secundum divinitatem, & nobiscum secundum carnem: non duos, sed unum filium, salvis naturarum proprietatibus.* Idem docet lib. 4. contra Eunomium, & alibi.

Nazianzenus, in epist. 1. ad Cledonium: *Si quis duos filios, alterum ex Deo, & Patre, alterum ex matre; non autem unum, atque eundem, induxerit: is ab ea quoque filiorum adoptione excidat, quae recte credentibus promissa est. Quamquam enim Deus, & homo duae naturae sunt, quemadmodum & anima, & corpus; non tamen duo filii, nec Dii; sicut ne hic quidem duo homines.* Et paulo post ait: *Aliud quidem, atque aliud sunt ea, ex quibus Salvator: non tamen alius, atque alius; absit. Porro aliud dico, contraquam in Trinitate res habet:*

bet:

bet: illic enim alius, atque alius, ne personas confundamus; non autem aliud, atque aliud; quoniam tria quoad divinitatem unum, & idem sunt.

Item in orat. secunda de filio, super illud: *Ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum*, inquit: *Deus dicitur, non ratione verbi, sed partis, in oculorum sensum cadentis: quo enim modo illius, qui proprie Deus, Deus dici queat? Quemadmodum Pater, non humanitatis, sed verbi respectu: duplici quippe natura constabat*. Item in oratione de nativit. Christi, non longe a fine: *Missus est quidem, sed ut homo: duplex enim erat in eo natura*. Sic etiam habet in homilia de Epiphania.

Nyssenus homil. 13. in Cantica: *In Christo quiddam creatum est, quiddam increatum: & increatum vocamus illud ipsum, quod æternum est, ac seculis prius, & a quo res universæ conditæ sunt: creatum vero, quod ob susceptam nostri causa administrationem conformatum est ad similitudinem corporis humilitatis nostræ*. Item in orat. adversus Apollinarium. *Si igitur in duabus contrariis proprietatibus natura carnis, & divinitatis consideratur: quomodo duæ naturæ sunt una?* Idem similiter in lib. ad Simplicium.

Ambrosius, lib. 1. de incarnationis dominicæ Sacramento, cap. 6. *Sed, dum hos redarguimus, emergunt alii, qui carnem Domini, dicunt, & divinitatem unius esse naturæ. Quæ tantum sacrilegium inferna vomuerunt?* Et rursus cap. 7. *Non Christum divido, cum carnis ejus, divinitatisque distinguo substantiam; sed unum Christum cum Patre, & Spiritu Dei præ-*

ԺԵ եթէ ոք 'ի ներքոյ ածիցէ զերկու որ
15 դիս. զմինն յայն և 'ի հօրէ. և զերկ-
րորդն 'ի մօրէ. այլ և ոչ զմի և զնոյն.
յորդեգրութեան արտաքս անկցի. զոր
խոստացան ուղիղ հաւատացելոց.
զի թէպէտ բնութիւք երկուք. զի ած
և մրդ. ոպ հոգի և մարմին. բայց որ-
դիք ոչ երկուք. և ոչ ածք երկուք.
ոպ և ոչ երկու մարդիկք.] Եւ դրձլ
յետ սակաւուց. այլ և այլ. յորոց
փրկիչն. բայց ոչ այլ ոք և այլ ոք.
քաւ լիցի այս. իսկ այլ առեմ ընդդէմ
այնմիկ. որ յերրորդութեն. քանզի
անդ այլ ոք և այլ ոք ասեմք. զի մի
զանձինս շփոթեսցուք. բայց ոչ այլ
ԺԶ և այլ. զի երեքեանն ըստ ածութեն
16 մի և նոյն են.]

Նոյն սբն յճառս որդւոյ յերկրորդ-
ճառն, որ 'ի վր այնր. Թէ ելանեմ առ
հայր իմ, և առ հայր ձեր. ած իմ և
ած ձեր. ասէ. ած ասի, ոչ բանին, այլ
այնր իրի, որ աչօք տեսանիւր. քանզի
զիա՞րդ կարէր իսկապէս այ ած լի-
նել. ոպ և հայր ասի, ոչ մարդկու-
թեն, այլ բանին. զի ունէր զերկու
բնութի.] Եւ դրձլ 'ի քն ծննդեան
ճառն ասէ. առաքեցաւ իբրև մարդ.
զի երկու բնութի էր 'ի նմա.] նոյնպէս
ասէ 'ի ճառն յաղագս յայտնութեանն
և յայլ ուրեք.

ԺԷ Սէն գրիգոր նիւսացին 'ի յերգ եր
17 գոցն մեկնութեն յերեքտասաներոր-
ճառն ասէ. 'Ի քս ստեղծեալ ինչ կայ,
և անստեղծ ինչ. և անստեղծ ասեմք
զայն, որ է յաւիտենին. և յորմէ ամ ինչ
ստեղծաւ. իսկ ստեղծեալ այն, զոր
եառ վս մեր 'ի նմանութի մարմնոյ խո-
նարհութեն մերոյ.] Եւ դրձլ 'ի ճառն
որ ընդդէմ ապօղինարի, ասէ. ապա
եթէ 'ի յերկուս ընդդիմակ յատկու-
թիս բնութին մարմնոյ և ածութե
նկատի. զիարդ երկու բնութիքն են
մի.] Եւ զնոյն ասէ 'ի գիրսն առ սիմ
պղիկիոս.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ժը *prædico: & illos magis, qui carnem*
18 *Christi unius cum divinitate ejus dicunt esse substantiæ, Tetrada inducere, demonstrabo* &c. Idem docet lib. 1. de fide ad Gratianum cap. 4. & in ep. ad Sabinum Episcopum.

Chrysostomus, in epist. ad Acacium: *Unum filium, unam personam utraque absolverunt, quæ ratione indivisibili sine confusione cognoscitur, non in una solum natura, sed in duabus perfectis*. Et rursus ibidem: *Unum filium unigenitum, non in geminos divisum filios, sed duarum tamen naturarum inseparabilium minime confusas in se proprietates conservantem.*
ԺԹ Item ejusdem ex oratione in latro-
19 nem: *Duæ naturæ, & actiones in Christo sunt, sed una persona*. Hoc idem affirmat in homil. de Ascens. Domini; & in exposit. epist. ad Timotheum; atque in evang. secundum Joannem, homil. 10.

Augustinus, in Joannem de verbis Domini serm. 58. *Licet unam personam in Christo credamus; duas tamen substantias, idest, naturas esse fatemur, divinitatis scilicet, & humanitatis, assumptricis, & assumptæ, creatricis, & creatæ: quæ tamen sub-*
Ի *stantiæ non sunt confusæ, sed unitæ,*
20 *atque in una, eademque persona inseparabiles, & in sua semper proprietate manentes*. Item in serm. 3. de Ascen. qui est 176. de temp. *Sub una, eademque persona in eo, qui elevat, divinam potentiam, in eo autem, qui elevatur, humanam agnosce substantiam: ideoque omnimodis detestanda sunt venena orientalis erroris, qui impia novitate præsumit asserere, filium Dei, ac filium hominis unius esse naturæ*. Et infra: *Qui enim unius naturæ Salvatorem nostrum mortifera per-*

persuasione crediderit, solum hominem, aut solum Deum cogetur dicere crucifixum. *Sed non ita est: mortem enim nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset.* Idem similiter docet in serm. de exposit. fidei; & adversus Maximinum.

Proclus, in serm. *Puer natus est nobis*, inquit: *Et naturas ratione divide, & unitatem mysterii divinis extolle præconiis.* Item in homil. de incarn. Domini, habita in Ecclesia Constantinopolis sedente Nestorio, prope finem: *Verbum enim caro factum est; duæque in unum simul coiverunt naturæ: at id citra ullam omnino confusionem.* Idemque asserit in epist. ad Armenios.

Cyrillus Alex. in epist. 2. ad Nestorium: *Et quamvis naturæ sint diversæ; vera tamen unione coeuntes, unum nobis Christum, & filium effecerunt: non quod naturarum differentia propter unionem sublata sit; verum quod divinitas, & humanitas secreta quadam, ineffabilique conjunctione in una persona unum nobis Christum, & filium constituerint.* Et in epist. 2. ad Successum: *Post conjunctionem naturas non separamus.* Et paulo post: *Duas naturas esse conjunctas dicimus.* Et rursus ibidem: *Qui Dominum nuda carne passum dicit, alienum a ratione, voluntateque cruciatum facit. At si quis dicat, eum participe mentis anima passum, ut spontaneus sit cruciatus; nihil dicere prohibet, eum in hominis natura passum, quod si verum est; cur non duas naturas extitisse dabimus post unionem citra ullam divisionem?*

Item in orat. quam ad Alexandrinos habuit: *Commistio*, inquit, *adducit interitum naturarum; arcana*

թեցան, այլ շաղկապեցան 'ի մի և նոյն
Իա 21 անձն. Տնօրէնք անքակտանելի և միշտ
առողջէ 'կայանութիւն ծերբանայ.] Եւ
դրձլ յԹղթս համբարձման նն յերրորդ
Տառն ասէ. 'Ի ներքոյ միոյն և նոյն
անձին Տնանաչեա զաստուածային զօրութի
համբարձողին, և զմարդկային բնու-
թիւն համբարձելոյն. ասկս այսուիկ
պարտիմք անմեկնելին հեռքել զչարա-
չար թիւն արևելեան մոլորութեն.
որ նորանձև ամբարշտութե եշխէ ա-
սել, թէ որդւոյն այ և մարդոյ մի է
բնութի.] Եւ դրձլ յետ սակաւուց
ասէ. Իսկ այս, որ մահապէտ մաս-
ծութե հաստատայ զփրկիչն մեր ունել
Իբ զմի բնութի. բռնադատի ես ասել.
22 թէ կամ սոսկ մարդ, կամ միայն ած-
խաչեցաւ. Բայց ոչ է այնպ. վասն զի
ոչ կարէր մահուանայաղթել սոսկ մարդն
և ոչ կրել զնա պարզ ած.] Նմանապ
ուսուցանէ 'ի ճառն յԹղթս հաւատոյ.
և 'ի միւս ճառն ընդդէմ մաքսիմի-
նոսի.

Սբն պրոկղ 'ի ճառն յԹղթս ծննդեան
քի ասէ. Օբնութիւնս մասոք որոշեա.
և զմիութիւն խորհրդոյն բարձրացո
ածային գովասանօք.] Եւ դրձլ 'ի
տեառն մարդեղութեան ճառն ասէ.
Բանն մարմին եղև. և երկու բնու-
թիք 'ի մի անձն միաւորեցան առանց
Իգ շփոթման ինչ.] Եւ զնոյն ասէ 'ի
23 թուղթն առ հայս.

Սբն կիւրեղ աղէքսանդրացին առ
նեստոր յերկրդ թուղթն ասէ. Եւ
թէպէտ բնութիքն իցեն զանազան.
սակայն եկեալք 'ի ճշմրտ միաւորու-
թիւն զմի քս և զմի որդի մեզ արա-
րին. ոչ թէ 'ի բաց բարձեալ իցէ զա-
նազանութի բնութեցն վասն միաւո-
րութեն. այլ զի ածութի և մարդ-
կութին խորհրդաւոր ինչ և անճա-
ռելի կապակցութե 'ի մի անձն. զմի
քս և որդի մեզ հաստատեցին.] Եւ
դրձլ առ սէկունդոս յերկրորդ թղթն
ասէ.

ասէ։ Յետ միաւորութեան ոչ բաժա- Իդ
նեմք զբնութիւնս 'ի միմեանց։] Եւ 24
զկնի սակաւուց ասէ։ Երկուս գոլ
ասեմք զբնութիւնս. և մի քս, որդի,
և տէր, զբանն այ մարմնացեալ և մար-
դացեալ։] Եւ դարձեալ յետ այլոց բանից
դնէ։ Որ ասէ մերկ մարմնով չարչա-
րեալ զատէրն. անբանն և անկամայ առնէ
զչարչարանսն։ Իսկ եթէ ոչ ասէ զնա
հոգւով իմանալեաւ չարչարել. զի
եղիցին չարչարանքն կամաւոր։ ոչինչ
արգելու ասել զնա մարդկային բնու-
թբ չարչարել։ Իսկ եթէ այս ճշմա-
է. զիա՞րդ ոչ զերկու բնութիս ասացուք
յետ միաւորութե անմանձատաբար։]

Նոյն սրբն կիւրեղ 'ի բանսն. զոր քա- Իե
րոզեաց առ աղէքսանդրացիսն ասէ։ 25
Խոստովանութիւն բերէ զկորուստ բնու-
թեցն։ Իսկ խառնրդաւոր միաւորու-
թիւն. զոր խոստովանիմք ուղղփառքն.
պահէ առանց շփոթման զերկոսին բն-
նութիւնսն։] Եւ դարձեալ ասէ։ Երկու
բնութիք ընդունօղք զանազան էու-
թեց 'ի մի քս որդին այ պահին. և ոչ
շփոթին. ոչ կորնչին. և ոչ բաժա-
նին։] Եւ դարձեալ նոյն կիւրեղ 'ի խրա-
տական թուղթն իւր առ եւլոկիոս
բերէ վկայ զսրբն աթանաս. և ասէ։
Երանելին աթանաս ամենայն իմք ջա-
նացաւ հաստատել. թէ մարմինն քի
ոչ գոյր էակից բանին։ Իսկ եթէ բա- Իզ
նին ոչ էր էակից. ուրեմն հարկ է գոլ 26
այլ և այլ բնութի. յորոց մի քս բաղ-
կացեալ իմանի։]

Եւ դարձեալ նոյն սրբն 'ի թուղթն առ
յոհաննէս անտիոքացին ասէ։ Մի է
տէրն մեր յս քս. թէպէտ և ոչ անգի-
տանամք զզանազանութի բնութեցն.
յորոց զանճառելի միաւորութիւնն
եղեալ ասեմք։ Եւ զոր՝ քո սրբութիւ-
յօժարեսցի կարկել զբերանս նոցա. որ
զշփոթումն կամ զխառնուածութիւն այ
բանին ընդ մարմնոյն եղեալ ասեն։
քանզի մերձ է ճշմարտութե. թէ գոն
ոմա-

vero conjunctio, quam recte sentientes confitentur, utrasque sine confusione naturas tuetur. Et rursus ibidem: *Duæ naturæ, diversas habentes essentias, in uno Christo filio Dei servantur, & non confunduntur, nec deperduntur, aut distrahuntur*. Et in commonitorio ad eulogium citat etiam divus Cyrillus sanctum Athanasium in hæc verba: *Beatus Athanasius omni ratione confirmare conatus est, Christi corpus non esse verbo consubstantiale: quod si verbo consubstantiale non est, alia omnino, atque alia natura sit oportet, ex quibus unus, ac solus Christus constitutus intelligitur*.

Denique in epist. ad Joannem Antiochenum queritur, quod aliqui ipsum sentire oppositum opinarentur; dicens: *Unus est enim Dominus Jesus Christus; quamvis naturarum differentia non ignoretur, e quibus inexplicabilem illam unionem factam fuisse, dicimus. Tua vero sanctitas illorum ora comprimere dignetur, qui concretionem, vel confusionem, vel commistionem verbi Dei cum carne factam esse dicunt; verisimile namque est, nonnullos esse, qui ista quoque de me in vulgus jactent, quasi talia senserim, aut dixerim, atqui tantum abest, ut ejusmodi quidpiam senserim, ut*, &c.

Et, ne sermonem in longum protrahamus: duas esse naturas in una Christi persona, ex priscis Patribus luculenter etiam tradiderunt Ignatius in epist. ad Ephesios; Clemens Alexandrinus in orat. adhortatoria ad gentes; Eustachius, Episcopus Antiochenus, in orat. habita super illo, *Dominus creavit me in initio viarum suarum*; Eusebius Cæsariensis lib. 4. de demonstratione Evangelica, cap.

13.; Theophilus, Epiſcopus Alexandriæ in lib. adverſus Origenem, & in epiſt. 2. Paſchali, Cyrillus Hieroſolymitanus Cathecheſi 4.; Epiphanius in Ancorato; Hieronymus in epiſt. 150. ad Hedibiam, quæſt. 9.; Flavianus, Epiſcopus Antioch. in Evang. Lucæ, & etiam in Theophania; Atticus, Epiſcopus Conſtan. in epiſt. ad Epſichium; Amphilochius, Epiſcopus Iconii, in oratione ſuper eo, *Pater meus major me eſt*; Severianus, Epiſc. Gabalarum in tract. de Nativ. Chriſti; Antiochus Epiſ. Ptolomaidis, apud Theodoretum in dialogo, *Inconfuſus*; & ſimiliter reliqui omnes.

Ex iis vero Patribus, qui poſt Chalcedonenſis Concilii tempora extiterunt, nullum fuiſſe, qui ejuſdem Concilii decretum de duabus naturis non ſuſceperit, vel ipſis notum eſt adverſariis, qui eos idcitcò repudiant, præter duos, ſcilicet Gregorium Magnum, Papam, & Germanum Conſtantinopolis Patriarcham; quorum illuſtris memoria ab Armena quoque Eccleſia celebratur. Et Gregorius quidem ubique in ſuis operibus eandem veritatem prædicare non ceſſat, præſertim homil. 38. in Evang. Matthæi, ubi poſt initium ſic habet: *Abſit hoc ab intellectibus noſtris, ut perſonam Dei, & hominis, redemptoris noſtri Jeſu Chriſti, ex duabus perſonis credamus unitam: ex duabus quippe, atque in duabus hunc naturis exiſtere, dicimus; ſed ex duabus perſonis compoſitum credi, ut nefas, vitamus.* Germanum autem hoc idem in epiſtola ad Armenios ſcripta, commendaſſe, teſtatur ipſum Armeniorum menologium die 24. Julii per hæc verba: *Porro ſanctus Germanus, Conſtantinopolis Patriarcha, epiſtolam Armeniis deſtina-*

vit,

Իէ ոմանք, որ նոյնպ̄ս եւ բամբասեն զի_
28 նէն իբրու թէ զայնպիսիս կարծեալ
էին եւս, կամաստացեալ.

Եւ զի մի տացուք երկարութ̄ի բա_
նից. առ 'ի չձանձրանալոյ մտաց ըն_
թերցողաց. համառօտագոյն ասեմ.
թէ զերկու բնութիս 'ի մի անձն ք̄ի
ուսուցին այլ ա̄մ հին ս̄բ հարքն.
մանաւանդ ս̄բն իգնատիոս 'ի թուղ_
թըն առ եփեսացիսն, կղէմենթոս աղէք
սանդրացին 'ի ճառն առ հեթանոսս.
եւստաթիոս եպիսկոպոսն անտիոքայ
'ի բանն զոր արար 'ի վ̄ս այնր. թէ
տէրն ստեղծ զիս 'ի սկիզբն ճանա_
պարհաց իւրոց. եւսեբիոս կեսարա
Իը ցին 'ի չորրորդ գիրսն յաղագս աւետա_
28 րանին մեկնութ̄է. թէոփիլոս եպիսկոպոսն ա_
ղէքսանդրոյ 'ի գիրսն որ ընդդէմ որո
գինէսի. և յերկր̄դ թուղթն յաղագս ս̄բ
զատկին. կիւրեղ երուսաղէմացին 'ի
չորրորդ կատէկեսին. եպիփանն 'ի
գիրքն անկորատ. Ջերոնիմոս 'ի թուղ
թըն առ հեդիբիամ. փլաբիանոս ե_
պ̄կոն անտիոքացի 'ի մեկնութ̄էն ղու
կասու. աթիկոս եպ̄կոն կոստանդնու
պօլսի 'ի թուղթն առ եպսիկիոս.
ամփիլոկիոս եպ̄կոն իկոնիոյ 'ի բանն
զոր արար 'ի վ̄ս այնր. թէ հայր իմ մեծ
է քան զիս. սեւերիանոս եպ̄կոն կա_
բաղից 'ի ճառն յաղագս ծննդեանն ք̄ի.
Իթ անտիոքոս եպ̄կս պտղոմէացին. և այլ
29 միացեալ ս̄բ հարքն մինչեւ 'ի ժողովն
քաղկեդոնի.

Իսկ յետ ժողովոյն քաղկեդոնի ա̄մ
ս̄բ հարքն եւ ասացին. մանաւանդ
երկու հայրապետք, զոր հայք ընդու
նին. գ̄ր. ս̄բն գրիգոր հայրապետն հռով
մայ. որ 'ի մեկնութ̄է մատթէոսի. լ̄ը.
երդ ճառն ասէ. թէ քաւ լիցի մտաց
մերոց համարձակել զանձն ա̄յ և մ̄րդյ
փրկչին մերոյ յ̄ի ք̄ի միաւորել յերկուց
անձանց. վ̄ս զի յերկուց բնութեանց
և 'ի յերկուս բնութիւնս լինել զնա
ասեմք. բայց 'ի յերկուց անձանց ոչ

հաւա_

հաճապատմէ։] Եւ սուրբն գերմանոս եպիսկոպոսն կոստանդնուպօլսի . զորմէ պատմէ այսմաւուրքն Հայոց ’ի յուլիսի . Իդ . այսպէս ․ Սա գերմանոս գրեց թուղթ ’ի Հայս . թէ ընդէ՞ր ոչ ասէք զՔս յատակաբար երկու բնութիւն . և ոչ ընդունիք զժողովն քաղկեդոնի . զայս գրեաց . և ’ի ձեռն ստեփաննոսի առաքեաց ’ի Հայս ։] Է 30

vit, in qua ita eos monebat: quare vos non aſſeritis duas naturas in Chriſto, nec recipitis Concilium Chalcedonenſe? Hæc quidem ſcripſit, & per Stephanum miſit ad Armenios.

Եւ այսչափ բաւականասցի յաղագս վկայութեանց սրբոց Հարցն։ Իսկ վասն վկայութեանց երից սբ ժողովոցն, նիկիոյ . կոստանդնուպօլսի, և եփեսոսի . ասելոց եմք ’ի յետագայ պարտիս, յորում պատասխանի տացուք Հակառակորդաց ։

Et hæc ſatis de teſtimoniis ſanctorum Patrum. Quod autem ſpectat ad teſtificationes priorum trium Conciliorum Generalium, quæ ſola ſuſcipiunt adverſarii, mox infra videbitur in reſponſione ad eorum objectiones.

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ

առ առարկութիւնս Հակառակորդացն ։

Գլուխ . Զ .

RESPONDETUR

Adverſariorum Objectionibus.

§. VI.

Առաջին առարկեն Հակառակորդքն ’ի ձեռն այսր Համաքաբանութեան, որ է հիմն, յոյսպ, և սիւն ամ̅ պատճառաց նոցա . և ասեն այսպէս ․ բանն մարմնացեալ՝ է Քս . այլ ըստ սբյն կիւրղի՝ մի է բնութիւն բանին մարմնացելոյ . ապա ուրեմն ըստ կիւրղի՝ մի է բնութիւն Քի ։] Առյամ Համաքաբանութեան յեցեալ ապէապ . բարբանջեն, թէ սբն կիւրեղ և առաջին ժողովն եփեսոսի, հաստատեցին զմի բնութիւն գոլ ’ի Քս ։ ա 1

Պատասխանի . Մի թէ ո՞չ գիտէք սբն կիւրեղ ասել և գրել յայտնապէս . թէ մի է բնութիւն Քի . ոչ և գրեաց երբեմն յայտնապէս . թէ մի է բնութիւն բանին մարմնացելոյ . ապա թէ գիտէք զայն ասել . և ոչ երբէք իշխեաց ասել կամ գրել . այլ յաճախ Հակառակեաց . և ուսոյց, թէ Քս ունի զերկու կատարեալ և միաւորեալ բնութիւնս, զածային և զմարդկային . ուրեմն ապա ոչ բ 2

նոյն

PRima objectio, & præcipuum ipſorum omnium fundamentum, eſt hic ſyllogiſmus: *Verbum divinum incarnatum, eſt Chriſtus; Sed Cyrillus Alexandrinus in epiſt. ad Acacium, & alibi non ſemel ait: Una eſt natura verbi divini incarnati: Ergo juxta Cyrilli verbum ſæpius repetitum, una eſt Chriſti natura.* Huic quidem ſyllogiſmo Armeniorum Pſeudomagiſtri, Cyrilli teſtimonio nixi, tantum tribuunt; ut, cum ille os fuerit tertiæ ſanctæ Synodi œcumenicæ, videlicet Epheſinæ primæ, jactent ubique propterea (ut infra conſtabit) ipſum Epheſinum Concilium definiiſſe, unam eſſe Chriſti naturam.

Reſpondetur; Cyrillum loquutum ibi non eſſe de una natura, quæ ſit Verbi ſimul, & carnis, hoc eſt, totius, quod erat in Chriſto, aut ex quo Chriſtus adæquate coſtituebatur:

alioquin, cum illam propoſitionem pluries dixerit, etiam quandoque dixiſſet, una eſt natura Chriſti: quod tamen nunquam omnino proferre auſus eſt; immo quod ſemper in omnibus ſuis ſcriptis acerrime confutavit, aſſerens duas eſſe Chriſti naturas diverſas, divinam ſcilicet, & humanam: ſed loquutum eſſe ſolum de una natura divina, quæ cum carne in Verbo uniebatur: & ideo non dixit, Chriſti, ſed *Verbi divini*, ac ſuperaddens, *incarnati*, ſcilicet, quod incarnatum eſt, alteram carnis naturam indicavit in obliquo.

Unde ad Syllogiſmum negatur conſequentia: fit enim æquivocatio in voce illa, *incarnatum*, quia non eodem modo aſſumitur ea vox in utraque præmiſſa. In majori enim accipitur reduplicative, & in ſenſu compoſito ad Verbum; quatenus ſenſus ſit: Verbum divinum incarnatum, prout incarnatum, eſt Chriſtus. In minori vero ſumitur ſolum ſpecificative, & in ſenſu diviſo; ita ut ſenſus ſit: Una eſt natura Verbi divini, quod incarnatum eſt, ſeu cum altera natura carnis unitum. Unde non ſequitur, quod una ſit natura Chriſti, ſeu Verbi, & carnis, quæ Chriſtum adæquate conſtituunt.

Fiat res Armenis perſpicua per exemplum. Si enim ratiocinatus ſic fuero: Anima rationalis incarnata, eſt homo: ſed ſpiritualis, & inviſibilis eſt natura animæ rationalis incarnatæ: ergo ſpiritualis, & inviſibilis eſt natura hominis: erit falſa illatio; quia ly, *incarnata*, non eodem modo ſumitur in utraque præmiſſa; ſed in majori accipitur in ſenſu compoſito ad animam; in minori vero in ſenſu diviſo; idem dico in caſu noſtro.

Quod

Գ 3 նոյն է ասելն մի բնութիւն էր, որ է հա
կառակորդացն. և ասելն մի բնութիւն
բանին մարմնացելոյ, որ է սրբոյն Կիւր
ղի. ուստի պարտ է ազդմանս ոչ այ_
լայլել զբանսն սրբոյն Կիւրղի. և ոչ
հակառակ կամ ասել, եթէ ոչ ողջ նորին
ասաց նոկ. ոչ յաւէտ. և ոչ նուաղ. զի
մի անմտաբար արտաբանելով անկցին
'ի խորխորատ մոլորութեան. Աչօք
երկոքեին բանքն Կիւրղի են ճշմար և
զնոյն նշանակութիւն ունին. այ. թէ եր
կու են բնութիւնք էին, ածդայնի և մարդ_
կային. Եւ ես թէ մի է բանին մար_
մնացեալ բնութիւն. զի բանին ասելով.
իմացաւ Կիւրեղ զածդային առօղ բը_
Դ 4 նութիւն նոր, որ է մի. և զերաբերելով
մարմնացել. այ. որ մարմնացաւ, եցոյց
զմիւս առեալ բնութիւն մարդկային.

Աչօք առ խարէականն հակառակա_
բանութիւն պատասխանեմք ուրա_
նալով զհետևողութիւնն. զի 'ի
բառն. մարմնացեալ. ծածկի խաբէ
ութիւն. վա զի այն բառն ոչ փաղանու
նաբար, այլ բացաձայնաւոր նշանակէ
'ի յերկոսին առաջարկութիւնս. զի 'ի
յառաջին առաջարկութեան առնանի
միաւորապէս ընդ բանին, և նշանա
կէ այսպ. բանն մարմնացել, բստ ո_
րում է մարմնացեալ, է քս. Իսկ 'ի յերկ
րորդն իմանի հեր ընդունելութիւն.
Ե 5 այ. որ մարմնացաւ. և առնանի զա_
տաբար 'ի բանէն. և նշանակէ այսպ.
մի է բնութիւն բանին, որ մարմնա_
ցաւ. այ. որ շաղկապեցաւ ընդ միւս
բնութեն մարմնոյս. ուստի ոչ հետևի
յայսցանէ. թէ մի է բնութի էր. այ. բա
նին և մարմնոյս. որք բաղկացուցին զքս.

Աչու 'ի մեկնութի այսր խորդութեա
բերեմք օրինակս զայս. եթէ արամա
բանիցեմք հակառակաբանութեան այ_
սու՛իկ. բանական հոգի մարմնացեալ
է մարդ. իսկ հոգևոր և աներևոյթ
է բնութիւն հոգւոյ բանականի մար
մնացելոյ. ապա ուրեմն հոգևոր և

անե_

աներևոյթ է բնութեն մարդոյ. սուտ զ
լինիցի եղծականացութեանս. և պատ_
ճառն այս է. զի բառն, մարմնացեալ.
ոչ նոյն կերպիւ առնանի 'ի յերկո_
սին ստուգաբանութեանն. այլ 'ի յըստ_
ջինն իմանի միաւորութ ըստ. հոգւոյն
և 'ի յերկրորդն զատաբար 'ի նմանէ.
Ըստ սմին օրինակի սուտ լինի եղբա
կացութ͞ին հակառակորդացն.

Եւ զոր նոյն ս͞ն կիւրեղ 'ի բազում
տեղիս մեկնեաց զատացեալն իւր. և
ծանոյց, թէ զմի բնութիւն բանին
ասելն ոչ անկանէր 'ի մ͞ս բոլոր ըն. զա.
բանին և մարմնոյ. այլ միայն նշանա
կէր զա͞ծայնն բնութիւն բանին. և
թէ զմարմնացելոյ վերաբերելն նշա_ է
նակէր զմիւս բնութիւն մարմնոյն. և
սակս այսորիկ յայլ բազում ուրեք
յայտնագոյնս խօսելով ասաց. որ͞
ս͞ն աթանաս. թէ մի է բնութ͞ն բա
նին ա͞յ մարմնացեալ. զա. մարմնացեալ
բնութիւն բանին. որ է ա͞ծայնին. թէ
պէտ հայոց թարգմանութեանն ոչ
ունի. մարմնացեալ. որ͞ յունաց և լա
տինացւոց գիրքն ասեն. այլ միշտ
մարմնացելոյ. որ է սխալ գրողաց.
կամ թարգմանչաց. սակս այսորիկ
առաւե՛լ դժուա՛րացաւ առ հայս սխի_
հակառն իմացողութե այսր ասացե_
լոյս. որ և մեկնեալ եղև 'ի հինգե͞րդ-
տիեզերական ս͞ն ժողովոյս 'ի յինն_ ը
երորդ կանոնն այսպիսի բանիւք. եթէ
ոք ասելով զմի բնութիւն բանին ա͞յ
զմարմնացեալ. ոչ առնուցու զայս
ըստ մասաց սրբոց հարցն. զա. թէ 'ի
յա͞ծայնն բնութէն և 'ի մարդկային
բնութէն եղեալ միաւորութ ըստ
անձնաւորութեան, եղև մի ք͞ս. այլ
հնարիցէ այսպիսի բանիւք մուծանել
զմի բնութիւն ա͞ծութեոյ և մարմնո
ք͞ի. այնպիսին եղիցի նզովեալ.

Բայց լուիցուք զբանս ս͞րբոյն կիւր
ղի. որ 'ի յառաջին թուղթն առ սէ_
կունդոս ասէ. Եւ զոր՝ զմտաւածեալ

զմար_

Quod autem Cyrillus, cum dixit:
6 *unam esse naturam Verbi incarnati*,
non intellexerit, unam esse naturam
Christi, sed duas, referens scilicet
ly, *unam*, non supra totum, sed so-
lum supra naturam verbi: & alteram
carnis naturam indicans, cum subdi-
dit, *incarnati*: ipsemet pluribus in
locis apertissime significavit, hoc idem
effatum purgans a Nestorianorum ca-
lumniis. Et quamvis alicubi diceret,
una est natura verbi incarnati; alibi
tamen sæpius, & clarius loquutus, ait:
una est natura verbi incarnata, hoc
est, cum altera natura carnis in per-
sona verbi unita: in quo sensu ad-
7 missa etiam fuit eadem propositio a
Concilio Chalcedonensi, act. 1., & a
Constantinopolitano secundo, Can. 9.
ubi sic habetur: *Si quis, unam natu-
ram verbi Dei incarnatam dicens,
non sic accipiat, sicut Patres docuerunt,
quia ex divina natura, & humana,
unione secundum subsistentiam facta,
unus Christus factus est: sed ex talibus
vocibus naturam unam, sive substan-
tiam, divinitatis, & carnis Christi in-
troducere conetur: talis anathema sit.*

Audiamus porro propria Cyrilli
verba. In epist. 1. ad Successum: *Con-
siderantes igitur*, ait, *modum huma-
8 nationis, intelligimus, duas inter se
indivisibili unione convenisse naturas
citra confusionem, atque mutationem.
Caro enim caro est, & non divinitas;
etiam si Dei caro facta sit, itemque
verbum Deus est, & non caro; quam-
vis dispensatoria ratione propriam sibi
fecerit carnem: igitur, cum id consi-
deramus, nihil illum in unitatem con-
cursum violamus, dum ex duabus na-
turis factum esse dicimus: sed post
unionem naturas alteram ab altera
non dividimus; neque in duos filios*

illum

illum unum, impartibilemque secamus; sed unum asserimus filium; & , ut sancti Patres dixerunt, unam naturam Dei verbi incarnatam.

Et in altera ad eundem Successum epistola inquit: *Si dicentes unam verbi naturam, tacuissemus, ac minime adjunxissemus, incarnatam, excluso propemodum dispensationis mysterio; esset illorum fortasse oratio non inepta, dum interrogare se simulant: ubi nam est in humanitate perfectio, aut quomodo subsistit illa nostra essentia? sed quia & illa in humanitate perfectio, & essentiæ nostræ declaratio illata est, dum dicimus, incarnatam; desinant baculo inniti arundineo.* Et infra clarius: *Nam, unam esse filii naturam, certissimum est; sed eam incarnatam, & humanatam esse, scimus, ut jam diximus: quomodo autem incarnata sit, & humanata, si quisquam curiosius quærat; videbit utique, verbum, quod est Deus ex Deo, servi formam suscepisse, & in similitudinem hominum factum fuisse, sicut scriptum est: & secundum hoc ipsum, ac solum intelligi potest naturarum differentia. Non enim idem sunt, quod ad naturalem qualitatem pertinet, divinitas, & humanitas.*

Vide quæso, uti Cyrillus, dicendo unam verbi naturam incarnatam, non modo non affirmat, unam esse Christi naturam; sed etiam aperte inficiatur: id vero tum maxime, cum non verbi divini, sed Christi nomen usurpat: tunc enim vel negat omnino de illo unam naturam, vel in duabus naturis unam fatetur esse personam; primum declarat in priore ad Successum, dicens: *Nam, si negaverimus, ex duabus, diversisque naturis unum, ac solum esse Christum, qui post unio-*

nem

Ը զմարդանալոյն եղանակն՝ տեսանեմք,
9 զի երկու բնութիւնք եկեալ առ մի_
միմեանս ըստ միաւորութեան անանջա_
տելոյ անշփոթաբար անփոփոխա_
պէս. քանզի մարմինն մարմին է. և ոչ
ա̄ծուն. Թէ և եղև այ̄ մարմին՝ նոյն_
պէս և բանն ա̄ծ է, և ոչ մարմին. Թէ
և խեր առար զմարմինն տնօրինաբար.
առդ՝ յորժամ զմաւ̄ածեմք զայս.
ոչինչ վնասեմք՝ ի միութին զընթակ_
ցութիւն երկուց բնութեանց ասա_
ցեալ. Իսկ յետ միաւորութեան ոչ
անջատեմք զբնութիւնս ՝ի միմեանց.
և ոչ յերկուս որդիս հատանեմք զմինն
և զանբաժանելինայլ մի ասեմք որդի.
Ժ և ո̄մ սէ հարցն ասացին, մի բնութի
10 բանին այ̄ մարմնացեալ.]

Եւ դրձ՝ ի յերկրրդ Թուղթն առ
նոյն սեկունդոս ասէ. Քանզի Թէ մի
բնութի ասացեալ բանին՝ լռեալ էաք,
և ոչ բերեալ՝ եմ̄է զմարմնացելոյն. այլ
ո̄մ արտաքս մղեալ զտնօրէնութիւն.
էր ուրեք արդեօք նոցա ոչ անհաւա_
նելի բանն պատճառացելոցն հարցա_
նել. Թէ ու՞ր է կատարելութիւն՝ ի
մարդկութէ. կամ զի՞արդ առանձ_
նաւ̄որեցաւ̄ ըստ մեզ էութիւն. Իսկ
վ̄ն զի՝ ի մարդկութէ կատարելութին,
և ըստ մեզ էութէն յայտնութիմ՝ ի
ներքս մատանէ ասելովն մարմնացեալ.
ԺԱ լռեսցեն որք յեղեգնեայ գաւ̄ազանն են
11 հաստատեալ.] Եւ դրձ՝ ի վայր ասէ.
Քանզի մի գոլ որդւոյ բնութիւն,
է ճշմարիտ. բայց զնա մարմնացեալ
և մարդացեալ գիտեմք. որպէս ա_
սացաք. իսկ զիա՞րդ մարմնացեալ
իցէ, և մարդացեալ. եԹէ ոք խնդրի_
ցէ. տեսանիցէ արդեօք Թէ բանն, որ
է ա̄ծ յայ̄, եառ զկերպարանս ծա_
ռայի, ՝ի նմանութի մարդկան եղեալ.
ո̄մ գրեցաւ̄. և ըստ այսմ իմանի
տարբերութի բնութեցն. վ̄ն զի ըստ
բնականն որակութեան ոչ նոյն են
ա̄ծութին և մարդկութին.]

ւՀա

[illegible]

12

13

14

nem dividi non possit; dicturi sunt, qui cum recta fide bellum gerunt: si totum est una natura, quomodo factus est homo, quamve carnem sibi propriam fecit? Secundum autem in posteriore ad eundem sic: *Antiocheni vero fratres ea, ex quibus intelligitur Christus, simplici, solaque intelligentia complectentes, naturarum differentiam dixerunt (neque enim, ut dixi, idem sunt divinitas, & humanitas, quod ad naturalem attinet qualitatem) sed unum tamen filium, & Christum, & Dominum; &, cum vere unus sit, unam quoque ejus personam esse asseruerunt.* Nota: nunc non dicit, unam ejus naturam incarnatam, sed *unam ejus personam esse asseruerunt*: quia nunc non verbi, sed Christi nomen usurpat.

Quod si, cum dixit, unam esse verbi naturam, intellexisset, unam esse naturam Christi, non addidisset utique, *incarnatam*, sed potius carne passam, vel crucifixam, vel mortuam. Siquidem Christus carne passus dicitur, non tamen incarnatus: at unam illam verbi Dei naturam personaliter incarnatam, Patres quidem dixerunt; carne vero passam, vel crucifixam, vel mortuam, hactenus auditum non fuit.

Sed instant: nisi voluisset indicare Cyrillus, unam naturam Dei verbi, & carnis esse post unionem: nunquam sic loquutus esset: quippe nullus hæreticorum naturas duas verbi divini esse dixit, ut adversus illius opinionem decertans, sanctus hic vir diceret, unam esse verbi naturam, quæ incarnata sit.

Respondetur, Arrium fuisse, qui duplex Dei verbum, & duplicem ejus naturam esse tradidit; aliud scilicet ver-

verbum incarnatum, a Dei substantia alienum, cujus natura creata sit, & mutationi obnoxia, quod & filium nominavit; aliud, verbum insitum Deo Patri, ejusque substantiæ proprium, cujus natura sit increata, & per quod Deus Pater fecerit Filium: ut constat ex Athanasio lib. 1. adversus Arrianos, ubi circa medium præter alia verba sic loquitur: *Etiam id quoque addebat Arrius; Filium non natura in Patre existere, nec proprium esse ejus substantiæ verbum, nec propriam sapientiam, in qua mundum istum creavit; sed aliud esse in Patre proprium, & peculiare verbum, aliamque item propriam sapientiam, in qua sapientia istud verbum fecit, atque adeo ipsum Dominum Christum respectu rationalium, quæ verbis utuntur, verbum esse nuncupatum, & respectu sapientum sapientiam dictum: quinimmo, ut omnia aliena, diversaque sunt a Patris substantia, ita ipsum quoque per omnia diversum, aliumque esse a Patris substantia; sed ex genitis, conditisque ipsum proprium, & unicum Patris Filium, & sapientiam esse, eumque & creaturam esse, & opus Dei.* Et rursus infra: *Cæterum, cum Pater dicat, hic est filius meus dilectus; scripturæque asserant, hunc esse Patris verbum, & in eo cœlos firmatos esse, omniaque per ipsum facta esse: isti tamen novorum dogmatum, figmentorumque auctores, aliud verbum inducunt, & aliam sapientiam Patris esse: hunc autem respectu rationalium, quæ verbis utuntur, verbum, & sapientiam dictum esse.* Sic ille.

Igitur adversus hanc hæresim idem sanctus Athanasius dimicare volens, primus fuit e sanctis patribus, qui in lib.

ԺԵ եթէ ոչ կամէր մեծն Կիւրեղ ցուցա-
15 նել զմի եղեալ բնութիւն բանին և մար-
մնոյն զկնի միաւորութեանն. ոչ ար-
դեօք խօսեալ էր այնմ. վասն զի ոչ ոք
'ի հերձուածողաց աստ երբեմն զեր-
կուս բնութիւնս զոլ բանին այ. մինչ
զի պատառ եղեալ իցէ սրբոյն զինել ընդ-
դէմ նորա. և ասել թէ մի էր բանին
բնութիւն որ մարմնացաւ.

Պատասխանի. թէ արիոս աղանդէր զեր-
կեակ զոլ բանին այ. և զերկեակ նորա
բնութիւնսն. զի այլ ասէր զբանն մար-
մնացեալ. և օտար յայ բնութենէ. զորոյ
բնութիւնն արարած ասէր և փոփոխե-
լի. զոր և որդի անուանեաց. և այլ
ԺԶ զբանն ներաբնակեալ այ հօր, և
16 յատուկ բնութենէ նորա, զորոյ բնու-
թիւնն անստեղծ ասէր. և որով հայր
այ արարեալ իցէ զորդին. Եւ զայս
վկայէ սուրբն աթանաս 'ի յառաջին
գիրսն ընդդէմ արիոսացն. յորոյ միջին
խօսի այսպէս. Զայն ևս ասէր արիոս.
թէ որդին ոչ գոյր 'ի հայր բնութենէ.
և ոչ էր բան յատուկ բնութենէն. և
ոչ յատուկ իմաստութիւն, որով արար
զաշխարհս. և թէ այլ գոյր 'ի հայր
յատուկ և ներփակեան բանն. և այլ
յատուկ իմաստութիւն որով զայս բանն
արար. և թէ տէրն մեր յս քս նկատ
մամբ առ բանականն բան անուանեա-
ԺԷ ցաւ. և նկատմամբ առ իմաստունսն
17 իմաստութիւն ասացաւ. և դարձեալ
ասէր. թէ որպէս ամ երբ են օտարք, և
զանազան 'ի բնութենէ հօր. նոյնպէս և
որդին ամենևին էր օտար և այլ 'ի
բնութենէ հօրն. և թէ ստեղծուածո
ցըն էակից էր և արարած.] Եւ յետ
սակաւուց դրժել գրէ աթանաս. Իսկ
թէպէտ հայր ասէ. դա է որդի իմ սի-
րելի. և թէպէտ սք գիրքն ասեն թէ
նա է բանն հօր. և թէ նովաւ երկինք
հաստատեցան և նովաւ ամ ինչ եղև.
սակայն դոքա, որ նորաձև աղանդոց
են արատադրօղք, զայլ բանն 'ի ներքս
ածեն,

ածեմ, և զայլ իմաստութին հօր։]

ԵւՀետ ուրեմն ընդդէմ այսր աղան-
դոյս մարտնչելով նոյն մէն աթանաս
նախ և առաջին ամին գրեաց. Թէ մի է
բնութին բանին այ մարմնացելոյ. զի.
ոչ այլ անստեղծ բնութին, զոր ունի
բանն ներբարբառմամբ, և յատուկ
բնութն հօր. և այլ ստեղծեալ բնու-
թին, զոր ունի բանն արտաքին, և օ-
տար՝ի հայրէն բնութէ. Եւ ստուստ
մէն կիւրեղ ուսեալ զնոյն կերպն խօ-
սելոյ. ասաց նմանապէս. Թէ մի է բնութի
բանին այ մարմնացելոյ. և սակս այսո-
րիկ ասէր. Թէ որպէս հարքն ասացին.
Հայր կոչելով զմեծն աթանաս, և
զայլս, որք յանդիմանեցին զամբա-
րիշտն արիոս։

Իսկ ընդդիմանան հակառակորդ-
քըն ասելով։ Թէ մէն կիւրեղ ոչ
մարտնչէր ընդդէմ արիոսի. որ ասէր
զերկու բնութին բանին այ։ այլ զի-
նէր ընդդէմ նեստորի. որ աղանդէր
'ի քս զերկու անձն։ ապա պարտէր
նմա յաւէտ ասել. Թէ մի է անձն բա-
նին այ մարմնացելոյ. և ոչ ասել, Թէ
մի է բնութիւն։ ուրեմն երբ որ ասաց
զմի բնութի. կամեցաւ բառնալ 'ի
քէ և ս զերկուութի բնութեց։

Պատասխանի. զի Թէպէտ կիւրեղ ոչ
մարտնչէր ընդդէմ արիոսի. սակայն
աթանասի ասացեալն որ ընդդէմ արի-
ոսի. յոյժ յարմար էր և ս ընդդէմ նես-
տորի. վասն զի նեստոր ձայնիւ եր-
կուց բնութեանց քն ջանայր մուծա-
նել 'ի նոյն քս զերկու անձինս։ սակս
որոյ կիւրեղ ասելով զմի բնութի
բանին այ զմարմնացելոյ, իմանայր
զբանին բնութիւն ոչ իբր հասարակ
երից անձանցն, այլ իբր առանձնաւո-
րեալ միայն 'ի բանին. և այսպ 'ի կիր-
առնոյր զբանին բնութին փոխանակ
ինքեան բանին, և անձնաւորութեն
նորա. և կամէր ասել ընդդէմ նեստո-
րի. Թէ մի է անձն բանին այ մարմնա-
ցելոյ։

ԺԸ lib. de incarnatione scripserit, unam
18 esse naturam Dei verbi incarnatam:
hoc est, non alteram increatam, quam
habeat verbum insitum, & Patris sub-
stantiæ proprium; alteram creatam,
quam habeat verbum, a Patris substan-
tia alienum. Atque hinc beatus ille
Cyrillus, eundem dicendi modum mu-
tuatus, dixit similiter, unam esse na-
turam Dei verbi incarnatam: idcirco
ait, *uti Patres loquuti sunt*; patres
appellans magnum Athanasium, & re-
liquos, qui se impio illi Arrio oppo-
suerunt.

Urgent: Cyrillus non contendebat
ԺԹ cum Arrio, qui asserebat, duplicem
19 esse verbi naturam; sed cum Nestorio,
qui duplicem esse dicebat Christi per-
sonam: ergo dicere potius debuisset,
una est persona Dei verbi incarnati;
& non, una est natura: cum ergo di-
xerit unam naturam; relinquitur, id
fecisse, ut omnem rationem duplici-
tatis a Christo tolleret, tum natura-
rum, tum personarum; nam hoc ipso,
quod Christus est una natura, sequi-
tur, quod sit etiam una persona.

Respondetur: Etsi Cyrillus non
contendebat cum Arrio, tamen hoc
S. Athanasii dictum adversus Arrium,
Ի oppido ad rem faciebat pro ipso con-
20 tra Nestorium; eo quod hic voce
duarum naturarum persuadere conaba-
tur, in verbo incarnato duas esse per-
sonas. Quare Cyrillus, dicens, unam
esse naturam verbi incarnati, seu in-
carnatam, accepit verbi naturam,
non prout erat communis tribus per-
sonis; sed ut erat subsistens, ac per-
sonata solum in verbo; & sic usurpa-
vit illam pro ipso verbo, seu pro sup-
posito, & persona illius; ac dicere
voluit contra Nestorium: Una est per-
sona Dei verbi incarnata. Quemad-

modum etiam sanctus Proclus, Cyrilli contemporaneus, in epistola ad ipsos Armenios, magis proprie loquens, scripsit dicens: *Ego namque, cum unum esse filium sciam, ac pie didicerim, unam incarnati Dei verbi confiteor hypostasim*: proprie enim loquendo, incarnatam non dicimus verbi naturam, sed personam illius: & ratio est, quia natura humana, propria personalitate privata, ut per verbi personalitatem subsisteret, cum ista immediate, & per se uniri debuit; licet, quia natura, & personalitas identificantur in verbo, etiam cum ejus natura mediate, & per accidens unita sit. Unde sequitur, quod proprie loquentes, personam verbi dicimus incarnatam; naturam vero non incarnatam, sed cum carne in persona verbi unitam.

Quod autem ea fuerit beati Cyrilli mens, constat ex eo, quod ipse in hujus rei explicationem sæpius replicavit. Ait enim in defensione secundi anathematismi contra Theodoreti reprehensionem: *Secundum subsistentiam unionem dicimus factam: verbo hoc, secundum subsistentiam, nihil aliud demonstrante, nisi solum verbi naturam, sive subsistentiam, quod est ipsum verbum, humanæ naturæ vere unitam sine ulla conversione, aut confusione, ut sæpe diximus, unum intelligi, & esse Christum, eundem Deum, & hominem*. Ubi vides, verbi naturam pro ipsa verbi subsistentia, & pro ipso verbo eum accipere. Et in priore ad Successum epistola: *Unum, ait, asserimus Filium, &, ut sancti patres dixerunt, unam naturam Dei verbi incarnatam, itaque quantum ad considerandum attinet, atque animi oculis tantummodo contemplandum,* quo-

իա ցեալ. զոր նման գրեաց եւ երջանիկն
21 սրբն Պրոկղ 'ի Թուղթն առ Հայս. ա-
սելով. Թէ ես խոստովանեմ զմի ան-
ձըն բանին այ զմարմնացելոյ.] Քանզի
ստոյգ եւ իսկապ̄ խօսելով՝ ոչ ասեմք
մարմնացեալ զբանին բնութիւն. այլ զան-
ձըն նր. եւ պատճառն է. զի մարդկային
բնութիւն չէր ոչ ունելով զիւրայատուկ
ենթակայութիւն. յր. զմարդկային անձ-
նաւորութիւն. ենթակայացաւ անձնա-
ւորութբ բանին. ընդ որում եւ միա-
ւորեցաւ. եւ վասնզի 'ի բանն ոչ ըստ իրի
զանազանին անձնաւորութիւն եւ
բնութիւն 'ի միմեանց. ոմն զանազա-
նին 'ի մեզ. վն այսորիկ մարդկային
իբ բնութիւն եւս միաւորեցաւ ընդ բա-
22 նին բնութեան միջնորդաբար. ուստի
յատկապ̄ խօսելով՝ միայն զանձն բա-
նին ասեմք մարմնացեալ. իսկ զբնու-
թիւն նորա ոչ ասեմք իսկապ̄ մարմնա-
ցեալ. այլ յաւէտ՝ անձնաւորապէս
միաւորեալ ընդ մարմնոյ. յր. միջնոր-
դութբ անձնաւորութեան բանին.

Արդ՝ որ Թէ երանելւոյն Կիւրղի ըստ
այսմ միտս գրեաց զբնութիւն բանին
փոխանակ անձին նր. յայտ լինի յայս-
մանէ. զոր ինքն ասաց մեկնելով զնոյն
ասացեալս. քանզի ասէ 'ի մեկնութեն
երկրդ նզովմանն ընդդէմ Թէոդորի-
տայ այսպ̄. Ըստ անձնաւորութե
իգ եղեալ ասեմք զմիաւորութիւն. եւ այս
23 ձայնս, ըստ անձնաւորութե, ոչ զայլ
ինչ նշանակէ՝ եթէ ոչ զբանին բնու-
թիւն. յր. զանձնաւորութիւն. որ է
նոյն ինքն բանն. միաւորեալ ճշմար-
տապ̄ ընդ մարդկային բնութեն ան-
փոփոխապ̄ եւ անշփոթաբար. որպ̄ բա-
զում անգամ ասացաք. զմի գոլ եւ
իմանալ զքն այ եւ մարդ.] ԱՀ Հաս ասէ ս.
Թէ որպ̄ առնու զբանին բնութի փո-
խանակ ինքեան բանին եւ անձնաւո-
րութեն նր. Եւ 'ի յառաջին Թուղթն
առ սեկուէնդոս ասէ. Թէ մի ասեմք
որդի. եւ որպ̄ սբ Հարքն ասացին. մի
բնու-

բնութիւն բանին այ մարմնացեալ. որդ՝ Եդ
յորժամ միայն եկեալ ՚ի մարմնաւորութիւն. 24
և միայն ՚ի անձնութիւն հոգւոյն ասօք.
Եթէ զերկու օրինակաւ մարդացաւ
միածինն. երկուս զոյլ ասեմք զբնու_
թիւնս, և մի քս, մի որդի, և տէր,
զբանն այ մարդացեալ և մարմնա_
ցեալ.] Աշխա զոր յառաջն ասէր՝ մի
բնութիւն բանին այ մարմնացեալ. յե_
տոյ մեկնէ և ասէ՝ մի որդի և տէր,
զբանն այ մարմնացեալ. ուրեմն փո_
խանակ բնութե բանին իմացաւ զնոյն
ինքն բանն և զնր անձնաւորութիւն.

Իսկ դարձեալ ընդդիմակայքն ասելով.
մի թէ ոչ գիտէր ամենիմաստն կիւ_
րեղ, թէ զայլ նշանակութի ունի Իե
բնութիւն. և զայլ նշանակութի ունի 25
անձնաւորութիւն, կամ ենթակայութիւն.
մինչ զի պարտ իցէ նմա անկանել ՚ի բա
ցայայտութիւնս յայս, առնլով զմինն փո
խանակ միւսոյն. ապա ընդէր ոչ կամե
ցաւ խօսել յատկապէս և ասել. մի անձն
բանին մարմնացելոյ. այլ ասէր անյատ
կապէս և բացայայտութեա. մի բնութիւն.

Պատասխանի. Թէպէտ զայն բարւոք
գիտէր սբն կիւրեղ. սակայն ոչ գի_
տէր և կամ ոչ կամէր գիտել պնդմն
նեստոր, ընդ որում ճակատամար_
տէր կիւրեղ. վասն որոյ զոչինչ տար
բերութի իմանալով ՚ի մէջ բնութե
և անձնաւորութե. ջանայր ընդ ճշմա Իզ
րիտ երկոյութե բնութեցն մուծա_ 26
նել ՚ի քս բացայայտութե զերկոյու
թի անձնաւորութեց. սակս այսորիկ
հանճարեղն կիւրեղ կամելով նովին
պատճառաւ բոլորովին խորտակել
զչար աղանդն նորա, և հաստատել ՚ի
քս զմի անձն. ՚ի կիր առնոյր ընդդէմ
նորա զնոյն բացայայտութիւն նորին
թէպէտ ըստ ուղղափառ մտաց. և
որպէս խաբեբայ աղանդաւորն առ ՚ի եզ_
րակացուցանել զերկուս անձինս յա_
ռաջարկէր զերկու բնութիւնս քի. նոյն
պէս և հանճարեղ սբ փարդապետն.

փա

quomodo homo factus sit ille unigenitus: duas naturas unitas esse dicimus; unum vero Christum, & Filium, & Dominum, illud Dei Patris verbum, hominem factum, & incarnatum. Ecce, quod antea dixerat, *unam naturam Dei verbi incarnatam*, infra explicat dicens, *illud Dei Patris verbum, hominem factum, & incarnatum.* Intelligit igitur pro verbi natura ipsum verbum, ejusque suppositum.

Reurgent: Num ignoraverit sapientissimus Cyrillus, aliud esse naturam, & aliud subsistentiam, & hypostasim, seu personalitatem; ut in tantum incideret æquivocum, unam accipiendo pro alia? cur ergo non dixerit potius, proprie loquendo, unam personam verbi divini incarnati; sed dicere maluerit improprie, unam naturam?

Respondetur: quamvis optime id quidem sciret Cyrillus; nesciebat tamen, aut scire nolebat pertinax Nestorius, contra quem Cyrillus agebat: quare nullam inter naturam, & personalitatem distinctionem admittens, neque in creatis; contendebat æquivoce cum binario naturarum binarium etiam personarum in Christum inducere. Idcirco Cyrillus, ut ejus hæresim per eandem rationem refelleret, & unam ad hominem propugnaret personam; voluit eodem uti æquivoco, in sensu tamen catholico, ut supra explicatum est: & sicut hæreticus duas objiciebat Christi naturas, ut totidem inferret personas; ita ipse e contrario, ut unam confirmaret personam, unam esse dicebat naturam verbi incarnati, seu incarnatam, intelligens unam hypostasim.

Neque hæc a Cyrillo de industria facta æquivocatio priscis Armeniorum

pa-

patribus ignota fuit; ut Synodus Tarsensis Armena testatur: cujus verba in responsione ad secundam petitionem Græcorum sunt ista: *Sanctus Cyrillus, adversus Nestorium strenue decertans, victoriaque potitus, ad comprobandam ineffabilem, & inconfusam Christi compositionem, pessimo divisori contrariam, nonnullis in locis ait: una est natura verbi incarnati: quod recipientes patres nostri, juxta eandem beati Cyrilli mentem id ipsum confessi sunt; nobisque tradiderunt, quod secundum unionem verbi cum carne dicatur per æquivocationem una natura verbi incarnati, & non secundum definitionem simplicis essentiæ: hoc enim qui poterat a confitentibus Christum, Deum, & hominem, asseri?* Et post pauca rursus ait: *Verum enimvero ad Ecclesiæ sanctæ pacem conciliandam, ad vestram ædificandam dilectionem, utque a nobis quodlibet istius suspicionis offendiculum auferatur, operæ pretium ducimus, abstinere nos in posterum ab illo per æquivocationem dicto unius naturæ verbi incarnati; sed asserere duas naturas, unde existentia illius ineffabilis unionis verbi cum carne vere constituatur, atque sicuti eandem prius propositionem confirmaverat sanctus Cyrillus, & patres nostri post ipsum, adversus eos, qui Christum in duas naturas, duasque dividebant personas: ita modo nos illam dissolvimus contra opinionem eorum, qui naturas ipsas confundunt.*

Hoc idem præterea declarat Episcopus Lampronensis Armenus, qui in oratione ad ejusdem Synodi patres inquit: *At vero, cum dicimus unam naturam verbi incarnati, ineffabilem unionem prædicamus contra Nestorium: & hoc verbum dicentes incarnatum,* pro-

ԻԷ մն հաստատելոյ զմի անձն 'ի Քն, քա-
27 րոզէր զմի բնութիւն բանին այ զմար-
մնացելոյ. իմանալով զմի անձն նր ։
Եւ արդ այսպիսի խորհրդաւոր
բացաձայնութիւն Կիւրղին ոչ եղև ան-
ծանօթ առաջնոց սրբոց հարցն հայ-
ոց. որպ վկայէ տարսոնի ժողովն նոցա
որ 'ի պատասխանին առ երկր. խնդ-
րոյն յունաց այսպ ասէ. Սբն Կիւ-
ղոս ընդդէմ Նեստորի զինեցաւ յաղ-
թող ախոյեանն. և մն սատուդելոյ զան-
ճառ և զանշփոթ միաւորութիւն Քի,
ներհակ չարաչար բաժանողին. ուրեք
ուրեք ասաց. մի է բնութի բանին
մարմնացելոյ. զոր ընկալեալ հարքն
ԻԸ մեր խոստովանեցան 'ի նոյն երանելւոյն
28 Կիւրղի միտս. և մեզ աւանդեցին.
ըստ միաւորութե բանին ընդ մար-
մնոյն ասել բացաձայնութբ. մի բնու-
թի բանին մարմնացելոյ. և ոչ ըստ
էութե սահմանի. զի այս զիարդ էր
կարելի ասել ած և մարդ զՔն խոստո-
վանողացս.] Եւ յետ սակաւուց դրձլ
ասէ. 'Ի մր որոյ և կարեւոր համա-
րիմք մն խաղաղութե եկեղեցւոյ, և
շինելոյ զսէրդ ձեր, և բառնալոյ 'ի
մէնջ զատարագէպդ գայթակղութե
կարծիս. տեղի տալ ասելոյն բացա-
ձայնութբ մի բնութիւն բանին մար-
մնացելոյ. և ասել երկու բնութիւն
ԻԹ որով ճշմարտապէս գոյութիւն անճառ
29 միաւորութեան բանին և մարմնոյն
սահմանի. և զոր օրինակ. հաստա-
տեաց զսա Կիւրեղ երանելին և հարքն
մեր հետևօղք ընդդէմ բաժանողացն
զՔն ըստ բնութեցն և յանձնաւորու-
թիս. մեք լուծանեմք ընդդէմ կար-
ծեաց շփոթողացն ։

Զնոյն բացաձայնութիւն զգուշա-
ցաւ Ներսէս Լամբրոնացին 'ի խօսքն
իւր ասելով. Այլ այն առ զմի բնու-
բնութեանց յածային և 'ի մարդկային մի անձնաւորութի կատարելոյ անայլայլելի և անբաժանելի. ոչ փոփոխելով մարդկայինն թանձր և յօդաւորն բնութիւն 'ի յանյօդ և 'ի պարզական բնութիւն այ զիւրն կորուսանելով. և ոչ պարզ և անմարմնական բնութիւն այ խառնելով ընդ բնութեան մարմնոյ` վրիպեցաւ յիւրն յաւէտ պարզութեն.] Եւ դարձեալ ասէ. Միաւորեաց զմերս ընդ իւրումն անհասանելի եղանակաւ. և մնացեալ անփոփոխ առօղն և առեալն.]

Գրիգոր կթղկս և տարսոնի ժո_ Ժգ
ղովն 'ի թուղթն. զոր գրեցին առ նոյն 13
թագաւորն. ասեն. թէ վասն յատուկ ածութեան. և ոչ վս մարմնաւորութեան ասաց. թէ իջի ես յերկնից. յայս առնելով. թէ իջեալ յերկնից անմարմին ածութիւն էր. և ոչ մարմինն, զոր էառ յետ իջանելոյն յերկնից.] Եւ յետոյ դարձեալ ասեն. մի և նոյն քն մարդ գոլով բնութբ մահկանացու. և ած գոլով բնութբ անմահ. ևս արարիչ գոլով էից ըստ ածութեան ընդ հօր. և նոյն արարած յիղգս մարդկութեան ընդ մեզ.]

tangibilis, & non tangibilis; temporalis, & æterna; filius hominis], *& filius Dei; consubstantialis Patri secundum divinitatem, & consubstantialis nobis secundum humanitatem. Hæc itaque non de alia, atque alia, sed de una, eademque Christi persona dicuntur, ex duabus naturis inconfuse, atque indivisibiliter constituta.* Et rursus ibidem: *Ex duabus perfectis naturis, divina scilicet, & humana, una est constituta persona inalterabiliter, & indivisibiliter. Haud enim humana natura, quæ materialis est, & composita, in Dei naturam simplicem, & immaterialem mutata est, aut quod suum erat, deperdidit.* Et iterum infra: *Univit sibi nostram naturam ineffabiliter, nulla in accipiente, & in accepto facta mutatione.*

Gregorius Patriarcha, & Tarsense Concilium, in epist. ad eundem Imperatorem directa, sic habent: *Cum Christus dicit, descendi de cælo: descendisse dicit e cælo suam divinitatem, non unitam cum carne, quam accepit postquam descendit in terram.* Et infra: *Unus, atque idem Christus est homo secundum naturam mortalem, & Deus secundum naturam immortalem: est una cum Patre creator omnium rerum secundum divinitatem, & una nobiscum creatura secundum humanitatem.*

Azarias Patriarcha, in sua fidei professione: *Suscepit*, inquit, *veram, ac perfectam naturam humanam, hoc est, corpus, & animam rationalem, in unitatem divinæ personæ. Cumque unus sit ipse Christus, Deus, & homo, filius Dei, & filius hominis; altera tamen natura non est permixta cum altera, neque in alteram versa, nec ulla deperdita; sed in una, eadem-*

demque persona utraque perfecta natura, divina; & humana, cum duplici voluntate, & operatione subsistit: ac sicut forma Dei servi formam minime violavit; ita nec forma servi quidquam derogat formæ Dei. Et paulo post: *Unus est itaque Christus, Patri secundum divinitatem æqualis, æternus, immortalis, & impassibilis; secundum humanitatem vero minor est Patre, mortalis, passibilisque.*

Armena Ecclesia in fidei professione, quam proponit iis, qui consecrantur Episcopi, sic interrogat: *Credisne tu veraciter, quod idem ipse sit æternaliter ex Deo Patre natus, eique in natura coessentialis, ac omnino æqualis; & idem ipse sit secundum carnem, anima præditam, natus de Spiritu sancto ex Maria semper Virgine; habens duas nativitates, primam ex Patre æternam, & secundam ex Matre temporalem, juxta quas sit verus Deus, & verus homo?* Et respondet oblatus: *Hæc omnia firmiter credo.*

Eidem denique sententiæ adstipulantur omnes alii Armeniæ Patres, quos duas in Christo naturas professos esse, vidimus quæst. 3. §. 2. præsertim Joannes, Constantinopolitanæ Armeniorum Ecclesiæ Patriarcha, qui in apologia pro duabus Christi naturis, oppositam prædictorum hæreticorum assertionem referens, ac refellens, air: *Armeniorum nonnulli libros adversus Catholicos exararunt, in quibus Eutychis hæresim roborantes, negant in Christo naturam humanam; atque unam in eo naturam constituunt, nempe divinam, quam etiam dicunt passam. Et hi quidem non ex priscis sanctis patribus nostris sunt, sed qui in miserrima novissimorum temporum perturbatione inter nos prodierunt magistri.*

Ita-

Ժդ Ուղղափառս կթղկս փոքրին Հայոց 'ի
14 դաւանութեան, զոր առաքեաց առ պապն. ասէ. Էառ Քրիստոս և կատարեալ բնութիւն մարդկան. որ է մարմին և հոգի բանական. 'ի միութիւն անձին այ. այնչափ միութիւն, զի մի է նոյն քն ած և մարդ. որդի այ և որդի մարդոյ. և այսպէս զի մի բնութիւն ոչ խառնակի ընդ միւսն. և ոչ միւսն անցանէ 'ի միւսն. և ոչ միւսն կորնչի. այլ 'ի մի անձն են երկու բնութիւնք կատարեալք ածայինն և մարդկայինն. և ընդ բնական իւր բնութեան երկու կամք և երկու ներգործութիւնք. և որպէս կերպարանն այ ոչ խափանէ զկերպարանն
Ժե ծառայի. այսպէս և կերպարանն ծա_
15 ռայի ոչ պակասեցուցանէ զկերպարանն այ.] Եւ յետ սակաւուց դարձեալ ասէ. Մի է նոյն քն, ըստ ածութեան հաւասար հօր, յաւիտենի, անմահ, անչարչարելի. բայց ըստ մարդկութեան փոքր է քան զհայր և մահկանացու, և չարչարելի.]

Եկեղեցին Հայոց 'ի գիրս ձեռնադրութեն եպիսկի հարցանէ զնուիրեալն ասելով. Հաւատամս դու ճշմարտութբ. զի նա նոյն է ծնեալ 'ի Հօրէ անժամանակ, և բնութենակից Հօր, և յամի հաւասար. և նոյն ինքն ծնաւ հոգւով սրբով 'ի միշտ կուսէն մարիա_
Ժզ մայ մարմնով. որ ունի ճշմարտութբ
16 հոգի. և զի նոյն ինքն ունի զերկու ծնունդս. նախ 'ի Հօրէ անժամանակ. և դրձլ 'ի մօրէ ժամանակաւոր. ըստ որում է ճշմարտութբ ած, և ճշմարտապէս մարդ.] և պատասխանէ նուիրեալն. Եւ ես նոյն հաստատութբ հաւատամ այսմիկ.]

Նոյնպէս դաւանեն այլ սրբազան Հարք և հյրպտք Հայոց. որ խոստովանեն 'ի քն զերկու բնութի. որպէս պատմեցաք 'ի յերրորդ վիճաբանութեն 'ի յերկրորդ պրակին. մանաւանդ արհիեպիսկոպոսն կոստանդնուպօլսի տէր յո

հան

հանանէս խուլ վրդովս կոչեցեալ. որ ԺԷ
յանդիմանելով 'ի գիրսն իւր զաղանդ_ 17
դըն հակառակորդացն ասէ. այսպէս.
Վասն հայք ոմանք հակառակ ուղ_
ղափառաց հաստատելով զաղանդն
եւտիքեայ. ուրանան զմարդկային
բնութիւն քն. եւ դաւանեն 'ի քն մի
բնութի. այս է միայն աստուածային բնութի.
եւ զնոյն ասեն չարչարել. ոչ թէ առա
ջինքն հայրապետաց եւ վարդապետաց մերոց սրբոց.
այլ վերջին պղտորեալ ժամանակիս
երեւեալ վարդապետքս.]

Արդ մեք մերժեալ զառաջին կար
ծիսն իբրեւ զչարաչար հերձուածո_
ղութի. ընդունիմք զայս երկրորդս. որ
է ամ ուղղափառաց. եւ որ հաստա_ ԺԸ
տեալ եղեւ 'ի կԹղկէ եկեղեցւոյն 'ի 18
տիեզերականն սԷ ժողովն քաղկեդոնի
այսպիսի բանիւ. Ոչ գոլով 'ի բաց
բարձեալ զանազանութի բնութեցն
վասն միաւորութեանն. այլ առաւել
ամբողջ մնալով յատկութիւնքն եր_
կաքանչիւրոյ բնութեն. որք միաւո
րեցան 'ի մի անձն եւ 'ի մի ենթակայու
թի.] Որով բանիւ ուսուցանէ սԷ
ժողովն. եթէ ոչ խառնակին ընդ մի_
մեանս յատկութիւնքն երկուց բնու_
թեցն. այլ. եթէ յատկութիւք միոյ բը
նութե ոչ անցանեն 'ի միւս բնութի.
այլ միայն 'ի յանձն, որ է հասարակ
երկոցունց բնութեցն. ԺԹ

Եւ արդ 'ի նախասացելոցն յայտնի 19
եղեւ. եթէ քն է աստ ճշմարիտ. եւ մարդ
ճշմարիտ. նաեւ հաստատի ցուցաք 'ի չորրորդ վիճաբանութե. եթէ ըստ միաւո_
րութե ոչ 'ի բաց բարձաւ զանազանութիւն երկուց բնութեցն. մինչ զի մարդ_
կային բնութիւն ոչ դարձաւ աստուածային. եւ ոչ հակադարձաբար. ուրեմն պարտ
է մեզ այսուհետեւ ցուցանել միայն. եթէ ոչ եւս բարձաւ զանազանութի
յատկութեցն. եւ մանաւանդ եթէ յատկութիւքն աստուածային բնութե ոչ անցին
'ի մարդկութիւն. որպէս կարծեն հակառակորդքն. եւ այս.

Itaque priori ſententia, ut hæreſi purulenta, rejecta, poſterior hæc tenenda eſt cum catholicis, quæ ab univerſali Eccleſia in Chalcedonenſi Concilio definita fuit verbis illis: *Nunquam differentia naturarum propter unionem ſublata; magiſque ſalva utriuſque naturæ proprietate, & in unam perſonam, ac ſubſiſtentiam concurrente, unigenitum Filium, & Deum verbum agnoſcimus*. Quibus docet Synodus, non miſceri proprietates naturarum, ac proinde non communicari uni naturæ idiomata, & dotes alterius, ſed ſubſiſtentiam tantum.

At vero Chriſtum, verum Deum, & verum hominem eſſe, cum nullus ſit Armenus, qui dubitet, & ipſi quoque adverſarii (velint, nolint ex corde) ut plurimum negare verbis non audeant, & centies affirment; probatione non indiget. Præterea, ſublatam non fuiſſe per unionem differentiam utriuſque naturæ, atque adeo naturam humanam non eſſe factam divinam, neque e converſo; in præcedenti quæſtione ſatis perſpicue demonſtratum eſt. Igitur ſupereſt modo differentia proprietatum probanda; & præcipue, quod divina idiomata non ſint in humanitatem transfuſa, ut illi contentioſe defendunt. Hoc itaque.

PROBATUR PRIMO

Ex sacris scripturis.

§. II.

CHristus secundum carnem, inquiunt, *non est, nec dicitur creatura, sed omnino Creator, & non factus*. Hanc propositionem refutat multis in locis Apostolus: ait enim ad Rom.1. *Factus ex semine David secundum carnem*. Ad Gal.4. *Misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege*. Ad Ephes.4. *Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia, & sanctitate veritatis*: nempe Christum, ut Rom.13. & Gal.3. explicat. Ad Phil.2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo*. Ad Colos.1. *Qui est primogenitus omnis creaturæ*. Ad Hebr.13. *Considerate Apostolum, & Pontificem confessionis nostræ, Jesum, qui fidelis est ei, qui fecit illum*. Igitur creatura est, & factus secundum carnem Christus, qui secundum divinitatem genitus, non factus, atque una cum Patre, & Spiritu sancto creator omnium est.

Præterea dicunt: *Christus, secundum quod homo, non est Patre minor*. Hoc rejicitur ab ipsomet Christo, dicente, Joan.14. *Pater major me est*. Et multo magis ab Apostolo, dum ait, Hebr.2. *Qui modico, quam Angeli, minoratus est*. Deinde, si Christus, qua homo erat Deo Patri subjectus, juxta illud, 1. Cor.15. *Ipse filius subjectus erit ei, qui subjecit sibi omnia*: & ad Patrem preces, supplicationes, gemitus, & lachrymas obediens offerebat, juxta illud, Hebr. 5. *Qui in diebus carnis suæ preces*, supplicationes, gemitus, & lachrymas obediens offerebat, juxta illud, Hebr.

ՅՈՒՑԱՆԻ

Նախ 'ի սուրբ գրոց.

Գլուխ . Բ.

ա 1 Ասեն հակառակորդքն. քս ըստ մարմնոյ ոչ ասի արարած. այլ ամենևին արարիչ և անեղ.] Բայց ընդդէմ նց յարուցեալ մծ առաքեալն պօղոս կոչէ զնոյն քս ըստ մարմնոյ՝ եղեալ և արրծ. քանզի 'ի Թուղթն առ հռոմէացիս ասէ. եղեալ 'ի զաւակէ դաւթի ըստ մարմնոյ. և առ փիլիպպեցիս ասէ. Զկերպարանս ծառայի առեալ 'ի նմանութեան մարդկան եղեալ. և առ կողոսացիս ասէ. Որ է անդրանիկ ամ արարծոց. և առ յեբրայեցիս ասէ. Հայեցարուք ընդ առաքեալն և ընդ
բ 2 քահանայապետն խոստովանութեան մերոյ ընդ յս քս. որ հաւատարիմ է արարչին իւրոյ.] Արդ ուրեմն քս ըստ մարմնոյ ոչ ասի անեղ և արարիչ. այլ եղեալ և արարած. Թէպէտ ըստ աստուածութեն ծնեալ ասի. ոչ եղեալ. և ընդ հօր և հոգւոյն սրբոյ ամ էից ստեղծօղ և արարիչ.

Դարձեալ ասեն. քս ըստ որում մարդ՝ ոչ փոքր է քան զհայր. Բայց ընդդէմ նց է նոյն ինքն քս. որ յհու. ԺԴ. երրդն ասէ. Հայր իմ մեծ է քան զիս. այլ
գ 3 և առաւել ևս ինչ ասէ սբն պօղոս 'ի Թուղթն առ յեբրայեցիս. Թէ փոքր մի խոնարհեցաւ քան զհրեշտակս.] Նա և եթէ քս ըստ որում մարդ, հնազանդ էր այն, որպէս ասէ պօղոս առ կորնթացիս յառաջին Թուղթն. Թէ յայնժամ և ինքն որդի հնազանդեսցի այնմ. որ հնազանդեցոյց նմ զամ. և առ յեբրայեցիս գրէ. Որ յաւուրս մարմնոյ իւրոյ աղօթս և պաղատանս առ այն, որ կարօղն էր ապրեցուցանել զնա, ուժգին գոչմամբ և արտասուօք մատուցանէր. և լսելի լինէր առ լաւու-

Թեն

թեն. Թէպէտ և որդի էր, ուսաւ 'ի չարչարանացն անտի զհնազանդութիւն.] Ապա ուրեմն քն ըստ որում մարդ, փոքր էր քան զՀայր. Թէպէտ ըստ որում ած էր հաւասար. այլ և մի ընդ նմին.

Դարձեալ ասեն. Քն ըստ մարմնոյ ոչ է ժամանակեայ. այլ միայն յաւիտենական. Եւ դարձեալ. Մարդկութիւն, զոր 'ի կուսէն էառ, հանդերձ աստուածութեամբ յառաջ քան զյաւիտեանս խոստովանին.] Բայց ընդդէմ նոցա գրէ աւետարանիչն Ղուկաս. Թէ երբեմն եղեն նր ամք երկոտասան. և յետոյ դարձ գրէ. Թէ Յնքն յն էր ամաց իբրև երեսնից սկսեալ. և առ գաղատացիս գրէ պաւղոս. Թէ իբրև եկն լրումն ժամանակի. առաքեաց ած զորդի իւր որ եղև 'ի կնոջէ. այս. զորդին իւր ծնեալ 'ի հօրէ յառաջ քան զյաւիտեանս. յայնժամ առաքեաց ած. և յայնժամ 'ի կնոջէ մարդ եղեալ. յորժամ եկն լրումն ժամանակի. և ոչ յառաջ քան զյաւիտեանս. Նաև առ կորնթացիս յառաջին թղթին ասէ. Թէ եղև առաջին մարդն ադամ 'ի հոգի կենդանի, և երկրորդ ադամ 'ի հոգի կենդանարար.] ապա երկրորդն եղև զկնի առաջնոյն. և ոչ 'ի յաւիտենից. Եւ պետրոս 'ի կաթուղիկէից յառաջին թղթին ասէ. Որ յառաջ ծանօթ էր նախ քան զհիմնադրութիւն աշխարհի. իսկ երևեցաւ 'ի վախճանի ժամանակաց.] այս. մարդկութիւն քն ծանօթ էր այ յառաջ քան թէ գոյր, և երևիւր. իսկ եղև յորժամ յարգանդի կուսին քանն մարմին եղև. և յետոյ երևեցաւ 'ի ծնունդն. Եվս որոյ և հայք ընդ մեզ երգեն 'ի ս՟ հաւատամքին. Թէ վն մերոյ փրկութե իջեալ 'ի յերկնից մարմնացաւ 'ի մարիամայ սրբոյ կուսէն հոգւով սրբով, և մարդացաւ.] Ուրեմն արդեօք ոչ մարմնացաւ յառաջքան զիջանելն յերկնից. և ոչ մարդացաւ յառաջ քան զմար֊

մնա

դ *supplicationesque ad eum, qui possit*
4 *illum salvum facere a morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia: & quidem, cum esset filius, didicit ex iis, quæ passus est, obedientia*: igitur qua homo, erat Deo Patre minor; cui tamen, qua Deus, erat æqualis, immo & unum cum illo.

Præterea dicunt: *Christus secundum carnem non est, nec dicitur temporalis, sed æternus*: &, *Ejus humanitas ab æterno simul cum divinitate fuit*. Sed contra est: nam Luc. 2. Christus secundum carnem dicitur *Factus annorum duodecim*: & cap. 3. *Incipiens*
ե *quasi annorum triginta*. Et ad Gal. 4.
5 *Ubi venit*, ait Apostolus, *plenitudo temporis, misit Deus filium suum, factum ex muliere*: filium nempe suum ex Patris substantia ante sæcula genitum, Deum de Deo; tunc missum, inquit, & hominem, non aliunde, sed ex muliere factum; quando venit plenitudo temporis, & non ab æterno. Similiter 1. Cor. 15. vocatur Christus secundum carnem ab eodem Apostolo: *Novissimus Adam, in spiritum vivificantem factus* post primum Adam. Et Petrus, epist. 1. cap. 1. *Præ*
զ *cogniti quidem*, ait, *ante mundi con*
6 *stitutionem; manifestati autem novissimis temporibus*. Nota illud, *præcogniti*; hoc est, ante cognita fuit a Deo ejus humanitas, quam existeret & manifestatur novissimis temporibus: extitit enim primo, cum in utero Virginis verbum caro factum est; & apparuit in Christi nativitate. Quapropter cum Armenis in symbolo canimus: *Qui propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est*: Non igitur incarna-

 tus

tus est antequam e cælis descenderit; nec prius homo factus est, quam carnem a beata Virgine sumpserit. Quis ergo tam insaniat, ut ejus humanitatem ab æterno fuisse dicat cum divinitate conjunctam?

Præterea dicunt: *Christus secundum carnem non est, nec dicitur parvus propter defectum ætatis, neque circumscriptibilis; sed omnino magnus, & incircumscriptibilis*; hoc est, immensus, & ubique præsens, ut alibi docet Dattievensis. Sed contra est, quod dicitur Isaiæ 9. *Parvulus natus est nobis*. Et cap. 11. *Puer parvulus minabit eos*. Et Luc. 1. *Puer autem crescebat & confortabatur*. Quod autem Christi humanitas non fuerit immensa, & ubique præsens, constat præsertim ex his scripturis, ut alias prætermittam: Marci 16. *Surrexit, non est hic; præcedet vos in Galilæam*. Joan. 11. *Lazarus mortuus est; & gaudeo propter vos, ut credatis, quia non eram ibi*. Joan. 14. *Accipiam vos ad me ipsum, ut ibi ego sum, & vos sitis*: sed Apostoli, & sancti non sunt, nec erunt ubique; ergo neque Christus. Joan. 20. *Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum*. Denique act. 2. *Anima Christi non est relicta in inferno*. Igitur ejus humanitas non erat incircumscriptibilis, & ubique præsens.

Է 7 մտանալն 'ի մարմնանալ որդւոյ կուսէն. Եղև ապա ով ոչ իցէ այնքան խելագար բուն թէ բանացեալ. որ ասիցէ. թէ մարդկութիւն, զոր 'ի կուսէն էառ, հաղորդեալ աստուածութեան էր յառաջ քան զյաւիտեանս.

Դարձեալ ասեն. Քրիստոս մարմնով ոչ ասի փոքր վասն անձման հասակին, և ոչ պարագրելի. այլ ամենևին մեծ և անպարագրելի, այս է. անչափ, և յամենայն ուրեք ներկայ. որպէս ուսուցանէ Տաթևացին. Բայց ընդդէմ նմա է ասացեալն Եսայեայ. թէ մանուկ ծնաւ մեզ. Եւ դարձեալ ասէ. թէ մանուկ տղայ ածցէ զնոսա. և Ղուկաս գրէ. մանուկն ա
Ը ճէր և զօրանայր.] Իսկ ապա մանուկ
8 ասելն զինչ նշանակէ. եթէ ոչ զփոքրն վասն անձման հասակին. Եւ դարձեալ զի քրիստոսի մարդկութիւն ոչ իցէ անչափ և անպարագրելի. այս յամենայն ուրեք ներկայ. որպէս է աստուածութիւն. ցուցանի. զի 'ի Մարկոսի. Ժզ. գլխոյն ասի. թէ յարեաւ. չէ աստ. ահա յառաջանայ քան զձեզ 'ի Գալիլեա. Եւ 'ի յՈհ. Ժա. գլխոյն ասի. Ղազարոս մեռաւ. և ես ուրախ եմ վասն ձեր. զի և դուք հաւատասջիք, զի ես չէի անդ. Եւ յՈհ. Ժդ. գլխոյն ասի. Առնում զձեզ առ իս. զի ուր եմ ես, և դուք անդ իցէք.] Իսկ առաքեալքն և այլ սուրբքն ոչ են և
Թ ոչ լինիցին յամենայն ուրեք ներկայ. ապա
9 ուրեմն ոչ և ոչ քս. Եւ դարձեալ 'ի յՈհ. Ի. երրորդ գլխոյն ասի. Մի մերձենար յիս. զի չև ևս ելեալ եմ առ Հայր իմ. Եւ 'ի գործոց. երկր. գլխոյն ասի. Ոչ թողաւ անձն նորա 'ի դժոխս. Ապա քրիստոսի մարդկութիւնն ոչ էր յայս ժամ յերկինս և ոչ թողաւ 'ի դժոխս. ուրեմն և ոչ էր անպարագրելի և յամենայն ուրեք ներկայ.

ԵՐԿՐՈՐԴ

Յուցանի պատճառօք։

Պրակ . Գ.

Առաջին ցուցանի. քանզի յս̄ քս̄ ոչ ա
միայն էր ա̄ծ ճշմարիտ. այլ և 1
մարդ ճշմարիտ, մեզ նմանակից. ըստ
այնմ. թէ ՚ի նմանութիւն մարդկան ե-
ղեալ. և կերպարանօք գտեալ իբրև
զմարդ. Եւ դարձեալ. Միջնորդն այ և մարդ-
կան մարդն յս̄ քս̄. ուստի և կոչեցաւ
՚ի սբ̄ աւետարանին անուն. որդի մարդոյ.
որդի դաւթի. որդի աբրահամու.
Արդ պա ուրեմն որպէս քս̄ ըստ որում ա̄ծ-
ունէր զա̄ծային յատկութիւնս. յր. զոր
լինն արարիչ. յաւիտենական. անչափ.
և այլն. զորս եթէ չունէր. ոչ էր ճշմարիտ
ա̄ծ. նոյնպէս և ըստ որում մարդ, պարտ բ
էր ունել զմարդկային յատկութիւնս. 2
և մանաւանդ զորոյն արարած. ժա-
մանակեայ. և պարագրելի. զորս եթէ
չունէր. ոչ էր ճշմարիտ մարդ. սակս
այսորիկ ասի յեբրայեցւոց. Բ. գլուխ
թէ ուստի պարտ իսկ էր նմա ամե-
նայնիւ եղբարցն նմանիլ։ Քանզի ամ̄
բնութիւն ՚ի հարկէ ունի զիւր եւ-
կական յատկութիւնս, որովք ճանաչի
զոլ իսկ այնպիսի։

Եւս և հաստատի այս. զի քն̄ մարդ-
կութիւն ստեղծաւ յայ̄ ոչ ՚ի յա̄ծային
բնութեան, այլ ՚ի յօտար բնութե. յր. գ
՚ի մարդկային. ապա ուրեմն է ստեղ- 3
ծեալ իմն և արարած. և ոչ անեղ և
արարիչ. Եւ դարձեալ, էառ զսկիզբն լինե-
լութեան իւրոյ ՚ի յորովայնի սբ̄ կուսին,
և ոչ ՚ի յաւիտենից. ապա ուրեմն է
ժամանակեայ. ոչ յաւիտենական. Եւ
դարձեալ. շարժիւր ՚ի միոյ տեղւոջէ առ
միւսն. ապա ուրեմն ոչ էր յամ̄ուրեք
և անչափ. այլ պարագրելի. զի որ է
յամ̄ ուրեք ներկայ, ոչ կարէ շարժիլ
և ոչ փոփոխել զտեղիս։

Պա

PROBATUR SECUNDO

Rationibus.

§. III.

ET primo: Christus, adhuc per adversarios, non solum est verus Deus, sed etiam verus homo; similis nobis, juxta illud, Phil. 2. *In similitudinem hominum factus, & habitu inventus, ut homo*: & 1. Timoth. 2. *Mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus.* Unde vocatur in Evangelio, *filius hominis*, *filius David*, *filius Abrahæ*: igitur, sicut, qua Deus, habuit proprietates divinas, nimirum esse increatum, æternum, immensum, quas nisi haberet, Deus non esset; ita similiter debuit, qua homo, habere proprietates humanas, & præter alias esse creatum, temporale, circumscriptum, quas nisi haberet, homo non esset: idcirco Hebr. 2. dicitur: *Debuit per omnia fratribus similari.* Quælibet enim natura proprias sibi vendicat dotes, per quas talis esse dignoscitur.

Et confirmatur: nam Christi humanitas fuit a Deo producta in aliena natura, nimirum humana, non autem in divina ipsius Dei; ergo est quid creatum, non increatum. Præterea accepit initium sui esse in utero Virginis, non autem ab æterno; ergo non est æterna, sed temporalis. Præterea Christus secundum illam movebatur de loco ad locum: ergo non fuit ubique, nec immensa, sed circumscripta: quod enim ubique est, moveri non potest, nec loca mutare.

Respondet Ozniensis; Christi humanitatem non solum in utero Virginis,

nis, sed etiam ab æterno fuisse cum divinitate conjunctam.

Sed hoc delirium rejicitur etiam a reliquis suis collegis: qui, alia insania laborantes, asserunt, illam ex temporali factam esse æternam per unionem cum æterna divinitate; (de quo infra): alioquin quomodo Christus dici vere posset secundus Adam, aut factus ex semine David secundum carnem?

Respondet Dattievensis; Christum esse ubique invisibiliter, visibiliter autem in certo loco: & sic locum mutasse visibiliter, non autem invisibiliter; sicut etiam Deus dicitur aliquando descendere de cælo in terram; quia apparet hominibus in terra, ubi prius erat quidem, sed non videbatur.

Sed contra primo est; quia, si post resurrectionem Christus fuisset invisibiliter in sepulchro, falsa esset illa scriptura, Marc.16. *Surrexit, non est hic*: & idem dico de aliis scripturis supra allatis: sicut etiam falsa est hæc propositio: *Deus non est in terra, ubi non apparet*. Contra secundo; quia alioquin omnia Dominicæ dispensationis mysteria fuissent falsa, & solum apparentia. Nam in conceptione caro Christi non in utero solius Mariæ fuisset, sed in omnium quoque mulierum, immo & virorum uteris: & sic laus illa, *Beatus venter, qui te portavit*, omnibus fuisset communis. Præterea falsa esset ejus nativitas: non enim vere exiisset ex utero, sed apparenter. Falsum id, quod de ejus morte dicitur Matth.27. *Emisit spiritum*; si nunquam hic discessisset a corpore. Falsum, quod corpus jacuerit in sepulchro, & anima ad infernum descenderit; & sic de reliquis.

Immo

Դ 4 Պատասխանէ յոհան օձնեցին. եթէ մարդկութիւն քի թէպէտ առաւ ՚ի կուսէն. սակայն ոչ սկսաւ լինել ՚ի յորովայնի կուսին. այլ էր հանդերձ ածութեամբ յառաջ քան զյաւիտեանս.

Բայց այսմիկ չար կարծիքս է սոսկ յիմարութիւն. և մերժեալ ես եղև յամ հայոց. զի եթէ այսպէս էր. զիարդ էր հնար ասել զքն երկրորդ ադամ եղեալ յետ առաքելոյն. և կամ եղեալ ՚ի զաւակէ դաւթի ըստ մարմնոյ.

Պատասխանէ գրիգոր տաթևացին. թէ քն մարդկութիւն է յամ ուրեք ներկայ ոչ երևութաբար, այլ աներևութաբար. զի երևի միայն ՚ի մի տեղի. ուստի և

Ե 5 փոփոխեր զտեղիս միայն երևաբար, և ոչ աներևութաբար. զոր օրինակ և ած ասի երբեմն իջանել յերկնից ՚ի յերկիր ոչ եթէ շրժի ՚ի մի տեղւոջէ առ միւսն. այլ զի երևի մարդկան ՚ի յերկրի, ուր և գոյր յառաջ աներևութաբար.

Բայց ընդդէմ սորին է. նախ զի եթէ քն յետ յարութեն գոյր և ներկայ ՚ի գերեզմանին աներևութաբար ապա սուտ էր բանն հրեշտակին ՚ի մրկոսի. ժզ. գլխն, թէ յարեաւ, չէ աստ. և զնոյն ասեմ յաղագս այլոց բանից ածային գրոց. զոր ՚ի վերոյ դրեցաք. նոյնպէս սուտ է ասելն թէ ած ոչ գոյ յերկրի. ուր և ս ոչ երևի.

Զ 6 Երկրորդ զի եթէ այդ այդպէս էր. ապա և ամ խորհուրդք տէրունական տնօրէնութեն սուտ էին և առաչօք. վն զի յետ յղանալոյն սրբուհւոյ ածածնին, մարմինն քի ոչ գոյր միայն ՚ի յորովայնի սբյ կուսին մարիամայ. այլ և ս յարգանդս ամ կանանց, և ս և արանց. և այսպէս այն գովութին, որ ասի. թէ երանի որովայնին որ կրեացն զքեզ. էր ոչ միայն վայել ածածնին. այլ և ս ամ կանանց. Եւ դարձլ սուտ էր ծնունդն քի. վն զի ոչ ելեալ էր ճշմարտապէս յարգանդէ սբ կուսին. այլ միայն երևութաբար. Սուտ

էր

Է 7 էր այս, զոր ասէ աւետարանիչն Մատ-
թէոս 'ի մահուանն. Թէ արձակեաց զհո-
գին. զի այս ոչ երբէք տարագնացեալ
էր 'ի մարմնոյն. Լուսա էր. Թէ մարմինն
ամփոփեալ էր 'ի գերեզմանի. և հոգին
իջեալ էր 'ի դժոխս. և նոյնում յդ̄գս ա-
լոյն. մանաւանդ զի եթէ մարմինն
քի էր ներկայ յամ ուրեք. ապա ոչ
ունէաք պէտս սուրբ խորհրդոյ հա-
ղորդութեանն. վասն զի այն սուրբ
մարմին և արիւնն միշտ գոյր 'ի մէջ բե-
րանոյ և 'ի ստամոքս մերում. նաև ոչ թէ
միայն 'ի մէջ սբ̄ հացին և գինւոյն. այլ
և ս 'ի մէջ ամ̄ իրաց և կերակրոց աշ-
խարհի.

Ը 8 Երկրորդ ցուցանի. քանզի եթէ
քի մարդկութիւնն առնոյր յինքեան
զա̄ծային յատկութիւնսն. 'ի հարկէ
հետևիւր, եթէ և ս առաւել ա̄ծու-
թիւնն նր առնոյր յինքեան զմարդ-
կային յատկութիւնս. զի բանն էառ
զմարդկութիւն. և ոչ մարդկութիւնն
էառ զբանն. նաև զի որպ̄ միաւորու-
թիւն հաւասարապ̄ լինի յերկոցունց
կողմանցն. նոյնպ̄ և պարտ էր հաւա-
սար լինել հաղորդութիւն յատկու-
թեցն. ուրեմն եթէ մարդկութիւն լի-
նէր անստեղծ, յաւիտենական, և ան-
պարագրելի. ապա և ս ա̄ծութիւն լի-
նէր ստեղծեալ. ժամանակեայ. և պա-
րագրելի. զոր բաց լիցի ասել.

Թ 9 Երրորդ ցուցանի. քանզի եթէ
յատկութիւնքն միոյ բնութե̄ հաղորդեալ
լինէին միւսում բնութե̄. ապա ու-
րեմն ոչ էին յատկութիւնք. այլ յաւէտ
հասարակութիւնք. զիարդ յատուկ
կոչեսցի. որ եղև հասարակ. Նաև
ոչ էին զանազանեալք. այլ շփոթա̄
խառնեալք. որ է ընդդէմ սրբոց հարց,
և սբ̄ գրոց, և տիեզերական ժողովոց.

Չորրորդ ցուցանի. զի յատկու-
թիւնք ա̄ծային և մարդկային. ա̄յ. գոլ
անստեղծ և ստեղծեալ. յաւիտենա-
կան և ժամանակեայ, անպարագրելի
և

Immo nec egeremus Eucharistia: dum Christum non modo sub speciebus vini, & panis Eucharistici, sed etiam intra species omnium aliarum rerum existentem, semper in ore, & in stomacho haberemus.

Probatur secundo: Si natura humana Christi recepisset divinas proprietates; sequeretur, quod etiam natura ejus divina recepisset proprietates humanas: quia communicatio deberet esse mutua: immo a fortiori; nam Verbum dicitur caro factum, seu assumpsisse humanitatem, & non humanitas verbum, ac proinde non magis humanitas diceretur increata, æterna, immensa; quam divinitas creata, temporalis, & circumscripta: quod tamen, adhuc per ipsos, falsum est.

Tertio: Si proprietates unius naturæ communicarentur alteri, non essent amplius proprietates, sed communicantes: quomodo enim est proprium, quod factum est commune? Tum quia non essent distinctæ, sed confusæ: quod est contra sanctos patres, Concilia, & scripturas.

Quarto: Tales proprietates, nimirum esse creatum, & increatum; æternum, & temporale; ubique, & non ubique, sunt incompossibiles; & implicat contradictionem, ut de eodem dicantur secundum idem: igitur, si natura humana recipit divinas, cogitur amittere suas: quomodo ergo salvis proprietatibus utriusque naturæ facta est incarnatio?

Quinto: æternitas humanitatis (& idem dico de immensitate, & esse increato) vel est eadem numero, ac æternitas divinitatis; vel alia numero. Si alia; ergo essent duo æterna, increata, immensa; & non, ut inquit
in

in Symbolo Athanasius, *unus æternus, unus increatus, & unus immensus*. Si eadem numero; cum æternitas divinitatis sit ipsamet essentia, & natura Dei; sequeretur, quod confusis proprietatibus ipsæ quoque naturæ confunderentur.

Respondent; dici, & esse humanitatem æternam, increatam, immensam, formaliter per eandem æternitatem, immensitatem, & esse increatum divinitatis, cum qua illa unitur; nec proinde sequi confusionem, aut interitum naturarum, immo nec ipsarum proprietatum utriusque naturæ; quia, quod erat naturaliter ex se temporale, creatum, & limitatum, propter unionem cum divinitate factum est per gratiam tale, qualis erat ipsa divinitas. Quemadmodum hominis corpus, quod secundum se non est vegetativum, nec sensitivum, fit tale formaliter per animam sibi unitam; nec proinde confunduntur in homine naturæ, aut proprietates animæ, & corporis, neque deperduntur.

Sed contra est primo: quia, quod dat anima corpori, nempe vegetare, & sentire, non est incompossibile cum eo, quod ex se corpus habebat, scilicet esse materiale, quantitativum, corruptibile &c. Non sic autem est in casu nostro, ut supra diximus.

Contra secundo: quia divinitas non unitur cum humanitate, ut forma informans materiam, sicut anima unitur corpori: alioquin uniretur ut semiens, & imperfectum; quod repugnat Deo, enti purissimo, & perfectissimo: sed solum unitur in ratione suppositi: ergo nihil aliud tribuit humanitati, nisi solum subsistere.

Contra tertio: quia anima, adhuc ut forma informans, non communicat

cor-

Ժ և պարագրելի. են հակասականք. և
10 ոչ կարեն համանգամայն ստորոգիլ
զմիոյ ըստ նմին քանի. այլ ուրեմն
եթէ մարդկութիւն առնոյր յինքեան
զա̄ծայինսն. բնադատիւր կորու-
սանել զիւրսն. այլ զիա՞րդ 'ի մար-
մնանալն ամբողջ մնացին յատկութիւքն
երկաքանչիւրոյ բնութեան.

Հինգերորդ ցուցանի. վասն զի
յաւիտենութիւն մարդկութե կամ էր մի
և նոյն թուով ընդ յաւիտենութեան
ա̄ծութեն. կամ էր այլ 'ի նմանէ. և
զնոյն համարանեմ յղղս անստեղծու-
թե և անչափութե. Եթէ այլ էր 'ի
նմանէ. այս ուրեմն էին երկու յաւի-
Ժա տենականք, անստեղծք, անչափք. և
11 ոչ ըստ սրբոյն աթանասի, որ ասէ.
Թէ մի է յաւիտեն, մի անստեղծ, և մի
անչափ. Եթէ մի և նոյն էր թուով
ընդ նմա. այս ուրեմն ըստ շփոթ-
մանն յատկութեցն շփոթեալ էին և ս
ինքեանք բնութիւնքն. զի ա̄ծային
յատկութիքն նոյնանան ընդ ա̄ծային
բնութեն.

Զո այս պատասխան հակառակորդքն.
Եթէ քի մարդկութին առի յաւիտեն,
անեղ, և անչափ 'ի ձեռն նոյն յաւիտենու-
թե, անեղութե, և անչափութեն
ա̄ծութե, ընդ որում է միաւորեալ.
նաև ոչ հետևի այսու շփոթումն
Ժբ կամ կորուստ բնութեց, և կամ յատ-
12 կութեց նոցին. զի այն, որ էր ըստ
ինքեան և բնականաբար ժամանա-
կեայ, ստեղծեալ, և չափաւոր. յե-
տոյ վասն միաւորութե ընդ ա̄ծու-
թեն շնորհօք եղև այնպիսի, ոպի էր
նոյն ա̄ծութիւն. զոր օրինակ. մարդոյ
մարմին. որ ըստ ինքեան է անքոյս և
անզգայ. լինի բուսական և զգայա-
կան 'ի ձեռն հոգւոյ, ընդ որում միա-
ւորի. և այսու ոչ շփոթին կամ կորըն-
չին բնութիքն, և կամ յատկութիքն
հոգւոյ և մարմնոյ.

Բայց ընդդէմ նոցա է. նախ զի

բու-

բուսանելոյն, և զգալոյն, և այլոյն այսպիսի Ժգ
նմանեաց, զոր մարմինն առնու 'ի հոգ- 13
ւոյ, ոչ են հակառականն, այլ միագ-
րելի ընդ նմա, զոր ունէր մարմինն
ըստ ինքեան. ոչ. զոլոյն նիւթաւոր.
բանականական. անապականացու. և այլն։
Բայց ոչ նոյնպէս լինելոյն յատկութիւնքն 'ի
քս. զի ստեղծեալն և անստեղծն' են
հաստատականք. որպէս ասացաք 'ի վերոյ։

Երկրորդ. զի ա̄ծութիւն ոչ միաւո-
րեցաւ ընդ մարդկութեան իւր անսահ
գոյացուցիչ նիւթոյ. որպէս հոգի միաւո-
րի ընդ մարմնոյ. վս զի այսպիսի միա-
ւորութի լինի 'ի մէջ կիսականաւոր էա-
կաց. որ անմիջապէս է ամ ամենամաքուր
և գերականաւոր էակին. այլ միաւորե-
ցաւ միայն իբր անձնաւորութի են-
թակայացուցիչ մարդկային բնութեան.
ապա ուրեմն ոչ ետ զայլ ինչ մարդկու-
թեան, եթէ ոչ միայն զանձնաւորելն
և զենթակայանալն։

Երրորդ. զի հոգին ոչ ևս անցուցա-
նէ 'ի մարմինն զիւր իսկ յատկութիւն.
այլ զայլ ումանս. որոց ընդունակ լինի
մարմինն. քանզի ոչ առնէ զմարմինն
հոգևոր, անբաժանելի, անապականն,
և բանական. որպէս է ինքն հոգին ստա-
կապ և ներգործութբ. այլ միայն
առնէ զմարմինն բուսականն, և զգայա-
կան, որպէս ոչ է ինքն հոգին ներգործու-
թբ. այլ միայն զօրութբ. նմանապէս ու-
րեմն և բանն ա̄յ ոչ անցոյց 'ի մարդկութիւն զիւր իսկական յատկութիւնսն. այլ
միայն զայն. որոյ ընդունակ էր և մարդկութիւն. վս որոյ և ոչ արար զնա յաւի-
տենական, անեղ, անչափ, և այլն. այլ միայն անձնաւորել և ենթակայացուցանել։

Եւ չորրորդ. զի եթէ հակառակորդքն ընդունեն. զյատկութիւնս ա̄ծութե
և մարդկութե ոչ գոլ շփոթեալ ընդ միմեանս, և ոչ կորուսեալ 'ի քս. որպէս և
'ի մարդ ոչ կորնչին և ոչ շփոթին յատկութիւնքն հոգւոյ և մարմնոյ. ընդէ՞ր
ասեն. թէ քս ըստ մարմնոյ ոչ ասի ժամանակեայ, արարած, և պարագրելի.
այլ ամենևին յաւիտենական, անեղ, և անպարագրելի. քանզի և մարդ ոչ ասի ամե-
նևին հոգևոր և անապական ևս ըստ մարմնոյ. այլ ասի նիւթաւոր և ա-
պականացու ըստ մարմնոյ. իսկ հոգևոր և անապական ըստ հոգւոյ։

corpori suas veras proprietates, sed
aliquas alias, quarum corpus est capax: non enim facit corpus spirituale, indivisibile, incorruptibile, rationale &c. qualis est ipsa formaliter; sed solum vegetativum, & sensitivum, qualis ipsa non est, nisi tantum virtualiter: igitur nec verbum divinum communicat suas veras proprietates humanitati, sed solum id, quo capax est ipsa humanitas: & sic non facit illam æternam, increatam, immensam, sed dumtaxat subsistentem.

Contra denique quarto: quia si concedunt, proprietates divinitatis, &
humanitatis in Christo non esse con-
fusas, neque deperditas; quemadmodum nec in homine deperduntur, aut confunduntur proprietates animæ, & corporis: cur negant, Christum secundum humanitatem esse temporalem, creatum, & circumscriptum; sed affirmant, illum esse omnino æternum, increatum, & immensum, etiam secundum carnem? siquidem homo non dicitur omnino spiritualis, & incorruptibilis, etiam secundum corpus: sed materialis, & corruptibilis secundum corpus; spiritualis vero, & incorruptibilis secundum animam.

PROBATUR TERTIO

Ex Patribus, quos suscipit Armena Ecclesia.

§. IV.

EX multis hi pauci sufficiant: Dionysius Areopagita, de div. nom. cap. I. *Æternus*, inquit, *temporales subiit metas; atque intra naturæ nostræ terminos venit, qui omnem naturæ totius ordinem eminenter excedit, suis proprietatibus inconfuse subnixus*.

Justinus Martyr, in lib. de vera fidei confessione: *Unus est filius, & qui mortuus est, & qui id, quod erat mortuum, excitavit. Cum ergo de uno filio contrarias voces audies, ea, quæ dicuntur, naturis tribue: ac si magnum quiddam, & divinum; divinæ id naturæ tribuito: Si quid parvum, & humanum; humanæ adscribito. Sic enim & verborum discrepantiam vitabis, cum sua utraque natura recipiet; & filium unum omnia secula antecessisse, & novum ex scripturis fateberis*. Et rursus ibidem: *Respondete nobis, qui Christianorum religionem vos prædicare fingitis; qui, duarum naturarum tollendarum causa, hujusmodi & quæritis, & proponitis; qui, ut temperatio, & confusio, corporisque in divinitatem mutatio obtineatur, has quæstiones tractatis*.

Origenes, tract. 33. in Matth. *Qui dicit discipulis suis: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem seculi: & item, ubi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, & ego sum in medio eorum &c. est Deus verbum, & sapientia, & justitia, & veritas; qui non est corporeo ambitu* cir-

Երրորդ

Ցուցանի վկայութք սրբոց հարցն. զորս ընդունի եկեղեցին հայոց.

Գլուխ. Դ.

ա 1 Մէն դիոնեսիոս արիոպագացին 'ի գիրս յղղս աստուածային անուանցն յաղին գլխն ասէ. Յաւիտենն եմուտ 'ի յոլորտս ժամանակս. և որ գերազանցէ 'ի վեր քան զամ կարգ բնական բնութե. եկն 'ի ներքոյ եզերաց բնութեան մերոյ. յանեալանշփոթաւ իւրոց յատկութեցն.]

Սէն յուստինոս մարտիրոս 'ի գիրս յղղս ճշմարտ հաւատոյ դաւանութե ասէ. Մի որդի է այն, որ մեռաւ. և որ զմեռեալն յարոյց. ուրեմն իբրև լուի-
բ 2 ցես առ մի որդին զձայնս հակառակս. առաք բնութեանց զատուցեալս. զմծ. ինչ և զաստուածային համարեա ածային բնութե. իսկ զփոքր և զմարդկային մարդկային բնութե. քանզի այսպէս 'ի բացաձայնութե բանից խոտարեցես. յորժամ երկաքանչիւր բնութեն առնուցու զիւրն. և ևս զմի որդին յառաջ քան զյաւիտ, և 'ի յետին աւուրս ծնեալ դաւանեցես ըստ գրոց.] Եւ դարձեալ ասէ անդ. Ասացէք մեզ պատխի դուք. որք պատմաւէք
գ 3 քարոզել զկրօնս քրիստոնէից. որ վա՛ բառնալոյ զխոստովանութի երկուց բնութեցն առաջարկէք և խնդրէք զայսպիսիս. որ և զհամաձայնութիւն զայսոսիկ 'ի մէջ բերէք. որպէս զի շփոթութիւն և խառնակութիւն, և մարմնոյն 'ի յաստուածութիւն փոփոխութիւն հաստատեսցի.]

Որոգինէս 'ի մեկնութէ մաթէի. լգ. ճառն ասէ. Այն որ ասէ աշակերտացն իւրոց. թէ ահաւասիկ ես ընդ ձեզ եմ զամ աւուրս մինչ և 'ի կատարած աշխարհիս. և դարձ. թէ ուր իցեն եր-
կու

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

դ *circumclusus. Secundum hanc divinitatis*
4 *tatis suæ naturam non peregrinatur; sed peregrinatur secundum dispensationem corporis; quod suscepit &c. Hæc autem dicentes, non solvimus suscepti corporis hominem; sed unicuique substantiæ proprietatem servamus;* Et infra: *Quasi homo peregrinabatur, qui erat ubique secundum divinitatis naturam.*

Eusebius Cæsariensis, de demonstratione Evangelica lib. 4. cap. 13. *Ipse interim & materiæ expers, & incorporeus manens, cujusmodi etiam apud*
ե *Patrem erat; neque mutans essentiam,*
5 *neque perdens, quod suæ ipsius naturæ proprium erat; neque vero aut corporis vinculis impeditus, aut sua divinitate dejectus; ac ne domesticam quidem verbi potestatem amittens; sed neque qui illic quidem, ubi ipsi humanum vas aderat, degeret tantum, in aliis vero universi partibus esse prohiberetur.*

Athanasius, in lib. de incarnat. Christi, adversus hujusmodi hæreticos exclamat: *Et quid adhuc dicitis, increatum eum fuisse, eoquod unitio facta sit cum increato? jam hinc vobis vestra erratio sui ipsius refutatrix*
զ *ostendetur; nam carnis unitio cum*
6 *verbi divinitate ex utero originem traxit; ibi enim eam verbum, cum e cælo advenisset, constituit; quippe quæ non erat antequam cælitus verbum adveniret, aut quam Deipara Virgo Maria ex Adam derivaretur.* Et infra: *Increata enim sola Deitatis substantia intelligitur: quapropter increatam naturam, patibilem; aut patibilem, increatam appellare, impium dictum est. Creatitiam enim hominis conditionem, non unitione verbo propriam fieri, sed coæternam Dei natu-*

ra fuisse, exæquatam identitate natura, impium est cogitare.

Idem in epistola ad Epictetum: *Unde nobis nonnulli eructaverunt parem cum superiori impietatem, ut jactent, non minoris esse ætatis corpus Deitate verbi, sed id ei coæternum perpetuo fuisse.* Et post alia: *Multi allucinantur, qui creaturam Creatori exæquant, arbitranturque, Deitatem auctuarium aliquod accipere posse; & ignorant, non propter auctuarium Deitatis verbum esse carnem factum, sed ut caro resurgeret.*

Idem in Symbolo: *Dominus noster Jesus Christus, Dei filius, Deus, & homo est. Deus est ex substantia Patris ante secula genitus; & homo est ex substantia matris in seculo natus: perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens: æqualis Patri secundum divinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Qui poterat aptius Athanasius Pseudomagistrorum tela retundere?

Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 14. in fine: *Non enim, quia nunc non adest in carne, ex eo putes, quod spiritu medio hic non adsit, audiens, quæ de illo dicuntur, & videns quæ tu cogitas, & scrutans renes, & corda.*

Ambrosius, lib. 2. de fide, cap. 4. *Neque enim Deus de loco ad locum transit, qui ubique semper est: ut homo, est qui vadit, ipse qui venit: denique & alibi dicit, surgite, eamus; in eo ergo vadit, & venit, quod est commune nobiscum.*

Idem lib. 1. de incarnationis Dominicæ Sacramento, capite 6. *Quis autem non horrescat, qui audiat, quia non ex Maria Virgine, sed ex divina sub-*

Է բարշասունի է ամենայն զմտաւ. եթէ մարմ
7 դոյ երկակցին բնութիւն ՚ի ձեռն միաւո
րութեան երկու ոչ թէ միայն յաւակնութե
այն բանին. այլ և ս յաւիտենից ածութեն.
և հաստատեալ նմա միութեամբ
բնութեան.]

Նոյն աթանաս ՚ի թուղթն առ Ե
պիփկտիմոն ասէ. Ուստի և ոմանց
բղխեցին մեզ զհաւատոյ ապականողաց
զամբարշտութի. և ասեն. թէ մարմինն
ոչ ունէր զփոքրագոյն հասակ բան
զածութիւն բանին. այլ թէ երկու նմա
մշտնջենաւորակից.] Եւ զկնի այլոց
բանից դարձեալ ասէ. Եղաբեւոյժ խաբեալ
լինին. որք զարարածն հաւասարե
Ը ցուցանեն արարչին. և կարծեն, թէ
8 ածութիւնն կարէ զաճումն ինչ առ
նուլ. և ոչ գիտեն. եթէ ոչ վասն աճման
ածութեան բանին մարմին եղև. այլ վասն
փրկութեան ազգի մարդկան.]

Նոյն աթանաս ՚ի հաւատոյ դա
ւանութեան ասէ. Ուղիղ հաւատ է.
զի խոստովանեսցուք զտէրն մեր յս քս
ած և մարդ. ած ՚ի գոյութէ հօր նախ
քան զյաւիտեանս ծնեալ. և մարդ ՚ի գոյա
ցութէ մօր ժամանակաւ ծնեալ. կա
տարեալ ած և կատարեալ մարդ,
գոյացեալ ՚ի բանական հոգւոյ, և ՚ի
մարդկային մարմնոյ. հաւասար հօր
ըստ ածութե. և փոքր քան զհայր
Թ ըստ մարդկութե.]

9 Սբն կիւրեղ երուսաղեմացին ՚ի.
ԺԴ. կատակեան ասէ. Թէպէտ քն ոչ
է այժմ ներկայ մեզ մարմնով. սակայն
է ներկայ ածութբ. և լսէ զորինչ ասեն
զնմանէ. և տեսանէ զորինչ դու խոր
հուրդս ածես. և քննէ զսիրտս և զերի
կամունս.]

Սբն ամբրոսիոս յերկրորդ գիրն
յզգս հաւատոյ ասէ. Ոչ անցանէ ած
՚ի միոյ տեղւոջէ առ միւսն. զի միշտ
յամ ուրեք է ներկայ. իսկ իբր մարդ
գայ և գնայ. որպ ասէ. թէ արիք,
երթիցուք աստի. ուրեմն ըստ այնմ

գայ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ժ 10 *substantia passibilem sibi carnem fecerit Deus verbum? quod asserendo, eo prolabuntur, ut non ex tempore corpus Domini esse susceptum, sed coæternum Dei verbo semper fuisse contendant, horum omnium auctores sunt, qui divinitatem, & carnem Domini unius naturæ fuisse dixerunt.*

Nazianzenus, in epist. 1. ad Cledonium: *Neque enim hominem a divinitate separamus; sed unum, & eundem profitemur, prius quidem non hominem, sed Deum, filium unigenitum, ac seculis omnibus antiquiorem, a corpore, rebusque omnibus corporeis purum, & secretum: in fine autem,*

Ժա 11 *etiam hominem, propter nostram salutem assumptum; carne passibilem, divinitate impassibilem; corpore circumscriptum, spiritu incircumscriptum; terrenum eundem, & cælestem; visibilem, & intelligibilem; comprehensibilem, & incomprehensibilem.*

Nyssenus, homil. 13. in Cantica: *In Christo quiddam creatum est, quiddam increatum; & increatum vocamus illud, quod æternum est, ac seculis prius, & a quo res universæ conditæ sunt: creatum vero, quod ob susceptam nostri causa administrationem conformatum est ad similitudinem corporis humilitatis nostræ.*

Ժբ 12

Idem rursus in lib. 5. contra Eunomium: *Inconfusa permanet tam carnis, quam Deitatis proprietatum contemplatio; donec in se ipsis utrumque horum conspicitur; utpote verbum ante secula fuit, caro autem in novissimis temporibus facta est: & nullus convertens dicet, aut istam ante secula fuisse, aut in novissimis verbum factum esse temporibus. Caro passibilis naturæ est; operatricis autem naturæ verbum: & neque ea opifex est rerum*

rum existentium, neque divinitas passibilem habet virtutem. In principio verbum erat apud Deum, in mortis experimento homo: & neque ab æterno quod humanum est, neque mortale, quod divinum: & cætera omnia secundum hunc modum considerantur.

Ruffinus in Symbolum Apostol. *Ascendit ergo ad cælum, non ubi verbum Deus ante non fuerat, quippe qui erat semper in cælis; sed ubi verbum, caro factum, ante non sederat.*

Augustinus, serm. 191. de tempore, qui est tertius de Trinitate: *Illorum quoque execramur similiter blasphemiam; qui novo sensu asserere conantur, a tempore acceptæ carnis omnia, quæ erant divinitatis, in hominem demigrasse; & rursum, quæ humanitatis erant, in Deum esse transfusa: ut, quod nulla unquam hæresis ausa est dicere, vincatur hac confusione utraque exinanita esse substantia, & deitatis scilicet, & humanitatis; & omisso proprio statu in aliud esse mutata.*

Idem in Joannem de verbis Domini serm. 58. *Licet unam personam in Christo credamus; duas tamen substantias, idest, naturas esse fatemur, divinitatis scilicet, & humanitatis; assumptricis, & assumptæ; creatricis, & creatæ: quæ tamen substantiæ non sunt confusæ, sed unitæ, atque in una, eademque persona inseparabiles, & in sua semper proprietate manentes; quapropter unicuique substantiæ propria utique aptanda sunt; idest, infirmitates humanitati, quæ creata est; signa vero, & mirabilia divinitati, quæ creavit.*

Idem in epistola 57. ad Dardanum: *Ire visus est in cælum in eadem carnis forma, atque substantia, cui profecto*

Յդ էր. կամ թէ բանն ՚ի յերկինս ուր ուրու.
13 Համէ մարմինն ունի զկրողական
բնութի. նաև բանն զանչարչարելական
բնութի. և ոչ մարմինն է դրոյեցը առա-
ջել. և ոչ ա՛ծութիւնն ունի զկրողական
զօրութի. ՚Ի սկզբանէ էր բանն առ
ա՛ծ. նաև մարդ ՚ի մահու փորձութէ.
և ոչ ՚ի յաւիտենից որ մարդկայինն. և ոչ
ա՛ծայինն մահկանացու. և նոյնպէս
իմանալն միւսոցն այլ քն.]

Ռուփինոս ՚ի ս՛բ հաւատամքին
մեկնութեան ասէ. Ել յերկինս. ոչ ուր
բանն ա՛ծ յառաջ ոչ դոյր. զի միշտ էր
յերկինս. այլ ուր բանն մարմին եղեալ
յառաջ ոչ նստէր.]

Յդ Սէն օգոստինոս ՚ի յերրորդ ճառն
14 յղղն ա՛մսէ երրորդութեան ասէ. Նզո-
վեմք նմանապէս զհայհոյութիւն այնոցիկ.
որ նորահնար աղանդով ջանան ուսու-
ցանել. եթէ ՚ի սկզբանէ առնլոյ մար-
մնոյն. որ ինչ էր ա՛ծութեան. փոփո-
խեցաւ ՚ի մարդ. և դարձեալ որ ինչ էր
մարդկութեան, եմուծ ՚ի յա՛ծ. Մինչ
զի սպառ լինի ասել. զոր և ոչ մի հերձ-
ուա՛ծող ասել իշխեաց. թէ կորու-
սեալ եղեն երկոքեան բնութիքն. և թէ
թողեալ զիւրքն յատկութիւնս փոփո-
խեցան ՚ի յայլ ինչ.]

Նորին ՚ի մեկնութէ յհն. ճռ. ծը. երգ-
ձառէն. Թէպէտ զմի անձն հաւա-
Յե տամք ՚ի քս. սակայն զերկու բնութիս
15 խոստովանիմք. այ. ա՛ծութեան և
մարդկութէ. առողին և առելոյն. արար-
չին և արարածոյն. և երկու բնու-
թիքն ոչ շփոթեցան. այլ շաղկապե-
ցան ՚ի մի և նոյն անձն. միաւորեալ անբա-
ժանելի և միշտ առողջ ՚ի յատկութիւն
իւրեանց. Սակս այսորիկ պարտիմք
իւրաքանչիւր բնութն զյատուկս իւրն
յարմարել. այ. զտկարութիւն մարդկու-
թեանն որ է ստեղծեալ. և զնշանս և
զսքանչելիս ա՛ծութեն որ ստեղծ.]

Նորին ՚ի թղթոյն առ դարդանոս
եկին. Քս երևեցաւ համբառնալ

fecto յեր-

յերկինս առնլովն նկարագրին և զօրացուցէ անմահութիւն. զի թէպէտ ետ նմա զան_մահութիւն. սակայն ոչ եբարձ ՚ի նմա_նէ զբնութիւն. ուստի և ըստ այսմ բը_նութեան ոչ է համարելի զայս յամ տե_ղիս սփռեալ. զի ոչ պարտ է մեզ այնպէս դնել ՚ի մարդ զածութիւն. որպէս զի բարձ ցուք ՚ի նմանէ զճշմարտութիւն մարմնոյ. և ոչ է հարկաւոր. թէ որ ինչ գոյ ՚ի յԱծ. իցէ և ս յամ տեղիս, որ է Ած. Քանզի և զմեզ մեծ ճշմարտ գիրքն ասեն. թէ ՚ի նմա կեամք, շարժիմք, և եմք. բայց նմին ոչ եմք յամ տեղիս ընդ նմա.] Եւ յետ սակաւուց զրուցաւ գրէ. Քանզի մի անձն է Ած և մարդ. և եր կոքեանն է մի քս յս. որ ըստ որում է Ած, գոյ յամ տեղիս. և ըստ որում է մարդ, գոյ ՚ի յերկինս.]

Ֆղ 16 fecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit: secundum hanc formam non est putandus ubique diffusus. Cavendum est autem, ne ita divinitatem adstruamus hominis, ut veritatem corporis auferamus; non est autem consequens, ut quod in Deo est, ita sit ubique, ut Deus: nam & de nobis veracissima scriptura dicit, quod in illo vivimus, movemur, & sumus; nec tamen, sicut ille, ubique sumus. Et post pauca concludit: *Una enim persona Deus, & homo est; & utrumque est unus Christus Jesus, ubique per id, quod Deus est; in cælo autem per id, quod homo.*

Ֆէ 17

ՍԲն Պրոկղ ՚ի թղթին առ հայս ասէ. Նոյն ինքն գործէր զսքանչելիսն. և էր զրկեալ. քանզի ածայինն նշանօքն ցուցանէր մնալ որ էրն. և չարչարանօքն յայտ առնէր զստեղծագործեալն եւ ըստ որում զմի և զնոյն որդին քա_րոզեմք և հօր միշտնջենաւորակից. և յետինս ամաւուրս մարմնացեալ. և ոչ ամենևին մուծանեմք ՚ի յածային բը_նութիւն զօտար ինչ.]

Proclus in epistola ad Armenios: *Idem ipse perficiebat miracula, & injurias substinebat; per signa quidem divina mansisse id, quod erat, insinuans; per passiones autem factum, quod formaverat, manifestans: unum igitur eundem filium prædicamus, & Patri consempiternum, & in novissimis temporibus incarnatum; nihil adulterinum divinæ naturæ penitus inferentes.*

ՍԲն Կիւրղ աղէքսանդրացին ՚ի յերկրորդ թուղթն առ սէկուեսոս ասէ. Քանզի եթէ մի ասի առ ՚ի մէնջ Ֆը միածին որդին այ մարմնացեալ և մարդացեալ. ոչ շփոթի վն այսորիկ ըստ նղ կարծեացն. այլ և ոչ ՚ի մար_մնոյ բնութի փոխադրեցաւ բանին բնութիւն. և ոչ ՚ի բնութի բանին մար_մնոյ բնութիւն. այլ յիւրաքանչիւր բնու_թեանն եւրաքանչիւր ոք մնացեալ. ըստ այժմու առ ՚ի մէնջ ասացելոց բանիցս.]

Cyrillus Alexandrinus in secunda ad Successum epistola: *Licet enim unus a nobis dicatur unigenitus Dei*

Ֆը 18 *filius incarnatus, & homo factus; non tamen ideo commixtus est, de ipsorum opinione; nec vel natura verbi in naturam carnis transiit; nec carnis natura in naturam verbi; sed utroque in sua proprietate manente simul, & intellecto, secundum expositam a nobis modo rationem.*

Նոյնին ՚ի մեկնութեանն յովհաննու աւետարանին. Քանզի քս էր Ած և մարդ. պարտ էրն իմա_նալ. եթէ անմատոյց զօրութեան այ

Idem lib. 11. in Joan. cap. 31. *Cum Deus, & homo Christus vere sit, oportuit intellexisse, ineffabili Dei potestate una cum discipulis semper futurum, etiamsi carne abesset; idcirco enim ipse quoque in superioribus dicebat: Pater sancte serva eos in nomine*

tuo, quos dedisti mihi: aperte significans, Deitatis ratione, non carnis præsentia eos posse servari.

ԺԹ մինչ ընկեալ էր ընդ աշակերտսն. Թէ
19 պէտ մարմնով հեռի էր 'ի նոցանէ.
սակս այսորիկ և ինքն ասէր. Թէ հայր
սուրբ, պահեա զնոսա յանուն քո. զորս ետուր ինձ. այսպէս նշանակելով,
Թէ կարէր պահել զնոսա ներկայութեամբ աստուածութեն, և ոչ մարմնոյն.]

RESPONDETUR

Ad objectiones.

§. V.

PRima, & potissima adversariorum objectio est: Nisi diceremus, humanitatem, post unionem cum verbo factam esse æternam, increatam, immensam; aliasque omnes ipsius verbi proprietates, immo & naturam induisse; induceremus in Deum pro Trinitate quaternionem. Et ratio est, quia accederet ad Trinitatem divinam aliquid, quod secundum naturam, & proprietatem esset diversum, ac peregrinum ab illa; & per consequens quarta res: ergo &c.

Respondetur primo cum Athanasio, & Ambrosio, retorquendo contra ipsos suum argumentum. Nam, sicut trinitas aureorum non ex eo, quod unus aureus ignesceret, & alterius rei, nempe ignis, naturam, & proprietatem acciperet, evaderet aureorum quaternitas; sed utique ex eo, quod tribus aureis aliquid adderetur, quod esset illis consubstantiale, puta quartus aureus: ita similiter, si humanitas, unita verbo, non sit ejusdem cum verbo substantiæ, non augetur Trinitas divinarum personarum: augeretur autem, & fieret quaternio, si esset ipsi verbo consubstantialis. Quippe, sicut filius, additus Patri, ut aliquid a Patre procedens, & ipsi consubstantiale, constituit in Trinitate

Athan. in Epist. ad Epictetum. Ambros. de Incar. Dom. Sacram. capite 1.

ՊԱՏԱՍԽԱՆԱՏՐԻ

Առարկութեանց.

Պրակ. Ե.

Ա 1 Առաջին առարկեմն հակառակորդ-
քըն ասելով. զի եթէ ոչ ա-
սէաք զքն մարդկութին յմիանալն, ան-
ըստեղծ, անպարագրելի, և զգեցեալ
զամ յատկութիւնս և զբնութին ինք բա-
նին. ուրեմն արդեօք 'ի ներքս ածէաք
զչորրորդութի փոխանակ երրորդու-
թե. և պատճառն է այս. զի զի զե-
րաքերեաք ամ այլին երրորդութն զեր
ինչ. որ ունէր զյատկութի և զբնու-
թի զանազան և օտար 'ի նմանէ. զի
որոյ և սա էր չորրորդ իրն.

Նախ պատասխանատրէ սբն Աթա-
նաս և սբն Ամբրոսիոս, դարձուցա-
նելով ընդդէմ նոցա զձևն առարկութե-
նց. Քանզի որպէս 'ի յերից մասանց ոսկ-
Բ 2 ւոյն եթէ մինն լինէր հրացեալ և միա-
ւորիւր ընդ բնութե հրոյն. ոչ այսու
երրորդութիւն մասանց ոսկւոյն լինէր
չորրորդութի. Բայց եթէ երից մասանց
ոսկւոյն յաւելուր իր ինչ համա-
գոյակից նոցին. որպէս չորրորդ ոսկի. յայն
ժամ լինէր չորրորդութի. նմանապէս
եթէ մարդկութիւն միաւորեալ ընդ
բանին ոչ իցէ համագոյակից բանին.
ոչ աճի երրորդութիւնն ամ այլին ան-
ձանցն. Բայց աճիւր. և դառնայր չոր-
րորդութի. եթէ գոյր համագոյակից
բանին. զի որպէս որդին յաւելեալ
հօրն իբր իր ինչ ելեալ 'ի նմանէ, և
համագոյակից նմին. կացուցանէ 'ի սբ երրոր-
դութե զերկրորդ անձն. նոյնպէս և

te

այն

այն մարդկութիւն, եկեալ՚ի բոլոր սր̄ գ
Երրորդութենէն, եթէ գոյր էակից նմա
կացուցանէր զանձն չորրորդ.

Արդ լուիցուք զբանս նաև սրբոյն
Աթանասի. որ՚ի թղթին առ Եպիկ-
տիտոս ասէ այսպէս. Ամաչեսցեն սոքա
որ կարծեն զԵրրորդութիւն լինել չոր-
րորդութիւն. եթէ մարմինն ասի գոլ՚ի
սրբոյ կուսէն Մարիամայ. ասելով. զի
եթէ զմարմինն էակից բանին ասեմք.
Երրորդութիւն մնայ երրորդութիւն. զի
այս ոչ մուծանէ օտար ինչ՚ի նա.
Այլ եթէ ասեմք գոլ՚ի Մարիամայ
զմարդկային մարմինն.՚ի հարկէ զի
յաւելեալ այլ ինչ երրորդութեան
զի այդպիսի մարմինն էր ըստ էութե̄ դ
օտար ինչ՚ի յԵրրորդութենէն. Արդ
սոքա ոչ գիտեն. եթէ ասելով զայս,
անձամբ զիւրեանց մտածութիւն խափանեն.
Քանզի ասելով. թէ մարմինն ոչ է՚ի
Մարիամայ. այլ թէ էակից է բանին.
ըստ այնպիսի մտացն իւրեանց յայտ
նշանակ ասեն զնոյն, զոր և երկնչին ա-
սել. այսինքն. գոլ չորրորդութիւն. զի որպէս որ-
դին թէպէտ է համագոյակից հօր, ոչ
այսուհետև ինքն է հայր. այլ է այլ ոք՚ի հօ-
րէ և էակից ընդ նմա. նմանապէս և թէ
պէտ մարմինն գոյր էակից բանին, ոչ
այսուհետև ինքն էր բանն. այլ էր այլ ոք՚ի
բանէն. և թէ այլ ոք էր՚ի բանէն. ա-
պա ուրեմն և ըստ նոցին ասելոց սր̄ ե
Երրորդութիւն լինէր չորրորդութիւն.
Քանզի այն ճշմարիտ լիակատար և ան-
բաժանելի սր̄ Երրորդութիւն ոչ է ըն-
դունակ յաւելուածոյ ինչ. այլ միայն
այս նոցա երրորդութիւն մտացածին
իւրեանց գոյր այդպիսին. Եւ զիարդ
քրիստոնեայ ևս լինիցին. որք ածեն
զմտաւ զայլ ինչ ած̄ բաց՚ի ճշմարիտ
մտին. Եւ դարձեալ՚ի միւսն այլ պատճառ
կարելի է տեսանել զխելագարութիւն
դոցա. Քանզի եթէ կարծեն որք
թէ ասելով գոլ՚ի սր̄ կուսէն Մարիա-
մայ զմարդկային մարմինն փրկչին.

պա

te secundam personam: ita & huma-
3 nitas illa, a tota Trinitate procedens,
si esset eidem consubstantialis, hoc
ipso constitueret quartam personam.

Porro Athanasium audiamus: *Insi-
gni pudore afficientur*, ait in epist. ad
Epictetum, *qui vel cogitatione puta-
runt, posse pro Trinitate fieri quater-
nionem, si corpus esse de Maria dica-
tur. Si corpus, inquiunt, unius esse
substantiæ dicamus cum verbo, Trini-
tas manet trinitas; quod hæc ratio ni-
hil ei peregrinum inferat. Sin huma-
num dicamus illud ex Maria corpus,
necesse est, aliquid Trinitati accedere;
quod corpus illud secundum substantiam
4 ab ea sit alienum. Hæc cum ita di-
cunt, non cogitant, quo pacto seipsos
evertant. Nam, si maxime corpus ex
Maria non esse dicant, sed ejusdem
cum verbo substantiæ; nihilominus,
quod vereri se simulant, ne sentire
videantur, id ipsum eos juxta senten-
tiam suam dicere, constabit, nimirum
esse quaternionem: quippe sicut filius
secundum doctrinam Patrum, ejusdem
existens cum Patre substantiæ, non ipse
Pater est, sed filius cum Patre con-
substantialis dicitur: ita & illud con-
substantiale verbo corpus non erit ipsum
verbum, sed aliud quiddam cum ver-
5 bo. Si aliud quiddam est, sane secun-
dum ipsos sacrosancta Trinitas erit
quaternio. Nam vera, pleneque per-
fecta, & expers illa divisionis Trini-
tas nullam recipit accessionem; sed ista
ab eis excogitata trinitas. Et quo pa-
cto Christiani erunt, qui alium præter
verum Deum excogitant? Rursus &
in altero sophysmate stoliditatem ipso-
rum perspicere licet. Si propterea,
quod sit, atque dicatur in sacris litte-
ris humanum ex Maria corpus serva-
toris, pro Trinitate quaternionem dici*

 pu-

putant, velut accessione facta propter corpus, multum sane falluntur, creatum exæquantes opifici, & existimantes, aliquid accedere Trinitati posse; ignorant denique, non ut aliquid accederet divinitati, verbum factum esse carnem; sed ut genus humanum redimeret. Hæc Athanasius.

Et his similia profert Ambrosius lib. 1. de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap. 7. dicens: *Illos magis, qui carnem Christi unius cum divinitate ejus dicunt esse substantiæ, Tetrada*, hoc est, quaternitatem, *inducere, demonstrabo. Non enim, quod ejusdem substantiæ est, unus, sed unum est: Nam utique filium ejusdem cum Patre substantiæ confitentes in tractatu Concilii Nicani, non unam personam, sed unam divinitatem in Patre, & Filio crediderunt; ergo, cum dicunt, ejusdem carnem, cujus & Filius Dei erat, fuisse substantiæ; ipsi, quod nobis objiciunt, ineptias vanæ assertionis incurrunt, ut dividant Christum. Itaque quartum increatum, quod adoremus, inducunt; cum sola increata sit Divinitas Trinitatis*.

Chrysost. in Matth. homilia 2.
Augustinus Tract. 27. in Joannem.

Respondetur secundo cum Chrysostomo, & Augustino; Trinitatem in Deo non constitui ex numero naturarum; sed personarum: humanitas autem Christi non auxit divinarum personarum numerum; cum Christus, in divinitate, & humanitate subsistens, unus sit filius, & una persona, non duplex; nec præterea per incarnationem aliquid accessit Deo, qui in se perfectissimus est, nec augeri, nec minui potest: unde ergo haberetur in Deo quaternitas? *Commendavi*, ait Augustinus tract. 27. in Joan., *Charitati vestræ, unam personam esse Christum, Deum, & hominem, non duas*: ne

զ
6
պատճառ էր և ո առնել զօլ չորրորդութիւն փոխանակ երրորդութեան զմի՛ վերաբերութե մարմնոյս. կարծելով խաբին. զի արարածս հաւասար առնեն արարչին. և համարին, թէ ՚ի վ՛ր ա̄ծութե̄ կարէ լինել վերաբերութիւն. և ոչ գիտեն. թէ քանզի մարմին եղև ոչ աւելի առնելով ա̄ծութե̄. այլ զմ̄ փրկութե̄ ազգի մարդկան.] Այսչափ ս̄ն Աթանաս.

Եւ նմանատիպ գրէ ս̄բն Ամբրոսիոս յառաջինն գիրսն յղ̄ս մարմնաւորութեան տ̄ն. ասելով այսպէս. Ցուցից եթէ մանաւանդ այնոքիկ, որք զմարմինն քի̄ համագոյական ասեն ընդ ա̄ծութե̄ նորին. ածեն ՚ի ներքս զչորրորդութին.

է
7
քանզի որք միագոյականն են ընդ միմեանս համագոյականք են, ոչ են մի ոք. այլ մի են. զի սբ հօրն նիկիոյ ժողովոյն խոստովանելով զորդին համագոյական հօր. ՚ի հայր և ՚ի յորդին ոչ հաւատացին զմի անձն. այլ զմի ա̄ծութի. Այսպէս ուրեմն յորժամ ասեն զմարմինն զոր էառ էր բանն այ. նոյնէական է հանդերձեալքն յնմանութեն աղանդոյս. զոր առարկեն ՚ի մեզ. զի այնու̄ բաժանեն զքն̄. և զչորրորդ անստեղծն մուծանեն մեզ երկրպագել. յորժամ միայն անստեղծ է երրորդութեանն ա̄ծութիւն.]

ը
8
Երկրորդ պատասխանաւորի հանդերձ ս̄բոյն Յովհաննու ոսկեբերանաւ և օգոստինոսիւ. եթէ նա այ երրորդութիւն լինի ՚ի թուոյ անձանց և ոչ բնութեանց. Այլ զի մարդկութիւն ոչ աճեցոյց զթիւ երից ա̄ծային անձանցն զի քն̄ ա̄ծ և մարդ մի որդի է, և մի անձն, ոչ երկու. նա և ա̄ծ ոչ աճեցաւ մարմնանալովն. զի քան զնա կատարելագոյն է, և ոչ կարէ աճել կամ նուազել. ուրեմն ուստի ունի եղենել այ չորրորդութիւն. Այսպէս օգոստինոսն քարոզէ ՚ի .ԻԷ. ճառն մեկնութեանյով̄հ. Սիրելեացդ. Աւանդեցաւ

եմ

եմ եղբայրութեանդ Ձերում. Եթէ Թ
ասեն յս քս ած և մարդ. մի անձն է, 9
ոչ երկու. զի մի լիցի համարեալ մեր
չորրորդութիւն. այլ երրորդութիւն.]
Եւ ոսկեբերանն ՚ի մատթէի մեկնութեան
ճառն. ԺԱ. ասէ. մի համարեսցի ոք.
թէ մեք բաժանեմք զքս. քանզի զայս
սովորեն համարել զմեզ սուտամբաս-
տանողք. որք զրպարտեն, թէ մեք զեր-
կու անձն համարեմք ՚ի քս. զորդի
մարդ, զայլ ած. Իսկ մեք համարեմք
յերրորդութիւն. ոչ համարեմք ՚ի չոր
րորդութիւն, և յերկու անձն քս.]
Եւ յետոյ դարձեալ ասէ. Նոյն ինքն է որ
դի այ, և որդի մարդոյ. զոր ինչ մեծ
է. յարաբերեա յորդին այ. և զոր ինչ Ժ
փոքր է. յարաբերեա առ որդին մար 10
դոյ. և սակայն մի է որդին այ.]

Երկրորդ՝ առարկեն. թէ վս միա-
ւորութեան ընդ բանին այ, կարեմք
ճշմարտապէս ստորոգել զյատկութիւնս
ածութեան ոչ թէ միայն զքն այ. այլ
և զքն մարդոյ. ասելով. թէ քս մարդ՝
է ած, է յաւիտենից, անստեղծ, ամենա-
կարող, համանման հօրն, և այլն. Իսկ
քս է և ասի մարդ ըստ մարդկութեան.
ապա ուրեմն և կարեմք ևս ճշմարտա-
պէս ասել. թէ քի մարդկութիւն է ած, է
յաւիտենից, անստեղծ, և այլն. կամ
թէ քս ըստ մարդկութեան է ամ սոքա.]

Պատասխանի. թէ վս միաւորութեան ԺԱ
մրդկութեան ընդ բանին՝ կարեմ առ- 11
դեօք յատկութիւնս երկոցունց բնու-
թեանցն ստորոգել ճշմարտապէս զմիոյ անձ-
նէն իւրեանց. ոչ զբն. բայց ոչ կարեմ
յատկութիւնս միոյ բնութե ստորոգել զը-
միւս բնութենէ. որպէս ուսուցանեն սբն
ամբրոսիոս և օգոստինոս և կիւրեղ,
և այլ սբք վարդապետք առ հասարակ.
ուստի բարւոք ասի, թէ քս մարդ՝ է
ած, է յաւիտենից, անստեղծ. և այլն.
կամ քս ած՝ է մարդ, չարչարեցաւ,
մեռաւ, և այլն. Բայց՝ ոչ բարւոք ա-
սի. թէ մարդկութիւն քի է ած. է

յաւիտենից,

ne fides nostra non sit Trinitas, sed quaternitas. Et Chrysostomus in Matth. homil. 11. *Nemo*, inquit, *nos putet dividere Christum: hoc enim solent æstimare calumniatores, quod nos in Christo duas personas faciamus, alium hominem, & alium Deum. Nos in Trinitate credimus, non credimus in quaternitate, duas in Christo esse personas*. Et infra: *Ipse, Dei filius, & filius hominis: quicquid magnum est, refer ad filium Dei: quicquid parvum est, refer ad filium hominis: & tamen unus filius Dei est*.

Secunda objectio est: Propter unionem humanitatis cum verbo divino, idiomata, & proprietates divinitatis vere prædicantur non solum de Christo Deo, sed etiam de Christo homine, dicendo: Christus homo est Deus verbum, est æternus, increatus, omnipotens, æqualis Patri &c. Sed Christus est, & dicitur homo utique secundum humanitatem: ergo cur etiam dici vere non possit: humanitas Christi est Deus, est æterna, increata &c. seu Christus secundum humanitatem est omnia hæc?

Respondetur, quod ex unione hypostatica sequitur communicatio idiomatum, non quidem respectu ipsarum naturarum, sed respectu suppositi utriusque naturæ; ut expresse docet Ambrosius lib. 2. de fide, cap. 4. Augustinus lib. 1. de Trin. cap. 13. Cyrillus Alexandrinus in defensione quarti anathematismi, & reliqui Patres communiter. Unde recte dicitur: Christus homo est Deus, est æternus, increatus &c. Christus Deus est homo, est passus, est mortuus. Non autem recte diceretur: humanitas Christi est Deus, est æterna, vel increata; neque, divinitas ejus est homo, est pas-

 sibi-

sibilis, vel mortalis. Et ratio hujus est: quia nomina concreta, qualia sunt hæc, Deus, & homo, pro supposito naturæ accipi possunt, etiamsi formaliter naturam ipsam significant: cum ergo in Christo unum, & idem sit suppositum utriusque naturæ, quod divinum simul est, & humanum; ideo proprietates, & idiomata utriusque naturæ indifferenter possunt in Christo sive de Deo, sive de homine prædicari: quia illud idem suppositum est vere, & realiter Deus, vere, & realiter homo. Et sic recte dicimus: homo est Deus; Christus homo est æternus, omnipotens, increatus: quia ly *homo* in concreto stat pro supposito humano, quod in Christo idem est, ac divinum; & cum sit divinum, consequenter est Deus, est omnipotens, increatum &c. Similiter recte dicimus: Deus est homo; Christus Deus est passus, mortuus &c. quia ly *Deus* stat pro supposito divino secundæ personæ, quod idem est, ac humanum; & humanum cum sit, consequenter est homo, est passum, est mortuum. Non autem dici similiter potest: humanitas est Deus, est æterna, increata; neque, quod idem est, Christus secundum humanitatem, seu carnem, est Deus, est æternus &c. quemadmodum nec e converso recte diceretur: Divinitas est homo, est passa, est mortua: quia nomina abstracta, qualia sunt divinitas, humanitas, caro &c. non stant pro supposito, sed significant naturam illius secundum se, abstrahendo a supposito: in Christo autem natura divina, & humana non sunt una, & eadem, sed diversæ; idcirco proprietates unius non possunt de altera, in abstracto significata, vere dici.

In-

Ֆբ յւտ̃կն, անստեղծ, եւ այլն. կամ մահ-
12 ուԹիւն է չարչարելի, մահկանացու,
եւ այլն. Եւ պատճառն է այս. վ̃ն զի
անուանք Թանձրացեալք. որպէս են այ-
սորիկ. ա̃ծ. մարդ. եւ այլն. կարեն
իմանիլ փոխանակ անձին. Թէ եւ նշա-
նակեն ամենակատար զբնուԹիւն. եւ քան-
զի 'ի ք̃ս մի եւ նոյն է անձն երկուցունց
բնուԹեանց. ուստի այսորիկ յատկու-
Թիւնք երկուցունց բնուԹեանց կարեն 'ի
նմա ստորոգիլ Թէ զա̃յ, կամ Թէ զմար-
դոյ. զի այն մի եւ նոյն անձն է ճշմարտ
ա̃ծ եւ մարդ. վ̃ն որոյ եւ ուղղապէս ա-
սեմք. Թէ մարդ է ա̃ծ. կամ ք̃ս մարդ
է յւտ̃կն, ամենակարող, անստեղծ,
Ֆգ եւ այլն. զի Թանձրացեալ անուամբ.
13 մարդ. իմանի փոխանակ անձին մար-
դոյ, որ 'ի ք̃ս է անձն այն բանին. եւ
գոլով անձն բանին, է եւ ա̃ծ, ամե-
նակարող, անստեղծ, եւ այլն. Նմա-
նապէս եւ ուղղակի ասեմք. Թէ ա̃ծ է
մարդ. կամ ք̃ս ա̃ծ չարչարեցաւ, մե-
ռաւ, եւ այլն. զի Թանձրացեալ ա-
նուամբ. ա̃ծ. իմանի փոխանակ անձին
բանին. որ եղեւ անձն մարդկուԹեն.
եւ սակս այսորիկ է մարդ ճշմարտա-
պէս. եւ մարդ գոլով՝ չարչարեցաւ,
մեռաւ, եւ այլն. Բայց՝ ոչ կարեմք
ասել ուղղակի. Թէ մարդկուԹիւն ք̃ի
է ա̃ծ, է յւտ̃կն, անստեղծ, եւ այլն.
Ֆդ կամ Թէ ք̃ս ըստ մարդկուԹեն, կամ
14 ըստ մարմնոյ՝ է ա̃ծ, է յւտ̃կն, եւ այլն.
որպէս եւ ոչ կարեմք ասել հակա-
դարձաբար. Թէ ա̃ծուԹիւն քրիստոսի
է մարդ, չարչարեցաւ, եւ այլն. վ̃ն
զի անուանք վերացեալք. որպիսիք
են այսոքիկ. ա̃ծուԹի. մարդկուԹի.
մարմին. եւ այլն. ոչ իմանին փոխա-
նակ անձին. այլ փոխանակ բնուԹե-
անց. 'ի ք̃ս բնուԹիւնք ա̃ծային եւ մար-
դկային ոչ են մի եւ նոյն. այլ զանազան.
վասն այսորիկ յատկուԹիւնքն միոյն
ոչ կարեն ճշմարտապէս ստորոգիլ
զմիւսոյն.

Ընդ-

Ընդդիմանան, և ասեն. Թէ սբն գրիգոր ածաբանն ՚ի Թուղթն առ կղեդոնիոս գրէ. Թէ մարմինն քի ածացաւ. ուրեմն եղև ած. ապա յաւիտենին, անստեղծ, և այլն.

Պատասխանի. Թէ յորժամ ասի մարմինն քի ածացեալ. ոչ իմանի, Թէ եղև ած, փոփոխելով զբնութի իւր ՚ի բնութի ածային. այլ Թէ եղև յատուկ մարմին այն միաւորութբ ընդ բանին. զոր օրինակ. և յորժամ ասեմք. բանն մարմնացեալ և մարդացեալ. ոչ իմանամք. Թէ բանն փոխեցաւ ՚ի մարմին. կամ ՚ի մարդ. այլ Թէ էառ զմարմին, կամ զմարդկութիւն, միաւորելով ընդ նմա.

Երրորդ առարկեն. Թէ քն ասէր զին ինքեան. Թէ ոչ ոք ել յերկինս. եԹէ ոչ որ էջն յերկնից որդին մարդոյ, որ էն յերկինս.] ՚ի բանից յայսցանէ հետևի. Թէ որդին մարդոյ էր յերկինս, յորժամ զայս ասէր ՚ի վր երկրի. նաև քն ըստ որում է որդի մարդոյ է քն ըստ մարդկութե. Ապա ուրեմն մարդկութին քի էր անչափ, և յամ ուրեք ներկայ.

Պատասխանի. Թէ յորժամ ասի որդին մարդոյ էջն յերկնից. և Թէ գոյր յերկինս յորժամ խօսէր ՚ի վր երկրի. իմանի այս յաղագս որդւոյն մարդոյ ըստ անձնաւորութեն նորա. որ էր ածային և անչափ. ոչ ըստ մարդկային բնութեն. որ էր յայնժամ միայն յերկրի. Որպէս սբն օգոստինոս խօսելով յղգս քնի յառաջ քան զչչչն. ասէ. Թէ վն միութեն անձին էր յերկրի որդին այ. և վն նորին միութե էր յերկինս որդին մարդոյ.] Այս. վն զի մի և նոյն անձն բանին այ էր միանգամայն որդի այ և որդի մարդոյ. սորա աղագաւ ասի. Թէ գոյր և յերկինս որդին մարդոյ. յորժամ որդին այ գոյր ըստ մարդկութե միայն յերկրի.

Բայց ընդդիմաբանէ առաւելացեալ

ասէ

Ժե 15 Instant: Nazianzenus in epist. 1. ad Cledonium dicit, *Christi carnem esse deificatam*. Quid autem hoc significat, nisi Deum esse factam, atque adeo æternam, increatam &c.

Respondetur: Cum caro Christi dicitur deificata, non est sensus, quod sit facta Deus per conversionem in Deitatem; sed quod sit facta propria Dei per unionem cum verbo: sicut, cum etiam dicimus, verbum incarnatum, aut carnem factum; & carnem hominis animatam; non intelligimus, verbum in carnem fuisse conversum, sed carnem assumpsisse: neque, car-

Ժզ 16 nem hominis factam esse animam, sed unitam esse cum anima.

Tertia objectio est: Christus de seipso ait, Joan. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo*. Filius autem hominis erat ipse, qua homo: sed filius hominis erat in cælo, quando erat, & hæc dicebat in terra: ergo humanitas Christi erat ubique, & sic immensa.

Respondetur: Cum dicitur filius hominis descendisse de cælo, & tunc fuisse in cælo, quando loquebatur in terra; intelligitur de filio hominis se-

Ժէ cundum suppositum, quod erat divi-

17 num; non secundum naturam humanam, juxta quam erat tunc solum in terra. Unde Augustinus, sermone 14. de verbis Apostoli, loquens de Christo, in terris degente ante passionem inquit: *Propter unitatem personæ, in terra filius Dei: propter eandem unitatem, in cælo filius hominis*: hoc est: quia una, & eadem persona verbi divini erat filius Dei, & filius hominis; idcirco ratione hujus unius personæ dicitur fuisse etiam in cælo filius hominis, quando filius Dei secundum

hu-

humanitatem erat solum in terra.

Instat Dattievensis: Humanitas Christi est unita in verbo cum tota ejus divinitate; igitur est ubicumque verbi divinitas est, & sic ubique. Quod si alicubi esset ejus divinitas, ubi non esset humanitas, certe una distaret ab altera, atque adeo divisa esset ab illa; tum quia verbum alicubi esset homo, & alicubi non esset homo: quæ omnia absurdissima sunt.

Respondetur; Dattievensem, aliosque Pseudomagistros, fortasse non erraturos fuisse in rebus theologicis, si philosophiæ studiis operam quandoque dedissent. Cum autem illam velint scholam explicare magistri, quam nunquam discipuli cognoverunt; quid mirum, si per inscitiæ tenebras in barathrum prolabuntur errorum? Ut ergo unum sit unitum cum alio, & indivisum ab illo, non est necesse, ut sit ubicumque est aliud, quando hoc aliud ita est totum in uno loco, ut sit etiam totum in aliis, sicut est divinitas verbi: sed sufficit tantum, si alicubi simul sint: nam si nusquam simul essent, tunc vere inter se distarent, & unum esset divisum ab alio. Patet exemplum in homine; cujus caput est unitum cum tota anima, & tamen non est ubicumque est anima, scilicet etiam in pede: idque quia anima est tota in toto corpore, & tota in qualibet parte illius. Nec ex eo, quod verbum sit alicubi, ubi non est humanitas, sequitur, idem verbum alicubi non esse hominem, sed distans ab humanitate: quia illud idem verbum, ibi existens, ubi non est humanitas, est illud, quod substentat humanitatem per unionem cum illa: quemadmodum illa eadem anima rationalis: in pedibus existens unita est cum capite,

ԺԸ ամենայն. Թէ մարդկութիւնն քն է միա_
18 ւորեալ ընդ բոլոր ա̄ծութեան բանին.
ապա ուրեմն գոյ յամ̄ ուրեք ուր և գոյ
բանին ա̄ծութիւն. վ̄ս որոյ է անչափ, որպ̄
և է ա̄ծութիւն. Ապա թէ ա̄ծութիւն գոյր
ներկայ 'ի տեղւոջ ուրեք. ուր ոչ գոյր
ներկայ մարդկութիւն. ուրեմն արդեօք
մինն հեռի էր 'ի միւսոյն. ապա մինն
բաժանեալ էր 'ի միւսոյն. Նաև զի
բանն 'ի տեղի ուրեք գոյր մարդ. և
յայլ ուրեք ոչ գոյր մարդ. որ է յոյժ
անտեղի.

Պատասխանի. Թէ պարտ էր տաթևա_
ցւոյն, և այլոց ընկերակցաց, և սուտ
վարդապետացն, առ 'ի չմոլորելոյ յա̄ծա_
ԺԹ բանական և 'ի փիլիսոփայական ուսմուն
19 ջան, նախ զոլ աշակերտ քան վար_
դպ̄տ. Բայց քանզի յանդգնաբար իշ
խեցին վարդապետել և ուսուցանել
զայն, զոր երբեք ոչ ուսան ինքեանք.
ոչ է զարմանք, եթէ երթալով ընդ
խաւարս անգիտութե, անկան 'ի խորս
մոլորութեց. Եւ արդ գիտելի է. Թէ
զի մի իր լիցի միաւորեալ ընդ միւ
սումն. ոչ է հարկաւոր. Թէ լիցի ներ
կայ ընդ նմա ուրեւանօր լինի միւսն.
եթէ այն միւսն է այնպ̄ բոլոր 'ի մի
տեղւոջ, մինչ զի իցէ և ս համանգամայն
բոլոր 'ի յայլ տեղիս. որպ̄ է ա̄ծութիւն
բանին. այլ բաւական է առ միաւո
Ի րութի երկուցս. եթէ 'ի մի ինչ տեղ
20 ւոջ երկոքեան լիցին ներկայ. քանզի
եթէ ոչ ուրեք ներկայ էին 'ի միասին.
ապա միշտ արդեօք հեռի էին և բա
ժանեալք 'ի միմեանց. յայտ է օրինակն
'ի մարդն. զի թէպէտ գլուխն միաւո
րեալ է ընդ բոլոր հոգւոյն. սակայն ոչ
գոյ գլուխն յամ̄ ուրեք, ուր և իցէ հո
գին. ո̄պ. 'ի յոտս. և վ̄ս էր̂ այս. վ̄ս զի
հոգին է բոլոր 'ի բոլոր մարմնի. և է
ևս բոլոր 'ի յիւրաքանչիւր անդամս
մարմնոյ. Նմանապ̄ իրքն լինին 'ի քն
միաւորութեն. Եւ թէպէտ բանն իցէ
յայլուրեք, ուր ոչ է մարդկութիւն.

pite, սա

[illegible] 21

[illegible]

[illegible] 22

[illegible] 23

[illegible]

pite, & informat caput, nec distat ab illo; quamvis caput ibi non sit, ubi sunt pedes. Quod si, verbum alicubi non esse hominem, hunc faciat sensum: Verbum alicubi non habet humanitatem praesentem; licet sit cum illa, alibi sibi praesente, unitum: ultro concedimus totum; sed tunc quaestio esset de voce, & nihil contra nos; quibus sufficit dicere, quod illud idem verbum, ubique existens, vere homo sit, & dicatur: eo quod humanitatem, alicubi existentem, ibi sibi praesentem, & unitam habeat.

Quarta objectio est Stephani Siuniensis, qui lib. 2. cap. 3. inquit: *Si Christi corpus esset creatura, adorandum non esset a nobis adoratione latriae: sed hoc est absurdum: ergo* &c.

Respondetur, quod licet corpus, seu humanitas Christi, sit quid creatum; adorandum est tamen adoratione latriae, non quidem ratione sui ipsius, sed ratione suae hypostasis, quae, cum sit hypostasis verbi divini, talem exigit adorationem. Itaque non duplici, sed unica tantum adoratione colitur tum divinitas, tum humanitas Christi in unica, & communi ipsarum hypostasi. Sicut enim deosculari, & venerari vestem, qua rex induitur, nihil est aliud, quam venerari regem ipsum vestitum, & sic unam ejus hypostasim; ita adorare carnem divini verbi, nihil aliud est, quam adorare verbum ipsum incarnatum; & propterea id fit non duplici, sed una tantum adoratione. Nam, cum honor adorationis exhibeatur proprie hypostasi subsistenti; si esset hic honor duplex, ac diversus, alius ad naturam divinam, alius ad humanam; hoc ipso duplex illa Christi natura acciperetur pro duplici hypostasi, & persona, juxta sensum Nestorii. Idcirco in quinta

ta Synodo generali, Can. 9. illud sancitum est: *Si quis in duabus naturis adorari dicit Christum; ex quo duæ adorationes introducuntur; sed non una adoratione Deum verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditum est: talis anathema sit.*

Instat in hæc verba Siuniensis ibidem: *Si aliud quiddam esset verbum, & aliud quiddam corpus, non dixisset Joannes: manus nostræ contrectaverunt verbum vitæ. Verbum enim manibus non contrectatur, sed corpus; cum ipsum verbum invisibile sit, & intangibile: & tamen, quod tangebatur, dicitur fuisse verbum.*

Et confirmat hoc ipsum in epist. ad Germanum, dicens: *Thomas latus tangebat, manusque, & pedes, contuebaturque loca clavorum: nec proinde ullam fecit discretionem inter vulneratum corpus, & divinitatem: sed statim dominum simul, & Deum confessus est, non quidem naturam divinam, quæ in illo erat, sed omnino id, quod tangebat.* Unde concludit, ipsam tractabilem Christi carnem factam esse increatam, & verbo consubstantialem, nec a divinitate differre.

Respondetur primo: Si, per ipsum, manibus non contrectatur verbum, sed corpus; igitur, contra ipsum, aliud est verbum, & aliud corpus. Secundo: Joannes non dixit, manus nostræ contrectaverunt verbum vitæ: sed dixit: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ:* hoc est, vel corpus ipsius verbi, vel ea, quæ verbum vitæ Christus operatus erat inter eos. Tertio: Etiamsi dixisset, manus ipsorum tetigisse ipsum verbum; quid contra nos? si enim idem verbum, quod erat suppositum utri-

ԻԴ կան որ է ժողովն հաստատեաց զնոյնս
24 բանք կանոնին այսոքիկ. Եթէ ոք ասիցէ,
երկիրպագանել զՔն երկու երկրպա-
գութեամբ ըստ երկուց բնութեանցն նո-
րին. և ոչ միով երկրպագութեամբ երկիր-
պագանէ մարմնացելոյ բանին Այ հան-
դերձ իւրով իսկ մարմնովն ոպ և՚ի սկզբ-
բանէ աւանդեցաւ եկեղեցւոյն Այ.
այսպիսին եղիցի նզովեալ.]
Իսկ դիմել հակառակէ սիւնեցին
ասելով. զի եթէ այլ է բանն, և այլ
մարմինն. զիարդ ասէ յոհան, թէ ձեռ-
քըն մեր շօշափեցին զբանն կենաց. զի
բանն ոչ շօշափի. այլ մարմինն. զի
բանն աներեւութական և անշօշափելի
ԻԵ է. սակայն զշօշափելին ասէ՝ բանն.]
25 Եւս և հաստատէ զայսն զայս ՚ի
թղթին առ գերմանոս ասելով. Թէ
Թովմաս զկողն շօշափէր, և զձեռսն,
և զոտսն. և զտեղի բեւեռացն տե-
սանէր. և ոչինչ միջոց արկ վիրաւո-
րեալ մարմնոյ և Աստուածութեն. այլ հա-
մանգամայն Տէր և Աստուած խոստովանեաց
զնա. ոչ զբնութիւն որ ՚ի նմա. այլ
զոր շօշափէրն.] Վս որոյ եզրակացու-
ցանէ սիւնեցին. Թէ շօշափելի մար-
մինն Քնի ոչ զանազանիւր յԱստուածութենէն.
այլ թէ դոյր բնութենակից բանին.
Պատասխանի տամ՝ զի եթէ ըստ սիւնե-
ցւոյս բանն ոչ շօշափի, այլ մարմինն.
ուրեմն ընդդէմ նորին՝ այլ է բանն և
ԻԶ այլ մարմինն. Երկրորդ. զի յոհան ոչ ա-
26 սաց. թէ ձեռքն մեր շօշափեցին զբանն
կենաց. այլ ասաց. թէ շօշափեցին ՚ի
վերայ բանին կենաց. այս է զմարմինն բա-
նին. զի այս էր շօշափելի և տեսանելի.
և ոչ Աստուածութին նր, որ էր միայն իմա-
նալի. Երրորդ. զի թէ և ասացեալ
էր յոհան. ձեռք առաքելոցն շօշա-
փեցին զբանն կենաց. սակայն և ոչ
ինչ լինէր ընդդէմ մեր. քանզի եթէ
բանն, որ է անձն երկոցունց բնու-
թեանցն. քարոզի ասել մեռեալ վն մեր,
միայն ըստ մարդկանացու բնութեն.
ընդէ՞ր ոչ կարիցէ և ս ասել ձեռօք շօ-
շա-

ԻԷ 27 utriusque naturæ, dici potuit mortuum solum in natura mortali; cur non etiam dici possit manibus contrectatum solum in natura tangibili? aut cur inde sequi necesse sit, tangibile corpus esse verbum ipsum, aut intangibilem ejus divinitatem? Sicut enim suppositum hominis, ex anima, & corpore constans, vere dicitur tangi, & manibus contrectari; nec proinde sequitur, corpus ejus, quod solum tangitur, esse hominem, aut intangibilem ejus animam: ita similiter ex eo, quod suppositum verbi, ex divinitate, & humanitate constans, dicatur tangi, non sequitur, ejus humanitatem, quæ sola tangitur, esse verbum, aut hujus divitatem intangibilem.

ԻԸ 28 Ad confirmationem respondetur primo: Si Thomas (ut fatetur adversarius) dominum appellasset, non naturam, quæ erat in Christo intangibilis, nempe divinam, sed omnino id, quod tangebat, scilicet corpus: ergo, cum corpus tangibile sit aliud a natura divina non tangibili, fassus esset in Christo duos dominos, alium tangibilem, & alium non tangibilem; & sic non solum duas naturas, quas ipsi negant cum Eutyche; verum etiam duas personas juxta Nestorium. Vide quæso, ut hæretici homines, volentes plus sapere, quam oportet sapere, inveniuntur desipere; & ut plurimum destruere id, quod conantur adstruere.

ԻԹ 29 Respondetur secundo: Cum Thomas exclamavit, *Dominus meus, & Deus meus*, id dixisse, non de corpore solum, sed de toto Christi supposito, cujus corpus ipse tetigerat: & fortasse etiam, quia in illo duas naturas agnoverat, dominum illud vocavit secundum humanitatem, & etiam Deum secundum divinitatem. Quare ex hoc potius loco colligit Athana-

Hh sius.

շաւշխեալ միայն ըստ շօշափելի բնութեան. և կամ ընդէ՞ր այսու հարկ իցէ հետևել. թէ շօշափելի մարմինն էր նոյն ինքն բանն. կամ տարին անշօշափելի աստուածութիւն. քանզի որպ անձն մարդոյ. որ՚ի հոգւոյ և՚ի մարմնոյ բաղկանայ. ճշմարտապէս ասի շօշափիլ ձեռօք. և այսու ոչ հետևի. թէ նոյն մարմինն, որ միայն շօշափի. մարդ իցէ, կամ անշօշափելի հոգին նորա. նմանապէս և թէպէտ անձն բանին, որ՚ի յաստուծոյ և՚ի մարդկութենէ բաղկանայ, ասի շօշափիլ. սակայն ոչ այսու հետևի. թէ նորա մարդկութիւն, որ միայն շօշափի, բանն իցէ. կամ անշօշափելի աստուածութիւն նորա.

Առ հաստատութիւն նախ պատասխանի. զի եթէ Թովմաս ըստ ոսոխեցելոյն տէր խոստովանեալ էր՝ ոչ զբնութիւն, որ ՚ի նմա էր անշօշափելի. այսինքն. աստուածայինն. այլ զոր շօշափեաց. այսինքն. զմարմինն. ուրեմն այլ էր ՚ի քն բնութիւն անշօշափելի. և այլ շօշափելին. ապա ըստ բանիցն նր խոստովանեալ էր Թովմաս ՚ի քն զերկու տեարս, այլ շօշափելի, և այլ անշօշափելի. որ է աղանդն նեստորի. Տե՛ս, թէ որպ հերձուածողք մարդիկն կամելով առաւել ինչ խորհել քան զարժանն խորհելոյ. յիմարանան. և քանդեն աւերել զայն զոր ջանան հաստատել։

Երկրորդ պատասխանի. թէ առաքեալն Թովմաս տէր իմ և աստուած իմ կոչեաց ոչ միայն զմարմինն. այլ և զբոլոր անձն քի, զորոյ մարմինն շօշափեալ էր. և զի ճանաչեալ էր ՚ի նմա զերկու բնութիւնս. թերևս զն այսորիկ կոչէ զմի անձն քի տէր իւր ըստ մարդկութեան, և ևս աստուած իւր ըստ աստուածութեան. Ուստի ևս առաւել ՚ի հետեւէ յայս մասնէ եզրակացուցանէ սբն աթանաս թէ բանն ոչ էր մարմին. զի ասէ ՚ի թուղթն առ եպիկտետոսն այսպէս. Ցուցանէ. ասելն. եթէ մարմինն ոչ էր բանն այլ էր բանին այն մարմին և զայն մարմինս յարուցեալ ՚ի մեռելոց Թովմաս

շօշա-

sius, verbum corpus non fuisse. Ait enim in epist. ad Epictetum: *Ostensum est cunctis, verbum corpus non fuisse, sed corpus, verbi corpus extitisse. Hoc Thomas, e mortuis excitatum, contrectavit, & in eo vestigia clavorum conspexit, quos aliquo modo verbum ipsum sustinuit; eo quod videns illos in suo corpore affixos incorporalis ille, cum prohibere posset, non prohibuit; sed sibi vendicavit, tanquam sua ipsius, quæ propria erant corporis. Nimirum qui, corpore vapulante a ministro Pontificis, tanquam ipse hoc pateretur, loquutus est, ac dixit, quid me cædis? Et cum intactile esset natura verbum, tamen ita loquitur: Dorsum meum dedi ad flagella &c. quod enim humanum patiebatur corpus, hæc eadem verbum, quod corpori conjunctum erat, ad se referebat.*

Denique notandum est in calce hujus quæstionis, quod licet proprietates, & idiomata utriusque naturæ possint vere dici de Christi supposito, propter rationem ante allatam num. 14. tamen aliqua, ne hæreticorum erroribus favere videamur, non sunt simpliciter de eo dicenda, sed cum addito, & explicatione: v. g. quia Arriani Christum dixerunt esse creaturam, & temporalem, & Patre minorem, non solum ratione humanæ naturæ, sed etiam ratione divinæ personæ: idcirco non est absolute dicendum, *Christus est creatura*; vel, *incœpit esse*; vel, *est minor Patre*, nisi cum addito, *secundum humanitatem*. Sicut nec absolute dicimus, *Christus est incorporeus*; vel, *erat impassibilis*; vel, *erat immortalis*, nisi cum addito, *secundum divinitatem*, ad evitandum Manichæorum errorem, qui dicebant, Christum verum corpus non habuisse, nec vere passum, & mortuum esse, sed phantastice.

Է շօշափեցաւ. և ետես զտեղիս բևեռացն
30 'ի նմա. զոր և անչարչարելին միացեալ
նոյն Բանն իմնաւք համբերեաց. զի
տեսանելով բևեռեալ զնոսա մարմնոյն
նորին անմարմինն՝ կարող էր արգելուլ
զբևեռսն և զչարչարանս մարմնոյ նորայ.
և ոչ արգելեաց. այլ իւր հաշուեալ
համարէր զչարչարանս մարմնոյ նորայ.
և յորժամ մարմինն հարեալ էր 'ի սպա
սաւորէն քահանայապետին. իբր թէ
նոյն կրէր զայս, խօսեցաւ և ասէ. ընդ
դէր հարկանես զիս. Եւ թէպէտ ան
շօշափելի էր բնութեամբ. սակայն
այնպէս խօսէր. զթիկունս իմ ետու 'ի
հարուածս. քանզի բանն որ միացեա
Իա լեալ էր ընդ մարմնոյն. իւր համարէր
31 զչարչարանս մարմնոյն նորայ.] Մինչև
ցաստ խօսի սբն Աթանաս.

Արդ 'ի վերջն վիճաբանութեանս
գիտելի է. զի թէպէտ ամ յատկու
թիւքն երկուց բնութեանցն կարեն ուղ
ղակի ստորոգիլ զանձնէն քի վս պատ
ճառի, զոր բերաք 'ի վերոյ. սակայն
զի մի թուեսցի համաձայնել մոլորու
թեց հերձուածողաց. պարտ է մեզ
երբեմն ստորոգել զքէ զյատկութիս
ոմանս ոչ պարզապէս. այլ հանդերձ
վերաբերութբ ինչ վս բացատրու
թե. զոր օրինակ. քանզի արիանոսքն
արիոսականքն. թէ քս ոչ միայն ըստ
Իբ մարդկութե. այլ և ըստ աստուծային
32 անձնաւորութեն էր արարած, և ժա
մանակեայ, և փոքր քան զհայր, սակս
այսորիկ ոչ պարտ է մեզ ասել պարզա
պէս և բացարձակաբար. թէ քս է արա
րած, կամ ժամանակեայ, կամ փոքր
քան զհայր. եթէ ոչ հանդերձ վերաբե
րութբ ինչ. յս. ըստ մարդկութե. Նմն և
ոչ ասեմք բցրձակապս. թէ է քս անմար
մին. կամ էր անչրչրելի. կամ էր անմահ.
եթէ ոչ վերաբերութբն. ըստ աստուծութե.
վս խոտորելոյ 'ի մոլորութեցն մանիքեց
ւոցն. որք ասէին. թէ քս ոչ ունէր
զճշմրտ մարմին. և ոչ էր չարչարել և մե
ռեալ ճշմարտապէս. այլ առասպէլ.

Մի

ՄԻ ԹԷ ԱՍՏՈՒԱԾՈՒԹԵԱՆ

և մարդկութեանն չէ՞ր գոյր մի բնական կամք ; և մի ներգործութիւն .

ՎԵՑԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ .

Առաջերկին երկու կարծիք . և լուծումն վիճաբանութեանս .

Գլուխ . ա̄ .

UTRUM FUERIT IN CHRISTO

Divinitatis, & humanitatis una tantum Voluntas, & Operatio?

QUÆSTIO INTER ARMENIOS SEXTA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quæstionis.

§. *I.*

Մոլորեալքն ոմանք վարդապետացն . տարօնացին . սիւնեցին . տաթևացին . և այլքն . ուսուցանելով մի գոլ կամս , մի զօրութիւն , և մի ներգործութիւն Ածութե և մարդկութե Քսի . և թէ զոր ինչ ներգործէր Քս թէ զԱծային , թէ զմարդկային , թէ ներրաորամադրաբար , թէ արտաքսապէս . զբովանդակն ներգործէր համանգամայն ըստ Ածութե և մարդկութե 'ի ձեռն միոյ հասարակ զօրութեան և ներգործութե երկոցունց բնութեանցն . որոյ աղագաւ̂ քարոզեն . թէ ոչ մարդկութին , նոյնպէս և

ա̄ 1

AFFIRMANT Pseudomagistri, Daronensis, Siuniensis, Dattievensis, & alii; docentes, divinitatis, & humanitatis Christi unam fuisse voluntatem, virtutem, & operationem: ita ut, quicquid Christus operabatur, sive divinum, sive humanum, vel immanenter, vel transeunter, totum secundum divinitatem simul, & humanitatem, per communem utriusque naturæ virtutem, & operationem operatus sit. Dicunt proinde, tam divinitatem, quam humanitatem in Christo natam esse de Virgine, passam, ac mortuam:

tam unam, quam alteram simul, & æqualiter signa, & prodigia perpetrasse &c.

Unde Paulus Daronensis contra Theopistum, cap.2. Patres Chalcedonensis Concilii reprehendit, dicens: *Chalcedonenses, carnis, & non divinitatis fuisse, prædicaverunt, laborare, improperia sustinere, vulnerari, alapis cædi, felle potari &c. solius vero divinitatis, edere miracula, convertere aquam in vinum, imperare ventis, & mari, illuminare cæcos, mortuos suscitare &c. diviseruntque Christum in duas virtutes, & duas operationes: & unam naturam, dixerunt, mansisse in cruciatibus, alteram vero expertem fuisse passionis &c. animadvertite, & scitote, hanc fuisse Synodi Chalcedonensis confessionem, quæ vere, ac proprie aliud non est, nisi dispensationis Jesu Christi Dei nostri abjuratio.* Et rursus cap.8. *Divinitas*, inquit, *passionis, ac mortis particeps fuit.*

Stephanus Siuniensis, lib.2. cap.2. *Unam dicimus*, ait, *Christi essentiam, unam personam, unam naturam; cujus & voluntas, & passio, & operatio, una similiter est: unius enim naturæ non alia, & alia datur voluntas, alia inquam divina, alia humana: absit hoc, cum impossibile sit: sed una est ejus voluntas, & unica operatio.* Et cap.3. inquit: *Dum Christum in duas naturas dividunt; & divinitatem passionis expertem permansisse, dicunt; necessario cruciatus passionis homini solum attribuunt.* Et infra: *Unam illam, & eandem Christi naturam, quæ ex Patre ante sæcula genita est, novissime ex Virgine natam asserimus.*

Gregorius Dattievensis in libro interrog. *Unitas*, inquit, *abstulit dualita-*

Բ 2 եւ ածութիւն քն ծնաւ 'ի մէջ կուսէն . չարչարեցաւ , եւ մեռաւ . Նաեւ Թէ ոչ ածութիւն , որպէս եւ մարդկութիւն . Երկոքեան ոչ մի սկզբնական պատճառս [illegible] զնշանս եւ զսքանչելագործութիւնս .

Ուստի պօղոս տարօնացին ընդդէմ Թէոփիստոսի յերկրորդ գլուխն ասէ այսպէս . Քաղկեդոնիկք սահմանեցին զմարմնականն . զաշխատանսն , եւ զանարգանս . զխոցումն . եւ զապտակն . եւ զարբումն լեղւոյն . զայս ամ մարմնոյն ետուն , եւ ոչ ածութեան . եւ զած սքանչելագործութիւն . որ է զջուրն 'ի գինի փոխարկելն , եւ սաստելն 'ի ծով ա

Գ 3 լեաց ծովուն . նոյն եւ զկոյրն լուսաւորելն . զմեռեալսն յարուցանել . ըզդեւսն հալածել . եւ այլն . զայս ածային բնութեան ետուն . եւ բաժանեցին զմի քս յերկու զօրծս եւ յերկու զօրութիւս , եւ յերկու բնութիւս . զմի բնութիւն ապականացու , եւ զմիւսն անապական . մի բնութիւն մնայր 'ի չարչարանսն , եւ միւսն մնայր ազատ 'ի չարչարանացն . ճանաչերուք եւ 'ի միտ առէք զի այս էր քաղկեդոնի խոստովանութիւն : որ է ստուգապէս ճշմարիտ ուրացութիւն տնօրէնութեանն քի այ մերոյ .] Եւ դարձեալ 'ի վերջին ութերորդ գլխոյն ասէ . Թէ ածային բնութիւն

Դ չարչարանաց եւ մահուան հաղորդեալ է .]

4 Ստեփաննոս սիւնեցին 'ի յերկրորդ գլխոյն ասէ . մի էութի դոյ 'ի քս . մի դէմ . մի բնութի . որոյ կամքն , եւ կիրքն , եւ գործն նմանապէս մի . զի միոյ բնութեան ոչ է այլ եւ այլ կամք . միոյն ածայնոյ , եւ միւսն մարդկային . քաւ եւ մի լիցի . զի այս անհնարին է լինել այլ մի կամք , եւ մի գործ .] Եւ դարձեալ յերրորդ գլխոյն ասէ . Յորժամ յերկու բնութիւնս բաժանեն զքս . հարկ է , զի զկիրս չարչարանաց մարդոյն համարին . զի ածութիւնն անչարչարելի մնացէ , որպէս եւ ասեն .] Եւ յետ

lita- սա

ստկաւորաց դարձեալ ասէ. Որպէս և Ե
զմի բնութիւնն քրիստոսի ասեմք 'ի 5
կուսէն ծնեալ. որ և 'ի հօրէն ան_
սկզբնաբար ծնեալ.]

Վերոյգրեալ ասութեան այսմ 'ի հարցմանց գիրսն ասէ. Միութիւն եբարձ զերկոյութի, և դասս միաւորութիւն խոստովանիմք մեք մի անձն. մի դէմ. մի կերպ. և միբնութի. մի կամք և մի ներգործութի.] Նմանապէս և այլ սուտ վարդապետքն զնոյն ուսուցանեն, որպէս ասացաք 'ի վերոյ յերկրորդ վնասաբանութեան, յերրորդ պրակին, 'ի Թիւն. Դ. Ե.

Եւ եթէ հաստատեսցէ այսպէս աղան_
դոյս միոյ կամաց և ներգործութե' ոչ Զ
Թէ միայն ըստ միաբանակ համաձայնեցն 6
երկուցեալ. այլ և ս այլք ասենք երկաբնակէ. Այ. մակար եղեգին ասացինքայ և կերպս եղէգին աղէքսանդրոյ. և սարգիս եղէգին կոստանդնուպօլսի. որք և կոչեցան միակամք. զի Թէ այլ էր խոստովանէին զերկու բնութիւնս քն. սակայն ասէին մի զօր կամս և ներգործութի.

Իսկ բազմութիւն այլ ուղղափառ վարդապետքն հայոց առ հասարակ. և դաւանեն 'ի մի քն զերկու կամս բնականս, զաստուածայինն և զմարդկայինն. ոչ բաժանեալս, այլ միաւորեալս. և ոչ հակառակս միմեանց. այլ մարդ_
կայինն զհետ երթայ և հնազանդի Է
աստուածային կամացն. և զերկու միտս, և 7
զերկու զօրութիւնս երբև զանշփոթ յատկութիւնս երկոցունց բնութեանցն և զերկու ներգործութիւնս բնականս, զաստուածայինն և զմարդկայինն. որք ելանէին առաջեօք 'ի միոջէ անձնէն քի, երբ 'ի միոջէ ներգործողէ. իսկ ելուզեալք 'ի յերկուց բնութեանցն երբ 'ի զանազան սկզբանց ներգործութեանց միոյ զի մի և նոյն անձն քի` երբեմն ըստ աստուածային բնութե, զօրութե, և ներգործութե' առնէր զգործս աստուածայինս. Այ. առաջնորդէր և կառա_
վա_

litatem: & juxta hanc unionem confi- Ե
temur nos in Christo unam personam, 5
unam formam, unam naturam, unam voluntatem, & unam operationem. Similiter docent alii, ut præmisimus quæst. 2. §. 3. err. 4. & 5.

Hujus autem hæresis auctores fuerunt non solum omnes Eutychiani Monophysitæ verum etiam aliqui, qui Monophysitæ non erant, & propterea dicti sunt Monothelitæ; ut Macharius Antiochenus, Cyrus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus.

Negant vero reliqui Armeni Patres communiter; asserentes, Զ
duas in uno Christo fuisse voluntates 6
naturales, divinam scilicet, & humanam, non divisas, sed unitas; nec discordes, sed humanam divinæ subjectam, & concordem: sicut etiam duplicem intellectum, & potentiam, seu virtutem, tanquam inconfusas proprietates utriusque naturæ: similiter & duas operationes naturales, divinam, & humanam, procedentes quidem ab una Christi persona, ut ab uno supposito operante; sed a duabus naturis, ut a diversis operationum principiis: ita ut eadem Christi persona, nunc secundum naturam, &
virtutem divinam efficeret pro opera- Է
tionem divinam ea, quæ Deo decibi- 7
lia erant, hoc est, universum regebat, prodigia faciebat &c. nunc secundum naturam, & virtutem humanam efficeret operationes humanas, hoc est, preces fundebat ad Patrem, deambulabat, tristabatur, angores, & cruciatus patiebatur &c.

Unde Nierses Ghelajensis, Patriarcha, in Cantico, quod incipit: *De Deo*, sic ait: *Cum Christus dixit, transeat a me calix iste; verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu: osten-*
dit

dit se duas habere voluntates, non contrarias, sed unitas, & concordes. Item in Cantico de Trinitate: *Christus, cum Lazarum a mortuis suscitavit, in uno suo supposito duas declaravit naturas, & duas operationes, divinam, & humanam: humanam enim ostendit plorando amicum, & ubi posuistis eum, dicendo: divinam autem, cum clamavit, Lazare veni foras.*

Nierses Lampronensis, Episcopus, in expositione fidei: *Caro*, inquit, *simul cum anima patiebatur suas naturales passiones in qualibet Redemptoris ætate: divinitas autem, ab hujusmodi passionibus immunis, unita erat cum carne.* Et post pauca subdit: *Qui autem Deo adscribunt voluntatem, & operationem carnis, tanquam unius, & ejusdem naturæ; & non potius dicunt, convenire Deo per attributionem, eadem pati secundum carnem, triplici peccato peccant. Primo quidem, quia impassibilem naturam illam, carnis passionibus subjectam faciunt: Secundo, quia, sicut per hominem fuit mors, ita non per hominem fuisset resurrectio mortuorum; quorum omnium expers fuit Dei voluntas, & operatio, & quicquid divinum excogitabile est: Tertio, quia neque per obedientiam exaltata fuisset humanitas: non enim fuisset obediens; dum per ipsos esset expers illius voluntatis, cujus propria est talis operatio.*

Gregorius Sisensis, Patriarcha, in epist. ad Haytonem: *Tunc*, ait, *a Conciliorum excommunicationibus liberabimur, atque in sanctam Dei Ecclesiam admittemur; cum septem generales Synodos susceperimus, & duas in Christo naturas, voluntates, & operationes.*

Hoc idem prædicant alii Armeniorum

Է վարէր զամենեսեան․ գործէր զոչքանչէ-
8 լիս․ եւ այլն, իբր աւետարանական պատ-
ճառ․ երեւեցն ըստ մարդկային բնու-
թե, զօրութե, եւ ներգործութեան
երկու զանէր զգործս մարդկայինս․ յդ․
աղօթէր առ հայր․ շրջէր ընդ քաղաքս․
արտասուէր․ չարչարէր․ եւ այլն․
Ուստի ներսէս կլայեցին 'ի յերգն․
որոյ սկիզբն․ վն այ․ ասէ այսպէս․ Բա-
ժանի մահուս յինէն անցցէ․ ոչ իմ կա-
մաւ, այլ քոյդ եղիցի․ այս հօր կամաց
չէ հակառակ․] Եւ դրձլ 'ի յերգն, որ
առ սք երրորդութիւն, ասէ․ Եղր ղա-
զարու բարեկամին, զինչքն 'ի յերկուց
յայտնէ զբնութիւն․ մի ենթակայութե,
Թ գործքն կրկին, ածայինն եւ մարդկայինս․
9 արտասուեալով զանձնակցին․ եւ ուր եդիք
ասել զմարմինն․ այսու զբնութիւնս
մարդկայինս․ ցուցանելով ըզհաճա-
տին․ իսկ 'ի կոչել զանուն նորին, 'ի
դժոխոց դրանց ասողին․ լսել հո-
գեկայն 'ի աստուածայինն․ եւ գալ արտաքս
զոյգ ընդ ձայնին․ այս բնութիւն ած-
ային, եցոյց խառնեալ հոգեղէնին․]
Ներսէս լամբրոնացին 'ի հաւա-
տամքն իւր ասէ․ Մարմինն հոգւովն
համանգերձ կրէր զիւր բնական կիրսն
յիւրաքանչիւր ոչ հասակս փրկչին․ եւ
ածութիւն անհաս 'ի թշնամանոյն էր
խառնեալ ընդ մարմնոյն․] Եւ յետ
Ժ սակաւուց դրձլ ասէ․ Արդ որք այ
10 տան զներգործութիւն մարմնոյ եւ զկա-
մըս, իբր միոյ բնութե․ եւ ոչ ոնդ այ
սեփականութե կրել զնոյն մարմնով․
երիս մեղս մեղանչեն․ Նախ զի զան-
չարչարելի բնութիւն չարչարանացն
կրից մարմնոյ 'ի ներքոյ դնեն․ ապա զի
մարդով եղեւ մահ եւ ոչ մարդով լինէր
յարութիւն մեռելոց․ որոց խափանեալ
էր կամքն եւ գործն եւ ած ինչ այլ հնա-
րաւոր է․ եւ ոչ վն հնազանդութե
բարձրացեալ էր մարդկութիւն․ զի եւ
ըստ նոցա չհնազանդեցաւ․ ոչ ունելով
զկամս, որոյ է այս ներգործութիւն․]

rum

Գրի-

Գրեցաք կԹղիկոսն սըսոյ 'ի Ժա
Թուղթն առ Հեթում Թգ՟ւոր. ասէ. 11
Յայսժամ ազատեցիմք 'ի ժողովոցն
բանադրանաց. և ընդունեցիմք յեկե
ղեցին այ. յորժամ զերԹն ժողովոյն
ընդունեցիմք, և զերկու բնուԹիւն,
և զներգործուԹիւն, և զկամս.]

Սոյն և սքանչելին այլ հարք և ժո
ղովքն հայոց ոչ՟ անսաք յերրորդ մի
ծաբանուԹեան, յերկրորդ պրակին.
մանաւանդ առաջնոյն ժողովոյն. որ 'ի
պատասխանի առ երկրորդ խնդրոյն
յունաց ասէ այսպ՟. Աստի կարողա
նամք ուսանել և զներգործուԹեց և
զկամաց ձեր դաւանուԹիւն երկեակ.
Թէ միոյ քի այ մի հաստատի. և ոչ խոտ Ժբ
եմք. այլ ընդունիմք զճշմարտուԹէ 12
հետևողսդ. և համաձայն եմք խոստո
վանուԹեանս.] Եւ դրձլ նոյն ժողովն
տարբանի 'ի Թուղթն առ կայսրն մա
նուել ասէ. 'Ի միոյ եսԹակայուԹեն
կրկին եղեալ կամք ըստ այլ և այլ ժա
մանակի. երբեմն ածային, յորժամ
զածուԹեն կամեր ցուցանել զզօրու
Թի. և երբեմն մարդկային. յորժամ
զմարդկուԹեն կամեր յայտնել զխո
նարհուԹի.] Եւ յետոյ դրձլ ասէ.
Ըստ կամացս օրինակի, զոր ասացաք
երկուս լինել անհակառակաբար.
ածային և մարդկային. հաւատամք
և ներգործուԹեն նոյնպ՟ լինել ածայ_ Ժգ
նոյն և մարդկայնոյն 'ի միաւորու_ 13
Թեն անդ. ոչ բարձրագոյնսն ածու_
Թեն միայն տալով առանց մարմնոյն
և ոչ զխոնարհագոյնսն մարդկուԹեն
առանձին առանց ածայնոյն. զի Թէ
այսպ՟ ոչ էր. զիա՛րդ ասիւր որդին մար
դոյ յերկնից իջեալ. կամ ած խաչեալ.
և արիւն այ լեալ. այլ միոյ անձնա_
ւորուԹեն զերկոսեն զայսոսիկ խոս
տովանիմք. երբեմն որպէս զած զաստ
ուածային ներգործելով. և եր_
բեմն որպ՟ զմարդ զմարդկայինսն. զոր
յայտ առնեն և անօրէնուԹեն նորա
գործքն

rum patres, & Concilia, ut visum est quæst. 3. §. 2. præsertim Synodus Tarsensis in resp. ad 2. petitionem Græcorum, ubi sic habet: *Hinc quoque potens efficimur ad discendum vestram duplicis voluntatis, & operationis professionem, in unum Christum Deum referendam: nec respuimus, sed approbamus vos, veritatis sectatores: vestræque confessioni consentimus*. Et in epistola Synodica ad Manuelem Imperatorem hoc ipsum confirmat his verbis: *Sicut duas esse dicimus voluntates, nullam invicem contrarietatem habentes, hoc est, divinam, & humanam; ita pariter duplicem esse credimus operationem, divinam scilicet, & humanam in unione, hoc est, non attribuentes sublimiora opera soli divinitati absque carne, neque humiliora soli humanitati absque divinitate: alioquin quomodo filius hominis de cælo descendens diceretur, aut quomodo Deus fuisset crucifixus? ex una igitur persona utramque operationem processisse, credimus; quæ quidem aliquando, ut Deus, operabatur divina; & aliquando, ut homo, efficiebat humana; quemadmodum a principio usque ad finem omnia ejus dispensationis opera manifestant: natus est enim ex fæmina, ut homo; & Genitricis virginitatem integram conservavit, ut Deus: similiter mortuus est secundum naturam humanam, ut homo; & mortuos suscitavit virtute divina, ut Deus &c.* Hactenus Tarsense Armeniorum Concilium.

Itaque posterior hæc sententia, quæ a sexta Synodo generali contra Monothelytas definita fuit hisce verbis: *Duas naturales voluntates in Christo, & duas naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inseparabiliter, in-*

con-

confuse, secundum sanctorum Patrum doctrinam prædicamus: catholica est, 14
& a nobis modo probanda.

Ժդ. գործքն 'ի սկզբանէն միշտ և 'ի կատա
րումն . քանզի ծնաւ 'ի կնոջէ որպէս
զմարդ . այլ 'ի կուսէ . և զկուսութի
ծնողին անապականն պահելով յետ
ծննդեանն ոչ զանց . մեռաւ մարմնային բնութբ ոչ զմարդ . և զմեռեալս յարու-
ցանէր աստուածային զօրութբն ոչ զանց . և այլն .] Եւ յոբք Հայոց ժողովն ատարոտնի .
Ընդ այս երկրորդ կարծիքս է ուղղափառ . և ոչ զկնմաս բան հաւատոյ
հաստատեցաւ 'ի վեցերորդ տիեզերական սբ ժողովոյն այսպիսի բանիւք ընդ-
դէմ միաբնակացն . Օերկու կամս բնականս , և զերկու ներգործութիւնս բնա-
կանս 'ի քրիստոս քարոզեմք անբաժանելի և անփոփոխելի . անբաժանաբար
և անշփոթաբար . ըստ սրբոց հարցն վարդապետութեանն .] վասն որոյ

DUPLEX IN CHRISTO
VOLUNTAS, ET OPERATIO,

Probatur primo ex sacris scripturis.

§. II.

LUcæ 22. Dominus dicit: *Pater, si vis, transfer calicem istum a me: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat*: ergo Christus, præter voluntatem divinam, quam habebat, ut Deus, cum Patre, & Spiritu sancto communem, aliam habebat voluntatem, nempe humanam, quam suam nunc dicit, quia Patrem precatur, ut homo.

Item Joannis 5. *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me*: ubi loquens, ut homo, aliam dicit voluntatem suam, nempe humanam; & aliam voluntatem Patris, qui miserat eum: ergo, cum fuerit in ipso, per adversarios, eadem voluntas divina Patris; & præterea, ut ipsemet dicit, voluntas sua humana; utique fuerunt in eo duæ voluntates.

Deinde, Christus in Evangelio multa dicitur voluisse, aut noluisse, quatenus homo: ut Matth.27. *gustato vino cum felle misto, noluit bibere.* Et

ՑՈՒՑԱՆԻ

Եւ յա. նախ 'ի սուրբ գրոց .

Դրակ . Բ .

ա 1 Ի Ղուկաս ԻԲ . երրդ գլխն ասէ
տէրն . Հայր եթէ կամիս , անցո
զբաժակս զայս յինէն . բայց ոչ իմ
կամք , այլ քոյդ լիցի .] ապա ուրեմն
քս բաց յածային կամացն , զոր ու-
նէր հաւասար ընդ հօր և հոգւոյն
սրբոյ իբր ած . ունէր և ս այլ կամս .
այս . զմարդկայինն զոր այժմ իւր կոչէ
զի աղօթէ առ հայր իբր մարդ .

Որպէս յհովհ. Ե . գլխն ասէ .
Ոչ խնդրեմ զկամս իմ . այլ զկամս այ
նորիկ որ առաքեաց զիս . Աստ խօ
բ 2 սի քս իբր մարդ . և այլ կոչէ զկամս
իւր . այս . զմարդկայինն . և այլ զկամս
հօրն առաքչին իւրոյ . ապա ուրեմն
եթէ գոյր 'ի քս ըստ հակառակացն
ածային կամքն հօր . և և ս ըստ իւր
բանիցն կամքն իւր մարդկային . էին
արդեօք 'ի նմա կամք երկու .

Որպէս քս ասի 'ի մէջ աւետարա
նին . թէ զբազում ինչ կամէր . կամ
ոչ կամէր . մարդկային կամօքն . զոր
օրինակ . 'ի մատթ . ԻԷ . գլխն ասի . թէ
իբրև ճաշակեաց ոչ կամէր ըմպել . և
'ի մրկոս . Է . երրդ գլխն . եկն 'ի սահ-
մանս

մանս տիւրոսին. և սիդոնին. և մտեալ Գ
'ի տուն. ոչ ումեք կամէր յայտնել. և
ոչ կարաց ծածկել. Եւ յՅովհ. յառաջին
գլխոյն. Ի վաղիւն անդր կամեցաւ ելա
նել 'ի գալիլեայ. Եւ յէ. երդ. գլխոյն.
քանզի ոչ կամէր 'ի հրէաստանն շրջ
ջել] և այլքն յայսպիսեացս. Իսկ զայ
սոսին կամէր, կամ ոչ կամէր ըստ մարդ
կային կամօք իւր մարդ. ոչ աստուածային
կամօք իւր աստ. քանզի ոչ կարեմք
ասել. Թէ իբր աստ. կամէր ծածկել և
ոչ կարաց. զի զորինչ աստ. կամի. կարէ
առնել. Եւ ոչ ևս կարեմք ասել. Թէ
իբր աստ. կամէր ելանել 'ի գալիլեայ.
և ոչ կամէր 'ի հրէաստանն շրջել. կամ
ոչ ըմպել. զի աստ. ոչ շարժի, և ոչ ըմ Դ
պէ. ապա ուրեմն բաց 'ի յաստուածային կա
մացն, զոր ասեն նմա հակառակորդքն.
ունէր և ս ըստ զմարդկային կամս. ա
պա ուրեմն և զերկու կամիլ. զմինն
որ ելանէր 'ի մարդկային կամաց. որով
կամէր ծածկել և ոչ կարէր. և որով
ըստ մթոսի սկսաւ տխրել և հոգալ.
և որով ըստ պօղոսի լեալ հնազանդ
մահու չափ. և զմիւսն աստուածային. որով
ըստ մթոսի սաստեաց հողմոյն և ծո
վուն. և որով ընդ հօր, և ընդ հոգւոյն
սրբոյ գործէր, ըստ այնմ յհւ. Թէ
հայր իմ մինչև ցայժմ գործէ, և ես
գործեմ. և դրձլ. զի զոր նայն առնէ.
զնոյն և որդին նմին նման գործէ.] Ե

Դարձեալ 'ի մթոսի. ը. երդ. գլխոյն. Իբրև
լուաւ յս զարմացաւ. Իսկ զարմացումն
էներգործութեն մտաց. և քն ոչ կա
րէր զարմանալ ըստ աստուածային մտացն.
ապա ուրեմն զարմացաւ ըստ մարդկային
մտացն. ապա ունէր զերկու միտս և
զերկու իմանալ. զմինն աստուածային և
անստեղծ. որով ըմբռնէր զածու
Թիւն. ըստ այնմ. Թէ ոչ ոք գիտէ. Թէ
ո է հայր. եԹէ ոչ որդին. և որով քն
առնի 'ի պօղոսէ այլ իմաստութիւն. և
զմիւսն մարդկային. ըստ այնմ եսայեայ.
Թէ աճաւանակ 'ի միտս առաջէ մանուկ
իմ.

Et Marci 7. *abiit in fines Tyri, & Sydonis;* 3 *& ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere.* Et Joann. 1. *in crastinum voluit exire in Galilæam:* & capite 7. *non enim volebat in Judæam ambulare* &c. Quæ quidem omnia, certum est, ipsum voluisse, aut noluisse, ut hominem: non enim dicere possumus, quod, ut Deus, latere voluerit, & non potuerit; siquidem Deus omnia potest: neque quod, ut Deus, voluerit in Galilæam exire, aut noluerit bibere, & in Judæa ambulare: cum Deus nec bibat, nec moveatur: igitur, præter voluntatem divinam, quam ei tribuunt
4 adversarii, habebat etiam voluntatem humanam: & sic duas voluntates, ac duplex velle; alterum procedens a voluntate humana, quo latere voluit, & non potuit; & quo Matth. 26. *cæpit contristari, & mæstus esse;* & Philip. 2. *factus est obediens usque ad mortem*: alterum vero divinum, quo Matth. 8. *imperavit ventis, & mari;* & quo una simul cum Patre, & Spiritu sancto operabatur, juxta illud Joan. 5. *Pater meus usque modo operatur; & ego operor*: & infra: *Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit.*

5 Præterea, Matth. 8. *Audiens autem Jesus, miratus est*: admiratio autem esse non potest sine intellectu, seu ratione; cum importet collationem effectus ad causam, quæ ignoratur: sed non potuit ita Christus mirari secundum intellectum divinum, quem habebat, ut Deus: ergo secundum intellectum humanum, cujus scientiæ experimentali poterant quotidie aliqua nova occurrere: igitur fuit in ipso duplex intellectus, ac duplex intelligere; alterum divinum, seu increatum, &

 com-

comprehensivum Dei, juxta quod Luc. 10. *Nemo scit, quis sit Pater, nisi filius*: & 1. Cor. 1. dicitur *Christus Dei sapientia*: alterum humanum, juxta illud Isaiæ 52. *Ecce intelliget puer meus*: & Matt. 11. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*.

Et hæc quidem humana scientia multiplex erat in Christo: alia beata, quæ in clara Dei cognitione consistit; juxta illud Joan. 8. *Scio eum*: & Psal. 64. *Beatus, quem elegisti, & assumpsisti*: alia infusa per species inditas objectorum, juxta illud Isaiæ 11. *Replevit eum spiritus sapientiæ, & intellectus, scientiæ, & consilii*; & Joan. 7. *Quomodo hic litteras scit, cum non didicerit*: (& per utramque scientiam istam, scilicet per primam in verbo, & per secundam extra verbum, omnia Christus homo perfectissime novit ab instanti conceptionis): alia denique acquisita humano modo successive per species, productas ab intellectu agente dependenter a phantasmatibus; quæ insuper duplex erat, sicut in nobis: altera de universalibus, seu discursiva, acquisita per species objectorum universalium; juxta quam Luc. 2. *Jesus proficiebat sapientia, & ætate*; (& hæc, cum Christus ad perfectam pervenit ætatem, perfectissima fuit): altera de singularibus, seu experimentalis, acquisita per species objectorum singularium, quæ illi de novo passim occurrebant, juxta quam Matth. 8. *Audiens Jesus, miratus est*: & Hebr. 5. *Didicit ex iis, quæ passus est, obedientiam*.

Præterea 1. Cor. 13. *Etsi crucifixus est ex infirmitate; sed vivit ex virtute Dei*: ergo erat in Christo duplex virtus, seu potentia: altera humana, & imbecillis, juxta illud Matth. 26.

Caro

Զ իմն. և մատթէոսի. Թէ ուսարուք յինէն.
6 զի հեզ եմ և խոնարհ սրտիւ.

Եւ արդ այս մարդկային գիտութիւն էր բազմապատիկ 'ի քս̃. զի այլ էր 'ի նմա երանելի գիտութիւն. որով յայտնապէս ճանաչէր զա̃ծութիւն. ըստ այնմ Թէ գիտեմ զնա. և դաւիթն որպէս ասա հեմ. և այլ էր գիտութիւն պարգևեալ նմա 'ի ձեռն հեղեալ պատկերաց ա̃մ ենթակայից. ըստ այնմ եսայեայ. Թէ հանգիցէ 'ի վերայ նորա հոգի այ̃. հոգի իմաստութեան և հանճարոյ. հոգի խորհրդոյ և զօրութեան: հոգի գիտութեան. և ա̃ծպաշտութեան] և ըստ այնմ յոհ̃. Թէ զիարդ դգիրս գիտէ. զի
Է ուսեալ ընաւ չէր. և երկոքումբք գի-
7 տութեամբք այսուքիւք քս̃ իբր մարդ ճանաչեաց կատարելապէս զա̃մ ինչ 'ի սկզբանէ յղացմանն իւրոյ. Եւ դարձեալ այլ էր 'ի նմա գիտութիւն շահեալ հետևաբար և մարդկօրէն 'ի ձեռն ներածեալ պատկերաց ենթակայից. զոր միտք նորա արտադրէր կախեալ 'ի յերևակայութէ̃. և այս գիտութիւն երկեակ էր 'ի քս̃. ոպ̃ և 'ի մեզ. զի մինն էր յղ̃գս ընդհանուր ենթակայից. որգոն. տեսակաց, և սեռից, և այլն. որ և ասի գիտութիւն տրամաբանական. և շահի 'ի ձեռն ներածեալ պատկերաց ընդհանուր ենթակայից. և յաղագս
Ը սը̃ ասէ ղուկաս. Թէ յս̃ զարգանայր
8 իմաստութեամբ և հասակաւ.] և այս գիտութիւն եհաս 'ի կատարումն յորժամ քս̃ եհաս 'ի կատարեալ հասակ. իսկ միւսն էր յղ̃գս անհատից մասնաւորաց. որ և ասի գիտութիւն փորձական. և շահի 'ի ձեռն ներածեալ պատկերաց անհատ ենթակայից. որք հանդիպէին մտացն քրիստոսի օր ըստ օրէ. և յաղագս այսր գիտութեան իմանի մատթէոսի բանն. Թէ իբրև լուաւ յս̃ զարմացաւ. և եւս պօղոսի ասացեալն. Թէ ուսաւ 'ի չարչարանաց անտի զհնազանդութիւն.

Դր̃լ

Մարմինն՝ ի կատարածութեանց երկիր Թղթին Թ
տկար է։ Եւ Թէպէտ խոնարհեցաւ
՚ի տկարութիւն, այլ կենդանի է զօրու-
թեամբն այ։ Շնորհս ունիմք զայդ ՚ի քն
երկու զօրութիւն կամ կարողութեանն
մինն մարդկային և տկար. ըստ այնմ.
Թէ բայց մարմինս տկար։ և միւսն
ածային և ամենակարօղ. ըստ այնմ
տեսլեանն. ամ. ենդ. գլխոյն. Թէ գո-
հանամ զքէն տէր ամենակարօղ. որ
էիր. և ես. և որ գալոց ես և ըստ այնմ
ղկասու. Թէ իշխանութբ և զօրութբ
սաստէ այսոց պղծոց. և ելանեն. Եւ
երկուց զօրութեանց երկու են նոր
գործութիւնք։ մինն ներգործութիւն
ածային զօրութն. որոյ ըստ յհու. Ժ
որպ հայր յարուցանէ զմեռեալս, և կեն
դանի առնէ. նոյնպ և որդի զորս կամի
կենդանի առնէ։] և միւսն է ներգոր
ծութիւն մարդկային տկարութն.
ըստ այնմ ներին յհու. Թէ յս վաստա
կեալ ՚ի ճանապարհէն. նստէր ՚ի վե
րայ աղբերն։

Ուրեմն արդ խրատեմք ՚ի գրոցս եթէ ոչ պարտ է մեզ տալ քն զմարդկային զօրութիւնս և զներգործութիւնս. եթէ ոչ ըստ մարմնոյ և տկարութեան մարդկային բնութն նորա. որպէս և ոչ զածայինն. եթէ ոչ ըստ ածային բնութն։ Եւ այսպէս՚ի կիր առնու սուրբ առաքեալն ասելով ՚ի հռովմայեցւոց յիններրդ գլխն։ Յորոց և քն ըստ մարմնոյն. որ է ՚ի վերայ ամենայ աստուած օրհնեալ յաւտս։ Եւ պետրոս յառաջին Թղթոյն չորրորդ գլուխն ասէ. Թէ քրիստոսի չարչարելոյ մարմնով։ և դարձեալ յերրդ գլուխն ասէ։ Թէպէտ և մեռաւ մարմնով. այլ կենդանի է հոգւով։ այ. աստուածութեամբ։

Et, ut alios prætermittam, Joannes Patriarcha, in apologia pro duabus Chriſti naturis, ait: *Armeniorum nonnulli libros adverſus Catholicos exararunt, in quibus Eutychis hæreſim laborantes, negant in Chriſto naturam humanam, atque unam in eo naturam conſtituunt, nempe divinam, quam etiam dicunt paſſam. Et hi quidem non ex priſcis ſanctis Patribus, & doctoribus noſtris ſunt; ſed qui in miſerrima noviſſimorum temporum perturbatione inter nos prodierunt magiſtri*.

Quapropter Synodus Scirachavanenſis Armena, Can. 8. contra prædictos hæreticos hunc conſtituit anathematiſmum: *Si quis ſanctam Trinitatem paſſibilem dixerit, aut crucifixam; vel filium non carne, ſed divinitate*

Թ նաբար մարդկային մահկանացու բը
9 նութեան, և մնաց կենդանի աստուածային ան
մահական բնութեամբն. ոչ ոմն մեռեալ,
և ոմն կենդանի ըստ բաժանողացն.
այլ մի և նոյն անձն, և մի Քն չարչա
րեալ և մեռանել մահկանացու մար
մնովն որ ’ի մէնջ. և կենդանի էր, ան
մահ, և կենդանարար աստուածութեամբն
որ ’ի Հօրէ.]

Ներսէս Լամբրոնացին յեւ բացումն հա
ւատամքին ասէ. «Մարմինն հոգւովն
համադէրձ կրէր զիւր բնական կիրսն
յիւրաքանչիւր որ հասակս փրկչին.
և աստուածութիւն անհաս ’ի թշնամանոյն
էր խառնեալ ընդ մարմնոյն.] Եւ յետ
Ժ սակաւուց դարձեալ ասէ. «Որք որք այ,
10 տան զներգործութիւն մարմնոյ և զկամս
իբր միոյ բնութեան. և ոչ ըստ այ վե
րաբերութեան կրել զնոյն մարմնով. ե
րիս ’ի մեղս մեղանչեն. Նախ զի զան
չարչարելի բնութիւն չարչարանացն
կրից մարմնոյ ’ի ներքոյ դնեն. և այլն.]

Եւ զի մի յոյժ երկար իցեմ հյրպտն
հայոց յոհննէս, կոչեցեալն խուլ վար
դապետ. ’ի գիրս իւր, որ ընդդէմ միա
բնակացն, ասէ այսպէս. «Մինչև ցայս
օր տեսանեմք. որ բազում հայք թո
ղեալ զուղիղ ճանապարհն ուղղափա
ռաց մոլորեցան զհետ երթեալ ճա
նապարհին եւտիքեայ. և գրեն հա
Ժա կառակ ուղղափառաց հաստատե
11 լով զաղանդն եւտիքեայ. ուրանան
զմարդկային բնութիւնն քի. և դաւա
նին ’ի Քն մի բնութիւն, այս է միայն
աստուածային բնութիւն. և զնոյն ասեն չար
չարեալ. ոչ եթէ առաջինքն հայրա
պետաց և վարդապետացն մերոց սըր
բոց. այլ վերջին պղտորեալ ժամանա
կիս երևեալ վարդապետքս. անաղ
միամիտ ազգիս հայոց.] և այլն.

Վն որոյ հայոց ժողովն Շիրակա
ւանոյ ընդդէմ այնպիսի հերձուա
ծողացն հաստատեաց յութերորդ կա
նոնին զայս նզովումն. Եթէ ոք զսբ
Եր

Երրորդութիւն չարչարելի ասէ. կամ Ժբ
՚ի խաչի բեւեռեալ. կամ զորդին մերկ
առանց մարմնոյ ա̄ծութե̄ ասէ կրել
զչարչարանսն, ըստ բաբբանջմանն Եւ-
տիքեայ եւ մանիքեցւոցն. եւ կամ ասէ
սոսկ մարդ չարչարեալ ըստ ամբարշ-
տին Նեստորի կատաղութե̄. այնպի-
սին եղիցի նզովեալ.]

Նաեւ նոյն ինքն եկեղեցին Հայոց
՚ի դաւանութեան հաւատոյ զո̄ ձեռ-
նադրութե̄ եպիսկոպոսի դաւանի այսպէս.
[Խաչեալ եւ չարչարեալ եւ մեռեալ ան-
պարտ մարմնով վ̄ն մեր. Մնալով ըստ
ա̄ծութե̄ անմահ ՚ի մահուն, կենդա-
նի եւ առանց կրից ՚ի չարչարանսն.
եւ նոյն ըստ միաւորութե̄ մարմնով Ժգ
կրեաց զամ մարդկայինս.] Եւ զկնի սա-
կաւուց դրձլ ասէ. Նոյն ինքն է ծնեալ
՚ի Հօրէ անժամանակ. եւ բնութեամբ
կից Հօր, եւ յամենայն հաւասար. եւ նոյն
ինքն ծնաւ Հոգւովն սրբով ՚ի միշտ կու-
սէն Մարիամայ մարմնով. եւ ունի զեր-
կու ծնունդս. նախ ՚ի Հօրէ անժամա-
նակ. եւ դրձլ ՚ի մօրէ ժամանակաւոր.]
Եւ դրձլ ասէ. Թէ սա ըստ որում ա̄ծ
է անմահ. եւ ըստ որում մարդ եղե-
ճշմարտութե̄ իւր մարմնով. համբերեաց
չարչարանաց վ̄ն մեր.]

Հաստատուն յայտ լինի. թէ որքան
մոլորին այնոքիկ. որ զհետ երթալով
զկնի աղանդոյն պղծոյն պետրոսի ան Ժդ
տիոքացւոյն, երգեն զերեք սրբերգու-
թիւն խաչեցարիւն հանդերձ. որով
բոլոր ս̄ երրորդութիւն խաչեալ խոս-
տովանի. Իսկ տեսցեն Հայք զորինչ ՚ի
վերոյ ասացաք վ̄ն այսր իրիս ՚ի յեր-
րորդ վիճաբանութե̄ ՚ի պրակն. բ.
՚ի թիւն. ի. նաեւ ՚ի պատմականն հա-
տորին, ՚ի գլխն. Ժ. ՚ի թիւն. խզ.

Յորոյ վերայ զգուշացուցանեմ
զնոսա վասն առասպելաբանութե̄
դոշինկ վանականին. որ կամելով ՚ի գիրսն
իւր հաստատել զվերաբերութիւն
խաչեցարին ՚ի յերգն ս̄ ա̄ծ, պատմէ

զա-

nitate passum, juxta Eutychis, &
12 *Manichæorum ineptias*; *aut purum*
hominem passum, *juxta nugas impii*
Nestorii: *anathema sit*.

Et Armena ipsa Ecclesia, in fidei professione, quam proponit Episcopo consecrando, hæc posuit verba: *Qui secundum divinitatem permanens vivus, & immortalis in morte, ac sine passione in cruciatibus, secundum carnis dispensationem humana omnia passus est*. Et infra: *Idem ipse æternaliter ex Deo Patre natus est, eique in natura coessentialis, & omnino æqualis*: *& idem ipse secundum carnem, anima præditam, natus est de*
13 *Spiritu sancto ex Maria semper Virgine*; *habens duas nativitates, primam ex Patre æternam, & secundam ex Matre temporalem*. Et rursus infra: *Christus, secundum quod Deus, est immortalis*; *& secundum quod homo factus est, vere pro nobis passus est cruciatus, & mortem secundum carnem*.

Unde liquet, quam immerito ab Armeniis canatur Trisagium, *sanctus Deus*, cum additione illa Theopascitæ Fullonis, *qui crucifixus es pro nobis*; per quam tota Trinitas impie asseritur crucifixa. Vide, quæ supra
14 hac de re dicta sunt, quæst.3. §.2. num.20. & in prima parte cap.10. num.46. & seq.

Quibus addo; cavendum esse Armeniis, ne iis Vanachani verbis præbeant fidem, quibus volens in tract. de interrog. & respons. idem Trisagium cum additione, *qui crucifixus es*, propugnare, aniles quasdam fabellas non solum comminiscitur, verum etiam aliorum scriptorum, quos falso citat, auctoritate fulcire nititur; inquit enim: *Interrog. Quare Trisa-*

gium

gium detecto capite canimus? Respons. Non modo caput detegimus; sed etiam brachia elevamus, juxta exemplum Joseph ab Arimathæa. Nam, ut Nectarius, Romanus Pontifex, refert, non poterat Christi corpus ob splendorem a vulneribus emicantem deponi de cruce: sed ubi detecto capite, passisque brachiis cantatum ter fuit: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus, & immortalis, qui crucifixus es pro nobis, miserere nostri: statim super brachia Joseph corpus sacrum descendit. Præterea magnus ille, ac divinus Ignatius, ut Socrates narrat historicus, cælestes vidit, audivitque exercitus, eundem ter sanctum hymnum cum additione, qui crucifixus es, concinentes: quare decrevit, ut ab Antiochena Ecclesia inter matutinas, ac vespertinas preces eodem modo deinceps hymnus ille caneretur. Fabulosæ sunt, inquam, istæ narrationes, quas neque Socrates, neque Nectarius, sed vel ipse Vanachanus, vel aliquis alius Theopascita hæreticus ad Armenios decipiendos commentus est. Et Socrates quidem lib.6. hist. cap.8. refert Ignatii visionem; sed illius peculiaris hymni non meminit, multoque minus impii ejus auctarii, quod multis seculis post Ignatii tempora a Petro Fullone proditum fuit. Propria Socratis verba sunt hæc: *Ignatius, Antiochiæ Syriæ tertius ab Apostolo Petro Episcopus, una cum Apostolis aliquando conversatus, visionem Angelorum, per responsorios hymnos sanctam Triadem laudantium vidit, & modum visionis Antiochenæ Ecclesiæ tradidit; unde & ad omnes Ecclesias ista traditio promanavit.* De Nectario vero Pontifice Romano quid dicam, cum nemo sit in catalogo Romanorum Ponti-

tifi-

Ժե զառաւապելս ոմանս. և սուտ ասէ, Թէ
15 ոմն նեքտարիոս անուն, և սոկրատ
պատմագիրն այնպէս ճառեցին 'ի գիրսն
իւրեանց. Եւ քանզի նորա են այս
պիսի. Հց. Ալն էր զՔ̅ ա̅ծն բացա_
գլուխ երգեմք. Պխնի. Ոչ միայն զգլ
ուխն բանամք. այլ և զձեռս 'ի վեր
համբառնամք. որպէս յովսէփ արի_
մաթացին. զի այնպէս ասէ նեքտարիոս
հայրապետն հռովմայ. Թէ չէր հնար
իջուցանել զմարմինն տեառն 'ի խա_
չէն վասն փայլատակմանցն որ 'ի խոց
ուածոյն. ապա բացեալ կացեալ և
զձեռս համբարձեալ ասէ. սբ̅ ա̅ծ. սբ̅
և հզօր. սբ̅ և անմահ. որ խաչեցար վս̅
Ժզ մեր. ողորմեա մեզ. և զայս երիցս ա_
16 սացեալ. էջ մարմինն սբ̅ 'ի վերայ բազ
կաց յովսէփայ. Եւ սոկրատ պատ
մագիրն ասէ. Թէ մեծն իգնատիոս
ա̅ծազդեցուն եանես զերկնային զօրս.
և լու̅ 'ի նոցանէ. և կարգեաց յե_
կեղեցին անտիոքայ. առաւօտուն և
երեկուն զՔ̅ ա̅ծն խաչեցարին ա_
սել.] Ապա այդպիսի ճառք են յայտ
նապէս սուտ առասպելք. զոր ոչ սոկ
րատ, և ոչ նեքտարիոս, այլ ա̅ծաչար
չար հերետիկոսք հնարեցին առ 'ի խա
բել զպարզամիտս. Քանզի սոկրատ
պատմագիրն 'ի վեցեր̅դ գիրսն պ̅տմա
գրուԹԵն իւրոյ, 'ի յութերորդ գլխն
Ժէ պատմէ զտեսիլն սբ̅ոյն իգնատիոսի.
17 և ոչ յիշատակէ զՔ̅ ա̅ծն, և ոչ զյե_
րաբերութի խաչեցարին. որ հնարեալ
և արտադրեալ եղև 'ի պղծոյն պետ
րոսէ անտիոքացւոյ չորս հարիւր ամս
զկնի ժամանակաց սբ̅ոյն իգնատիոսի:
զի իսկական բանքն սոկրատայ են սոքա.
Սբ̅ն իգնատիոս, 'ի պետրոսէ առա
քելոյն երրորդ եպիսկոպոսն անտի
ոքայ, երբեմն ընդ առաքելոն շրջեալ
եանես զզօրս հրեշտակաց. որք պա_
տասխանաւոր երգօք փառաւորէին
զամենասուրբ երրորդութիւն. և զկերպն
տեսլեանն աւանդեաց անտիոքայ ե_

կե_

կեղեցւոյն. ուստի և առ ամենեկեղեցեն Ժը
տարածեցաւ այս աւանդութիւն :] 18
Իսկ յիշեալ Նեքտարիոսն զինչ ասա-
ցուք? քանզի 'ի մէջ չորրորդութե հայրա-
պետացն հռովմայ զոչ ոք պատմեսցէ
Նեքտարիոս անուն : միայն կոստան-
դնուպօլսի եպիսկոպոս մին կոչեցաւ
Նեքտարիոս. բայց սա ոչ կարաց պատ-
մել զմրմնոյ տեառն զասացեալ սուտ
սքանչելագործութիւն . որ ոչ երբեք
լուեալ էղև 'ի մէջ եկեղեցւոյն յունաց
կամ լատինացւոց . այլ միայն 'ի մէջ հայոց լսի այս : զի եթէ չմնացին էր
ընդէր պատմեալ ոչ եղև յայլմէ պատմագրողէ ումեքէ մանաւանդ 'ի յաւե-
տարանչացն սոց :

Եւ չորրորդ ցուցանի վկայութեամբ սրբոց հարցն յունաց և լատինացւոց որք այժմ 'ի վայր տեսանի :

tificum, qui Nectarius nominetur? Sed quisquis is fuisse fingatur: certe de Christi corpore vere id referre non potuit, quod nullus historicorum nec ante, nec post ipsum narravit, præsertim Evangelistæ, quos tantum de Christi corpore omissuros fuisse miraculum, credibile non videtur.

Quarto denique ostenditur ex Patribus Græcis, & Latinis: ut mox infra.

ԵՐՐՈՐԴ

Ցուցանի երկու կամք և երկու ներգործութի 'ի քս, վկայութբ նախկին հարցն յունաց և լատինացւոց, որք են յառաջ քան զքաղ կեդոնի ժողովն :

Գլուխ .Ե.

DUPLEX IN CHRISTO VOLUNTAS, ET OPERATIO

Probatur tertio ex Patribus Græcis, & Latinis, quos suscipit Armena Ecclesia.

§. V.

Սրբն յուստինոս մարտիրոս 'ի ճռշ ա
մերում հաւատոյ դաւանութեն 1
ասէ : Որդին այ, որ մի է, և զերկու
բնութիւնս ընդունի . միովն գործէ
զգործս ածայինս և միւսովն առնու
զմարդկայինսն . և զխոնարհսն : քանզի
որում ած էր արար սքանչելիս. բայց ո-
րում մարդ էր և 'ի կուսէն ծնեալ,
կրեաց բնականաբար և կամաւորապէս
զխաչն. զմահն. և զայլսն այսպիսեացս :]

Թէրտուղիանոս 'ի գիրսն յիշա-
քն մարմնոյն ասէ : Երկու բնութիւնք
ցուցին զքս ած և մարդ . հոգևոր և
մարմնաւոր , հզօր և տկար . մեռեալ
և կենդանի : որ յատկութիւնք ածային
և մարդկային յայտնեցան հաւասար
չափաւորութբ երկաքանչիւրոց բնութե .
զի զօրութիւնքն զհոգին այ , և կրողու-
թիւնքն

JUstinus Martyr in expositione fidei, post medium: *Filius*, inquit, *qui unus est, & duplex natura, alia quidem ea, quæ divina sunt, efficit; alia ea, quæ humilia, abjectaque sunt, accipit: hoc enim ipso, quod Deus est, miracula edit; quod autem ex Virgine natus est, & homo est, crucem, mortem, similiaque sponte naturaliter pertulit*.

Tertullianus, de carne Christi, cap. 5. *Ita utriusque substantiæ census hominem, & Deum exhibuit; hinc natum* (ex Maria), *inde non natum: hinc carneum, inde spiritalem: hinc infirmum, inde præfortem: hinc morientem, inde viventem: quæ proprietas conditionem divinæ, & humanæ equa* uti-

utique naturæ cujusque veritate dispuncta est, eadem fide spiritus, & carnis: virtutes spiritum Dei, passiones carnem hominis probaverunt.

Gajus Papa, in epist. ad Felicem Episcopum: *Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero Virginis verbum caro factum est, nihil unquam inter utramque formam divisionis extiterit, & per omnia incrementa corporea unius personæ fuerint totius temporis actiones; ea ipsa tamen, ut ita dicam, quæ inseparabiliter facta sunt, nulla permixtione confundimus; sed quid cujusque formæ sit, ex operum qualitate sentimus.*

Lactantius, lib. 4. instit. cap. 13. *Dei virtus in eo ex operibus, quæ fecit, apparuit; fragilitas hominis ex passione, quam pertulit.*

Eusebius Cæsariensis, de demonstratione Evangelica lib. 4. cap. 13. *Neque item, qui patibilis naturæ expers erat, aliquid a mortali secundum essentiam patiebatur. Nam neque v. g. dum cujuspiam viri sapientis corpus torquetur, illius sapientiam cædi, aut puniri, merito dicere possumus: eadem ratione neutiquam, multoque etiam minus, quod verbi aut natura, aut vis, detrimenti quippiam ex corporis affectionibus trahat, affirmare par est.*

Athanasius, lib. de humana natura suscepta contra Apollinarium circa finem: *Cum ergo dicit: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste; veruntamen non mea voluntas fiat, sed tua; spiritus enim promptus est, caro autem infirma: duas voluntates inibi ostendit, alteram humanam, quæ est carnis, alteram divinam. Siquidem divina natura prompta est, humana vero propter imbecillitatem carnis*

Բ թիւքն զմարմին մարդոյ ստուգեցին։]
2 Սբն գայոս հռովմայ հայրապետն
՚ի թուղթն առ Փելիքս եպս ասէ.
Թէպէտ ՚ի սկզբանէ անտի, յորժամ
յորովայնի սբ կուսին բանն մարմին
եղև. ոչ ոք բաժանումն գոյր երբէք ՚ի
մէջ երկուց կերպարանացն. և ներգոր_
ծութիւքն էին ՚ի միոյ անձնէն եղա_
նէին յամ հասակս մարդկութեն իւ_
րոյ. սակայն շփոթմամբ ոչ խառնա_
կեմք զայնոսիկ. զորս անբաժանաբ
ներգործէր. այլ ՚ի գործոցն որպիսու_
թե ճանաչեմք, թէ ո՞յր կերպարանի
էր իւրաքանչիւր ներգործեալն.]
Լակտանտիոս ՚ի չորրորդ գիրսն
Գ սահմանադրութեց ասէ. Այ զօրու_
3 թիւն երևիւր ՚ի քն ՚ի գործոցն զոր ա_
րար. իսկ մարդոյ տկարութիւն ՚ի չար_
չարանացն, զոր կրէր.]
Եւսեբիոս կեսարացին ՚ի գիրսն
յդգս աւետարանական մեկնութեան
ասէ. Որ էր անչարչարելի բնութբ.
ըստ նորին բնութեն զոչինչ կրէր ՚ի
մահկանացուէն. զո՞ր օրինակ. յորժամ
իմաստուն մարդոյ մարմին չարչարի.
ոչ կարեմք իրաւաբար ասել. թէ չար_
չարի իմաստութիւն իւր. Նմանապ
և ոչ կարեմք ասել. թէ բանին բնու_
թիւն. կամ զօրութիւն զվնաս ինչ բար_
չէր ՚ի կրեցն մարմնոյն.]
Դ Սբն աթանաս յղգս մարդկու_
4 թեն ընդդէմ ապօղինարին ասէ.
Յորժամ ասաց. Թէ հայր իմ եթէ
հնար է. անցցէ զբաժակս զայս յինէն
բայց ոչ իմ կամք. այլ քոյդ լիցի. զի հո_
գիս յօժար է. բայց մարմինս տկար.
յայնժամ երկու կամս եցոյց. զմինն
մարդկային, որ է մարմնոյն. և զը_
միւսն ածային. քանզի ածային բնու_
թիւն յօժար էր. բայց մարդկայինն վս
տկարութե մարմնոյն փախչէր ՚ի չար_
չարանաց.] Եւ դարձ ՚ի ճառն յղգս ա_
մենասուրբ ածածնին ասէ. Զերկու_
կամս քարոզեմք. իսկ ոչ զերկու կամս

nis

ցօղս

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ե 5

Զ 6

Է 7

nis refugiebat passionem. Item serm. in Evangelium de sanctissima Deipara: *Ideoque duas voluntates prædicamus; sed nequaquam duos volentes, aut duos operantes, sed unum volentem, secundum unitatem personæ: contra vero, duas voluntates, & duas operationes, secundum peculiarem utriusque naturæ rationem: hoc igitur modo divinum incarnationis mysterium deprædicantes, hæreticorum blasphemias repudiamus*.

Item, adversus eos, qui Christum unam dicunt esse naturam compositam: *Si ejusdem est pati, & non pati; necesse est, & voluntates esse diversas, & non easdem actiones: aliæ enim convenit formæ Dei, & alia formæ servi: alia Templo, & alia inhabitanti Deo*.

Item, serm. 4. contra Arrianos: *Nam & ipse Apostolus Petrus propterea ad hunc modum loquutus est: Christo passo, non Deitate, sed carne, idque pro nobis; ut non ipsius verbi proprias, & naturales istiusmodi passiones, sed carnis esse, cognosceremus. Ne quis igitur hominum scandalizetur; sed potius cognoscat, verbum ipsum ex natura sua impatibile esse; sed tamen ob carnem, quam induit, ista de eo prædicari; quia & illa propriæ sunt carnis, & caro illa proprium est corpus Salvatoris*. Et infra: *Rursum humanitus inquiens: nunc anima mea turbata est: illud autem divinitus dixit: potestatem habeo, ut ponam animam meam, & potestatem habeo, ut sumam illam: nam turbari carnis proprium est; potestatem autem habere ponendæ, aut sumendæ animæ pro arbitrio, & ubicumque placuerit, non proprium est hominum, sed potentia verbi*.

Mm Item,

Item, in epist. ad Epictetum: *Illud ipsum perquam mirum fuit, eundem fuisse & patientem, & non patientem: patientem quidem, quatenus ipsius proprium corpus, in quo erat, patiebatur: non patientem vero, quatenus ex natura Deus impatibilis erat.*

Cyrillus Hierosolym. catechesi 4. *Duplex erat Christus: homo quidem id, quod apparebat; Deus vero, quod intelligebatur: comedebat quidem, ut homo, vere, ita ut nos; similes enim nobis corporis habebat affectiones: ut Deus autem, quinque panibus aluit quinque millia: mortuus est vere, ut homo; ut Deus autem, mortuum quatriduanum excitavit: dormivit in navi vere, ut homo; & ambulavit super aquas, ut Deus.*

Basilius, apud Theodoretum, dialogo 2. orat. de Eucharistia: *Defessus est Dominus, non divinitate oppressa labore; sed corpore, quæ ex natura consequuntur, accidentia suscipiente.*

Ambrosius, lib.6. in Evang. Lucæ: *Quod autem dixit, non mea voluntas, sed tua fiat; suam ad hominem retulit; Patris ad divinitatem: voluntas enim hominis, temporalis; voluntas divinitatis, æterna.*

Item, lib.2. ad Gratianum Imper. *Ut homo, turbatur; ut homo, illacrymat; ut homo crucifigitur. Sic enim Apostolus inquit Petrus, Christo passo in carne: caro itaque passa est; nam Deitas libera extitit mortis; & passioni corpus secundum conditionem humanæ cessit naturæ.*

Item, lib.1. de incarnationis Dominicæ Sacramento, cap.6. *Sunt etiam qui in tantum impietatis prodierint, ut putent, quod divinitas Domini circumcisa est, & imperfecta de perfecta facta est; & in ligno non caro, sed illa* ope-

Է [illegible]

8 Ը [illegible]

9 Թ [illegible]

10 Ժ [illegible]

[illegible]

11 *operatrix omnium substantia divina, in carnis specie coagulata, pendebat.*

Amphilochius, orat. in illud: *Si possibile est, transeat &c. Ne ergo carnis passiones verbo impatibili injeceris: Deus enim sum, & homo, hæretice: Deus, ut spondent miracula: homo, ut testantur affectiones, & ea, quæ passus sum.*

Item, orat. adversus Arrianos: *Si ergo divinitas passa est; dixisti, quod est blasphemum: si autem, ut habet veritas; quare homini non adscribis passionem?*

Epiphanius, ex Panariis serm. 69. contra Ariomanitas: *Non simulatione,*
12 *sed veritate dixit: non mea voluntas, sed tua fiat: ut ostendat carnis substantiam veram; & redarguat eos, qui dicunt, mentem humanam eum non habere.*

Nazianzenus, orat. de Filio: *Uno capitulo moneo, ut altiora adscribas divinitati; humiliora autem naturæ humanæ attribuas, quæ ex parte nostræ infirmitatis assumpta est.*

Nyssenus, in orat. adversus Apollinar. *Quia igitur alia est humana voluntas, & alia divina; loquitur quidem, & quasi ex homine, quod infirmitati nostræ congruit, qui nostras pas-*
13 *siones assumpsit: adjungit autem secundam vocem sublimem, & Deo decibilem voluntatem &c. qui enim dixit, non mea, humanam hoc sermone significavit: addens vero, tua, ostendit conjunctionem suæ Deitatis ad Patrem, cujus nulla voluntatis est differentia propter communitatem naturæ: nam Patris dicens voluntatem, etiam filii demonstravit.*

Item lib. 5. contra Eunomium: *Inconfusa permanet tam carnis, quam Deitatis proprietatum contemplatio.*

 Et

Et infra: *Neque vivificat Lazarum humana natura; neque lacrymatur jacentem impassibilis potestas; sed proprium quidem est hominis lacrymari; vita vero, ejus, qui vere vita est.*

Chrysostomus, in Matth. cap. 26. *Transeat ergo calix, inquiens, subjunxit: veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu: & suam quidem voluntatem habere se, efficaciter demonstravit: præponit autem ubique suæ Paternam voluntatem, & in omnibus adnectit illam, quæ Patris est, ei concurrens, concordemque se ostendens illius voluntati.*

Item, in homil. de Cruce: *Scio, Christum sitiisse, & scio, Christum super aquas pedibus ambulasse; scio, Christum mortuum, & scio, Christum mortuos suscitasse; scio, Christum Pilato adstitisse, & scio, Christum ad dexteram Patris consedisse; scio, Christum lapidatum, & scio, Christum ab Angelis adorari; & quædam quidem refero Deitati, quædam autem assigno humanitati: quia novi, Christum de Maria natum; & scio, Christum ante omnia sæcula genitum, & apud Deum semper Deum esse verbum.*

Augustinus, serm. 191. de tempore: *Passus est Dei filius non putative, sed vere omnia, quæ scriptura testatur, idest, esuriem, sitim, lassitudinem, dolorem, mortem, & cætera hujusmodi; sed secundum illud passus est, quod pati poterat; non secundum illam substantiam, quæ assumpsit; sed secundum illam, quæ assumpta est.*

Item, in Joan. de verbis Domini, serm. 58. *Unicuique substantiæ propria utique aptanda sunt; idest, infirmitates humanitati, quæ creata est; signa vero, vel mirabilia divinitati, quæ creavit; in tantum enim hæ duæ naturæ*

Ժդ Եւ նոյնմիտսն. ընդ չփոխութ. միայն խմացուցանեն
14 յատկութեանցն մարմնոյ եւ ածու-
թեան։] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ.
Ոչ յարոյց զՂազարոս մարդկային բը-
նութիւն. եւ ոչ արտասուեաց զմեռեալն
անչարչարելի զօրութիւնն. այլ յա-
տուկ է մարդոյ արտասուել. եւ յա-
տուկ նորա, որ է կեանք, կենդանա-
ցուցանել.]

Սբն յոհան ոսկեբերան 'ի մեկ-
նութիւն աւետարանին ըստ մատթէոսի
ասէ. Յետ ասելոյն. անցցէ զբաժակս
զայս յինէն. վերաբերեաց. բայց ոչ
իմ կամք, այլ քոյդ լիցին. զի ցուցցէ,
թէ ինքն ունէր զիւր կամս. իսկ առա-
Ժե ջադրեաց ամենայնիւ զկամս հայրա-
15 կանս առ իւրն. եւ զինքն միաբան-
եցոյց կամաց նորա.]

Նորին 'ի ճառէն յաղագս սբ խաչին.
Գիտեմ, թէ քս ծարաւեաց. եւ գի-
տեմ, թէ գնաց 'ի վր ջուրց. գիտեմ
զնա մեռեալ. եւ գիտեմ զնա յարու-
ցեալ զմեռեալս. գիտեմ զքս կացեալ
առաջի ատենին պիղատոսի. եւ գիտեմ
զնա նստեալ ընդ աջմէ հօր. գիտեմ
զքս 'ի հրէից քարկոծեալ. եւ գիտեմ
զնա 'ի հրեշտակաց երկրպագեալ. իսկ
զոմանս 'ի դոցանէ յարաբերեմ ածու-
թեն. եւ զոմանս տամ մարդկութեն.]

Սբն օգոստինոս 'ի. ճղա. ճառն
Ժզ յաղագս ժամանակի ասէ. Կրեաց որ-
16 դին այ ոչ առաչօք, այլ ճշմարտի զամ-
էնչ որ վկայեն սբ գիրքն. այս է. զքաղց,
զծարաւ, եւ զվաստակս, զցաւս,
զմահ, եւ զայլսն այսպիսեաց. իսկ
ըստ այնմ կրեաց. որ կարէր կրել. այս է.
ոչ ըստ այնմ բնութեանն, որ էառ.
այլ ըստ այնմ. որ առեալ եղեւ.]

Նորին 'ի մեկնութեն յհոււ. ԾԸ.
Երդ ճառէն յաղագս բանից տն. Իւրա-
քանչիւր բնութեն զյա-
տուկս իւր յարմարել. այս է. զտկարու-
թիւնս մարդկութեն, որ է ստեղծեալ.
եւ զնշանս եւ զսքանչելիս ածութեն,
որ

որ անեղծ. քանզի երկոքին բնութիւնքս Ժէ
այսոքիկ սակս այսր միաւորեցան ընդ 17
միմեանս. զի մի և նոյն Քն աստուած
և մարդ երբեմն արասցէ կամ խօսես_
ցի զիրս մարդկայինս. և երբեմն զաստ
ուածայինս.]

ՍԲ̄Ն կիւրեղ աղեքսանդրացին ՚ի
գիրսն յՂ̄գս գանձուց . լԲ̄ . երդ ճառն
ասէ . Մի տացուք այ̄ և արարածոյս
զմի բնական ներգործութիւն . զի մի
զերացուցուք առ ա̄ծայինն էութիւն
զարարածն . և դարձեալ զի մի ՚ի անեղի
արարածոյն իջուսցուք զայն , որ է
ա̄ծային բնութեան սեփհական . վ̄ն զի
որոց մի է ներգործութիւն և մի զօրու_
թիւն անզանազանաբար . նոցա և ս հարկ Ժը
է ունել զմի տեսակ .] 18

Նորին ՚ի թղթոյն առ նեստոր .
Նմանապէս և որ յառաջ քան զամենայն
յաւիտս գոյացաւ , և ՚ի հօրէն ծնաւ .
՚ի կնոջէ ծնեալ ասի ըստ մարմնոյն .
ոչ թէ նորա ա̄ծայինն բնութիւն առեալ
իցէ ՚ի սրբոյ կուսէն զսկիզբն ինչ լի_
նելութեան իւրոյ . և կամ յետ առա_
ջին ծննդեանն ՚ի հօրէ կարօտեալ իցէ
միւսում ծննդեան վ̄ն իւրեան ին_
քեան . այլ զի վ̄ն մեր և վ̄ն մերոյ փրկ
կութե միաւորելով ընդ անձնաւո_
րութե իւրում զբնութիւն մեր . կա_
մեցաւ ՚ի կնոջէ ծնանիլ . և սակս այ_
սորիկ ըստ մարմնոյ ծնեալ ասի ըստ ԺԹ
նմին օրինակի և ս ասի բանն այ̄ չար_ 19
չարեալ և յարուցեալ . ոչ թէ վ̄ն այ_
սորիկ առեալ իցէ նոյն բանն յիւրա_
կան բնութե զվէրս . կամ զբեւեռացուածս
բեւեռաց . և կամ զայլ ինչ յայսպիսի_
սեաց . քանզի գոլով ա̄ծութիւն ան_
մարմին , ոչ կարէ չարչարիլ . այլ զի
մարմինն , զոր յիւրեան էառ , կրեալ
էր զայսոսիկ . վ̄ն այսորիկ և նոյն ինքն
բանն ասի վասն մեր կրեալ զայսոսիկ .
զի անչարչարելի բանն ՚ի չարչարելի
մարմնի կայր .]

Պւշ_

turæ sibimet unitæ sunt, atque conjunctæ; ut unus, atque idem Christus, Deus, & homo, aliquando res aut agat, aut loquatur humanas, aliquando divinas.

Cyrillus Alexandr. in lib. de Thesaur. serm. 32. *Neque enim unam naturalem operationem dabimus Deo, & creaturæ; ut neque id, quod creatum est, ad divinam deducamus essentiam; neque iterum id, quod est divinæ naturæ præcipuum, ad locum, qui creaturis congruit, deponamus: quorum enim operatio, & virtus indifferenter una est; his, necesse est, & speciei unitatem servari.*

Item, in epist. ad Nestorium: *Ad hunc itaque modum, qui ante omne seculum subsistit, & ex Patre ortus fuit, secundum carnem ex muliere natus dicitur: non quod divina illius natura aliquod existentiæ suæ initium ex sacra Virgine sumpserit; aut quod post primam ex Patre, altera rursum propter seipsum generatione indiguerit; sed quod propter nos, & propter nostram salutem, humana natura secundum hypostasim sibi unita, ex muliere nasci voluerit: atque hinc est, quod secundum carnem natus prædicetur* &c. *Ad eundem modum illud verbum quoque passum, & resuscitatum dicitur; non quod Dei verbum aut plagas, aut clavorum fixuras, aut alia id genus incommoda in propriam naturam acceperit: nam, ut divinum numen corporis expers est, ita perpeti quoque nihil potest: sed quia corpus, quod sibi adsciverat, isthæc expertum fuerat; eam ob rem & ipsum quoque nostri causa istiusmodi perpessum asseritur: impatibile enim verbum in corpore patibili existebat.* Hactenus adducti patres pro reliquis omnibus sufficiant.

RE-

RESPONDETUR

Ad objectiones.

§. VI.

1 PRima falsorum magistrorum, & præcipue Symonis Ciulfaensis, objectio est: Si in Christo non esset passa divinitas, sequeretur, quod non posset vere dici: Deus pro nobis passus est: sed hæc est hæresis Nestoriana: ergo &c. Sequela probatur: quia Deus, & Deitas idem sunt, nec differunt, nisi in modo significandi penes concretum, & abstractum, sicut differunt homo, & humanitas: sed, nisi in Christo passa esset humanitas, non posset vere dici: Christus homo passus est: ergo nisi in eodem esset
2 passa divinitas, non posset vere dici: Christus Deus est passus.

Antequam respondemus, liceat paucis referre, qualis fuerit in Thracia apud Byzantium prædicti Symonis, Armeni Magistri, hac de re mecum publica dissertatio. (Doctor hic, re vera indoctus, fama autem apud Armenos aliorum omnium sapientissimus, & honorabilis universæ plebi, jam adhuc vivus Armenam subvertit Ecclesiam, ut quondam Simon magus Samariam). Itaque ad disceptandum
3 stimulos admovit utrique Diaconus, nomine Avach, Simonis quidem discipulus, mihi vero benevolus: qui, audita quandoque seorsum nunc magistri, nunc amici doctrina opposita, cum primum in publico cætu considentem vidit utrumque, in experimentum veræ sententiæ disputationi tesseram jecit, de re proposita utrumque interrogando.

Simon ergo mordicus defendebat unam

ՊԱՏԱՍԽԱՆԱՏՈՒԻ

առարկութեանցն.

Պրակ. Զ.

ա Սակս առարկեմն սուտ վարդապետացն այսպէս. Եթէ ած̅ութիւն ՚ի ք̅ս ոչ էր չարչարեալ. ապա ոչ կարէաք ասել, թէ ած̅ չարչարեցաւ վ̅ն մեր. Իսկ այս է հերձուածողութիւն նեստորի. ապա ուրեմն և այլն. Ցուցանի առաջարկութիւն. քանզի ած̅ և ած̅ութի նոյն են ամենևին. և ոչ զանազանին իսկ. եթէ ոչ ըստ կերպի նշանակելոյ. զի ած̅ է թանձրացեալ անուն. և ած̅ութիւն վերացեալ. որ̅պ և զանազանին մարդ և մարդկութիւն իսկ եթէ ՚ի ք̅ս ոչ չարչարեալ էր մարդ-
բ կութիւն. ոչ կարէաք ճշմարտապէս ասել. թէ ք̅ս մարդ չարչարեցաւ. ապա ուրեմն եթէ ՚ի նոյն ք̅ս ոչ չարչարեալ էր ած̅ութիւն. ոչ ևս կարէաք ճշմարտապէս ասել. թէ ք̅ս ած̅ չարչարեցաւ.

Աղէ՛ք յառաջ քան զպատասխանել. բարւոք համարեմք, համառօտապէս և ՚ի ձեռն սակաւուց պատմել զանազանութիւն, զոր ՚ի մէջ այսր առարկութեան արարաք մեք առաջի ժողովրդեանն հայոց ընդ վարդապետին ուսմեան. զորոյ անունն ոչ յայտ-
գ նեմք. զի դեռ ևս կենդանի է. և յոյժ իմաստուն հռչակի ՚ի նոցունց. Եւ եղև այս ՚ի կոստանդնուպօլիս յարքայանիստ քաղաքին ՚ի մէջ հայոց ատճառին սրբոյն գրիգորի լուսաւորչին. Եւ տեղի ետ հակաճառութեան ոմն աբեղայ, աշակերտ վր̅ոյն և իմ բարեկամեղի զգուշացուցեալ որպէս երբեմն յինէն յաղագս մոլորականն ուսման վարդապետին իւրոյ. և ապա անսեալ զերկուսին զմեզ նստեալ ՚ի միասին ՚ի ատեան ատաճարին առաջի բազմա-

դու-

Դ 4 [illegible]

[illegible]

Ե 5 [illegible]

Զ 6 [illegible]

unam in Christo naturam, & operationem. Cumque ex industria vellem ipse a principio ex difficiliori, eisque inextricabili argumento disputationis exordium capere; sic illum interrogavi: Putasne, doctissime Simon, hæc una Christi natura, quam tu ex humana, & divina coagulatam affirmas, tota illo triduo mortua jacuerit, an non?

Callidus, difficultatem advertens, a se divertere, & in me convertere existimavit, hoc responso: *Ego quæro abs te prius, quam tibi de tuo postulatio satisfaciam. Putasne tu, pro nobis vere mortuum Deum illo triduo, necne?* Deinde conversus ad populum: *Chalcedonenses isti*, ait, *corde Nestoriani cum sint*, *audiamus*, *quid ore confiteantur*. His significare volebat, nos ad Armenos decipiendos, duntaxat verbis, Deum pro nobis passum, ac mortuum, prædicare; cum tamen revera divinitatem non passam credentes, quasi sic consentientes Nestorio, solum hominem in Christo vere mortuum, sentiremus.

Tum ego: Nos, inquio, cum sexcentis triginta patribus illis sacrosanctæ Synodi Chalcedonensis, immo cum universa Ecclesia, non purum hominem in Christo passum, ac mortuum credimus, ut errore credebat Nestorius, dividens Christum in duas personas, divinam, & humanam: cum non aliam in eo personam agnoscamus, nisi unam illam divini verbi humanitati: sed unanimes & ore confitemur, & profitemur corde, ipsum Deum verbum humanatum, secundum naturam tamen humanam, vere fuisse passum, ac mortuum, quamvis non secundum naturam divinam, impassibilem, & immortalem.

Qua-

Quare igitur, replicat Simon, *verbi divinitatem nullo modo passam asseritis, cum Deum verbum aliquo modo passum, ac mortuum affirmetis?* Respondi: Quia persona verbi, præter naturam divinam, naturaliter sibi propriam, & impassibilem, alteram habebat naturam, dispensatorie sibi propriam factam per unionem, hoc est, humanam, passibilem, & mortalem: cum igitur hæc altera natura in eo passa, & mortua sit; & actiones, ac passiones naturæ vere de supposito prædicentur; merito quidem jure ipsum Dei verbi suppositum incarnatum vere passum, ac mortuum affirmamus, licet in hac solum natura passibili, non autem in altera impassibili, & immortali: nam, ut unum suppositum vere aliquid agere dicatur, aut pati; necessum non est, ut quicquid reperitur in illo, hoc ipsum agat, aut patiatur. Sicut enim hominis suppositum, ex anima, & corpore constans, vere intelligere dicitur, & vulnerari; & tamen nec ejus corpus intelligit, nec anima vulneratur: ita similiter, ut incarnati verbi suppositum, ex divinitate, & humanitate constans, vere dicatur passum, aut mortuum, necesse non est, ut etiam ejus divinitas passa, aut mortua sit; sed sufficit, si hæc subierit tantum ejus humanitas. Tum, perge modo, dixi, amabo te, optime Simon, & priori meo quæsito satisfac: num una illa, quam asseris, Christi natura, mortua illo triduo fuerit, an non?

Erat in mora Simonis responsio: moræque culpa in me translata, dicebat: *Responde tu prius unico dumtaxat verbo, non pluribus: ad quid enim plura dantur verba, nisi ad decipiendum? Mortuusne vere Deus*, an

Է 7 [illegible]

Ը 8 [illegible]

Թ 9 [illegible]

կուԹէ բաղկանայ, չարչարեցաւ և Ժ
մեռաւ. ոչ է հարկ, զի չարչարեալ և
մեռեալ ես ինքն նորա մահուԹին. այլ
բանականայ. զի միայն նորա մարդ-
կուԹին կրեալ ինքն զայդ ոսինչ. Եւ որ-
այսուհետև պարտ է քեզ. ով քաջ
բաբանակելով վճարել խնդրոյն մե-
րում. մի Թէ այդ մի բնուԹիդ քո մե-
ռեալ եկաց յերիս աւուրսն. Թէ ոչ։]

Յամեցուցանէր վարդապետն զիւր
պատասխանին. և արկեալ ՚ի վերայ իմ
զպատճառ յամեցողուԹեան ասէր. Թէ
դու առաւ ինձ յառաջագոյն համա-
ռօտ բանիւ պատասխանի առանց չա-
փաւոր մեկնուԹեան. աստ այժմ կարճա-
ռօտամբ. Մեռաւ ճշմարտապէս մահ. Ժա
Թէ ոչ. կամ այն մեռաւ աստ. կամ ոչ
մեռաւ. և մի խօսիր մեկնուԹբ.]

Եւ որ մինչդեռ այսպիսի վիճման
՚ի յերկար ժամանակ տարածիւր. եւ
աստցի. Ընհնարին է, միով սոսկ
բանիւ պատասխանել վասն անձինն
մահ այնին, որ ունի զերկուս զանազան
բնուԹիս. Խոստովանիմ զմահ բանին
մեռեալ մարմնով. ոչ մեռեալ մահու-
Թբ. և այլ ոչ ունիմ պատասխանի.
զի և պետրոս նոյնպ ասաց. Թէպէտ
և մեռաւ մարմնով. այլ կենդանի է
հոգւով. և պօղոս ասէ. Թէպէտ խա
չեցաւ ՚ի մերմէ տկարուԹէս. այլ կեն-
դանի է զօրուԹբն այ. Նոյնպ և ՚ի Ժբ
դաւանուԹեն ներսէսի կլայեցւոյն
առ Թագաւորն ասի. Թէ մեռաւ իշ
խանաբար մարդկային մահկանացու-
բնուԹբս. և մնաց կենդանի մահ այնին
անմահ բնուԹբն. Եւ յս է մեր պատաս
խանի. Թէ չար, Թէ բարի Թուիցի
քեզ. Եւ որ ասատէն ինկ աստ դու ինձ.
Մի Թէ մեռաւ այդ մի բնուԹիւնդ
մահուԹե և մրդկուԹեն քո. Թէ ոչ.

Եւ ստ բնադատեալ վարդապետին,
ասէ. Մեռաւ արդեօք աստուածն. զի
քն մահ և մարդ ճշմարտապ մեռեալ
քարոզի յաւետարանչացն.] Եւ ու այս
և

an non, illo triduo? maxime, dic, vel
10 *minime: nec distinctione utaris.*

Dum autem in longum hujusmodi contentionis mora protraheretur, suspendereturque, & populi curiositas, & litis exitus, anceps: tandem ego: Rerum, dixi, copia verborum copiam gignit: de quo duplicem fateor naturam, unico respondere verbo non possum. Jam dixi: mortuum Deum assero carne, non mortuum divinitate: nec aliam habeo, ab illa Petri, responsionem: *Mortificatus quidem carne, vivificatus autem spiritu*: & ab illa Pauli: *Etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei:*
11 quin & ab illa vestræ Ecclesiæ in fidei professione: *Sponte mortuus est secundum mortalem naturam humanam & vivus permansit secundum immortalem naturam divinam.* Quid ultra quæris? non placet responsio? nec placeat mihi tua: tantummodo, si nos, ut inquis, verba damus ad decipiendum, verba saltem pro verbis reddito tu, qualiacumque vis. Mortuane fuit tua illa Deitatis, humanitatisque natura una, nec ne?

Respondit Simon: *Mortuam sane prædicat Evangelium, dum Christum, Deum, & hominem, pro nobis mor-*
12 *tuum refert.* Ergo, subdidi, Christi divinitas impassibilis, & immortalis, quam tu in una illa natura simul cum humanitate passam dicis, etiam una cum illa eo triduo mortua, & extincta credenda est? *Ita prorsus*, refert ille; *alioquin non vere, sed tantum putative Deum pro nobis fuisse mortuum, crederemus.*

At ego: quis igitur, insto, universum hoc tunc temporis moderatus fuit, mortua jam natura divina? aut quisnam extinctam quandoque Deita-

tem ad vitam deinde iterum revocavit?

Infremuit ad hæc Simon: atque vim argumenti petulanter indignatus, altius in hanc vocem erupit: *Passa utique, passa est, & mortua quoque pro nobis divinitas ipsa impassibilis, & immortalis: quonam vero modo id contingere potuit, curiose nobis investigandum non est: opera namque Dei ineffabilia omnino sunt, & fide tantum, non rationibus attingenda.* Quibus quidem vix dictis, e consessu surrexit non sine stomacho, secessitque.

Obmurmurantibus autem in horribilem ejus blasphemiam nonnullis ex adstantium multitudine; Garabiet, Armenus Parochus, exclamavit: *Perdifficilis sane creditu est divinitatis interitus*: Simonisque Diaconus, Avach, mihi, jam inde quoque proficiscenti, occurrit, dicens: *Noli quæso, Pater, existimare, nos Christi divinitatem aut passam unquam, aut mortuam fuisse credituros: sed illum & passum, & mortuum credimus tantum secundum humanitatem.* Cui ego: Igitur non una erat, sed duplex, Christi natura, vel operatio; altera, juxta quam passus, & mortuus est; altera, juxta quam seipsum carne mortuum, suscitavit. Is ergo dissertationis exitus fuit.

Nunc ad objectionem, in principio positam, respondetur in forma, negando sequelam majoris: ad cujus probationem dico, quod etiam si Deus, & Deitas non differunt nisi in modo significandi penes concretum, & abstractum; tamen hæc quantulacumque differentia sufficit, ut de Christo vere dici possit, *Deus est passus*; & dici non possit, *ejus Deitas passa est*: sicut de facto eadem differentia sufficit, ut de filio Dei dici possit, *Deus a Deo Patre genitus est*; & dici non pos-

Ժգ. և ես ասեմ. Ապա ուրեմն քո ան-
13 չարչարելի և անմահ աստուածութիւն, է-
կեալ ըստ քեզ ընդ մարդկութեան 'ի մի
բնութիւն, հանդերձ նովին մարդկու-
թեան չարչարեցաւ, և յերիս աւուրս
մեռեալ և կորուսեալ եկաց.] Այո
այսպէս եղև ամենևին. ասէ վար-
դապետն. զի եթէ այսպէս ոչ լինէր ապա
ոչ Քրիստոս, այլ միայն ըստ երևման
և առաջօք մեռեալ ասէաք զնա.]

Յայնժամ և ես ընդդիմաբանեալ
ասեմ. Եթէ այդ այդպէս է. և եթէ մե-
ռեալ էր հանդերձ մարդկութբ աստուա-
ծութիւն քո. ուրեմն ապա յերիս աւուրսն
ո՞վ կառավարէր զտիեզերս զայս. և
Ժդ. ո՞վ զոք զմեռեալ աստուածութիւն դարձեալ
14 յարոյց 'ի մեռելոց.]

Զայս լուեալ վարդապետն յոյժ զայ-
րացաւ. և կրկին հաստատելով զա-
ռաջեալն իւր. աղաղակեաց և ասէ
բարձրագոյն ձայնիւ. Չարչարեցաւ
արդարև. իսկ և իսկ չարչարեցաւ.
և ևս մեռաւ վա մեր նոյն ինքն անմա-
հական և անչարչարելի աստուածութիւն.
իսկ թէ զիա՞րդ, կամ ո՞րպիսի եղանա-
կաւ հնար եղև լինել այս. ոչ է պարտ
մեզ քննել. զի ամ սքանչելագործու-
թիւքն են բոլորովին 'ի մարդկանէ անի-
մանալի և անճառելի.] Եւ զայս իբրև
ասաց. կանգնեցաւ. և ել 'ի տանէ
Ժե խռովեալ.

15 Եւ մինչ դռնայր տրտնջէին հայք
ոմանք ընդդէմ մեծի հայհոյութեանն որ.
և աւագ երէցն եկեղեցւոյն ասէր. Թէ
յոյժ է մեզ դժուարին հաւատալ 'ի
կորուստ և 'ի մահ աստուածութեան. Եւ
աբեղայ աշակերտ վարդապետին եկեալ
ընդ առաջ իմ, ասէր. Պատեր վարդապետ
մի համարեր զմեզ հայս զոլ աստուածաչար-
չար. զի մեք հաւատամք զքս աստ չար-
չարեալ, և մեռեալ միայն ըստ մարդ-
կային բնութեան. Եւ ասացի ես ցնա.
Ուրեմն ապա ոչ մի, այլ երկու էին
քի բնութիւնքն. և երկու ներգործու-
թիւնք

Թի՛ք. մինն ըստ որում քո՞ չարչարե- Ֆզ
ցաւ և մեռաւ. իսկ միւսն ըստ ո- 16
րում նոյն քո՞ ինքն զինքն մարմնով
մեռեալն յարոյց ՚ի մեռելոց.] Եւ այս
եղև վերջին հակաճառութեանն.

Արդ այսուհետև եկեսցուք. և
տացուք պատասխանին առ յինդրանե
եղեալ առարկութիւն. ուրանալով զա-
ստուածութիւն նորա. զի Թէպէտ ոչ
ասի ճշմարտապէս. ածութիւն չարչարե-
ցաւ. այլ սակայն ճշմարտապէս ասի. ած
չարչարեցաւ. Եւ առ ցուցումն նո՞
պատմեսցեմք. զի Թէպէտ ած և ածու-
Թիւն նոյն են. և ոչ զանազանին. եԹէ
ոչ միայն ըստ կերպի նշանակելոյ. սա
կայն այս փոքրիկս ըստ նշանակութե Ֆէ
զանազանութիւս բաւականայ մե 17
անելոյն ճշմարտ. ած չարչարեցաւ.
և ոչ ասել ճշմարտ. ածութիւն չարչա-
րեցաւ. Եւ յայտ է այս յարացուցին
բանզի սակս նոյն փոքրիկ զանազանու-
Թե՞ ըստ կերպի նշանակելոյ մեք ճըշ
մարտապէս ասեմք յՈրդս որդւոյն ած.
Թէ ած որդին յա՞յ հօրէ ծնանի. և
ոչ կարեմք ճշմարտապ ասել. Թէ ածու-
Թիւն որդւոյն, յա՞յ հօրէ ծնանի. զի
անձն որդւոյն ՚ի հօրէ ծնանի. իսկ
ածութիւն որդւոյն ոչ ծնանի. այլ հա-
ղորդեալ լինի նմա ՚ի հօրէ.

Եւ պատճառ այսորիկ է այս. զի
Թանձրացեալ անունս, ած, նշանակէ Ֆը
զածային բնութիւն ըստ որում է ան- 18
ձամբ ինչ եմԹակայացեալ. ուստի նշա-
նակէ և՛ս զանձն ածային. Իսկ վե-
րացեալ անունս, ածութի, ոչ նշանա-
կէ զանձն ոք. այլ միայն զածային բնու-
Թիւնն ինքն ՚ի զատ խորհեցեալ յերից
անձանցն. արդ՝ ըստ արիստոտէլի և
ամ փիլիսոփայից, առնելն և կրելն
ոչ են սոսկ բնութեցն, այլ անձանցն.
և ՚ի քո՞ ոչ ածային բնութիւն, այլ
անձն բանին, որ էր ած և մարդ, չար
չարեցաւ ըստ մարդկութե. սակս
այսորիկ զած կարեմք ասել չարչա-
րեալ

possit, *Filii divinitas a Patre genita est*.
Et ratio hujus est; quia hoc nomen concretum, *Deus*, licet formaliter significet naturam; tamen sumitur etiam pro persona, seu supposito, de quo solum ex Arist. lib. 1. Met. cap. 1. actiones, & passiones dicuntur: hoc vero nomen abstractum, *Deitas*, non sumitur pro supposito, sed tantum naturam abstractam significat. Quare cum in Christo non natura divina, sed suppositum ejus, quod erat Deus, & homo, fit passum secundum humanitatem; idcirco Deus quidem dici potest secundum carnem passus, non autem Deitas: sicut, quia in filio Dei non natura divina, sed persona ejus ex Patre genita est; ideo Deus quidem Filius ex Patre genitus dicitur, non autem ejus Deitas; quæ, utpote ingenerabilis, a Patre illi non genita, sed communicata est.

Adde, quod Deus dicitur passus, qua homo est, non qua Deus, & sic non secundum divinitatem: idem enim Christum suppositum Deus erat, & homo. Quapropter nec obstat, quod subdunt, dicentes: *Nisi humanitas Christi passa esset, non posset vere dici, Christus homo passus est; ergo idem dicendum de Christo Deo*: quia ex eo, quod humanitas Christi passa est, non solum dicitur, *Christus homo passus*; sed etiam, *Christus homo, qua homo est, passus est*: quod quidem dici non potest de Christo Deo, eo quod ejus divinitas non est passa. Unde, si per impossibile passus esset Christus secundum divinitatem, & non secundum humanitatem, adhuc in eo casu diceretur, Christus homo passus, sed non qua homo est. Sicuti de facto, etiam si Christi humanitas de cælo non descenderit, dicitur tamen

in Evangelio, Joan.3. *De cælo descendit filius hominis*, at non qua filius hominis est, sed qua filius Dei: eo quod idem suppositum filius hominis erat, & filius Dei.

Fiat nostra responsio Armenis perspicua per exemplum: Aristoteles unum erat suppositum humanitatis, & philosophiæ, secundum quas & homo dicebatur, & philosophus. Comedit autem, bibit, dormivit, ægrotavit, & mortuus est, non quidem secundum philosophia, quæ incapax est cibi, potus, somni, ægrotationis, ac mortis; sed secundum humanitatem: & licet philosophus diceretur, non secundum humanitatem, sed secundum philosophiam; tamen nihilominus vere etiam de Aristotele dicimus: Philosophus comedit, bibit, dormivit, ægrotavit, & mortuus est: quare hoc? nisi quia suppositum illud, quod hæc omnia secundum carnem operabatur, philosophus erat: actiones enim, & passiones, ut diximus, supposito tribuuntur. Ita proportionaliter de Christo, Deo, & homine, vere dicimus: Deus pro nobis natus est de Virgine, passus, ac mortuus; quia suppositum Christi, quod hæc omnia secundum carnem est operatum, Deus erat.

Per hæc itidem patet responsio ad iners illud, ineptumque dilemma, quo Paulus Daronensis in lib. contra Theopistum, cap.6. putat efficaciter urgere Catholicos, dicens: *Si sancta Dei genitrix Maria humanam solum naturam genuit; ergo non est Dei genitrix: si duas naturas genuit; ergo duorum filiorum mater est, & non potius unigeniti mater*. Unde concludit, unam genuisse naturam, quæ simul sit divinitatis, & carnis.

Ad quod, inquam, respondeo; quod

ԺԹ րեալ . յն. ըստ մարմնոյ. և ոչ զածու-
19 Թեն . զոր ի օրինակ . ոչ ածային բնու-
Թեն որդւոյ, այլ անձն նորա 'ի հօրէ
ծնաւ. վն այսորիկ բանն ած 'ի հօրէ
ծնեալ ասի . այլ ոչ բանիւն ածութեն
զի սա անծնանելի է և 'ի հօրէն ոչ ծըն-
եալ . այլ հաղորդեալ եղև 'ի յորդին.

Ցոյց ևս այլ պատասխանին առաջին
առաջարկութեն . Քանզի ած ասի չար-
չարեալ և մեռեալ՝ ոչ իբր ած, այլ
իբր մարդ . այսպս ոչ ըստ ածութեն .
զի նոյն անձն էր ած էր և մարդ . Նոյն
որոյ ընդունակն է պատահմանն . զոր
բերելն ասելով . զի եթէ մարդկութեն
էր ոչ էր չարչարեալ . ոչ ասիւր ծշմար
Ի տապ ըստ մարդ չարչարեցաւ . այսպս
20 ուրեմն նմանապ եթէ ածութեն էր
ոչ էր չարչարեալ . ոչ կարէաք ասել
ծշմարտապ . ըստ ած չարչարեցաւ .]
այյ յապ ասելով՝ վայրապար տրամաբա
նեն . քանզի վն չարչարելոյն մարդկու-
Թեն՝ ոչ միայն ասի ծշմրտապ . ըստ մարդ-
չարչարեցաւ . այլ և ս . ըստ մարդ՝ իբր
մարդ չարչարեցաւ . բայց՝ Թէպէտ
ասի ըստ ած չարչարեցաւ . այլ ոչ կա
րեմք ասել . ըստ ած՝ իբր ած չարչարե
ցաւ . զի ոչ չարչարեցաւ ածութեն .
Օր ընման . Թէպէտ վն միութեն անձին
ասի ծշմրտապ . Որդի մարդոյ էջ
յերկնից . սակայն ոչ ասի ծշմրտապ .
Իա Որդի մարդոյ էջն յերկնից իբր որդի
21 մարդոյ . այլ իբր որդի այ . զի ոչ էջն
յերկնից մարդկութիւնն.

Յայտ եղիցի մեր պատասխանիս
'ի ձեռն օրինակիս այսորիկ . Արիստո
տէլ էր մի անձն , որ ունէր յինքեան
զմարդկութիւն և զփիլիսոփայութի
ըստ որոց կոչիւր մարդ , և փիլիսո
փայ . արդ ուտէր , ըմպէր , ննջէր ,
հիւանդանայր , և մեռաւ , ըստ մրդ-
կութեն , և ոչ ըստ փիլիսոփայութեն.
զի այս անընդունակ է կերակրոյ ,
քնոյ , հիւանդութե , և մահու . և
Թէպէտ կոչիւր փիլիսոփայ ոչ ըստ
մարդ-

մարդկութեան, այլ ըստ փիլիսոփայու- Եբ
թեան. սակայն ճշմարտիւ ասի վն արիս- 22
տոտելի. Թէ փիլիսոփայն ուսէր,
ըմպէր, ջնէր, հիւանդանայր, և մե-
ռաւ. վն էր այս. եթէ ոչ վն զի արիս-
տոտելի անձն, որ զայս ամ գործէր
մարդկութեն, էր և ս փիլիսոփայ. զի
ներգործութիւնք և կրողութիւնք բնու-
թեցն անձանց համարին, և ոչ սոսկ
բնութեց. Ըստ սմին զաղափարին ա-
սեմք ճշմարտիւ վն քի. Թէ ած ծնաւ վն
մեր 'ի կուսէն. չարչարեցաւ. մեռաւ.
և այլն. զի այն անձն քն, որ զայս
ամ գործեաց մարդկութեն, էր և ս ած.

Եւ աստուստ դարձեալ յայտ լինի
պատասխանին առ այս ունայնաբանու- Եգ
թեան պօղոսի սամոսատացւոյն. որ ընդ- 23
դէմ թէոփիլոսի 'ի վեցերդ գլխն ասէ
այսպս. Եթէ սրբուհի կոյսն և ածա-
ծինն մարիամ զբնութի մարդոյ ըստ
ինքեան գոյացութեն ծնաւ. ապա
չէ ածածին. Եւ եթէ զերկոսեան
բնութիւն ըստ ինքեան ծնաւ. ապա
երկու որդւոյ մայր է. և ոչ միածնա
մայր.] Ուստի և ինքն եզրակացու-
ցանէ. Թէ սէ կոյսն ծնաւ զմի բնու-
թիւն. որ 'ի մարդկութէ և յածութէ
եղեալ ասէր.

Արդ առ այս պատասխանատրի.
Թէ սէ կոյսն մարիամ ոչ ծնաւ զերկո-
սեան բնութիւն. զի ածային բնու- Եդ
թիւն ոչ ծնանի. ոչ 'ի սրբոյ կուսէն. և 24
ոչ և ս 'ի հօրէ իւր. որ հաղորդէ զնա
որդւոյն. Եւ Թէպէտ և ս տայաք զան-
կարելին. յր. Թէ սէ կոյսն ծնեալ էր
զերկոսեան բնութիւն. ոչ այսու հե-
տեւիւր այն, զոր ասէ տարօնացին. Թէ
երկու որդւոյ մայր էր. զի որդի ոչ է
անուն բնութէ. այլ անձին. ուստի
քս գոլով մի անձն, Թէպէտ ունի զեր-
կու բնութիւն, ոչ է երկու, այլ մի որ-
դի. [illegible] ևս ոչ ծնաւ զմարդկային
անձն զատեալ յանձնէ բանին. որպ ա-
սէր նեստոր ուրանալով զմրիամ գոլ
ած-

quod B. Virgo non genuit utramque naturam; cum certum sit, naturam divinam in filio non gigni, neque ab ipsomet Deo Patre, qui eam illi communicat, nedum a Virgine matre, quæ genuit illum dumtaxat secundum carnem. Adde quod, etiamsi per hypotesin impossibilem utramque genuisset naturam, nec proinde id sequeretur, quod contendit hæreticus, eam scilicet duorum filiorum matrem futuram fuisse: quia filius naturæ nomen non est, sed hypostasis; unde Christus, etsi duas habet naturas, cum sit una hypostasis, non est duplex, sed unus filius. Neque præterea genuit personam humanam, distinctam a Dei verbi persona, ut dicebat Nestorius, negans propterea, Mariam esse Deiparam: quia Christus, ut modo dicebam, non est duplex persona, sed una Dei verbi incarnata. Neque tandem proprie dici potest, quod genuerit solam naturam humanam: idque non ea ratione, quam idem affert hæreticus, quod scilicet alioquin Dei genitrix non fuisset: nam mater Joannis Baptistæ fuit vera mater prophetæ; & tamen non genuit ipsa in illo donum prophetiæ: sed quia proprie generari, & nasci non est solius naturæ, sed totius suppositi. Dicimus ergo, quod B. Virgo proprie genuit secundum carnem humanæ naturæ suppositum, quod, quia Deus erat, & suppositum naturæ divinæ, propterea ipsa vere Deigenitrix appellatur: *Non quod*, ut inquit Cyrillus in epist. 2. ad Nestorium, *Verbi natura; ipsiusque divinitas ortus sui principium ex sancta Virgine sumpserit; sed quia sacrum illud corpus, anima intelligente perfectum, ex ea traxit, cui & Dei verbum secundum* hypo-

hypostasim unitum, secundum carnem natum dicitur. Ad eundem fere modum, quo (ut loquitur idem Cyrillus lib.1. adversus eundem Nestorium) totum hominis suppositum, quod est animal rationale, a matre nasci, & generari dicitur; etiamsi illius anima rationalis non a matre gignatur, sed a Deo solo creetur.

Secunda objectio est: Christus erat unum suppositum intelligens, volens, & operans: ergo ex parte principii operantis erat una, & non duplex ejus operatio. Probatur consequentia: quia operari, ut sæpe dictum est, pertinet ad suppositum; sed unum erat suppositum operans; ergo una ejus operatio.

Respondetur, quod Christus erat quidem unum suppositum intelligens, volens, & operans, sed non secundum unam, & eandem naturam, & potentiam: modo enim secundum divinam naturam, intellectum, & voluntatem operabatur ea, quæ solum decebant divinitatem, modo secundum naturam, intellectum, & voluntatem humanam ea, quæ erant homini naturalia: modo tandem secundum utramque naturam, ita ut altera esset causa principalis, altera instrumentalis, ea, quæ erat mista, ut miracula &c. quemadmodum explicuimus §.3. num.28. Unde negatur consequentia; & ad probationem dico, quod operari pertinet quidem ad suppositum, sed secundum ejus naturam, & potentiam operativam, a qua operatio recipit speciem; & ideo a diversitate naturarum, & potentiarum est diversa species operationum: ab unitate vero suppositi habetur in tali, vel tali specie unitas operationum secundum numerum. Exempli gratia, unus ignis habet

ԻԵ ածածին. զի քն ոչ էր երկու, այլ մի
25 անձն բանին մարմնացելոյ. Եւ ոչ
դրձլ ծնաւ իսկապ զմարդկային բնու
թիւն միայն. ոչ թէ վն պատճառին զոր
եբեր տարօնացին. յդ. զի ոչ էր ածա
ծին. քանզի մայրն սրբոյ մկրտչին եղև
ճշմարիտ մայր մարգարէի. թէպէտ
և ինքն ոչ ծնաւ 'ի նմա զշնորհսն մար
գարէութե. այլ միայն զմրդկութիւն.
քայց սորայ պատճառն է այս. վն զի
յղանալն և ծնանելն յատկապէս ոչ
տան վն սոսկ բնութե. այլ վն բոլոր
անձին. Ուրեմն առնմք. եթէ երանու
հի սբ կոյսն իսկապ ծնաւ ըստ մար
մնոյ զանձն մրդկային բնութե. Եւ
ԻԶ քանզի այդպիսի անձնս ոչ էր այլ. եթէ
26 ոչ ած և նոյն անձն բանին. սակս այսո
րիկ կոչի ճշմարիտ ածածին. որպ գրէ
սբն կիւրեղ 'ի թուղթն առ նեստոր,
ասելով. Թէ ածածին կոչի. ոչ եթէ
բանին բնութիւն. յդ. նա ածութիւն 'ի
սբ կուսէն էառ զսկիզբն իւրոյ լինե
լութե. այլ զի 'ի նմանէ էառ զայն սբ
մարմինն հոգւով բանականաւ կատա
րեալ. յորում բանն ած ըստ անձինն
իւրում միաւորեալն. ասի ծնեալ ըստ
մարմնոյ.] Եւ որպէս խօսի նոյն կիւ
րեղն յառաջին գիրսն ընդդէմ նո
րին նեստորի. Թէ զոր օրինակ. բոլոր
անձն մարդոյ. որ է կենդանին բանա
ԻԷ կան. 'ի մօրէ ծնանիլ ասի. թէպէտ
27 նորա հոգին բանական ոչ 'ի մօրէ
ծնանի. այլ յայ միայն ստեղծանի.

Երկրդ առարկեն այսպ. Քն էր մի անձն, որ իմանայր, կամէր, և գործէր. ապա ուրեմն 'ի կողմանէ սկզբանն որ ներգործէր. ոչ երկու, այլ մի էր ներգործութի. ցուցանի եզրակացութիս. զի գործելն պատկանի առ անձն ըստ փիլիսոփայից. իսկ մի էր անձն գործօղ. ապա և մի նր ներգործութիւն.

Պատասխանի. Թէ քն էր արդեօք մի անձն, որ իմանայր, կամէր, և գործէր

քայց

բայց ոչ ըստ մի և նոյն բնութե և իր
զօրութե ։ զի երբեմն ըստ ա̄ծային 28
բնութե, մտաց, և կամացն ներգոր
ծէր զայն որ վայել էր ա̄ծութեանն ։
և երբեմն ըստ մարդկային բնութե,
մտաց, և կամացն ներգործէր զայն
գործն, որ սեփհական էր մարդկու
թեն ։ և երբեմն ըստ երկոցունց բնու
թեցն, մինչ զի մինն էր սկզբնական
պատճառ, և միւսն գործիքական,
արտադրծէր զայնս, որք էին խառ_
նեալ յերկոցունցն. ՟Ի. զաքանչելագոր
ծութիւ ։ որպ̄ ուսուցաք 'ի պրակն . դ.
'ի թիւ̂ն. իա ։ Եւ առ ցուցումն եզրա
կացութե̄ պատասխանեմք. եթէ գոր
ծելն պատկանի առ անձն, այլ ըստ
նորա բնութե և գործարրիչ զօրութե. յորմէ ներգործութիւնն առնու զտե
սակն իւր ։ և տեսկս այսորիկ 'ի զանազանութե բնութեանց կամ զօրութեց բղխեն
զանազան տեսակք ներգործութեց ։ Իսկ 'ի միութե անձինն կամ ենթադրե_
լոյն բղխէ միութի ներգործութե ըստ թուոյ ։ ոչ ըստ տեսակի ։ Իբրու զա_
ղափարա̂ . մի ենթադրեալն հրոյ ունի զերկու տեսակս ներգործութեց. ՟Ի.
լուսաւորել և ջեռուցանել ըստ երկուց տեսակաց զօրութեցն իւրոց. ՟Ի.
լուսոյ և ջերմութե ։ Իսկ լուսաւորութի կամ ջերմարարութիւն իւր է մի թուով.
զի է մի ենթադրեալն հրոյ. որ միանգամ լուսաւորէ կամ ջեռուցանէ ։ Նմին
հանգոյն էին 'ի ք̄ս երկու ներգործութիւք տեսակա̂ զանազանեալք ըստ եր
կուց զանազան բնութեցն նորին ։ Իսկ իւրաքանչիւր ներգործութիւնն էր մի
թուով որպ̄ս. մի շարժումն, կամ մի թողութի մեղաց . զի ք̄ս էր մի անձն.
որ միանգամ շարժիւր, կամ թողոյր զմեղս ։ Եւ այլ առարկութիւ հակա_
ռակորդացն բաւականաբար պատասխանեցաք 'ի պրակն երրորդ ։ տեսջիք անդ ։

bet duas operationes ſpecie differentes, nempe illuminare, & calefacere, juxta differentiam lucis, & caloris: eſt autem una numero ejus illuminatio, aut calefactio; quia eſt unum ignis ſuppoſitum, ſemel illuminans, aut calefaciens. Ita ſimiliter erant in Chriſto duæ operationes, ſpecie differentes juxta duas ejus naturas: quælibet autem operationum erat una numero, ſicut una ambulatio, & una ſanatio; quia Chriſtus erat unum ſuppoſitum, ſemel ambulans, vel ſanans.

Ad alia adverſariorum argumenta jam ſatis reſponſum eſt §. 3. Vide ibi.

ՄԻ ԹԷ ՔՐԻՍՏՈՍ ԵԱՌ ԶԱՄԵՆԱՅՆ

զանմեղադրելի կիրս և զտկարութիւնս մարմնոյ և հոգւոյ մարդկային.

ԵՕԹՆԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Առաջարկին երկու կարծիք. և լուծումն վիճաբանութեանս.

Պրակ. ա.

UTRUM CHRISTUS ASSUMPSERIT

In natura humana defectus animæ, & corporis.

QUÆSTIO INTER ARMENIOS SEPTIMA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quæstionis.

§. *1.*

Պարտ է նախ գիտել. ա 1
զի յայտ է առ ամենե-
սեան. եթէ քս ոչ էառ
զմեղադրելի կիրս մրդ-
կային բնութեն. քանզի
որպ մարդկութիւն
իւր միաւորեալ ընդ-
բանին այ՝ ՚ի սկզբանէ
յղացմանն ընկալաւ զլիութիւն ամ շնոր-
հաց և առաքինութեց. ըստ այնմ, թէ
լի շնորհօք և ճշմարտութբ. այսպէս և ոչ
կարաց ունել զմեղս ինչ. ըստ այնմ,
թէ ո՛ ՚ի ձէնջ յանդիմանէ զիս վս
մեղաց. և ոչ ևս ունել զձգտութ
կամ

SERMO non est de defectibus culpabilibus. Certum est enim, quod sicut humanitas Christi a primo instanti conceptionis habuit, una cum unione hypostatica ad verbum, plenitudinem omnis gratiæ, & virtutis infusam, juxta illud Joan. 1. *Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis*; ita non potuit habere peccatum, juxta illud Joan. 8. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* neque peccati fomitem, juxta illud Matth. 1. *Quod in ea natum*

est, de Spiritu sancto est; Spiritus enim sanctus etiam fomitem, seu inclinationem ad peccatum excludit. Et ratio ulterius est: quia quo perfectior est in aliquo virtus moralis, & gratia, magis debilitatur in illo vis hujus fomitis, & ea, quæ ad hunc pertinet, inclinatio sensualis appetitus ad id, quod est contra rationem: major enim temperantia, magis debilitat, facitque rationi subjectam, vim concupiscibilis; sicut etiam fortitudo, & mansuetudo vim irascibilis. Cum ergo fuerit in Christo homine virtus, & gratia in summo, ac perfectissimo gradu; consequenter nullus in eo peccati fomes fuit.

Neque sermo est de ignorantia; quæ pariter, ut constat, nulla fuit in anima Christi, juxta illud Joan. ult. *Tu omnia nosti*: & Colos.2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ Dei absconditi*. Etenim, præter scientiam perfectissime acquisitam per suos actus, elicitos dependenter a phantasmatibus, habuit præterea ejus anima ab eodem instanti conceptionis (ut dictum est præcedenti quæst. §.2.) scientiam beatificam divinæ essentiæ, & scientiam infusam per species inditas omnium objectorum.

Loquimur ergo de defectibus aliis pœnalibus, tum animæ, ut sunt affectiones aliquæ appetitus sensitivi, quæ propriissime dicuntur animæ passiones, nempe dolor, timor, tristitia, admiratio &c. tum corporis, cujusmodi sunt fames, sitis, imbecillitas, gravedo, corruptibilitas, passibilitas, mortalitas, aliique corpori nostro connaturales defectus, quorum expertia sunt corpora gloriosa.

NEgant ergo Armeniorum Pseudomagistri; docentes, Christum secun-

Բ կամ զյօժարութին ինչ առ մեղս. ըստ
2 այսմ. Թէ որ 'ի նմայն ծննեալ է 'ի հո_
գւոյն սրբոյ է. զի հոգին սուրբ ար_
տաքսէ եւս զյօժարութին առ մեղս.

Երկրորդ գիտելի է. զի ոչ եւս եղեւ 'ի հոգին քն անգիտութին ինչ. ըստ այնմ յհն յետին գլխոյն. Թէ դու զա͞մ գիտես. եւ առաքելոյն առ կողոսացիս. Թէ յորում ա͞մ գանձք իմաստութե եւ գիտութե ծածկեալ կան. քանզի հոգին նորա. որպ͞ 'ի վերոյ ասացաք. ոչ միայն ունէր զա͞մ ուսումնական գիտութին կատարելապ͞ շահեալ կա_ խաւք 'ի յերեւակայութենէ. այլ եւս ունէր 'ի սկզբանէ յղացմանն զերանե_
Գ լի գիտութին ա͞ծային էութեն. եւ եւս
3 զհեղական գիտութին ա͞մ ենթակայից. Թէ գոյից. Թէ առարկայից. Թէ եւ կա_ րելեաց.

Այլ որոյ խօսիմքս այժմ յաղագս այլոց կրական պակասութեց եւ կրից. Թէ հոգւոյն, որպիսի են ցաւք, երկիւղ, տրտմութին, զարմանք, եւ այլքն. Թէ մարմնոյն, որպիսի են քաղց, ծարաւ, տկարութին, ծանրութին, ապականութին, չարչարանք, մահկանացութին, եւ այլ բնական պակասութիւնք մերոյ մարմնոյս. Եւ խնդրեմք. մի՞ Թէ քն ունէ՞ր զայսպիսիս.

Արդ՝ բացասեն սուտ վրդպետքն. ասելով, Թէ քն հոգին եւ մար_
Դ մինն ոչ ստորանկանէին ընդ պակա_
4 սութեբ եւ կրիւք այսոքիւք. այլ Թէ նր մարդկութին յետ միաւորութե ընդ բանին այլ եղեւ անմահ եւ անչար_ չարելի. որպէս էր ա͞ծութին.

Ուստի ասեն 'ի նոցանէ ոմանք. Թէ քն ոչ երբէք եցոյց զնշան ինչ տրտմութե, կամ երկիւղի, կամ այ_ լոց կրից այսպիսեացս. վն որոյ յոհան մայրագոմեցին ասէր առ եղ_ բայր կԹղիկոսին. Թէ սատուրնինոս ապա_ կանեալ էր զամենատարանն. եւ վե_ րաբերեալ նմա զբանսն զայսոսիկ.

Ակամա͞

Սկսաւ տխրել և հոգալ. և երևե- Ե 5
ցաւ նմա հրեշտակ յերկնից. և զօրա-
ցուցանէր զնա. և էր 'ի տագնապի.
և մտադիւրութեամբ կայր յաղօթս.
և հոսէին 'ի նմանէ քրտունք իբրև
զկայլակս արեան ոլոռն ոլոռն հեղեալ
յերկիր.] Եւ Սիւնեցին 'ի Թուղթն
առ Գերմանոս ասէ. Թէ ոչ մարմնա-
կան բնութե. կամ կամաց, կամ ներ-
գործութե թիւ մնաց 'ի մարմնացելոյ
այ բանին. քանզի բոլորն ածային և
կամքն և ներգործութիւնն ասի. զի
մնաց երրորդութիւն պարզ և անզատա-
զան, և անխառն 'ի նիւթականացս.]
Այլք ոմանք ասացին. եթէ քս̄
Թէպէտ ցուցանէր աչաց մրդկն զայս- Զ 6
պիսի կիրս. այլ սակայն ըստ իրին ոչ
կրէր զնոսա եթէ ոչ անապական ինչ եղա-
նակաւ. ուստի տարօնացին ընդդէմ
Թէոփիստոսի յութերորդ գլխն ասէ.
'Ի քս̄ ապականացու և մահկանացու
մարմինն անապական և անմահարար
եղև. վս̄ այսորիկ և անապականա-
բար չարչարեցաւ և մեռաւ.] Եւ
Վարդանն 'ի գիրսն խրատուց յութե-
րորդ գլխն ասէ. Որք անարգանելի կիրս
ասեն քի, որպս̄ ֆռանկ ազգդ. յոյժ
մեղապարտք են. և մեղանչեն 'ի քս̄.
զի յղութի փրկչին անապական եղև.
և ծնունդն անապական. նոյնպս̄ և սը-
նունդն անապական. որպս̄ և մահն ա- Է
նապական.] Եւ յետոյ դնէ ասէ. 7
Թէ քս̄ զկերակուրն զոր ուտէր. ոչ ծա-
խէր. որպս̄ ծախէ մարդ. այլ որպս̄ հուր.
և ազատ մնայր յապականութէ. և
Թէ ասեն, Թէ կերակուրն և ըմպելին
զոր ուտէր քս̄. զինչ լինէր. զի ոչ ելա-
նէր արտաքս. ասեմք. Թէ որպս̄ եղև
կերակուրն նորա յետ յարութեանն.
նոյնպս̄ և յառաջ քան զյարութիւն.]
Ասեն որոյ այս անբան և անզգամ
վրդովմա համարեաց. Թէ քս̄ ոչ ելա-
նէր արտաքս. և Թէ ոչ ունէր զայս
բնական և անմեղադրելի յատկութիւն

ամէ-

secundum corpus, & animam non fuisse naturaliter obnoxium hujusmodi defectibus; sed ejus humanitatem, post unionem cum verbo, redditam esse impassibilem, & immortalem, qualis erat ipsa divinitas.

Quare ipsorum nonnulli etiam negaverunt, Christum ostendisse unquam timoris, aut tristitiæ, vel alterius humanæ passionis indicium. Dicebat enim Joannes Maracumensis coram Armenorum Episcoporum cœtu: *Saturninus multas olim hæreses addidit sacris scripturis, puta verba illa Evangelio, cœpit Jesus pavere, & tædere: apparuit autem illi Angelus de cælo, confortans eum; & factus in agonia, prolixius orabat; & factus est sudor ejus, sicut guttæ sanguinis, decurrentis in terram.* Et Siuniensis in epist. ad Germanum: *Nullus, inquit, in Deo verbo incarnato humanæ naturæ, aut voluntatis, aut operationis numerus permansit: sed quicquid in eo est, & voluntas, & operatio, totum divinum dicitur; quoniam simplex & indifferens perstitit Trinitas, & emersa a materialibus.*

Supra quæst. 3. §.2. n.65.

Alii vero dicunt, eum exhibuisse quidem oculis hominum ejusmodi defectus; revera tamen non subjisse, nisi modo quodam incorruptibili. Hinc Daronensis contra Theopistum, cap.8. *In Christo, ait, corruptibile, & mortale corpus factum est incorruptibile, & immortale: ideoque incorruptibili modo passum, & mortuum est.* Et Vartanus in monitis ad Armenios, cap.8. *Qui Christo, inquit, tribuunt passiones aliquas odiosas, quæ præseferunt corruptionem (sicut Latinorum natio facit), valde criminosi sunt, & in Christum peccant.* Ac subdit: *Christi conceptio fuit incorruptibilis,*

 & na-

& nativitas incorruptibilis, & nutritio incorruptibilis, & mors incorruptibilis. Et rursus infra: *Christus cibum, quem comedebat, non digerebat, ut digerit homo; sed consumebat instar ignis, & immunis a corruptione manebat. Quod si petant; quid factum sit de cibo, & potu, quem Christus sumebat? respondemus: idem prorsus, quod factum fuit de cibo ejus post resurrectionem.* Denique nimia tractatione conatur ostendere, Christum non excrevisse naturæ superflua: qui quidem error, ab eodem Vartano propagatus, hactenus inter Armenios viget, non secus ac primitus tempore Benedicti Papæ XII., in cujus libello, ad Armenios transmisso, cap. 3. sic habetur: *Item Armeni dicunt, quod Christus non deposuit superflua naturæ: &, uti dicunt, causa est: quia corruptio talium superfluitatum est peccatorum generatio; & quia Christus peccata non fecit, ideo non est dominata sibi talis corruptio.*

Extat libellus in ms. Archivio Vatic. de rebus Tartar. Armen. Græcor. &c. pag. 10.

Alii tandem dicunt, Christum vere subjacuisse actualibus nostris infirmitatibus; & sic vere timuisse, tristatum esse, esuriisse, sitiisse, comedisse, nutritum esse, passum, ac mortuum; non tamen ex lege, ac necessitate naturali carnis passibilis; sed quia ipse voluerit, humanitatem suam impassibilem pro redemptione nostra istiusmodi pati, ac mori. Cæterum conveniunt omnes in asserendo, Christi corpus fuisse subtile, leve, spiritale, fulgidum, incorruptibile, cæleste, forte, impassibile, & immortale.

Unde Ozniensis in suis anathematismis: *Qui Christum*, inquit, *non confitetur unam naturam immortalem; anathema sit. Qui dixerit, Christum fuisse corruptibilem secundum carnem, & pas-*

ը̅ ամենայն մարդոյ. ո՛ անմտալից ասէ,
8 ստութեան. Եւ ընդդէմ՝ ասեմք. թէ քն
ուտէր զնամ որպէս է 'ի մարդ, բայց 'ի
մեղաց. մի թէ մ՞ղք է արտաքս հա_
նել զաւելորդս կերակրոց. արդ քն
մեղա՞ւ. յորժամ եհան արտաքս զքըր
տունս, և զթուքս, և զարտասուս,
և զայլս. զի և այսպիսիք աւելորդք
են կերակրոց և ըմպելեաց. Եւ եթէ
կերակուրսն, զոր ուտէր քն, ոչ մար_
սէր և ապականէր, որպ 'ի մեզ.
զիա՞րդ ուրեմն կարէր սնանել մար_
մինն քն. և զիա՞րդ 'ի նմանէ կարէր
ծնանել արիւն և միսն քն. զի ոչ բնաւ
երբէք լինի ծնելութի միոյ իրի ա_
թ̅ ռանց ապականութե միւսոյն. Եւ
9 այսքան բաւականասցի վն զարշելի
ընձեռութեն վարդանայ.
Եւ դարձ՝ ասացին ոմանք. եթէ քն
թէպէտ ճշմարտապ կրէր զախտութիս
և զկիրս մեր. որպ և մեք կրեմք նոյն.
ուստի ճշմարտապ, ասեն, երկնչէր.
տրտմէր. քաղցեաւ. ծարաւեաց.
չարչարեցաւ. և մեռաւ. այլ սակայն
կրէր ասեն զայսպիսիս. ոչ բնականա_
բար. այլ. ոչ ըստ բնական հարկաւո_
րութե չարչարելի մարմնոյն, որպ 'ի
մեզ. այլ սքանչելապ և գերբնական
կերպիւ ըստ կամացն իւրեան. զի կա
մեցաւ. թէ անչարչարելի մարդկու_
ժ̅ թիւն իւր չարչարիւր և մեռանիւր վն
10 մերոյ փրկութեն. բայց՝ իւր մարմինն
ասեն ըստ բնական յատկութեն էր
թեթև. անօսր. անապական. հոգևոր.
փառաւոր. երկնային. հզօր. անչար_
չարելի. և անմահ.

Ուստի գրէ օձնեցին 'ի գիրս նզ
զովմանց. թէ որ զքն ոչ խոստովանի_
ցի մի բնութի անմահ. եղիցի նզովեալ.
Որ ասիցէ, թէ քն էր ապականացու
մարմնով. և չարչարելի և մահկանա
ցու բնութբ մարդկայնով. եղիցի նզո
վեալ. Եթէ ոք ասիցէ զքն մարմինն
մահկանացու կամ չարչարելի. եղիցի
նզովեալ.]

Եւ

Եւ Դատթևացին ասէ 'ի գիրս հարց
մանց. Թէ մարմինն քի 'ի ծննդենէ
փառաւորեալ էր. որպէս այժմ որ յեր
կինս է: Զի զի զնրբութիւն եցոյց
ծննդեանն, և զմայրն կոյս թողլով.
զլուսաւորութիւն 'ի Թաբոր. զԹե_
թևութիւն 'ի վր ծովուն գնալով. և զա_
նապականութիւն 'ի նշխարսն զոր առաջ
յաւանդ հեղաշարժութեան.] Եւ դարձեալ ասէ.
Թէ քն ոչ ասի հողեղէն. այլ միշտ յեր
կնից մարմնով. ըստ այնմ. Թէ առա_
ջին մարդն յերկրէ հողեղէն. երկրորդ
մարդն յերկնից երկնաւորն. Ոչ ասի
շնչաւոր. այլ ամենևին հոգևոր. Ոչ
ասի մահկանացու. այլ միշտ անմահ
մարմնով իսկ. Ոչ ասի ապականա
ցու. այլ միշտ անապականն մարմնով
իսկ. Ոչ ասի հզօր և տկար. այլ
միայն հզօր. և այլն.]

Նոյնպէս և սիւնեցին ընդդէմ եր_
կաբնակաց 'ի չորրորդ գլխին ասէ. Ւչըրդ
էթէ դքի մարմինն ապականացու կար
ծէք. զիարդ ասէ քն. Թէ ես եմ հացն
կենաց. յերկնից իջեալ. և հացն, զոր
ես տաց, մարմին իմ է. որ քաշխի վն
կենաց աշխարհի. Թէ ապականացու
է. զիարդ յերկնից իջեալ.]

Եւ Վարդան 'ի Թուղթն առ Հե_
Թումն Թագաւոր գրէ. Թէ մոլորեալ
սխալն է. եթէ 'ի յարութենէն առա
ւել փառաւորեցաւ մարմինն ած վն
վարձու չարչարանացն. այլ մեք խոս_
տովանիմք Թէ ընդ յղանալ բանին, և
խառնելն ընդ մարմնոյն փառաւորե
ցաւ. և այլ ոչ յաւելաւ նմա փառք.]
Նոյնպէս և այլ համախոհ սուրբ վրդա
պետքն ուսուցանեն. որպէս տեսաք 'ի
յերկրորդ վիճաբանութեան. 'ի յերրորդ
պրակին. 'ի Թիւն. խ.

Իսկ տառապեալքն, և ընդդիմակաց
լինին դոցա այլ ամ ուղղա_
փառ հարց և վրդապետաց հայոց. և
քարոզեն համաձայնութբ, եթէ քն
մարդ_

Գա & *passibilem, aut mortalem secun-*
11 *dum naturam humanam; anathema sit. Qui Christi carnem, mortalem dixerit, vel passibilem; anathema sit.*

Dattievensis in libro interrog. *Christi corpus jam inde ab utero Virginis ita gloriosum fuit, sicut est nunc in cælo. Subtilitatem enim ostendit in nativitate, Mariam relinquendo virginem; levitatem, gradiendo supra mare; splendorem in monte Tabor; & incorruptibilitatem in Eucharistia, quam instituit:* Et rursus ait: *Christus non dicitur terrestris; sed semper cælestis, etiam secundum carnem, jux-*
Գբ *ta illud: Primus homo de terra ter-*
12 *renus; secundus homo de cælo cælestis. Non dicitur animalis, sed omnino spiritalis, etiam secundum carnem. Non dicitur mortalis, sed semper immortalis, etiam secundum carnem. Non dicitur corruptibilis, sed semper incorruptibilis, etiam secundum carnem. Non dicitur fortis, & infirmus; sed omnino fortis* &c.

Siuniensis lib. 2. contra Diaph. cap. 3. *Si Christi corpus fuisset corruptibile, non diceretur Joan. 6. Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi: & panis, quem ego dabo, caro*
Գգ *mea est pro mundi vita. Si corrupti-*
13 *bile est; quomodo de cælo descendit?*

Vartanus in epist. ad Haytonem, num. 10. *Error est dicentium, Christi corpus magis glorificatum fuisse post resurrectionem propter meritum passionis, quam ante. Nos autem confitemur, quod a primo instanti conceptionis, quando cum divinitate fuit unitum, ita prorsus glorificatum est, ut non sit ei postea alia superaddita gloria.* Similiter docent alii. Vide quæst. 2. §. 3. num. 40.

Affir-

AFfirmant autem reliqui Armeni Patres communiter, asserentes, Christi humanitatem, & quantum ad animam, & quantum ad corpus, vere fuisse passibilem; atque, ut talem, naturaliter passam esse tristitiam, timorem, sitim, famem, aliasque nostras naturales infirmitates, excepto peccato.

Unde Armena Ecclesia singulis Sabbatis clamat: *Secundum passibilem naturam humanam te humiliasti in cruciatibus*. Et Dominica secunda Quadragesimæ: *O beata Virgo, quæ vitam immortalem, cum natura mortali unitam, in utero tuo portasti*. Et feria quinta in cœna Domini: *Splendor paternæ gloriæ, qui secundum naturam humanam maximis pressus es angustiis in ista nocte*. Denique superaddidit symbolo Constantinopolitano (quod alioquin, ut alibi dictum est, ipsi non licuit facere) verba hæc: *Accepit corpus, animam, & mentem, & quicquid est in homine, vere, & non phantastice*: ergo juxta illam, accepit etiam hominis passibilitatem, & infirmitates naturales.

Præterea Synodus Scirachavanensis Armena, can.6. inquit; *Si quis juxta Eutychis stultitiam temere dixerit, carnem divini verbi fuisse de cælo allatam, aut alterius, quam nostræ, substantiæ; anathema sit*.

Zacharias Episcopus, apud Armenicum Giarrentir, cap.2. *Christus*, inquit, *etiam naturam terrestrem habens, novam in se naturarum compositionem exhibuit* &c.

Nierses Ghelajensis, Patriarcha, in Cantico, quod incipit, *De Deo*, ait, *Factus est præ timore sudor ejus, sicut guttarum decurrentium in terram, & ab Angelo confortatus est*, ut

Ֆդ մարդկութիւն ստոյգ. և ճշմարտաստ̄ չար-
14 չարելի էր ըստ հոգւոյ և ըստ մար-
մնոյ. կրելով բնականաբար և մարդ-
կօրէն զերկիւղ, զտրտմութի, զքաղց,
զծարաւն, և զայլ ամ̄ բնական կիրս
մարդոյ բաց 'ի մեղաց.

Ըստ որոյ հայոց եկեղեցին երգէ 'ի
շաբաթս այսպէս. [Ըստ չարչարելի մարդ-
կային բնութեան խոնարհեցար 'ի չար-
չարանս.] Եւ դրձ̄լ երգէ. Որ զկեանս
քըն անմահ մահկանացու բնու-
թեան 'ի քեզ կրեցեր ո̄վ կոյս մաքրուհի.]
Եւ դրձ̄լ. Ճառագայթ փառաց էին,
որ ըստ բնութեան մարդկային տագնապ-
եցար 'ի գիշերին.] Եւ դրձ̄լ երգէ 'ի
Ֆե ս̄բ հաւատամքն. Թէ էառ մարմին,
15 հոգի, և միտս, և ամ̄ որինչ է 'ի մարդ,
ճշմարտաստ̄, և ոչ կարծեօք.]

Եւ հայոց շիրակաւանոյ ժողովն
'ի վեցերորդ կանոնի հաստատեաց այս-
պէս. Եթէ ոք ըստ խելագարին եւ-
տիքեայ բարբանջէ. կամ յերկնից բե-
րեալ զմարմին բանին ա̄յ. և կամ յայլ
մէ էութէ. և այլն. այսպիսին նզո-
վեալ եղիցի.]

Դրձ̄լ հայրապետն հայոց զաքա-
րիա 'ի ճառընտրին. Գլ̄. ճառունս
ասէ. Քս̄ զերկրաւո̄րական զբնութի
ընկալեալ. նորաձև եցոյց զմիաւո̄րութի
բնութեանց. և այլն.]

Ֆզ Դրձ̄լ ներսէս կլայեցին 'ի տաղին,
16 որոյ սկիզբն է. վն̄ ա̄յ. ասէ. Եղև եր-
կիւղէն քրտանց հոսեալ. երակաձև
կայլակ վիժեալ. 'ի զօրանալ հրեշտակ
մերձեալ. զօրէնական գիրսն լցեալ. զի
կատարեալ էառ բնութի, ամ̄ն բան
զմարդկութի. պարտէր զերկիւղ և
զտրտմութի. յիւրում կրել անօրէ-
նութի.] Եւ 'ի թուղթն հաւատոյ
դաւանութեան առ յունաց թագա-
ւորն մանուէլ. ասէ. բանն հօր որդին
միածին էջ յորովայն ս̄բ կուսին մա-
րիամու. և ձգեալ յինքն յարենէ անմե-
նմ̄քուր կուսին, որ 'ի զանգուածոյն
ադա-

աղաւմայ. միացոյց ընդ աստուածութեան իւ- Ժէ
րում.] Եւ զկնի դարձեալ ասէ. Ոչ ՚ի հար 17
կաւոր եւ ՚ի կամաւոր կրիցն ասեմք
զոլ անապականն. զի. քաղցոյ եւ ծարա-
ւոյ. ննջելոյ եւ վաստակելոյ. արտասուե-
լոյ, եւ տրտմութեանց որք ճշմարիտ
եւ ոչ առաչօք տան իմանալ մեզ զա-
պականութիւն.] Եւ յետ այլոց բանից
դարձեալ ասէ. Իսկ ապականացու ասել
զմարմինն քի. Եթէ յաղագս կամաւոր
կրիցն որ ասացաք քաղցոյն, եւ ծարա-
ւելոյն, եւ տրտմութեանցն, եւ արեան
հեղլոյն. խոստովանիմք եւ մեք զայս.]
Դարձեալ Գրիգոր կաթողիկոս հանդերձ
տարսոնի ժողովովն ՚ի թուղթն առ-
նոյն թագաւորն մանուէլ ասեն. Ոչ Ժը
եթէ մարդկային կամքն զաստուածային 18
քանդատանէր. որպէս եւ ՚ի մեզ կամք
մարմնոյն ցանկայ հակառակ հոգւոյն.
այլ մարդկայինն աստուածայնոյն հնազանդէր
կամաց. զի յորժամ կամէր եւ թողլ
տայր. յայնժամ զիւրսն կրէր մարմինն.
որպէս եւ ՚ի փորձութեան յետ. խ. օրեայ
պահոցն լինելն. առաջ կամեցաւ թողլ
տալ քաղցութե մարմնոյն քաղցնուլ.]
Եւ դարձեալ Ներսէս Լամբրոնացին
յիւրում հաւատամքին ասէ. Մարմինն
հոգւովն հանդերձ կրէր զիւր բնական
կիրսն յիւրաքանչիւր ոք հասակս փրկչ-
չին. եւ այլն.] Նոյնպէս եւ դոցա համա
ձայնեն այլ ուղղափառ հարքն հայոց. ԺԹ
բաց ՚ի նոցանէ, որք ամբարշտութե 19
հաստատեցին. Թէ քս ոչ էր մարդ ճշ
մարիտ, եւ մեզ նմանակից. Ուստի եւ
ինքն յոհանն տրտմեցին, թէպէտ ՚ի
մի բնութիւն ասելն մոլորեցաւ. սա-
կայն ըստ այսմ մասին ոչ հաւանե-
ցաւ այլոց տալ վրդովմանցն. եւ զա
նանցն զմարմինն քն ապականացու
եւ չարչարելի. առնելով ՚ի գիրս յիշ
հերձուածողութեանց ՚ի Թեխն երկիր
այսպէս. Երրորդ մոլորութիւն է փայա
նոսի. որ երկնային եւ անապականն
ասաց զոլ զմարմինն քն. եւ ոչ առեալ
մար,

ut implerentur scripturæ. Quoniam, cum Deus verbum perfectam humanitatis naturam suscepisset; oportebat, eum secundum carnis dispensationem timorem, atque tristitiam pati. Item in epist. ad Manuelem Imper. Verbum, Dei filius unigenitus, descendit in beatæ Mariæ virginis uterum; ubi carnem ab Adamo descendentem, ex ejusdem purissimæ Virginis sanguine assumens, univit illam cum sua Divinitate. Et infra; Non dicimus, Christi corpus fuisse incorruptibile, quantum ad necessarias, atque etiam voluntarias passiones spectat, videlicet famis, sitis, somni, laboris, tristitiæ, fletus &c. quæ quidem omnia dant intelligi veram, & non phantasticam corruptionem. Et rursus infra. Dici autem Christi corpus corruptibile; si sermo sit de passionibus iis, quæ non adversantur voluntati (hoc est, rationi), nempe esuriendi, sitiendi, flendi, sanguinem effundendi &c. nos etiam confitemur.

Gregorius Patriarcha, ejusque Tarsense Concilium, in epistola ad eundem Imperatorem: Humana voluntas in Christo non obsistebat voluntati divinæ, quemadmodum appetitus carnalis in nobis concupiscit adversus spiritum: & quando hæc volebat, & permittebat, tunc caro proprias suas passiones experiebatur: sicut accidit in tentatione post jejunium quadraginta dierum; quando permittere voluit, ut natura carnis esuriret.

Niersès, Lampronensis Episcopus, in expositione fidei: Caro simul cum anima patiebatur suas naturales passiones in qualibet Redemptoris ætate &c. His denique adstipulantur reliqui Armeni Patres, iis dumtaxat exceptis, qui Christum, verum hominem, nobisque

bisque similem, fuisse, impie negaverunt. Immo ex ipsis Monophysitis hæreticis Joannes Orodniensis in lib. de hæresibus, cap.2. discrepans a collegis in hoc articulo, inter hæreses oppositam sententiam collocavit, dicens: *Tertius error est Gajani, qui Christum corpus non passibile, sed cæleste, & incorruptibile assumpsisse asseruit: cui tamen Petrus in epistola catholica contradicens, inquit: Christo igitur in carne passo: & iterum: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est. Quare & in symbolo sanctorum Patrum dicimus: Crucifixus etiam pro nobis, passus, & sepultus est.*

Itaque rejecta priori sententia, quæ pertinet ad hæresim Manichæi, docentis, Christi humanitatem fuisse phantasticam; & ad hæresim Valentini, & Eutychetis, qui dicebant, ejus corpus fuisse cæleste; & ad hæresim Gajani, & Juliani, asserentium, idem Christi corpus fuisse incorruptibile: posterior (quæ conformis est doctrinis sacrarum scripturarum, sanctorum Patrum, & universalium Conciliorum) tenenda est cum Catholicis: eaque præcise definita fuit, non solum a quarta Synodo generali, nempe Chalcedonensi, verbis illis: *Præsens hæc sancta Synodus* &c. *eos exterminat, qui sumptam de nobis servilem formam, cælestem esse, vel alterius cujusdam substantiæ, delirant.* Et infra: *Consona voce docemus, Dominum nostrum Jesum Christum esse Deum verum, & hominem verum, ex anima rationali, corporeque constantem; consubstantialem Patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem, per omnia nobis similem, absque peccato:* verum etiam a tertia, videlicet Ephesina, quam

Ի մարմնոյն չարչարելի ։ զոր յանդիմանէ
20 պետրոս 'ի թուղթն կաթուղիկէից .
Թէ քն չարչարելն մարմնով վն մեր ։ և
դրձլ . Թէ քս մի անգամ վն մեղաց մե
րոց մեռաւ . վն որոյ 'ի դաւանութեն որք
հարցն ասի . չարչարեալ, խաչեալ, և
թաղեալ ։] զայս ամ ասէ որոտնեցին ։
Արդ մեք 'ի բաց մերժեմք զառա
ջադոյն եդեալ կարծիսն հերձուածող
վրդպետացն ։ զի առաջինդն իւրեանց
միաձայնն ընդ առաջնոյն մանիքեց
ւոցն , որք ասէին զմարդկութիւնն
քն առաւօք ։ և ընդ առաջնոյն վաղէն
տինոսի և եւտիքեայ . որք ասէին
զնր մարմինն երկնեղէն ։ և ընդ առաջնոյ
Իա դոյն գայանոսի և յուլիանոսի . որք
21 ասէին զնոյն մարմինն անապականն ։
Եւ ընդունիմք զուղղափառն զճշմարտ
վրդպետութիւն զայս . որ ըստ ուսման
ածայնին առաքց և սրբոց հարցն հաս
տատեցաւ 'ի տիեզերականն սբ ժողո
վոցն . մանաւանդ 'ի յեփեսոսի երրորդ
սբ ժողովոյն ։ քանզի 'ի կիւրղի մեկնու
թեն չորրորդ նզովմանն . զոր հաստա
տեաց այս ժողովս . ասէր այսպէս ։
քանն ամյ հօրն զոչինչ արհամարհեաց
յայնոցիկ . որք պատկանեն առ որպի
սութի մրդկային բնութեն ։ իւրեանն ու
րեմն էին ամ ինչ որ մարդկային , և որ
ածային ։ ապա զիարդ զանձն ունայ
Իբ նացոյց , եթէ ամաչէր առնուլ զորպի
22 սութիս մարդկային բնութեն ։ և կամ
ո՞վ բռնադատեաց և հարկաւորեցոյց
զնա լինել մեզ նմանակից . եթէ խոտէր
զմարդկայինսն ։ Նոյնպէս նոյն հաս
տատեցաւ 'ի քաղկեդոնի չորրորդ սբ
ժողովոյն այսպիսի բանիւ ։ Այս մեծ
և տիեզերական սբ սուրբ ժողովս ար
համարհէ զայնոսիկ . որք վայրապար
խօսին . զառեալն 'ի մէնջ ծառայական
կերպարանն զոլ երկնեղէն . կամ յայլ
մէ ուրուք գոյութէ ։] Եւ զկնի սակա
ւուց դրձլ ասէ ։ Ուրեմն ապա մեք
ամենեքեան համաձայնութբ ուսու
ցա

ցանկանայ . խոստովանել զորս մեր յոյժ եզ-
քն ած . Կիւրղոս . եւ զորոյն մարդ-Կիւրղոս 23
՚ի բանականն Հոգւոյ եւ ՚ի մարմնոյ բաղ-
կացեալ . Նմանողութեանց Հօր բան ած-ու-
Թե . եւ նորա Համանողութեանց մեզ բան
մարդկութեան . ամ եւոք մեզ նմա-
նակից . բայց ՚ի մեղաց .] Իսկ ապա
որոյապէսն Կիւրղոս վարդապետութին մեզ
պարտ է ցուցանել .

quam ipsimet adversarii se suscipere profitentur: nam in explanatione quarti anathematismi, quam Cyrillus Alexandrinus, eadem Synodo exigente, ac postea etiam approbante, exhibuit, hæc verba sunt: *Dei Patris verbum nihil eorum, quæ ad humanæ naturæ conditionem pertinent: aspernatus est. Sunt itaque illius omnia, non solum divina, verum etiam humana. Qua enim ratione seipsum exinanivit, si humanæ naturæ partes erubuit? & , si humana aversatus est, quis illum tanquam necessitate, aut vi ad hoc impulit, ut nobis similis fieret?*

ԹԷ ՔՐԻՍՏՈՍ ԷԱՌ

Զմարդկային տկարութիւնս .
Նախ ցուցանի
՚ի սբ գրոց .

Պրակ .Բ.

QUOD CHRISTUS SUSCEPIT HUMANAS INFIRMITATES

Probatur primo ex sacris scripturis.

§. II.

Որպէս առաքեալն պօղոս ՚ի Թուղթն ա
առ յեբրայեցիս յերկրորդ գլխոյն ասէ. 1
Պարտ իսկ էր ամենեւին եղբարցն նմա-
նել .] Եւ ՚ի չորրորդ գլխոյն . Որ ԵԹԷ ու-
նիմք քահանայապետ , որ չիցէ կարող
չարչարակից լինել տկարութեան մերոյ.
այլ փորձեալ ամենայնիւ ըստ նմա-
նութե առանց մեղաց.] Իսկ ԵԹԷ քն ոչ
ներընկալեալ էր ՚ի հոգի եւ ՚ի մարմին
զմեր բնական անմեղադրելի տկարու-
Թիւն եւ կիրս մեր. ոչ էր ամենեւին նմանե-
ցեալ եղբարցն . եւ ոչ փորձեալ ամե-
նայնիւ ըստ նմանութե բայց ՚ի մե- բ
ղաց . ապա ուրեմն եւ այլն . Նաեւ 2
այսորիկ գրեալ է ՚ի յեսայեայ . ծգ.
երրդ գլխոյն . ԹԷ եւ ճշմարտապէս զվէրս մեր
էառ . եւ զցաւս մեր եբարձ .]

Որպէս ՚ի հռովմայեցւոց ԹղԹոյն
ութերրորդ գլխոյն ասէ . առաքեաց ած
զորդի իւր ՚ի նմանութի մարմնոյ մեղաց
Իսկ որպիսութի մարմնոյ մեղաց ունի .
զի ստորադրեալ իցէ այսպիսի տկա-
րութեանց եւ պակասութեանց . ապա ու-
րեմն եւ այլն .]

Hebr. 2. *Debuit per omnia fratribus similari.* Et cap. 4. *Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Sed, nisi Christus suscepisset naturales nostras infirmitates, tum in anima, tum in corpore, non fuisset per omnia fratribus assimilatus, excepto solo peccato. Ideo Isaiæ 53. de eo prædictum fuerat: *vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit.*

Præterea Rom. 8. *Misit Deus Filium suum in similitudinem carnis peccati.* Sed conditio carnis peccati est; ut subjaceat hujusmodi pœnalitatibus, & defectibus: igitur talis subjectio fuit in humanitate Christi.

Præterea act. 26. *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum.* Sed non fuit passibilis secundum divinitatem: ergo secundum humanitatem, & sic secundum corpus, & animam.

Unde passa est ejus anima dolores, & angores, juxta illud, quod in Psalm.87. dicitur ex persona Christi: *Repleta est malis anima mea*: ubi Augustinus exponit: *non vitiis, sed humanis malis, idest, doloribus*.

Passa est turbationem, juxta illud Joann.11. *Infremuit spiritu, & turbavit seipsum*. Et cap.12. *Nunc anima mea turbata est*.

Passa est tristitiam, juxta illud Matth.26. *Cœpit contristari, & mœstus esse: tunc ait illis: tristis est anima mea usque ad mortem*.

Passa est timorem, juxta illud Marci 14. *Cœpit Jesus pavere, & tædere*.

Passa est admirationem, juxta illud Matth.8. *Audiens autem Jesus, miratus est*.

Passa est iram per zelum, juxta illud Psal.68. *Zelus domus tuæ comedit me*: Et Marci 3. *Circumspiciens eos cum ira, contristatus est super cæcitate cordis eorum*. Ideo Joann.2. zelo incensus, *fecit quasi flagellum de funiculis* &c.

Præterea fuit corpus ejus mortale, juxta illud Hebr.2. *Quia ergo pueri communicaverunt carni, & sanguini; & ipse similiter participavit eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium*.

Fuit corruptibile: unde Christus secundum carnem *esuriit*, Matth.4. *sitivit*, Joann.19. *expuit in terram*, Joann.9. *lacrymatus est*, Joann.11. *factus est sudor ejus*, Luc.22. passus denique, ac mortuus est, ut omnes referunt Evangelistæ.

Fuit infirmum, juxta illud 2. Cor. 13. *Etsi crucifixus est ex infirmitate*: & Matth.26. *Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma*: unde

Luc.

Գ 3 Դարձեալ ՚ի գործոց. ԻԶ երգ. գլխն ասէ. Եթէ չարչարելի է քն. եթէ առաջին՚ի յարութե մեռելոց.] Իսկ ոչ էր չարչարելի ըստ աստուածութե. այլ ուրեմն ըստ մարդկութե. յն. ըստ հոգւոյ և մարմնոյ.

Ուստի չարչարեցաւ իւր հոգին. և կրեաց ցցաւս, և զնեղութիս. ըստ այնմ որ ՚ի սաղմոս. ՁԷ. Թէ լցաւ չար չարչարանօք անձն իմ.

Կրեաց զխռովութի. ըստ այնմ ՚ի յհն. ժա. գլխն. Թէ խռովեցաւ յոգին իւր իբրև զայրացեալ. Եւ ՚ի. ժբ. երր. գլխն ասէ. Բայց այժմ անձն իմ խռովեալ է.

Դ 4 Կրեաց զերկիւղ. ըստ այնմ մրկոսի ժդ. Թէ սկսաւ ահաբեկիլ և հոգալ.

Կրեաց զտրտմութի. ըստ այնմ մթեոսի. Իզ. Թէ յայնժամ ասէ ցնս. տրտում է անձն իմ մինչև ՚ի մահ.

Կրեաց զարմանս. ըստ այնմ մա թէոսի Ը. Թէ իբրև լուաւ յիսուս, զարմացաւ.

Կրեաց զբարկութիւն ըստ բարի նախանձու ըստ այնմ որ ՚ի սղմս. ԿԸ. Թէ նախանձ տան քոյ եկեր զիս և ըստ այնմ մարկոսի. Գ. Թէ հայեցեալ յնս զնոքօք լի ցասմամբ. տրտմեալ վսն կուրութե սրտից նոցա. Ուստի և բարկութբ զայրացեալ արար խարա-

Ե զան չուանեայ. ըստ յհն.

5 Եւ դրձլ էր մարմինն իւր մահկանացու. ըստ այնմ Թղթոյն առ եբրայեցիս. Թէ որովհետև մանկունք հաղորդեցին արեան և մարմնոյ. և ինքն նոյն մերձաւորութբ կցորդ եղև նոցունց. զի մահուամբ իւրով խափանեսցէ զայն, որ զիշխանութիւն մահուն ունէր.

Էր ապականացու, զի ըստ աւետարանչացն. մարմնով քն քաղցեաւ. ծարաւեաց. եթուք. արտասուեաց. հոսէին ՚ի նմանէ քրտունք, չարչարեցաւ, և մեռաւ.

Էր

Էր տկար. ըստ այնմ. Եւ Թէպէտ դ
խաչեցաւ՝ի մերմէ տկարութենէ. և 6
դ-րձլ. Հոգին յօժար է. բայց մարմինս
տկար. զի որոյ երևեցաւ նմա հրեշ_
տակ. և զօրացուցանէր զնա.

Ոչ էր երկնեղէն, այլ հողեղէն. ըստ
այնմ. Թէ առաքեաց ած զորդին իւր.
որ եղև՝ի կնոջէ. և դ-րձլ. եղև՝ի զա_
ւակէ դաւԹի ըստ մարմնոյ. և դ-րձլ.
այլ զզաւակէն աբրահամու բռնէր
հարկանէ.] [Իսկ զաւակին աբրահա_
մու և դաւԹի ոչ՝ի յերկնից զոկեղէն
էառ. այլ յադամայ,՝ի հողոյ երկրի
ստեղծելոյն.

Ոչ էր ԹեԹև. այլ ծանր. ուս_
տի երբեմն առ՝ի ԹեԹևացուցանել Է
զվաստակութիւն ճանապարհին նստէր. 7
ըստ այնմ. Թէ վաստակեալ՝ի ճանա_
պարհէն նստէր՝ի վը աղբերն.

Ոչ էր անօսր կամ հոգևոր. այլ
Թանձր. զի՝ի հարկանելն խարազանաց
և բևեռաց և տիգին բացաւ. ըստ
այնմ.ԵԹէ ոչ տեսից զնշան բևեռացն՝ի
ձեռս նորա. և արկից զմատունս իմ
՝ի կողս նորա. ոչ հաւատամ.

Եւ ոչ էր փառաւոր. ըստ այնմ
ղուկասու. Թէ պատրաստ էր չարչարել քն
և մտանել՝ի փառս իւր. և ըստ այնմ
յոհն. Թէ ած փառաւորեսցէ զնա
յանձն իւր. և վաղվաղակի փառաւո_
րեսցէ զնա. դ. փառօք մարմնոյն յետ Ը
յարութեն. զորմէ խօսէր պօղոս. յոր_ 8
ժամ ասէր. Թէ նորոգեսցէ զմարմին
խոնարհութեն մերոյ, կերպարանա_
կից լինել մարմնոյ փառաց իւրոց.

Luc.22. *Apparuit illi Angelus, confortans eum.*

Non fuit cæleste, sed terrenum, juxta illud Gal.4. *Misit Deus filium suum, factum ex muliere.* Et Rom.1. *Factus ex semine David secundum carnem.* Et Hebr.2. *Semen Abrahæ apprehendit.* Semen autem David, & Abrahæ, non e cælo, sed ex Adam, de limo terræ formato, originem habuit.

Non fuit leve, sed grave: unde ad levandum laborem itineris, sedit, juxta illud Joann.4. *Fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.*

Non fuit subtile, aut spiritale, seu cum alio corpore penetrabile: nam ad ictum lanceæ ferientis, & clavi perforantis, & flagelli percutientis, apertum est, juxta illud Joann.20. *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.*

Non fuit fulgidum, juxta illud Joan.13. *Deus clarificabit eum in semetipso, & continuo clarificabit eum;* hoc est, claritate corporis, post resurrectionem habenda: de qua loquutus est Apostolus, cum dixit Phil.3. *Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Et Augustinus: *Humilitas*, inquit, *passionis, claritatis est meritum: claritas humilitatis est præmium.*

Auguft.tract. 104.in Joan. in illud Phil. 2. Propter quod&Deus &c.

Neque tandem fuit ante resurrectionem gloriosum, juxta illud Luc.24. *Nonne hæc oportuit pati Christum; & ita intrare in gloriam suam?*

PROBATUR SECUNDO

Rationibus.

§. III.

PRima ratio est, præcipue quantum ad corpus: Tunc pro peccato alterius quis satisfacit; cum pœnam, peccato alterius debitam, in se suscipit: sed pœnalitates humani corporis, ut mortalitas, & aliæ hujusmodi passiones, sunt pœna peccati Adæ, quod in genus humanum transfusum est, juxta illud Rom.5. *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors*: igitur conveniens fuit, ut filius Dei, humanam carnem assumens, ut pro peccato humani generis satisfaceret, corporales has pœnalitates, peccatis nostris debitas, in se susciperet. Ideo dicitur Isaiæ 53. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras; attritus est propter scelera nostra*. Et rursus: *Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum*: scilicet quantum ad pœnam.

Secunda ratio est: Corpus, quod est natura incorruptibile, impassibile, cæleste &c. specie differt ab eo, quod est naturaliter corruptioni, ac passioni obnoxium, seu terrenum; quale fuit corpus beatæ Virginis, & cæterorum hominum: ac corpus Christi fuit de beata Virgine sumptum, & ejusdem cum corpore B. Virginis, & cæterorum hominum speciei: alioquin ipse Christus non fuisset conceptus ex Virgine, nec filius ejus secundum carnem, juxta illud Luc.1. *Ecce concipies in utero, & paries filium*; neque fuisset secundum carnem verus homo, sicut cæteri homines, juxta illud 1. Tim.2. *Mediator Dei, & hominum*

ԵՐԿՐՈՐԴ

Յուցանի պատճառօք.

Պրակ. Գ.

ա̅ Առաջին եւ առաւելն. քանզի յայն_
1 ժամ հատուցանէ մի ոմն զվը
ճարութիւն վ̅ս մեղաց միւսոյն յորժամ
առնու ՚ի վ̅ր իւրեանն նոքեան զպա_
տիժն, որ անկանէր վ̅ս մեղացն այնր
միւսոյն. արդ պակասութիւնք մարդ
կային մարմնոյն. որպ̂էս. մահկանա
ցութի̅, եւ այլ կիրք այսպիսիք. են
պատիժ մեղացն ադամայ. որ մտեալ
էր ՚ի սեռ մարդկային. ըստ այնմ. Թէ ՚ի
միոջէ մարդոյ մեղք յաշխարհս մտին,
եւ ՚ի մեղաց անտի մահ.] ապա ուրեմն
կամելով որդին այ̅ առնուլ զմարմին.
բ̅ եւ վճարել վ̅ս մեղաց մարդկան. պարտ
2 էր նմա առնուլ ՚ի վ̅ր իւրեանն զայս
պիսի մարմնաւոր ակարութիւնս եւ զպա
տիժս, որք անկանէին վասն մեղաց
մարդկան: Սակս այսորիկ ասէ եսայի
մ̅րգ̅րէ ՚ի. ԾԳ. եր̅որդ գլխոյն. Թէ նա վիրա
ւորեցաւ վ̅ս մեղաց մերոց. եւ պատ_
ժեցաւ վ̅ս մերոց անօրէնութեանց. եւ
դրոշմ ասէ. Եւ տ̅ր մատնեաց զնա առ
մեղս մեր. յ̅ի. միայն ըստ պատժոյ.]

Երկրորդ ցուցանի. վ̅ս զի մարմինն,
որ իցէ բնութ̅բ անապականն. անչար_
չարելի. երկնեղէն. եւ այլն, տեսա_
գ̅ կաւ տարբերի ՚ի մարմնոյն, որ իցէ
3 բնութ̅բ ապականացու, չարչարելի,
եւ հողեղէն. որպիսի էր մարմինն սրբոյ
կուսին մարիամայ. եւ այլոց մարդ_
կանց. իսկ արդ՝ մարմինն քն̅ առեալ
եղեւ ՚ի սրբոյ կուսէն. եւ էր մի եւ նոյն
տեսակաւ ընդ մարմնոյ կուսին եւ
այլոց մ̅րդկանց. ապա ուրեմն ոչ էր
անապականն. անչարչարելի երկնեղէն.
եւ այլն. այլ յաւէտ ապականացու.
չարչարելի. եւ ՚ի յերկրաւոր տարե_
րացս բաղադրեալ. Եւ եթէ ոչ էր
այսպ̅.

այսմ . ապա քն ըստ մարմնոյ ոչ էր Դ
յղացեալ ՚ի սբ կուսէն , և ոչ էր անմա_
րմին որդին նորա . ըստ այսմ . Թէ անհա
յղասցիր և ծնցես որդի . Եւ ոչ եւս
գոյր անմեղին մարդ , որք են այլ մար_
դիկք . ըստ այսմ . Թէ միջնորդն այ և
և մարդկան մարդն քն յս .

Եւ այս հաստատի և ս առաքելոյ . Քանզի որդին այ էառ զմարմին . զի սրբեսցէ յապականութէ մեղաց զմարդկային բնութիւն . իսկ սա ապականեալ էր վն խզանելոյն ՚ի յապականեալ զանկումածոյն ադամայ . ապա ուրեմն պարտ էր որդւոյն այ՝ առ ՚ի սրբել զնաստնուլ զմարմինն եզեալ ոչ ՚ի յերկնից կամ յայլմէ գոյութէ . այլ ՚ի նորին Ե
զանկումածոյն ադամայ . ապա զմար_ 5
մին հողեղէն , ապականելի . և մահկանացու . վն այսորիկ գրէ սբն պրոկղ ՚ի Թուղթն իւր առ հայս . Թէ բանն այծ հաստոյց մերում բնութեան զառաջագոյն կորբելութիւն . վն զի մարդ եղել՝ արժանաւորեցոյց զնոյն բնութիւն , զոր և ինքն ստեղծագործել էր ՚ի հողոյ .]

Երրորդ ցուցանի . զի քն ըստ մարդկութեն ներգործութբ և ճշմարիտ կրեաց զչարչարանս և զկիրս Թէ հոգևորականս տրտմութե , երկիւղի , նեղութե և այլն . Թէ զմարմնաւորս քաղցոյ , ծարաւոյ , վաստակման , տանջանաց , և մահու . որոց պատմեն աւե_ Զ
տարանիչքն ապա ուրեմն մարդկու_ 6
թիւն իւր չարչարելի էր , և կրեցս այսպիսեաց տկարութեանց . քանզի ըստ փիլիսոփայից՝ մակաբերութիւն ՚ի ներգործութէ առ կարողութի , է հարկաւոր . զի ոչ կարէ ամե ներգործութբ չարչարել . եթէ ոչ է չարչարելի .

Առ այս պատասխանէ նախ պատասխանէ մայրագոմեցին յոհան . և ասէ . Թէ սատուռնինոս հերձուածող յեղաբերեաց զբանս զայդոսիկ աւետարանական գրոցն .

Բայց այս է խելագար մարդոյ պա_

տաս_

minum, homo Christus Jesus: igitur
4 idem Christi corpus non fuit incorruptibile, aut impatibile, aut cæleste &c. sed terrenum, ex elementis compositum, & corruptioni, ac passioni subjectum.

Et confirmatur: quia Dei filius carnem sumpsit ut naturam humanam a corruptione purgaret: sed hæc erat corrupta per originem vitiatam, ex Adamo descendentem: ergo, ut eadem natura per assumptionem curaretur, expediens fuit, ut ille ex materia, non e cælo, nec aliunde, sed ex Adamo derivata, carnem sumeret, &
5 & mortalem. Quare sanctus Proclus in epist. ad Armenios inquit: *Naturæ nostræ pristinam nobilitatem restituit in eo, quod homo factus, naturam, a se de terra formatam, honoravit.*

Tertia ratio est: Christus secundum humanitatem vere subiit actuales passiones, tum tristitiæ, timoris, angoris &c. tum famis, sitis, laboris, cruciatus, & mortis, ut referunt Evangelistæ: ergo humanitas ejus passibilis fuit, & infirmitatibus hisce subjecta. Nam illatio ab actu ad poten-
6 tiam est necessaria. Vere enim actu pati non potest, nisi quod patibile est.

Ad hanc rationem respondet primo Maracumensis; Saturninum addidisse hujusmodi verba sacris scripturis.

At hæc est insani viri responsio, & ab ipsis etiam consectaneis ejus rejecta. Oportuisset enim, Saturninum omnia pene Evangelistarum, & Apostolorum, immo & Prophetarum scripta magna ex parte corrupisse; cum vix locus in illis sit, ubi si Christi mentio fiat, passio ejus non recolatur. Deinde, esto suæ nationis codi-

ces

ces aliquot depravaverit Saturninus: quomodo potuit omnes aliarum omnium nationum, & idiomatum libros sacros corrumpere, qui consone id ipsum referunt?

Respondent secundo Vartanus, Daronensis, & alii, Christum passum quidem esse actuales hujusmodi defectus, sed modo quodam incorruptibili, uti videlicet decebat impassibile, & incorruptibile corpus eos pati: & sic ejus conceptionem, & nativitatem, & nutritionem, & passionem, & mortem, incorruptibiles fuisse.

At hæc similiter non minoris dementiæ responsio est, & sibimet ipsi repugnans: quia, si verum esset, quod isti Manichæi Phantasiastæ comminiscuntur, inficiari oporteret in Christo omnes fere actiones, & passiones immanentes corporeas naturales, sive vitales, sive non vitales, sive substantiales, sive accidentales: cum vix ulla istarum exerceri possit in vivente corporeo, composito ex elementis, & contrariis qualitatibus, quale erat Christi corpus, nisi alicujus rei corruptio intercedat; ac proinde asserendum esset, omnia mysteria dominicæ dispensationis non vere, & proprie Christo perfecta esse; sed phantastice, & spectri more fuisse oculis humanis exhibita.

Non enim vere homo quis moritur, si modo incorruptibili moriatur: cum mors hominis aliud non sit, nisi dissolutio, seu corruptio compositi per corruptionem unionis inter corpus, & animam: quod si Christus secundum carnem mortuus ita non esset, sed modo incorruptibili; ergo neque a mortuis vere resurrexisset: *Si autem non resurrexit*, ut inquit Apostolus 1. Cor. 15. *inanis est prædicatio*

Է տառս խանի . զի ոչ կարաց սատուր-
7 նինոս ապականել զամ̅ մէ̅ գիրս աւե-
տարանչացն , առաքելոց , և մարգա-
րէիցն . յորս ուրեք ուրեք յիշումն լի-
նի չարչարանացն քն̅ . և ոչ ևս կարաց
ապականել զսբ̅ գիրսն ամ̅ ազգաց և
լեզուաց . որք միաբան և միաձայն
պատմեն զնոյն չարչարանսն .

Երկրորդ պատասխանեն տարօնցին
և վարդանն ասելով . թէ քն̅ կրեաց
ներգործութբ̅ զայսպիսի տկարու-
թիս և զկիրս . ոչ որպէս մեք կրեմք
իսկ . այլ անապականն ինչ եղանակաւ .
որպ̅ վայել էր անապականն և անչար-
չարելի մարմնոյն կրել զայն . ուսանի
Ը ասեն . թէ անապականն ինչ կերպիւ
8 մարմինն քն̅ յղացաւ , ծնաւ , սնաւ ,
չարչարեցաւ , և մեռաւ .

Բայց այս պատասխանիս ոչ է պա-
կասագոյն խելագարութի քան զա-
ռաջինն . քանզի եթէ այդ այդպ̅ լի-
նէր . ապա ուրեմն և պարտ էր ուրա-
նալ զամ̅ մարմնաւոր բնականներգոր-
ծութիս և զկրողութիս քն̅ թէ կեն-
դանականս , թէ անկենդանս , թէ
գոյացականս , և թէ պատահականս .
զի առանց ապականութե̅ ինի ուրուք
ոչ ոք 'ի դոցանէ կարէ գործիլ 'ի կեն-
դանին մրմնաւոր բաղկացեալ 'ի տա-
րերց և 'ի հակառակ որակութեցն .
Թ որպիսի էր մարմինն քն̅ . և ըս̅ որոյ և
9 պարտ էր ասել . թէ ամ̅ գործքն փրկ-
կականն տնօրէնութեն էին սուտ և
առաչօք .

Քանզի ոչոք մարդ մեռանի ճշմար-
տապ̅ . եթէ անապականն կերպիւ մե-
ռանի . զի մահ մարդոյ ոչ այլ ինչ է,
եթէ ոչ լուծումն կամ ապականութի
բաղադրեալ կենդանւոյն . և լինի յոր-
ժամ ապականի միաւորութին 'ի մէջ
հոգւոյ և մարմնոյ . ապա թէ քն̅
այսպ̅ ոչ մեռաւ . այլ անապականն կեր-
պիւ . ուրեմն արդեօք ոչ մեռաւ ճշ-
մարտապ̅ , այլ առաչօք . և ոչ ևս յա-
րեաւ

րեանն ճշմարտապէս. նաև եթէ չէ յարու- Ժ
ցեալ. ընդունայն են քարոզութիւնք 10
մեր. ընդունայն են և հաւատքն ձեր.
ըստ պօղոսի.

Եւ դարձեալ ոչ չարչարի կամ կրէ ոչ ըզցաւս մարմնոյն ճշմարտապէս, եթէ անապականն կերպիւն չարչարի. զի չարչարանք և կրողութի ցաւոց'ի մարմնի ոչ լինին. եթէ ոչ ապականման բնական նոյն որակութի մարմնոյն վասն ներգործութեան միոյ օտար և հակառակ որակութե. ուստի և նոյն կրողութիւն ցաւոց է պատրաստութի առ ապականութի կենդանւոյն. ապա թէ քն այսպէս ոչ չարչարեցաւ. այլ ա-
նապականն կերպիւն, ուրեմն արդեօք Ժա
սուտ ասէր մէ գիրքն. թէ նայեցարուք 11
և տեսէք. եթէ իցէ ցաւ, որպէս ցաւ իմ.

Եւ դարձեալ ոչ սնանի ոք ճշմարտապէս. եթէ անապականն կերպիւն սնանի. զի ճշմարիտ սնունդ ոչ լինի. եթէ ոչ գոյացութիւնն կերակրոյն բազում եփմամբ և ծամխմամբ'ի ձեռն ապականութեան և ծնելութե ապականի, և փոխադրի'ի գոյացութիւն արեանն և մարմնոյ կենդանւոյն. քանզի ըստ բժշկաց ստամոքին եփումն և փոխադրութի կերակրոյն լինի'ի յըստամոքն. երկրորդ'ի լեարդն. երրորդ'ի յերակսն. և չորրորդ յիւրաքանչիւր ան-
դամս որ առնու առ ինքն'ի կերակրոյն Ժբ
զոր ինչ է ինքեան պիտանացու. և 12
զանպիտանսն ձգէ արտաքս. ապա թէ քն այսպէս ոչ սնաւ, և ոչ եհան արտաքս զաւելորդսն բնութե. այլ թէ սնաւ անապականն կերպիւն. և նորա կերակուրն ոչ ծախեցաւ. և ոչ փոխադրեցաւ'ի գոյացութի կենդանւոյն. այլ եղև որպէս յետ յարութեն. յորժամ քն'ի փառաւոր մարմնի եկեր երբեմն ընդ աշակերտսն ոչ'ի պահանջմանէ բնութե'ի քաղցոյ. և կամ վն սնանելոյ. այլ ըստ անձնիշխան զօրութե. զի ցուցցէ աշակերտացն զճշմար

տութի

tio nostra, inanis est & fides vestra.

Neque vere quis patitur corporis cruciatus, si patitur modo incorruptibili: quia passio doloris in corpore non fit, nisi cum ex introductione qualitatis alicujus contrariæ corrumpitur qualitas naturalis: unde passio ipsa doloris est dispositio ad corruptionem compositi. Quod si Christus ita passus non esset, sed modo incorruptibili; false diceretut ex persona ejus Tren. 1. *Attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus.*

Neque vere quis alitur, ac nutritur modo incorruptibili: quia vera nutritio non fit, nisi cibi substantia multiplici digestione corrumpatur, & transmutetur, ut tandem vertatur in substantiam aliti. *Prima enim digestio,* dicit Macrobius lib. 7. cap. 4. *fit in ventriculo; secunda ab hepate; tertia in venis; & quarta in singulis membris, dum quod unicuique membro utile est, ipsi membro fit nutrimentum; inutile autem per poros, & meatus excernitur.* Quod si Christus hoc modo nutritus non est: *nec excrevit,* uti dicunt, *naturæ superflua; sed de cibo id faciebat, quod fecit post resurrectionem:* (quando in carne gloriosa, sed tamen vera, eademque substantialiter, ac fuerat prius, cibum, & potum cum discipulis sumpsit, non præ siti, & esurie, aut alimentorum indigentia, ut nutriretur; sed ea, qua hoc poterat, potestate, ut eo modo naturam corporis resurgentis adstrueret): ergo falso retulissent Evangelistæ, quod *Puer crescebat, & confortabatur;* quod *esurivit, sitivit, expuit in terram, lacrymatus est, ac sudore manavit:* corporis enim incrementum non fit; nisi ex alimenti substantia, in substantiam aliti transmu-

tata;

tata; nec sitis, & esuries oriuntur, nisi ex alimenti indigentia; nec sputa, sudores, & lacrymæ emittuntur, nisi tanquam ejusdem alimenti partes excrementiæ.

Neque demum a matre quis vere gignitur, seu concipitur, modo incorruptibili: quia semper in generatione unius intercedere debet alterius rei corruptio, juxta philosophicum illud axioma: *Generatio unius est corruptio alterius*. Igitur ex materia illa purissimorum sanguinum, quam Virgo Mater præparavit, ac ministravit conceptui, non potuit proprie generari substantia corporis Christi sine corruptione prioris formæ substantialis, nempe sanguinis, neque sine alteratione, seu dispositione aliqua ad formam corporis: alioquin non fuisset Christus vere a Matre genitus, nec ejus filius; ac falsum fuisset illud: *Ecce concipies in utero, & paries filium*.

Cæterum, si corruptio sumatur improprie pro qualibet impuritate, aut violatione virginitatis: dicimus ultro, quod & conceptio, & nativitas Christi, fuerunt sine corruptione. Nam prior purissime facta est per operationem Spiritus sancti, sine viri commixtione, sine virili semine, sine carnali motu concupiscientiæ, sine colluvione peccati originalis: & posterior, integritate Virginis incorrupta, sine doloribus, & immunditiis parientium.

Sed instant aliqui Armenii, dicentes: Etiam Patriarcha noster, Nierses Ghelajensis in epistola ad Manuelem Imperator. scripsit: *Si quis autem Christi corpus corruptibile, dixerit secundum involuntarias, & fœda aliquas passiones, hoc est, secundum impuras fluxiones, ex cibo, & potu provenientes;*

Ժգ տուեալ յարուցեալ մարմնոյն ուրեմն և ը
13 դեօք սուտ էր այն. զոր աւետարանն
ասէ. Թէ մանուկն աճէր և զօրանայր
Թէ քաղցեաւ, ծարաւեաց, եԹուք,
արտասուեաց, և քրտնեցաւ. վն զի
աճումն կենդանուԹյն ոչ լինի. եԹէ ոչ
'ի գոյացուԹէ կերակրոյն, որ փոխադ-
րի 'ի գոյացուԹիւն կենդանուԹյն. նա
և քաղց և ծարաւն ոչ լինին. եԹէ ոչ
'ի պահանջմանէ կերակրոյն և Թուքք,
քրտունք, և արտասուք ոչ Թափին
արտաքս. եԹէ ոչ իբր աւելորդ մա-
սունք կերակրոյն, և մնընդ-եան.
Եւ դարձեալ ոչ կարէ ոք ճշմարտապէս ծնա-
նել և յղանալ 'ի մէջ արգանդի մօրն
Ժդ առանց ապականուԹե իւիք. զի հանա-
14 պազ 'ի ծնելուԹե միոյ իրի լինի ա-
պականուԹի միւսոյն, ըստ առացելո-
ւոյ փիլիսոփայից. Թէ ծնելուԹիւն
միոյ է ապականուԹիւն միւսոյն.]
ապա ուրեմն 'ի նիւԹոյն ամենամա-
քուր արեանն սրբոյ կուսին ոչ կարէր
ծնանել մարմինն քի. եԹէ ոչ ապակա-
նիւր 'ի նիւԹոյն առաջադրոյն տե-
սակն արեան. և Թէ նիւԹն ոչ այլայ-
լիւր և պատրաստիւր առ ներգործոյն
տեսակն մարմնոյն. ապա Թէ ոչ. ու-
րեմն ոչ էր քն յղացեալ ճշմարտապէս 'ի
կուսէն, և ոչ որդի նորա. ըստ այնմ
Թէ ահա յղասջիր և ծնցես որդի.
Ժե Իսկ եԹէ այս անունս ապակա-
15 նուԹե. ոչ իմասցի յատկաբար և իս-
կապէս. այս. վն կորստեան իրին. այլ
միայն վարքապէս և անյատկաբար. այս.
փոխանակ աղտոյ ուրուք, և կամ
խախտման կուսուԹե. յայնժամ մեք
ես ասեմք. Թէ յղացումն և ծնունդն
քի առանց ապականուԹե եղեն. զի
նորա յղացումն եղև ամենամաքուր 'ի
ձեռն հոգւոյն սրբոյ. առանց մարդ-
կային սերման և կամ մերձաւորու-
Թե. առանց վավաշոտ շարժման հեշ-
տուԹե. առանց աղտոյ սկզբնական
մեղաց. և նորին ծնունդն եղև եւս
մա-

մարմնոյ . ամբողջ մնալով կուսութեան Ֆղ
ծնողին . և առանց ցաւոց և ապ- 16
ականութեանց այլոց ծննդոց .

Այլ ընդդիմաբանսն ասեմք ՚ի հայ-
ոց և առեն . Թէ և ո՛ կթղկան մեր նեռ-
նես կլայեցին ՚ի դաւանութեան առ-
թադաւորն մատնել այսպէս գրեաց .
Աղպա Թէ վս̄ ապականայ և անդառնալի
կերից ապականացու ոչ առնէ զմար-
մինն քն̄ . ԿԳ . կերակրոց և ըմպելեաց
ախտաւորար հոսմանց . այսմ ոչ հաղոր-
դեմք .] ապա ուրեմն և վարդապետն
մեր կլայեցին ըստ այսմ մասին եղև
համախոհ ընդ վարդանայ .

Պատասխանի . Թէ կլայեցի վարդապետն ոչ
էր բռնացեալ խելագարութեան վար- Ֆե
դանայ . զի փոխանակ ապականայ և ան- 17
դառնալի կերից ոչ խմացաւ զարատաւորս
եղանելն , որպէս վարդանն . զի այս է
կամաւոր և անմեղադրելի ներգործու-
թիւն . այլ խմացաւ զանդառնալին կերա
մեղանչականս . որք բռնութբ և ապա-
մայ ներգործեն ՚ի բնութեանս ընդ-
դէմ ուղիղ բանաւորութե . որպիսիք
են շարժմունք վավաշոտ հեշտութեց
և ախտաւորար հոսմունք սերման . որք
բերեն զայն հեշտութիւն . զի այսպի-
սիքդ ծնեալ լինին ՚ի մեղաց և ՚ի յաւե-
լորդ կերակրոց և յըմպելեաց . նաև քն̄
ոչ ունէր զյօժարութին խնչառ մեղս . և
ոչ ուտէր կամ ըմպէր , եթէ ոչ միայն Ֆը
որքան բաւականանայր անդադեան 18
բնութեան . վս̄ որոյ ամենայն կերք և
շարժմունք զգայութե քն̄ ամենայնիւ
հնազանդ էին անձնիշխան կամաց նո-
րին . և ոչ ծնանէին ՚ի նմ շարժմունք դ-
ապաստամբութեան . Ուստի կլայե-
ցին ոչ ուրանայ զբնական և զանմե-
ղադիր ապականութիւն ՚ի քն̄ . այլ
միայն զապականութիւն վարքական
և մեղադրելի . զոր մե գրէ պետրոս .
Թէ փախուցեալք ՚ի ցանկութեանց
աշխարհիս և յապականութեանց .]

Իսկ եթէ այսպիսի էր միտքն ներ-
սեսի

tes: cum illo nequaquam communicamus. Igitur ipse quoque magister Ghelajensis videtur asserere cum Vartano, corpus Christi nutritum esse modo incorruptibili, aut saltem partes excrementitias cibi, & potus ejus absumpti evanuisse.

Respondetur, magistrum Ghelajensem non eadem, qua Vartanus, stultitia laborasse, sed verbis illis negare voluisse in Christi corpore, non corruptibilitatem naturalem, sed moralem, seu culpabilem, de qua Petrus, epist. 1. cap. 1. *Fugientes*, inquit, *ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem*. Itaque docere voluit, corpus Christi non fuisse obnoxium involuntariis motibus, ac rebellionibus carnis, nec impuris distillationibus illis, quæ in nobis ex superfluitate cibi, aut potus provenire solent: tum quia non fuit in illo fomes peccati, seu inclinatio sensualis appetitus ad id, quod est contra rationem; sed omnes motus appetitus sensitivi perfecte subdebantur imperio rationis ejus, quemadmodum subdebantur etiam in Adam ante peccatum: tum etiam quia Christus nunquam sumebat majorem cibum aut potum, nisi quantus sufficiebat substentationi naturæ.

Quod autem talis fuerit mens Ghelajensis Doctoris, patet ex aliis ejus verbis, immediate sequentibus: subdit enim: *Talis corruptio oritur ex peccato; ergo in illum, qui peccatum non fecit, prævalere non debuit: præterea scriptum est, quod non invite, sed voluntarie passiones suscepit: passio autem corruptionis hujusmodi non est voluntati obediens, sed rebellis, & in natura, nobis etiam invitis, operatur: tum quia, si Christus corruptibilibus hisce passionibus subjacuisset invitus;*

vitus; sequeretur, quod non ipse in suas passiones, sed passiones in ipsum prævaluissent; & per consequens etiam in peccatum, quod corruptionis hujusmodi pater est, incidisset: quod absit viris orthodoxis dicere, aut cogitare. Ex quibus verbis aperte colligitur, Niersesem Patriarcham ibi loquutum esse de corruptione impropria, seu culpabili, proveniente ex carnis rebellione: maxime cum ibidem paulo ante luculenter dixerit Christi corpus fuisse corruptibile, quod ad naturales attinet passiones, quæ rationi non adversantur: ut notavimus §.1. num.20.

Cæterum satis est, ad impudentem illam Phantasiastæ Vartani tractationem supprimendam, quod supra diximus de Christi sudoribus, sputis, & & lacrymis, quæ nihil aliud sunt, nisi alimenti partes excrementitiæ, ex corpore defluentes.

Respondent denique reliqui Pseudomagistri communiter; Christum vere quidem passum esse nostras actuales infirmitates eo modo, quo cæteri patiuntur homines; veruntamen non naturaliter, seu ex necessitate naturali carnis passibilis, aut corruptibilis; sed quia ipse voluerit, humanitatem suam, naturaliter impassibilem, pati defectus hujusmodi, ut nos redimeret, ac si dicant: passus est nostros naturales defectus, non naturaliter, sed supernaturaliter, ac miraculose: quemadmodum dæmones, etsi naturaliter impatibiles ab igne corporeo, tamen cruciantur ab illo supernaturaliter, secundum communiorem opinionem, quia Deus ita vult.

At hæc est nimis crassa ignorantia, ne dicam, obstinata malitia: siquidem ne cogantur asserere duas naturas in Christo, unam passibilem, alteram im-

Ժթ. սեռն կլայեցելոյն. յայս լինի ՚ի յայլոց
19 յետադայ քանեց նորին. քանզի յետ
մերոյ գրեալ քանեցն այսպէս ասէ. Զի յա
ապականութիւն մեղաց է ծնունդ. և
որ մեղս ոչ արար. ոչ ախտեցաւ նմա և
ապականութին այսպիսին. Որպէս՝ զի
մկայի ՚ի գերս. Թէ զկերս ոչ ակամայ.
այլ կամաւոր կրեաց. և այս կերք ա-
պականութե ոչ կամաւոր. այլ ակա-
մայ և բռնութբ ներգործի ՚ի բնու-
թիս. և որ զայս ասէ. յայտ առնէ.
Թէ ոչ կերքնմա, այլ նուքն կրեցն ծա-
ռայէր. և Թէ այսպիսաւորս ապակա-
նելի կրեցն հնազանդէր ակամայ. յայտ
է. Թէ և մեղաց, որ հայրն է այսր
Ի ապականութեա, ՚ի ներքոյ անկեալ
20 էր. զոր մի լիցի իմանալ. կամ ասել
ուղղափառ հաւատացելոց.] Յորոց բա-
նիցս իմանամք յայտնապէս. Թէ ներսէս
կլայեցին խօսեցաւ յղջս վարքական
և մեղադրելի ապականութե. որ հետևի
յապստամբութե զգայական ցանկու-
թեն. մանաւանդ զի յառաջն ասա-
ցեալ էր Թէ ոչ ՚ի հարկաւոր և ՚ի կա-
մաւոր կրեցն առեմք զօղ անապական
զմարմինն քն. և զայլն. որպէս ՚ի վե-
րոյ ցուցաք.

Երրդ պատասխանեն այլ սուտ
վրդպտքն առ հասարակ. Թէ քն կրեաց
զմն անմեղադրելի կիրս մեր. որպ և
Իա մեք խոկ կրեմք. բայց ոչ բնականաբար.
21 այ. ոչ ՚ի բնական հարկաւորութենէ
չարչարելի և ապականացու մարմնոյ.
այլ զի ինքն կամեցաւ. Թէ անչարչա-
րելի մարդկութին իւր կրէր ազատչե-
լապ զկիրսն զայնպիսիս վն մերոյ փրկու-
թեան. Իբրու Թէ ասեն. կրեաց զբնա-
կան կիրս մեր, բայց ոչ բնականաբար.
այլ գերբնաբար և սքանչելապ. զի
կամեցաւ կրել զնոսա. Ոճ ր օրինակ.
Թէպէս հողևոր դևք ոչ կարեն բնա-
կանաբար տանջիլ ՚ի մարմնաւոր հը-
րոյն. սակայն տանջին ՚ի նմանէ գերբը-
նաբար ՚ի դժոխս. զի ած այսպ կամի։

Իբրև

Իսկ սոյն է յոյժ յանդգնութի և ԻԲ
ամբարհաւանականն չարութի․ քան 22
զի դոքա․ զի մի ընդունողականացին խոս_
տովանել 'ի քն զերկու բնութիւնս
զմինն չարչարելի և զմիւսն անչարչա_
րելի․ դիւրագոյն յօժարին ասել․ թէ
բանն ած չարչարեցաւ 'ի մի ոմն ան
չարչարելի բնութեն․ քան թէ ասել,
որ 'նա առեալ իցէ զմարմին բնութբ
չարչարելի․

Այլ որոյ ընդդէմ 'նոցա է․ զի բնու-
թիւք իրաց ոչ ճանաչին 'ի մէնջ․ եթէ
ոչ 'ի գործոց և յարարողութեցն նո_
ցին․ Իսկ մարդկութին քն ճշմարտապ
և 'ներգործութբ չարչարեցաւ ըստ
նոցա․ապա ուրեմն էղև բնականաբար ԻԳ
չարչարելի․ և ոչ սքանչելապ․ զի ոչ 23
պարտ է մեզ խոստովանել զսքանչելա
գործութիւն առանց հարկաւորու_
թե․ արդ ոչինչ հարկաւորութի
ընդդ դառնէ զմեզ ասել․ թէ քն չարչա
րեցաւ սքանչելապ․ այլ յաւէտ ընդ_
դդառնալիք ասել զնա բնականաբար
չարչարեալ․ նախ զի սբ գիրք կոչեն
զքն ճշմարիտ մարդ և մեզ նմանակից․ ա
պա ուրեմն և բնականաբար չարչա_
րելի և մահկանացու․ որպ և մեք․ Եր
կրդ զի առէ պօղոս․ Հռովմայեցւոց ած
զորդի իւր 'ի նմանութի մարմնոյ մե_
ղաց․ Իսկ որպիսութիւն մարմնոյ մե_
ղաց ոչ է լինել սքանչելապ չարչարելի․ ԻԴ
այլ է ունել զբնականն հարկաւորութի 24
կրելոյ զմահ, և զայլ մարդկային պա
կասութիւ․ Երրորդ զի 'ի գործ․իզ․երրդ
գլխն քն կոչի պարզապ չարչարելի․
ասելով․ եթէ չարչարելի է քն․ եթէ
առաջին 'ի յարութե մեռելոց․ ապա
ուրեմն է չարչարելի բնականաբար․
Չորրդ զի առաւել լաւագոյն անտեղի լի_
նէր․ առնուլն ած զչարչարանս 'ի վր
անչարչարելի մարմնոյ․ քան թէ առ_
նուլ 'ի սկզբանէ զմարմին որ իցէ բնա
կանաբար չարչարելի․ Հինգերրդ զի
հետևիւր թէ քն ոչ էր ճշմարիտ որդի
կու_

impassibilem, facilius patiuntur concedere, Dei filium actu passum in natura impassibili, immo divina, quam suscepisse carnem, natura passibilem.

Verum contra est: quia rerum naturæ non cognoscuntur a nobis, nisi ab effectibus, & operationibus ipsarum, dummodo non obstet alia ratio in contrarium: sed humanitas Christi vere passa est per ipsos; nec obstare videtur ratio, quin potuerit esse patibilis; ergo dicendum est; quod talis fuerit naturaliter, non autem miraculose. Non enim debet ad miracula fieri recursus sine urgenti necessitate: immo necessitas est dicendi oppositum: Primo, quia sacra Scriptura ubique prædicat, Christum fuisse verum hominem, nobis similem; ergo naturaliter passibilem, & mortalem, sicut & nos: & Rom. 1. dicitur: *Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati*: conditio autem carnis peccati non est, ut sit miraculose passibilis; sed, ut naturalem necessitatem habeat patiendi mortem, & alias humanas infirmitates: immo Act. 26. vocatur Christus absolute passibilis: *Si passibilis Christus*: ergo passibilis naturaliter. Secundo, quia majus fuisset inconveniens, filium Dei suscepisse actuales passiones in impatibili carne; quam suscepisse carnem, quæ posit naturaliter pati. Tertio, quia alioquin Christus non fuisset naturalis filius Virginis secundum carnem; cum carnem istam impatibilem ab illa trahere nequivisset. Quarto demum, quia hoc derogaret veritati divinæ: nam, cum Dei filius se hominibus ostenderit, quasi humanitatem habens pasibilem; falsa fuisset demonstratio, si talem humanitatem non habuisset.

 Dices

Dices cum Vartano, & Dattievensi, corpus Christi ab instanti conceptionis fuisse gloriosum; nec majorem habuisse gloriam post resurrectionem, quam ante: ac proinde saltem ob id fuisse impassibile, incorruptibile, subtile, spiritale, &c. cum hujusmodi qualitates sint propriæ corporis gloriosi.

Sed miror, quomodo id virili animo, presentique dicere illi possint, dum sacra Scriptura evidenter testatur oppositum, dicente ipso Domino, Luc. 24. *Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam?* & Joanne c. 7. *Nondum erat Spiritus datus, quia Jesus nondum erat glorificatus*: & Apostolo Hebr. 2. *Videmus Jesum propter passionem mortis gloria, & honore coronatum*: quod præcipue intelligitur quantum ad corpus; & etiam ex parte quantum ad animam, quæ licet a principio creationis fuerit beata ex visione divinæ essentiæ, atque adeo gloriosa; tamen collata illi non fuerat dos impassibilitatis, nec ejus gloria manifestata hominibus, nisi post resurrectionem corporis, idque ne opus redemptionis impediretur. Itaque Christi corpus non fuit gloriosum, nisi in resurrectione: quia etiam electi in sua resurrectione (cujus exemplar, & causa erat resurrectio Christi, ut dicitur 1. Cor. 15.) habebunt corpora gloriosa, juxta illud, quod ibidem subditur: *Seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in virtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale*, &c.

Quarta demum ratio probat animæ passibilitatem hoc pacto: si anima Christi

ԻԵ կուսին ըստ մարմնոյն. զի ոչ առաւել
25 էր 'ի նմանէ զանչարչարելին զմարմինն
զայն. Եւ վեցերորդ զի որդին ա̄յ եցոյց
մարդկան զմարմինն իւր իբր չարչարե-
լի. զի չարչարեցաւ ըստ մարմնոյն.
ապա ուրեմն եթէ ոչ էր չարչարելի.
ցուցումն այն սուտ լինէր և կեղծա-
ւորութի. զոր քաւ լիցի ասել.
Իսկ յանդիմանեմ վարդանն և տա-
թևացին ասելով. Թէ մարմինն քի 'ի
սկզբանէ յղացմանն եղև փառաւոր.
և այլ ոչ յաւելաւ նմա փառք յետ
յարութեն. զի փառք մարմնոյն ա̄ծա-
նալն էր. ապա ուրեմն 'ի սկզբանէ
յղացմանն եղև անչարչարելի. անա-
ԻԶ պականն. լուսաւոր. անօսր. Թեթև.
26 և այլն. զի այսոքիկ են յատկութիւնք
փառաւոր մարմնոյն.
Բայց ընդդէմ նոցա է. զի Թէպէտ
յետ յարութեն այլ ոչ յաւելաւ մարդ-
կութեն քի փառք գոյացականն. որ
էր ա̄ծանալն. և ոչ եւս յաւելաւ հոգ-
ւոյն նորա փառք էութենականն. որ
էր երանելի հայեցումն ա̄ծութեն. զի
զայս երկու փառս ունէր քս̄ լիապէ̄ս 'ի
սկզբանէ յղացմանն. սակայն յաւե-
լաւ նմա յետ յարութեանն փառք պա-
տահականն. այս̄. լինել անչարչարելի
ըստ հոգւոյ և ըստ մարմնոյ. և լինել
ըստ մարմնոյ Թեթև. անօսր. լուսա-
ԻԷ ւոր. անապականն. անմահ. և այլն.
27 զորս ոչ ունէր քս̄ յառաջքան զյարու-
Թիւն. զի մի խափանեսցի նորա չարչա-
րանք և մեր փրկութի. Եւ յերգս այսոր
պատահականն փառացն իւրոց խօսէր
քս. յորժամ ասէր. Թէ ոչ ապաքէն պարտ
էր չարչարիլ քի. և մտանել 'ի փառս
իւր.] Եւ դարձեալ ասէ յոհաննէս
աւետարանիչն. Թէ չև էր հոգի տու-
եալ. քանզի յս̄ չև էր փառաւորեալ]
Եւ դրձլ ասէ պօղոս. Տեսանեմք զյս̄
վս̄ չարչարանաց մահուն փառօք և
պատուով պսակեալ.] Ուստի մար-
մինն քի ոչ էր փառաւոր եԹէ ոչ յետ
յարու-

յարութեան . քանզի և ընտրեալքն ու-
նեցին զփառաւորեալ մարմինս յետ
յարութեան իւրեանց . որոյ պատճառ
և նախապատուիրակ եղ յարութիւն քի .
զի ասէ առաքեալն. թէ սերմանի ապա-
կանութե , և յառնէ առանց ապակա-
նութե. սերմանի անարգութե, և յառ-
նէ փառօք . սերմանի տկարութե , և
յառնէ զօրութե . սերմանի մարմին
շնչաւոր , և յառնէ մարմին հոգևոր .
և այլն .]

Զորրորդ պատճառն ցուցանէ զհո-
գին քի չարչարելի այսպէս . զի եթէ հո-
գին քի ոչ էր չարչարելի. ապա ուրեմն
յոչըք կողմանէ չարչարեալ էր քս վն
մեր . ա.Պյս հետևութիւնս ցուցանի . Իթ
զի մարմինն լինի չարչարելի զգայապէս 29
պատճառաւ հոգւոյն . որ է սկիզբն
զգայականն զօրութեցն . և 'ի մարդն է
համանգամայն աճականն . զգայա-
կանն . և բանականն . ապա ուրեմն և
հոգին, ըստ որում է ատեսակ մարմնոյ,
և գոյ 'ի մարմնի է ևս առաւել ինքն
զգայապէս չարչարելի , ըստ արիստոտե-
լի առացելոյն . Թէ այն , որով լինի իւրն
այսպիսին, և ինքն առաւել է այսպի-
սի .] Որոյ աղագաւ ասէ սբն օգոս-
տինոս 'ի մեկնութեն ծննդոց . թէ ոչ
մարմինն զգայ. այլ հոգին զգայ 'ի ձեռն
մարմնոյն . յն մարմնաւոր զգայարա-
նին . Նաև ևս . զի ասէ նոյն փիլիսոփայն Լ
արիստոտէլ . թէ որոյ է զօրութի . նո- 30
րա և է ներգործութիւնն .] Իսկ զգայա-
կան զօրութիւնքն են իսկապէս բոլոր բա-
ղադրելոյն . յն . հոգւոյն և մարմնոյն
'ի միասին . կամ թէ առաւել են հոգ-
ւոյն. յորմէ բղխեն. քան թէ մարմնոյն .
ապա ուրեմն և զգայական ներգոր-
ծութիւնքն , կամ կրողութիւնք , և
չարչարանքն են իսկապէս երկոցունցն 'ի
միասին բաղադրելոյ . և կամ առաւել
հոգւոյն քան մարմնոյն .

Յաջողի երկու կերպիւ հանդիպե-
ցաւ հոգւոյն քի չարչարել 'ի մարմնի.
կամ

Իը 28 sti non fuisset passibilis, sequeretur, quod neque fuisset passibile corpus ejus; & per consequens nulla ex parte verum esset illud, *Christus pro nobis passus est*, 1. Petr. 2. Sequela probatur: quia corpus est passibile sensibiliter ratione animæ, quæ est principium potentiarum sensitivarum, & in homine est simul vegetativa, sensitiva, & rationalis: ergo anima, prout est actus corporis, multo magis est ipsa in corpore passibilis sensibiliter, juxta Aristotelicum axioma illud: *Propter quod unumquodque tale, erit illud magis*. Quare Augustinus dicit, quod

Իթ *corpus non sentit, sed anima sentit*
29 *per corpus*, hoc est, per organum corporale. Tum quia, ex eodem Philosopho, *cujus est potentia, est etiam ejus operatio*: sed potentiæ sensitivæ sunt proprie totius compositi, hoc est, animæ, & corporis simul; vel saltem principalius animæ, a qua derivantur, quam corporis: ergo & operationes sensitivæ, vel proprie sunt compositi, vel principalius animæ, quam corporis.

August. sup. Genes. lib. 12 cap. 14.

Arist. lib. de Somno, & vigilia. cap. 1.

Contigit autem dupliciter, animam Christi, in corpore existentem, pati: uno modo per accidens passione cor-

Լ poralі per corporis læsionem; quia,
30 cum anima sit forma corporis, necesse erat, quod, corpore Christi perturbato per corpoream læsionem, etiam anima per accidens perturbaretur, ac pateretur, scilicet quantum ad esse, quod habebat in corpore: alio modo per se passione animali secundum operationes suarum potentiarum.

Unde passa est anima Christi vere dolorem sensibilem: quia ad hunc dolorem requiritur læsio corporis, & sensus læsionis: sed corpus Christi læsum fuit, & ejus anima perfecte habuit

omnes

omnes potentias naturales, præsertim sensitivas: ergo &c.

Passa est tristitiam, apprehendendo scilicet aliquid, ut nocivum præsens, & quantum ad se, sicut passio, & mors ejus fuit; & quantum ad alios, sicut peccata discipulorum, vel etiam Judæorum, & aliorum hominum.

Passa est timorem, apprehendendo eadem mala, ut futura cum certitudine; timor autem ex apprehensione mali futuri cum dubietate, non fuit in Christo.

Passa est iram per zelum ex appetitu vindictæ secundum ordinem justitiæ; non autem iram per vitium, de qua dicitur Jacobi 1. *Ira viri justitiam Dei non operatur.*

Passa est admirationem solum secundum scientiam acquisitam experimentalem, cui poterant quotidie aliqua nova occurrere; non autem secundum alias ejus scientias, quibus omnia perfectissime cognoscebat; ut alibi dictum est.

Hæ autem animi passiones sensibiles non ita per omnia fuerunt in Christo, sicut in nobis: quia in nobis frequenter vel feruntur ad illicita, vel præveniunt judicium rationis, vel tandem non sistunt in appetitu sensitivo; sed etiam trahunt secum rationem ad operandum: non sic autem fuit in Christo; in quo omnes motus appetitus sensitivi oriebantur secundum quod ratio disponebat, & imperabat: unde anima Christi poterat etiam illis resistere, præsertim virtute divina, ut ei non supervenirent: sed propria voluntate se illis subjiciebat, maxime ut veritatem humanæ naturæ comprobaret.

ԼԱ կամ ըստ պատահմանն . կամ ըստ ինքե_
31 եանն . ըստ պատահմանն չարչարեցաւ
մարմնաւն որ կրէր 'ի ձեռն չարչարա_
նաց մարմնոյն . զի գոլով հոգին տեսանէ
մարմնոյ . հարկաւոր է . զի ըստ չար_
չարիլ մարմնոյն չարչարեսցի և հոգին
ըստ որում գոյ 'ի մարմնի իւրումն իսկ
ըստ ինքեան չարչարեցաւ հոգեկան
կրիւք . այս ըստ ներգործութեանց զգայա
կան զօրութեանց իւրեան .

Ուստի կրեաց հոգին քն զզգայա_
կան ցաւ . զի մն այսոր ցաւոյս պիտոյ
է ներգործութիւն մարմնոյն . և զգացութիւն
ներգործուն . իսկ մարմինն քն ներգործեցաւ .
և հոգին նորա ունէր կատարելապէս զամ
ԼԲ բնական զօրութիւնս իւր . մանաւանդ
32 զզգայականս . այսպէս ուրեմն և այլն .

Դրձլ կրեաց զտրտմութիւն . մտօք
ըմբռնելով զչար ինչ ենթակայ իբր
ներկայապէս վնասաբեր թէ իւրեան ան
ձինն . որգոն . զմահ և զչարչարանսն
իւր . թէ այլոց անձանց . որպէս զմեղս
աշակերտացն , կամ հրէիցն , և այլոց
մարդկանց .

Դրձլ կրեաց զերկիւղ . ըմբռնելով
մտօք զնոյն վնասաբեր իրսն . իբր ա_
պագայս . աներկբայապ . բայց եր_
կիւղն . որ լինի 'ի յերկբայական ճանաչ_
մանէ ապագայ վնասուն . ոչ գոյր 'ի քն .
զի զամ ապագայս ճանաչէր առանց
ԼԳ երկբայութե .

33 Դրձլ կրեաց զբարկութն ըստ բա
րի նախանձու , ցանկալով վրէժխնդ_
րութե ըստ ուղիղ կարգի արդարութե .
բայց ոչ ունէր զչար բարկութիւնն
զայն . զորմէ գրէ առաքեալն յակոբ .
թէ բարկութիւն մարդոյ զարդարու_
թին այ ոչ գործէ .]

Եւ դրձլ կրեաց զզարմացումն , միայն
ըստ փորձական շահեալ գիտութե ,
որում յամէն օր կարէին հանդիպիլ
նոր անհատական ենթակայք . բայց ոչ
ըստ այլոց գիտութեանց նորին որովք
զամ ինչ գիտէր կատարելապէս .

ււհրդ

աՀրդ այսպիսի զգայական կիրքս անձին ոչ այնպէս բոլորովին էին 'ի Քս. որպէս և 'ի մեզ. վն զի 'ի մեզ բազում անգամ բերեն 'ի չարն. կամ ժամանեն յանկարծանելի յառաջ քան զբանաւորութիւն և զդատաստան մտաց. և կամ ոչ մնան միայն 'ի զգայական ցանկութեան, այլ և ս քարշեն զնոյն իւրեանց և պատրեն զբանաւորութիւն առ 'ի գործել բայց ոչ այնպէս էղև 'ի Քս. յորում ամենաշարժմունք զգայական զօրութեանց բռնաւորէին ըստ որում անձնիշխան բանաւորութիւն մտաց դատէր ուստի հոգին չի կարէր արգելուլ զնոսա. մանաւանդ ամ այնն զօրութեանն իսկ կամաւորապէս թոյլ տայր նոցա բռնանալոյ. և ս տանել վն ցուցանելոյ զճշմարտութիւն մարդկային բնութեան.

ԵՐՐՈՐԴ

Ցուցանի վկայութե սրբոց հարցն յունաց և լատինացւոց. զորս ընդունին եկեղեցին հայոց.

Պրակ. դ.

Սէն իգնատիոս ասէ 'ի թուղթն առ եփեսացիս. անմարմինն ա 1
էր 'ի մարմնի. անչարչարելին 'ի չարչարելի մարմնի. անմահն 'ի մարմնի մահկանացուի. կեանքն 'ի յապականութե. զի 'ի մահուանէ և յապականութե ազատեսցէ և բժշկեսցէ զանձինս մեր.]

Սէն յուստինոս մարտիրոս 'ի գիրսն յղգս հաւատոյ դաւանութե ասէ. Քս մարդ ցուցանի 'ի հաւասար և յանմեղադրելի կրից մերոյ բնութեն.]
Եւ դարձեալ 'ի տրամաբանութեն ընդ տրիփոնի
ասէ. Քրիստոս ելեալ 'ի լոյս բ
ծննդեանն. ընկալաւ զիւրն զօրութի. և աճել զաճումն ըստ հասարակ եղանակի ամ մարդկան. յիւրաքանչիւր հասակի և ներգործութեն 'ի կեր առեալ զիւր պատշաճաւորս. ամենայն կերակրով. և այլն.]

Որոգինէս 'ի գիրսն յղգս սկզբանց ասէ. Քս զմարմին էառ նմանակից մարմնոյս մերում. և այսու միայն տարբեր. զի ծնաւ 'ի կուսէն հոգւով սրբով.

Սէն աթանաս 'ի չորրորդ ճառու ընդ_

PROBATUR TERTIO

Ex Patribus Græcis & Latinis, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. IV.

IGnatius in Epiſt. ad Epheſios inquit: *Incorporeus in corpore, impaſſibilis in corpore paſſibili, immortalis in corpore mortali, vita in corruptione; ut a morte, & corruptione liberaret, & curaret animas noſtras.*

Juſtinus martyr, in expoſit. fidei: *Chriſtus, homo oſtenditur ex æqualibus, & irreprehenſibilibus noſtræ naturæ perpeſſionibus.* Item in Dialogo cum Triphone. *Chriſtus in lucem editus, virtutem ſuam obtinuit; & incrementum capiens juxta communem mortalium omnium morem, rebus congruentibus uſurpandis, ſuum cuique actui, & ætati tribuit, alimentis omnibus utens;* &c.

Origenes lib. 1. de Principiis: *Chriſtus corpus aſſumpſit, noſtro corpori ſimile, eo ſolo differens, quod natum ex Virgine de Spiritu ſancto eſt.*

Athanaſius, Orat. 4. contra Arrianos: *Quæ propria ſunt carnis, etiam de illo referuntur, nimirum quia in carne conſiſtebat; qualia ſunt eſurire, ſitire, pati, fatigari, aliaque id genus,*

nus, quæ caro in se recipit. Et rursus ibidem: *Ad hunc modum alias quoque corporis passiones haud incongrue in seipsum transtulit Deus Verbum; ne in posterum sicut homines moriamur, sed tanquam Dei Verbi proprii effecti, sempiternæ vitæ participes existamus: neque enim ultra juxta priorem generationem omnes in Adam morimur; sed tam nativitate, quam reliquis omnibus carnis infirmitatibus in Verbum translatis, a maledictione, per peccatum nobis inflicta, propter eum, qui in nobis nostri causa factus est maledictio, resurgimus*.

Basilius apud Theodoretum Dialogo 2. Orat. de Eucharistia: *Sic ergo esuriit Dominus, ei solido cibo perflato; & sitiit, consumpta in corpore humiditate; & defessus est, nervis, & musculis ambulando extensis; non divinitate oppressa labore; sed corpore, quæ ex natura consequuntur, accidentia suscipiente*.

Nyssenus, Orat. 2. de Pauperibus amandis. *Ipse Dominus Angelorum, ipse cælestis beatitudinis Rex, propter te factus est homo, & sordidas istas, abjectasque carnis exuviolas, una cum anima, quæ ipsis erat induta, sibi circundedit; ut attactu suo tuis ægritudinibus mederetur*.

Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 4. *Crede, quod hic Unigenitus Dei filius propter peccata nostra de cælo descendit in terram, & earundem affectionum cum nobis assumpsit humanitatem*. Et rursus ibidem. *Comedebat quidem Christus, ut homo, vere ita, ut nos: similes enim nobis corporis habebat affectiones*.

Theophilus Alexandrinus, lib. 1. Paschali: *Ex tantis, ac talibus assumpsit hominem, dumtaxat absque pecca-*
to;

Գ ընդդէմ արիանոսաց ասէ. Եւ զի ած-
3 բանն էր 'ի մարմնի. կիրք մարմնոյն
զնմանէ ևս ասին. որպէս քաղցնուլ.
ծարաւել. չարչարիլ. վաստակիլ. և
զայլս այսպիսեաց, զոր առնու մարմին
յինքեան.] Եւ դարձեալ ասէ. Նմանա-
պէս և զայլ կիրս մարմնոյն առ յինքն
էառ ած բանն զի մի յայսմ հետէ որպէս
զմարդիկս մեռանիցիմք. այլ իբր յատ-
կացեալք բանին այ` հաղորդակից լի-
նիցիմք յաւիտենականն կենաց. քանզի
այսուհետև ոչ ևս ըստ նախկին ծնե-
լութեան ադամայ ամենեքեան մեռա-
նիմք. այլ յաւէտ յետ փոխելոյն 'ի
մի̄ բանին այ մերոյ ծնելութեան և այլ
Դ ամ տկարութեանց մարմնոյն. յառնեմք
4 'ի մեղօք ժառանգեալ անիծիցն վասն,
որ 'ի մեզ եղեալ է վս մեր անէծք.]

Սբն Բարսեղ 'ի ճառն յղղս սրբոյ
հաղորդութեան ասէ. Ուրեմն քաղ-
ցեաւ տրն` յորժամ ոչ եկեր զկերա-
կուր. և ծարաւեաց յորժամ ցամա-
քեցաւ խոնաւութի 'ի մարմնի իւրում.
և վաստակեցաւ յորժամ 'ի գնալոյ
ղձարտապարհ ջիլքն թուլացան. ոչ
ածութիւնն կալեալ եղև այսպիսի
վշտօք. այլ մարմինն առնոյր զիւր
բնական պատահմունսն.]

Սբն Գրիգոր նիւսացին յերկրոր-
ճառն յղղս սիրելոյ զաղքատս, ասէ.
Ե Նոյն ինքն տրն հրեշտակաց և Թա-
5 գաւորն երկնային երանելութեան վս
քո մարդ եղև. և զայս աղտեղեալ և
զանարգեալ հանդերձս մարմնոյ ընդ
հոգւոյ զգեցաւ. զի հուպ գոլովն
իւրով զհիւանդութիւն քո բժշկեսցէ.]

Սբն Կիւրեղ երուսաղէմայ 'ի
չորրորդ կատակէն ասէ. Հաւատա
Թէ միածին որդին այ էջ յերկնից 'ի
յերկիր վս մեղաց մերոց. և էառ զմարդ-
կութիւն հանդերձ նոյնիմք կրիւք մե-
րովք.] Եւ դարձեալ ասէ. Քս իբր մարդ-
ուտէր ճշմարտապէս. որպէս և մեք. քանզի
ունէր զկիրս մարմնոյ նմանս մեզ.]

Թէո-

Թէոփիլոս աղեքսանդրացին յա- Դ
ռաջին գիրսն յԶգս ԶԷ զատկին ասէ. 6
Էառ զմարդկութիւն ըստ այնքան եւ
այնպիսի կերպիւ բաց 'ի մեղաց. որքան
իւք եւ որպիսեօք մեք ամենեքեան
եմք ստեղծեալք. եւ եղեւ ոչ ըստ մասին.
այլ բովանդակին միջնորդ այ եւ մարդ
կան մարդն Քս Յս. եւ ոչ միով ինչ պա
կասեցաւ 'ի մերմէ նմանութենէ. բաց
'ի մեղաց.] Եւ դրձլ 'ի յերկրորդ գիրսն
ասէ. Քս ած կատարեալ եառ կամա
ւորապէս զամ ինչ որ պատկանէր մարդ-
կային բնութեան եւ որպիսութեան. միայն
բաց 'ի մեղաց եւ 'ի չարութենէ, որ ոչ
ունի գոյութիւն.] Եւ դրձլ 'ի վեցերորդ
գիրսն ասէ. Եւ ծնաւ. եւ 'ի խանձա Է
րուրս պատեցաւ. եւ կաթամբ ար- 7
բուցաւ. եւ եդաւ 'ի մսուր. եւ զամ
տկարութիւնս մերոյ բնութեանս
կրեաց վասն մեղաց մերոց.]

Սբն Եպիփան 'ի քսաներորդ հեր-
ձուածն ասէ. Ճշմարտապէս ունէր զմար
մին 'ի սրբոյ մարիամայ. զոր եւ յին-
քեանն իւրեան ստեղծագործեաց 'ի
յամենասուրբ մօրէն. եւ էառ հոգի. եւ
զմիտս. եւ զորինչ է 'ի մարդ, բաց 'ի
մեղաց, ըստ ածութեանն իւրում
միաւորեաց.]

Սբն Ամբրոսիոս 'ի յերկրորդ գիրսն
առ գրատիանոս կայսր ասէ. Ոչ է
զարմանալի. եթէ զայրացաւ վասն Ը
ամեցն. զի եւ վս միոյն ղազարոսի ար 8
տասուեց. ոչ է զարմանալի. եթէ
տխրէր յորժամ էր մեռանելոց. զի եւ
ողբայր յորժամ զնոյն ղազարոսն էր
յարուցանելոց. Իսկ եւ անդ առ 'ի
յարտասուել շարժեաց զնա եղբայր-
սիրութիւնն քերն ղազարու. զի
մրդկայինն սէրն զայրացուցանէր զնա
վասն նորին. եւ աստ ներքին կիրքն
իւր ընտերգործէր զտնօրէնութիւնն.]
Եւ դրձլ յետ սակաւուց ասէ. Ոչ
ածութիւն. այլ հոգին նր խռովեցաւ.
եւ ըստ մարդկային տկարութեան խռո-

վէ-

to; ex quantis, & qualibus nos omnes creati sumus; non ex parte, sed totus, mediator Dei, & hominum, homo, Christus Jesus; nulloque, quod nostræ similitudinis est, caruit, nisi solo peccato. Item in epist. 2. Paschali: *Christus, perfectus Deus, propria voluntate, quicquid humanæ fuit & naturæ, & conditionis, assumpsit, absque peccato dumtaxat, & malitia, quæ nullam habet substantiam*. Item in epist. 6. Paschali. *Et nascitur, & fasciis involvitur, & lactatur, & in præsepio ponitur, & omnes denique propter antecedentia peccata, naturæ nostræ infirmitates experitur*.

Epiphanius, hæresi 20. *Vere corpus de Maria habuit; sibique ipsi carnem de sancta Matre efformavit; & animam, ac mentem accepit; & totum id, quod est homo, excepto peccato, in seipso per suam Deitatem counivit*.

Ambrosius, lib. 2. ad Gratianum Imperat.: *Quid mirum, si pro omnibus doluit, qui pro uno lacrymatus est? quid mirum, si moriturus tædeat, qui Lazarum resurrecturus illacrymat? Sed & ibi eum sororis pietas ad lacrymandum movit, per quam eum angebat affectus humanus; & hic interior ejus affectus dispensationem operabatur*. Et infra: *Non Deitas ejus, sed anima turbatur; & turbatur secundum humanæ fragilitatis assumptionem, propterea quia animam suscepit passibilem*.

Chrysostomus, in Joan. lib. 2. serm. 67. *Christus corpus mundum a peccatis habuit, non naturalibus necessitatibus liberum: alioquin nec corpus esset*. Item (citatus apud Sextam Synodum, act. 10.): *Non enim, nolle mori carnem, reprehensio est, quoniam*

hoc natura est: ipse autem, quæ naturæ sunt, omnia absque peccato ostendit, & cum multa abundantia, ut etiam hæreticorum obturet ora.

Augustinus, lib.14. de Civit. Dei, cap. 9. *Ipse Dominus in forma servi vitam agere dignatus humanam, adhibuit eas animi passiones, ubi cohibendas esse judicavit: neque enim, in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus.*

Paulus Emisenus, homilia de Christi Nativitate: *Enimvero natura nostra perfecte assumpta; humanæque naturæ conditionibus ex prima conceptione in se, veluti propriis, translatis; ac nostro tandem corpore sibi in templum coaptato, ex Deipara Virgine Deus perfectus, & homo itidem perfectus prodiit.*

Proclus, in epist. ad Armenios: *Deus, forma carens, sumpsit formam servi, caro factus, natus ex Virgine, volens ubique monstrare, quia secundum veritatem fieri homo dignatus est: naturam siquidem corpoream, & exordia, & habitus, passionesque necessario subsequuntur.* Et rursus ibidem: *Quod si nonnullis occasionem scandali præbent fasciæ, & illa in præsepio reclinatio, & illud in tempore secundum carnem augmentum, & quod in navi dormierit, & ex itinere sit fatigatus, & esurierit in tempore, & quæcunque facto secundum veritatem homini conveniunt: noverint se, dum passiones irrident, humanam in Christo negare naturam: dumque naturam negant, non credere dispensationem: non credentes vero dispensationem, damnum facere salutis.*

Cyrillus Alexandrinus, in Evangel. Joan. lib. 8. *Oportebat enim, & per*

hæc

Ը միացաւ. վն զի էառ զհոգի չարչարելի։]
9 . Սբն ոսկեբերանն յերեկորդ գիրս մեկ
նութեան յոհ. 'ի. Կէ. երդ. ճառն ասէ։
Քն ունէր զմարմին մբ 'ի մեղաց։ այլ
ոչ ապաքա 'ի բնական հարկաւորու-
թեց. զի այլապ ոչ էր մարմին։] Եւ
դրձլ ասէ։ Ոչ է մեղադրելի. եթէ մար
մինն ոչ կամէր մեռանել. զի այս էր բն
նական։ առդ քն զմէ որենչ բնական
էր. քաց 'ի մեղաց, եցոյց առաաաամ.
զի խցցէ զբերանս հերձուածողաց։]
Սբն օգոստինոս 'ի. ԺԴ. երդ. գիրսն
յՔղքս քաղաքին այ ասէ։ Ինքն տէրն
'ի կերպարանս ծառայի հանձնեցաւ
կենցաղավարել մարդկային կենօք.
Ժ և եցոյց զկիրս դոյնս անձինն. զի
10 ուսուսցէ մեզ հնազանդեցուցանել
զնոսա։ քանզի սուտ ոչ էր 'ի նմա
մարդկային կիրքն. յորում և ճշմարիտ
էր մարմինն և հոգի մարդոյ։]

Պօղոս եմեսացին 'ի ճառն յԾնդս
ծննդեանն քի ասէ։ Զմերս՝ ամ բնութ
էառ կատարելապէս զբնութիւնս մեր.
և 'ի սկզբանէ յղացմանն յատկացոյց
ինքեան զորպիսութիւն մարդկային
բնութեն իբրև զիւրս. և յարմարեալ
յինքեան զմարմինս մեր որպ զտաճար,
ծնաւ յամ ածածնէն մբ կուսէն ամ կա-
տարեալ. և մարդ կատարեալ։]

Սբն պրոկղ 'ի թուղթն առ հայս
Ժա ասէ։ Անկերպն ամ էառ զկերպա-
11 րանս ծառայի. մարմին եղեալ և ծնեալ
'ի կուսէն, կամեցաւ յամ ուրեք ցու-
ցանել. զի հանձնեցաւ մարդ լինել ճշմր
տապէս. քանզի առ մարմնական բնութեն
հարկաւորապէս հետևին սկզբունք,
և ունակութիք, և կիրք։] Եւ
դրձլ ասէ։ Ապա թէ ումեքի տան ոմանց
գայթակղութեն խանձարուրք. և դնել
լյն 'ի մսուր. և աճելն հասակաւ ըստ
մարմնոյ. և քնելն 'ի նաւին. և վաս-
տակելն 'ի ճանապարհի. և քաղցնուլն
'ի ժամանակի. և որ ինչ այլ որ պատ-
շաճի ճշմարիտ մարդոյ. գիտասցեն. զի

մինչ

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]

Ժբ 12 *hæc ipsa non putative, & excogitative, magis autem naturaliter, & veraciter, hominem ex muliere factum videri, omnia gestantem humana, absque solo peccato.*

Item lib. de Incarnatione Verbi, filii Patris, cap. 5. inquit: *Interrogatio*: Quomodo impatibili somnum, laborem, defatigationem, crucem, famem, cæteraque omnia, corruptioni subjecta, tribuere audetis? *Responsio*: Parce quæso maledictis, jam ante monui, Dei Verbum carne passibili secundum scripturarum traditionem se induisse, & se illi unisse; &

Ժգ 13 per ipsam laborem, & somnum, & humana omnia, peccato tantum excepto, sustinuisse.

Item in epist. 1. ad Successum: *Ut homo factus esse credatur (licet id, quod erat, permanserit, nimirum Deus secundum naturam): idcirco & esurire dicitur, & ex itinere fatigari, perferre etiam somnum, & turbationem, atque tristitiam, cæterasque humanas, & irreprehensibiles passiones*. Et infra: *Post resurrectionem vero erat quidem illud ipsum corpus, quod passum fuerat; non tamen adhuc in se humanas infirmitates habens: non enim ultra illud corpus famis, aut fatigationis, aut ali-*

Ժդ 14 *cujus alterius ejusmodi esse susceptivum, asserimus; sed jam incorruptibile; neque id solum, verum etiam vivificum; vitæ namque corpus est, idest, unigeniti filii; glorificatum etiam claritate, quæ maxime Deum decet*, &c.

Id ipsum denique docent summo consensu reliqui sancti Patres omnes: pro quibus allati sufficiant.

[illegible]]

[illegible]

Պաշ-

SOLVUNTUR

Objectiones.

§. V.

OBjicit primo Siuniensis, lib. 2. contra Diaphysitas, cap. 4. his verbis: *Si Christi corpus fuisset corruptibile, non diceretur, Joan. 6. Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi: Si corruptibile est, quomodo de Cælo descendit?* Et confirmat Dattievensis, addens: *Christus non dicitur terrestris, sed semper cælestis, etiam secundum carnem, juxta illud: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis.* Nec videtur ipsis sine ratione id asseri: nam, si caro Christi non fuisset e cælo, sed ab Adam derivata; fuisset etiam originali Adæ peccato vitiata, juxta illud, Rom. 5. *In quo* (hoc est, in Adam) *omnes peccaverunt*: sed Christus non peccavit in Adam: ergo neque traxit carnem ab Adam, sed e cælo, & sic incorruptibilem.

Respondetur, Christi corpus fuisse corruptibile, quia fuit terrenum, & ab Adam, non e cælo derivatum: quare dicitur Hebr. 2. *Semen Abrahæ apprehendit.* Ad illud autem, *Ego sum panis vivus, qui de Cælo descendi*: Et, *Secundus homo de Cælo cælestis*: Respondetur; quod Christus dicitur esse de cælo, non quidem quantum ad materiam, sed quantum ad divinitatem corporis ejus, vel etiam quantum ad virtutem formativam ejusdem corporis, quæ desuper fuit. Sic explicant communiter sancti Patres, ac præsertim sanctus Athanasius, cujus verba apud Armenicum Giarrentir, cap. 5. sunt hujusmodi: *Quamvis de terra esset indumentum; quia tamen cum* *cæle-*

[illegible]

[illegible]

ա 1 [illegible]

բ 2 [illegible]

գ 3 [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Դ 4 *caelesti Verbo erat conjunctum, appellatum fuit caeleste.*

Nec obstat, quod caro Christi non contraxerit Adae peccatum, quemadmodum caro nostra: nam ideo illud caro nostra contraxit, quia fuit originaliter in Adam non solum secundum corpulentam materiam, sed etiam secundum rationem seminalem naturalis generationis; per quam originale peccatum a nobis contrahitur; caro autem Christi fuit originaliter in Adam solum secundum materiam, & non etiam secundum rationem seminalem; quia desumpta ex puris sanguinibus Virginis,
Ե 5 concepta fuit non quidem naturaliter ex virili semine, sed supernaturaliter virtute Spiritus Sancti: unde fuit ab Adam non etiam active, ut nostra, sed tantum materialiter, active vero a Spiritu sancto: sicut & ipse Adam materialiter sumpsit corpus ex limo terrae, active vero a Deo. Propterea Christus non peccavit in Adam, in quo fuit solum secundum materiam, originaliter consideratam; quae quidem propagata fuit ab Adam, aliisque Patribus active per seminalem generationem usque ad B. Virginem Mariam: a Virgine vero Christus illam
Զ 6 accepit, non virtute humani seminis operante, sed Spiritus sancti.

Instat Siuniensis ibidem: Corruptibilitas, aliaeque hujusmodi infirmitates humani corporis, sunt poena originalis peccati: sed Christus secundum carnem non contraxit originale peccatum, neque debitum habuit contrahendi: ergo non suscepit in sua carne tales poenalitates. Propria ejus verba sunt haec: *Corruptio est effectus peccati, & fons mortis; nec est entitas aliqua, sed entitatis dissolutio, quae in nos naturaliter ex peccato inducta est;*

eſt ; quomodo igitur , quod erat fons vitæ , fontem mortis in ſe pateretur , aut uniretur cum illo?

Reſpondetur , Chriſtum habuiſſe carnem corruptibilem , aliiſque infirmitatibus noſtris obnoxiam , non quidem ex eo , quod has pœnalitates ex debito contraxerit ; (nam , cum ejus caro non debuerit originali peccato vitiari , ut dictum eſt ; proinde nec debitum habuit has peccati pœnas contrahendi) : ſed quia ſponte voluit illas in ſua carne ſuſcipere , ut pro peccato humani generis ſatisfaceret : tunc enim pro peccato alterius quis ſatisfacit: cum pœnam , peccato alterius debitam , in ſe ſuſcipit . Quomodo vero potuerit fons vitæ Chriſtus corruptionem , & mortem , ſeu diſſolutionem alicujus entitatis in ſe perferre ; ipſe quoque Siunienſis explicare tenetur ; qui , illum vere mortuum eſſe , ubique affirmat ; niſi forte id ſimulate dicat , ut nunc impia ejus verba indicare videntur . Nos interim dicimus ; eum , qui erat fons vitæ ſecundum divinitatem, corruptionem , & mortem eſſe paſſum ſecundum humanitatem , quæ tunc utique diſſoluta fuit , cum anima ejus a corpore ſeparata eſt .

Urget Vartanus in Monitis ad Armenios , cap. 8. dicens : *David Propheta (quem etiam citat Petrus Apoſtolus Act. 2.) inquit , Pſalm. 15. Non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem : igitur qui Chriſti corpus aſſerunt fuiſſe corruptibile, Prophetis , & Apoſtolis adverſantur* . Et rurſus hoc idem confirmans , addit : *Si Chriſtus habuiſſet corpus corruptibile, non potuiſſet nobis incorruptibilitatem acquirere,juxta illud* 1.*Cor.*15. *Neque corruptio incorruptelam poſſidebit*: ſi non poſſidebit,multo minus illam aliis donabit.

է
7 հու կրէր յինքեան . կամ միաւորէր ընդ նմա . զի անմիաւորելիք ներհակակ ընդ միմեանց .]

Պատասխանի . Թէ քրիստոս ունէր զմարմին ապականելի և ստորադրեալ այլոց մարդկային տկարութեանց . ոչ եթէ ունելով պարտաւորութիւն քաշելոյ զայս ախտս պատժոց . քանզի ոչ ունելով մարմին նորա զսկզբնական մեղսն . ոչ և ունէր պարտաւորութիւն քաշելոյ զպատիժս զայս . այլ զի կամաւորաւն կամեցաւ առնուլ 'ի յանձն զի մարմնին իւրում զտկարութիւնս և զայս ախտս զայսպիսիս . որպէս զի նորօք լնու ցելոյ վճար մեղաց մերոց . զի յայնժամ
ը
8 մի ոմն վճարէ վասն մեղաց միւսոյն . յորժամ առնու 'ի վերայ իւրեան զպատիժս պարտաւորեալս մեղաց միւսոյն . Եւ Հրդ առ այն . զոր յետոյ ասէ հակառակորդն . Թէ զիարդ կարէր աղբիւրն կենաց կրել յինքեան զապականութիւն . և զմահն , և զլուծումն էակին . պատասխանի . Թէ որ էրն աղբիւր կենաց ըստ աստուածութեան . կրեաց զապականութիւն մահու և զլուծումն ըստ մարդկութեան . որ յայնժամ լուծաւ . յորժամ հոգին նորա բաժանեցաւ 'ի մարմնոյն . և ապականեցաւ միաւորութիւնն , որ էր 'ի մէջ երկոցունցն .

թ
9 Դարձեալ յանդիմանէ զմեզ վարդանն 'ի գիրս խրատուց . և ասէ 'ի յութերորդ գլխոյ այսպէս . Դաւիթ և առաքեալն պետրոս ասեն . եթէ ոչ թողցես զոգի նորա 'ի դժոխս . և ոչ մարմին նորա եստես զապականութիւն . ապա ուրեմն որք ապականացու ասեն զքրիստոսի մարմինն . հակառակ են առաքելոց և մարգարէից .] Եւ դարձեալ հաստատէ զնոյն . և ասէ . զի եթէ քրիստոս ունէր զապականելի մարմին . զիարդ կարէր զանապականութիւնն շնորհել ապականացուաց .] զի դրէ պօղոս . Թէ և ոչ ապականութիւն զանապականութիւն ժառան

գէ .

դէ . Եթէ խնչն ոչ ժառանգէ . ապա Ֆ
և ոչ շնորհէ զնա այլոց . 10

Պատասխանի . եթէ դաւիթ և առաքեալ պետրոս այսու բանիւն ասացին . թէ մեռեալ մարմինն քն զօրութբ ածային պահպանութե ոչ ապականեցաւ . այ . ոչ լուծեալ եղև 'ի տարերս . բայց ոչ ուրացան լինել բնականաբար ապականացու . զի եթէ էր բնականաբար և ըստ ինքեան անապական . ապա ոչ ասէր մարգարէն . թէ ոչ տացես սրբոյ քում տեսանել զապականութի . այ . ոչ թողցես զապականացու մարմինն ապականել .

Վս որոյ պարտ է ասել . եթէ մեռեալ մարմինն քն այնպէս էր ապականա Ֆա
ցու . որպէս և կենդանին լեալ էր մահ 11
կանացու . և զայս ասեմք ըստ որպիսութե բնութեն իւրոյ . այլ ոչ ըստ պատճառութե ապականութե և մահու . որ էր մեղքն . և Հրդ պատշաճ էր ածութեն թողուլ զնա մեռանել . զի քն 'ի ձեռն մահուանն արար զմեր փրկութիւն . ըստ այսմ . Թէ . հաշտեցաք ընդ այ 'ի ձեռն մահու որդւոյ նորա .] բայց ոչ պատշաճ էր ածութեն թողուլ զնա ապականել . այ . լուծանել 'ի տարերս . զի այդպիսի ապականութբ յաւէտ խափանիւր մեր փրկութին . վս զի այդպէս ոչ հաւատայաք գոլ 'ի նմա ածային զօրութիւն . որ Ֆբ
պահէր զնա 'ի յապականութե , ուս 12
տի ասէ սղմն . Թէ զինչ օգուտ է ցեղ յարեանէ իմմէ , թէ իջանեմ ես յապականութի .]

Եւ Հաստատութեան պատասխանի . թէ մանաւանդ պարտ էր քն առնուլ զապականացու մարմինն . որպէս զի ազատեսցէ զմեզ յապականութե . և շնորհեսցէ զանապականութի ըստ այսմ պետրոսի . թէ որոյ հարուածովքն բժշկեցաք .] որպէս և վս ազատելոյ զմեզ 'ի մահուանէ և վս շնորհելոյ զանմահութի . Իսկ զմարմին մահկա

նաց

Respondetur, Prophetam, & Apostolum verbis illis asseruisse, corpus Christi mortuum, per divinam præservationem non fuisse putrefactum, & in elementa resolutum; non autem negasse, illud fuisse naturaliter corruptibile, seu putrefactibile: immo, si ex natura sua fuisset incorruptibile, non dixissent, Deitatem illud a corruptione præservasse, per ea verba: *Non dabis, sanctum tuum videre corruptionem.*

Unde dicendum est, corpus illud ita post mortem fuisse putrefactibile, sicut, dum erat vivum, fuit mortale: & hoc quantum ad conditionem naturæ ipsius, non autem quantum ad meritum putrefactionis, & mortis, quod est peccatum: debuit autem mori; quia Christus per mortem operatus est nostram salutem, juxta illud, Rom. 5. *Reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*: non autem debuit putrefieri, seu in elementa resolvi, quia ejus putrefactio fuisset potius in detrimentum salutis humanæ, dum non crederetur esse in eo virtus divina, quæ illud a corruptione præservaret: unde dicitur in Psal. 29. *Quæ utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?* quasi dicat: si corpus meum putrefiat, perdetur effusi sanguinis utilitas.

Ad Confirmationem respondeo, quod Christus, ut nostra potius corpora a corruptione liberaret, debuit corpus suscipere corruptibile, juxta illud, 1. Petri 2. *Cujus livore sanati estis*. Illud autem, quod dicit Apostolus: *Neque corruptio incorruptelam possidebit*: intelligitur de corruptione, quantum ad culpam, non quantum ad pœnam; & de luxuria carnis, quæ per peccatum generat mor-

tem,

tem, & corruptionem animæ spiritualem.

Objiciunt secundo: Si caro Christi ex necessitate naturali passibilis, ac mortalis fuisset; sequeretur, quod passus esset Christus nostras infirmitates, & mortem necessario, non autem sponte, ac voluntarie, uti dicitur Isaiæ 53. *Oblatus est, quia ipse voluit*: sed hoc est falsum, ergo dicendum est, illam fuisse naturaliter impassibilem; passam vero esse actu, quia Christus sponte voluit, illam pati. Hac de causa negant Armeni, dictionem illam, հարկակիր, harghaghir (quæ in latinum idioma vertitur, *necessario-patiens*) vere prædicari de carne Christi: ita ut vere dici non possit: Caro Christi fuit necessario patiens.

Respondetur, Christi carnem fuisse passibilem, ac mortalem ex necessitate naturali; ut hactenus probatum est: duplex autem fuit in illa hæc patiendi necessitas: altera naturalis, causata ex intrinsecis ejus principiis; secundum quam corpus Christi, utpote compositum ex contrariis elementis, & sic ab intrinseco corruptibile, subjectum erat necessitati mortis, & aliorum defectuum naturalium. Altera fuit necessitas coactionis, causata violenter ab agente extrinseco, secundum quam caro Christi, etiam ex conditione propriæ naturæ, necessitati subjacuit & clavi perforantis, & flagelli percutientis. Quare, etiamsi corpus ejus esset divinitati, & animæ gloriosæ conjunctum; tamen beneplacito divinæ voluntatis permittebatur pati, & operari, quæ propria; juxta illud, quod Christus exclamavit in Cruce: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me*.

Non autem ex hoc sequitur, Christum

Ժգ նացու։ Իսկ այն, զոր ասէ պօղոս. և
13 ոչ ապականութիւն զանապականութիւն
ժառանգէ։] իմանի վն ապականու-
թեն մեղաց և բղխախոհութեն. որ մե-
ղօք ծնանի զմահ և զապականութիւն
հոգւոյն։

Երկրորդ առարկեն։ զի եթէ մար-
մինն քն էր 'ի բնական հարկաւորու-
թենէ չարչարելի և մահկանացու. ապա
քս չարչարեալ էր հարկաւորապէս և
բռնութեմբ. այլ ոչ կամաւորապէս. ըստ
այնմ եսայեայ թէ մատուցեալ եղև.
զի այսպէս ինքն կամեցաւ։ Իսկ այս է
սուտ. ապա ուրեմն պարտիմք ասել.
թէ մարմինն քն էր բնականապէս ան-
Ժդ չարչարելի. և թէ չարչարեցաւ, զի քս
14 կամեցաւ զնա չարչարիլ։ և սակս այ-
սորիկ մարմինն քն ոչ ասի հարկակիր։

Պատասխանի. թէ մարմինն քն ըստ իւ-
քեան էր չարչարելի և մահկանացու
'ի բնական հարկաւորութենէ։ և այդ-
պիսի հարկաւորութիւն երկեակ էր։
մինն բնական, և 'ի ներքուստ. ըստ
որում նոյն մարմինն գոլով բաղդրեալ
'ի ներհակաց տարերաց. և այսպէս 'ի
ներքուստ ապականելի. էր և ստորա-
դրեալ հարկաւորութեան մահու և
այլոց բնական պակասութեանց և կրից։
Միւսն էր հարկաւորութիւն բռնա-
ւոր և արտաքուստ. ըստ որում այն
Ժե մարմինն 'ի յարտաքին պատճառէ բռ-
15 նադատիւր և զմեր մահու կրեր 'ի
հարուածող բևեռաց և 'ի գանից։
Վասն որոյ թէպէտ մարմինն քն միա-
ւորեալ էր ընդ երանելի հոգւոյն և
ընդ ածութեն. սակայն ածութին
թոյլ տայր նմա չարչարիլ և կրել զիւր
բնական կիրսն. ըստ այնմ. թէ ած իմ.
ած իմ. ընդէր թողեր զիս։]

Բայց այսու ոչ հետևի. թէ քս
չարչարիւր ակամայ և բռնութե. զի
չարչարեցաւ կամաւորապէս։ և պատ-
ճառն է այս. վն զի կարէր քս արգելուլ
զմահ և զչարչարանս մարմնոյ իւրոյ
թէ

թէ բռնական, որ 'ի ներքուստ. թէ Ժզ
բռնաւորս, որ արտաքուստ. և թէ 16
պէտ կարէր արգելուլ զայս բազում
կերպիւք. կամ թէ թողլով, զի փառք
Հոգւոյն անցցէ ևս 'ի մարմինն. կամ
թէ յաղթահարելով զհակառակորդս.
զի մի կարասցեն տանջել և սպանանել
զնա. կամ թէ պահելով զբնութիւն
մարմնոյն իւրոյ. զի մի մեռանիցի.
կամ վնասեսցի 'ի տանջողական գոր_
ծեացն. սակայն ոչ արգելեաց. այլ
կամեցաւ ընդունել զչարչարանսն
զայնպիսիս կամաւորաբ. ոչ թէ միայն
ա̄ծային կամօքն. այլ և մարդկային
անձնիշխան կամօք. և այսպէս իմանի
ասացեալն եսայեայ. թէ մատուցեալ Ժէ
եղև. զի այսպէս ինքն կամեցաւ.] Ուս 17
տի պատահմունք ասել. թէ մարմինն ք̄ի
թէպէտ ըստ բնական որպիսութեան
իւրոյ էր հարկաւոր. սակայն ոչ էր
հարկաւոր ըստ երկոցունց կամացն
նորին ք̄ի. յ̄ս. ոչ թէ միայն ա̄ծայնոյն.
այլ և մարդկայնոյն կամաց. որ 'ի
ձեռն անձնիշխան ընդունելութեան չար
չարանացն եղև արդիւնաւոր և ար_
ժանի վարձու իւրեան ինքեան, և
մեզ. զի եթէ ներգործութիւն մարդ_
կային կամացն ք̄ի ոչ էր անձնիշխան
և կամաւոր. ապա ոչ և կարէր գոլ
արդիւնաւոր.

Երրորդ առարկէ տաթևացին. Ժը
թէ ք̄ս եցոյց զանօսրութիւն մարմնոյն 18
իւրոյ, ելանելով յանարատ արգանդէ
կուսին. և զթեթևութիւն, գնալով
'ի վ̄ր ծովու. և զլուսաւորութիւն 'ի
թաբօր. և զանապականութիւն 'ի նշխա
րըս, զոր արար յաւագ հինգշաբթին.
ապա ուրեմն ունէր 'ի մարմնի իւրում
զայն չորս պարգևսն փառաւորեալ
մարմնոց.

Պատասխանի. ուրանալով զեզրակացու
թիւն. վ̄ն զի գործէր ք̄ս զայսպիսիս 'ի
մարմնի իւրում ոչ բնականաբար ըստ
բնութեան մարմնոյն. այլ տնօրինաբար
և

ſtum neceſſario, & non ſponte, aut voluntarie paſſum eſſe. Et ratio eſt: quia poterat quidem ipſe mortem, & paſſiones ſui corporis, ſive naturales, ſive violenter illatas, impedire, vel permittendo ut animæ gloria redundaret in corpus; vel adverſarios reprimendo, ut eum aut nollent, aut non poſſent cruciare, & interficere: vel tandem conſervando naturam ſuæ carnis, ne a quolibet læſivo inflicto opprimeretur: tamen nihilominus voluit hujuſmodi paſſionibus ſubjacere, tum voluntate divina, tum voluntate humana deliberata: & ſic intelligitur illud Iſaiæ: *Oblatus eſt, quia ipſe voluit*. Unde Armena dictio illa, հարկաւոր, *neceſſario-patiens*, vere prædicatur de carne Chriſti, quantum ad naturalem ejus conditionem, licet non quantum ad utramque voluntatem ipſius Chriſti, hoc eſt, non ſolum divinam, ſed etiam humanam deliberatam, quæ per acceptationem paſſionis meruit tam ſibi, quam nobis: quare actus ejus, ut eſſet meritorius, debuit eſſe liber, non neceſſarius.

Objicit tertio Dattievenſis: Chriſtus oſtendit corporis ſubtilitatem, egrediendo de clauſo utero Virginis; agilitatem, ſeu levitatem, ambulando ſupra mare; claritatem in monte Thabor, ubi reſplenduit facies ejus, ſicut ſol; & incorruptibilitatem ſeu impaſſibilitatem in Cœna, quando dedit corpus ſuum diſcipulis manducandum, abſque eo quod frangeretur: ergo habebat in ſuo corpore quatuor illas dotes corporis glorioſi.

Reſpondetur, negando Conſequentiam. Nam Chriſtus omnia hæc operatus eſt in ſuo corpore diſpenſative, & miraculoſe, ex virtute divinitatis unitæ; non autem naturaliter ex na-

introduxit; ut esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & ejusdem natura, & alterius gloriæ. Similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinuit, quod subito ab oculis eorum evanuit, ut dicitur Luc. ult. quia sicut in potestate hominis gloriosi est, ostendere, vel non ostendere corporis claritatem; ita in potestate illius est, ut corpus ejus videatur, vel non videatur. Voluit autem Christus manifestare tunc discipulis gloriam sui corporis per alia indicia, & non per claritatem, quam antea, ne illi infirmitatem futuræ passionis ejus despicerent, ostenderat in monte: quia tunc volebat eis suadere, corpus suum illud idem esse, quod antea passum, & mortuum fuerat, quod quidem multum impedire poterat ostensio claritatis: tum quia discipuli non potuissent in corpus luminosum intendere, & probare, si illud idem esset, nec ne. Adde, quod de claritate corporis ejus resurgentis dubitare non poterant, dum illius indicium adhuc in carne ejus mortali viderant supra montem.

Ad Confirmationem respondetur, quod corpus Christi ante passionem non solum debuit esse ejusdem substantiæ, ac nostra sunt corpora, quod importat consubstantialitatem: juxta illud Phil. 2. *Exinanivit semetipsum, formam servi accipiens*, hoc est, naturam nostram humanam; verum etiam ejusdem qualitatis, quod præterea importat similitudinem: juxta illud, quod subditur ibidem, *In similitudinem hominum factus*: Et Hebr. 2. *Debuit per omnia fratribus similari*. Quod si non fuisset etiam simile, hoc est, passibile, mortale, &c. neque per consequens vere passum, ac mortuum esset, sed phantastice. At vero post resurrectionem

fuit

ԻԵ զբնութիւն վերստին, և զփառսն նորա։]
25 Նա և զնշանն ինչ փառացն իւր եցոյց
այսու զի եղև 'ի նոցանէ աներևոյթ,
զի որպ 'ի ձեռս փառաւորելոյ մարդոյ
է ցուցանել կամ ծածկել զպայծա_
ռութիւն մարմնոյն. նոյնպ և 'ի ձեռսն
նորա է երևել, և ոչ երևել։ Եւ որ կա_
մեցաւ քս յեա յարութեան յայտնել
աշակերտացն զփառս մարմնոյն 'ի ձեռն
այլոց նշանաց. և ոչ 'ի ձեռն պայծա_
ռութեան, զոր ցուցեալ էր նոցա յառաջ
'ի Թաբոր, զի մի անարգեսցեն զնո_
ւաղութիւն հանդերձեալ չարչարա_
նացն։ քանզի յեա յարութեան կամէր
համանեցուցանել նոցա. Թէ յարու_
ԻԶ ցեալ մարմինն իւր էր նոյն ինքն, որ
26 յառաջ չարչարեալ և մեռեալ էր։ սակս
այսորիկ ոչ եցոյց զլուսաւորութիւն
նորա, նաև զի ոչ կարէին աշակերտքն
հայիլ 'ի լուսաւորեալ մարմինն, և
փորձել մտադրութբ. Թէ նոյն ինքն
էր. Թէ ոչ։

Առ հաստատութիւն եզրակացութեան
պատասխանի. Թէ մարմինն քի յառաջ քան
զչարչարութիւն ոչ միայն պարտ էր գոլ
էակից մարմնոց մերոց. յ̄. ունել զնոյն
էութիւն. ըստ այնմ, Թէ զկերպարանս
ծառայի առեալ. յ̄. զմարդկային
բնութիւն. այլ և ս պարտ էր գոլ նմա_
նակից նոցա. յ̄. ունել զնոյն որա_
ԻԷ կութիւն. ըստ այնմ Թէ պարտ իսկ էր
27 նմա ամենևին եղբարց նմանել. յ̄.
գոլ չարչարելի. մահկանացու. ապա_
կանելի. և այլն։ ապա Թէ ոչ գոյր
և ս նմանն. յ̄. չարչարելի, մահկանա_
ցու. և այլն. ուրեմն արդեօք ոչ չար_
չարեալ և մեռեալ էր ճշմարտապ. այլ
առաչօք։ իսկ արդ՝ յեա յարութեան
գոյր միայն էակից մարմնոց մերոց. և
նոյն իսկ ըստ գոյութե. որ էրն յա_
ռաջ ըստ այնմ. տեսէք զձեռս իմ և
զոտս. զի ես նոյն եմ.] բայց ոչ պարտ
էր նմա գոլ և ս նմանակից, և նոյն,
ըստ որակութեանց. զի ոչ պարտ էր

նմա

նման ունել զնոյն որակութիւնս և զկերպս. ԻԸ
զոր ունէր յառաջ. այլ զայլս սեպհականս. 28
որք վայելուչ էին փառաւորեալ և յա_
րուցեալ մարմնոյն. այս. զանչարչարե_
լութիւն, զանմահականութիւն, զանա_
պականութիւն, զպայծառութիւն, զ_
նօսրութիւն, զթեթևութիւն, և զայլս.
ըստ այնմ. Թէ նորոգեսցէ զմարմին
խոնարհութեան մերոյ. կերպարանա_
կից լինել մարմնոյ փառաց իւրոց.]
Սակս այսորիկ ասէ սբ առաքեալն.
Թէ քս յարուցեալ է 'ի մեռելոց. այ_
սուհետև ոչ մեռանի. և մահ նմա ոչ
ևս տիրէ.]

Զորքն և 'ի վերջն առարկեն ընդ_
դէմ չարչարելի գոլոյն զհոգին. քանզի ԻԹ
զի հոգին քի էր փառաւոր. ուրախա_ 29
նայր, և ճոխ երանելի ուրախութե
'ի պայծառ տեսութե ա̄ծութեն. ապա
ուրեմն ոչ կարէր համանգամայն կրել
զցաւս, զտրտմութիւն, և զչարչա_
րանս. ապա և ոչ էր չարչարելի.

Պատասխանի. Թէ հոգին քի ա̄ծային
զօրութեամբ պահէր զուրախութի երա_
նելին միայն 'ի վերին բանական հոգւոյն
իւրեան. այս. 'ի միտս և 'ի կամս. մինչ_
զի ոչ տայր իջանել զայն 'ի վայրագոյն
զգայական հոգւոյն իւր. այս. 'ի զգայա_
կան զօրութիւն. զի մի այսու արտաքս
մեալ լիցի յինքենէ ցաւն զգայական.
Ուստի նոյն հոգին ուրախանայր 'ի Լ
կողմանէ ա̄ծային առարկայիս. այս. 30
ա̄ծութեն, զոր տեսանէր. և համան_
գամայն սգայր 'ի կողմանէ ենթա_
կայեն. այս. մարմնոյն, որ զգայապ̄ չար_
չարիւր.

Թերևս առարկիցեն. զի եթէ այդ
այդպէս լինէր. ապա հոգին քի ոչ չարչա_
րիւր ըստ բանական վերին կողմանն
իւրեան. այս. մտաց և կամաց. որով
ուրախանայր. մանաւանդ զի չարչա_
րանք և ուրախութի. տրտմութի և
խնդութի են ներգործութիք հակա_
ռակ միմեանց. ապա ուրեմն ոչ կարէին

գոլ

fuit quidem corpori nostro consubstantiale, & idem numero secundum substantiam, ac fuerat prius, juxta illud Luc. ult. *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipse sum*: non tamen debuit etiam esse simile, & idem secundum qualitates; quia non debuit easdem omnes habere qualitates, quas prius habebat, sed alias proprias corporis gloriosi, videlicet impassibilitatem, immortalitatem, claritatem, &c. juxta illud Phil. 3. *Reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suae*. Et ideo ait Apostolus Rom. 6. *Christus, resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur*.

Objiciunt ultimo contra passibilitatem animae: quia anima Christi gaudebat, & fruebatur fruitione beata ex visione divinae essentiae: ergo non poterat simul dolere, & tristari per passiones; atque adeo non fuit passibilis.

Respondetur, quod gaudium, & fruitio ex beatifica visione sic per divinam dispensationem retinebatur ab anima Christi in rationali parte superiori, intellectu scilicet, & voluntate; ut non derivaret ad inferiorem partem sensitivam ejusdem animae, hoc est, ad potentias sensitivas, ne per hoc dolor sensibilis ex ipsa excluderetur. Unde eadem anima Christi fruebatur ex parte objecti divini, & dolebat ex parte subjecti, nempe corporis, sensibiliter patientis.

Dices: ergo saltem anima Christi secundum superiorem partem rationalem, hoc est, intellectivam, & volitivam, quae est propria ipsius animae, & in qua fruebatur; non dolebat, nec tristabatur: quod etiam probatur: nam fruitio, & dolor; gaudium, & tristitia, sunt actus invicem contrarii; ergo

non

non possunt esse simul in eodem subjecto, maxime si sint summe intensi.

Respondetur, negando consequentiam prioris argumenti: quia licet fruitio beata mentis non redundaret in vires inferiores sensitivas; dolor tamen Christi pervenit usque ad rationem superiorem animæ, ubi proprie tristitia dicitur; nec proinde impediebat illius fruitionem. Ad probationem autem ejus respondeo, quod actus illi tristitiæ, & fruitionis, non sunt inter se directe contrarii; quia non sunt de eodem, sed de diversis objectis: nihil autem prohibet, contraria eidem inesse secundum diversa, si non naturaliter, saltem virtute divina; sicut fuit in Christo, cujus anima etiam in parte superiori summe tristabatur per unum actum voluntatis ex apprehensione peccatorum, & miseriarum nostrarum; & per alium summe gaudebat ex contemplatione divinæ essentiæ.

ԼԱ դոլ համանգամայն ՚ի մի և նոյն ենԹա
31 կայի․ և ստուածել եԹէ իցեն գեր՚ի
վերոյ տատանիկք․

Պատասխանի ուրանալով զհետևուԹին առաջարկուԹեան․ քանզի Թէպէտ երանելի փառք և ուրախուԹիւն մտաց և կամացն քն ոչ հեղանէր ՚ի վայրադոյն զօրուԹիս զգայականս․ սակայն ցաւք և չարչարանքն քն հասանէին և ձգանէին մինչև ՚ի վերին կողմն հոգւոյն, յորում ցաւն խսկատ կոչի տրտմուԹի համտխուԹե․ և անդ կայով․ ոչ արգելէին զերանելի ուրախուԹիւն․ վն զի ներգործուԹիւքն ուրախուԹե և տրտմուԹե յործամ յարաքեբեին ոչ՚ի
ԼԲ նոյն, այլ ՚ի զանազան ենԹակայս,
32 յայսժամ ոչ են ուղղակի հակառակք․
և կարեն գոլ համանգամայն ՚ի վն միոյ հոգւոյ ՚ի սատանիկ․ սատինձանի ծնունդ-այլին զօրուԹբ․ եԹէ ոչ բնականապ․ Որպէս հոգին քն ըստ բանականն վերին կողմանն սաստկապես տրտմիւր միով ներգործուԹբ կամաց, մտօք ըմբռնելով զծանրուԹի մեղաց մերոց և զանօրէնուԹիւն հոգեց․ և միւսով ներգործուԹբ սաստկագոյն ուրախանայր վն երանելի տեսուԹե ածային էուԹե․

մի

ՄԻ ԹԷ ՄԻԱԾԻՆ ՈՐԴԻՆ ԱՍՏՈՒԾՈՅ

Էառ ոչ թէ միայն զմարդկային բնութիւն . այլ և
զմարդկային անձն . այ՟ . զոմն մարդ .

ՈՒԹԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ .

Առաջարկին երկու կարծիք . և լուծումն
վիճաբանութեանս .

Գլուխ . ա՟ .

UTRUM FILIUS DEI ASSUMPSERIT

Hominem, ſeu perſonam humanam.

QUÆSTIO INTER ARMENIOS OCTAVA.

Proponitur duplex ſententia, & reſolutio Quæſtionis.

§. *I.*

Ստորասեն ոմանք վարդապետացն . և ուսուցանեն՝ ի գիրս իւրեանց եթէ ա՟ծ բանն ոչ միայն էառ զբնութիւն . այլ և զանձն մարդոյ . որպէս . զպետրոս , կամ զպօղոս : Ա՟յլ զի կամեցեալ՝ նոցա բառնալ՝ ի միջոյ զձայն երկուց բնութեանց . քարոզեցին յա՟մ ուրեք . և փոխ հարեալ հրատարակեցին . թէ նոյն է ասել՝ ի քն՟ . մի անձն . և մի բնութի՟ւ . ասելով , թէ անձն և բնութի՟ւն նոյն են . և թէ ոչ կարէ մարդկային բնութեան՝ ի բաց կալ՝ ի մարդկային անձնաւորութենէ . և ենթադրեալ ա՟ծային ան_ ա՟

1 AFFIRMANT Pſeudomagiſtri; docentes, a verbi perſona aſſumptam fuiſſe non ſolum naturam, ſed etiam perſonam humanam, hoc eſt, hominem quendam: eo quod, ut tollant e medio vocem duarum naturarum, idem omnino eſſe dicunt naturam, & perſonam; & conſequenter non poſſe naturam humanam propria perſonalitate privari, & a verbo aſſumptam, per ejus perſonalitatem ſubſiſtere. Quapropter, ut riſus, & joci cunctis reddantur occaſio, affirmant ex una parte cum Eutyche, natu-

naturam divinam, & humanam in Christo convenisse in constitutionem unius naturæ; & ex alia cum Nestorio, naturam humanam in eodem Christo subsistere per subsistentiam, non verbi, sed propriam. Unde, dum tollere conantur a Christo duas naturas, in eodem nolentes constituunt duas personas. Audiamus eorum verba.

Siuniensis lib. 1. contra Diaphisitas, cap. 3. *Natura*, inquit, *sine sua subsistentia non potest existere*: ac subjicit cap. 4. *Dicunt ergo duas naturas, & unam personam: unde juxta ipsorum verba, altera ex istis naturis esset personata, altera personalitate privata, at impossibile est, in una persona duas naturas subsistere, easque sibi invicem contrarias: & præterea impossibile est, quod natura sua sit personalitate privata. O errorem horribilem, & admiratione dignum* &c.

կայեն բնութիւն ոչ է անձն, եթէ ոչ
գոյանայ յինքեան և ինքնամբ. քանզի
ամ մասնաւոր գոյացութիւն ոչ է և
ոչ ամէն ենթակայութիւն կամ անձն.
եթէ գոյանայ միաւորեալ ընդ այլում
ենթակայութեամբ. զոր օրինակ. ձեռն, և
ոտքն, ձեռքն, և ոսկերքն, և ջիլքն՝
վն զի միաւորեալ են ընդ մարմնոյն. և գոյա-
նան ոչ յինքեանս, այլ ՚ի մարդն. անկա
րոյնքն ոչ ասեն ենթակայութիւնք, Զ
կամ անձինք. այլ մարդն միայն ասի 6
ասի, յորում գոյանան այնոքիկ. նոյն
պէս և մարդկային բնութիւն քն թէ
պէտ իցէ մասնաւոր գոյացութիւն.
սակայն ոչ է անձն, վն զի միաւորի
ընդ ենթակայութեան բանին, և գոյա-
նայ ամբողջին անձնաւորութեամբ նորին.
այլ յաւէտ ինքն բանն և քն ասի
անձնաւորութեամբ մարդկութեան գոյանայ.

Եւ առ պատճառսն առաջեալ ՚ի
միւսեցոյն՝ և յօձնեցոյն՝ պատասխա-
նանեմ. զի թէպէտ ՚ի գոյանալ ոչ բը-
նութիւն առանց ենթակայութեան գոյա-
նայ. և ոչ ենթակայութիւն առանց բը-
նութեան, սակայն ոչ այսու հետևի. Թէ Է
բնութիւն և ենթակայութիւն մի և նոյն 7
են. զի բնութիւն նշանակէ զէութիւն
իրի. իսկ ենթակայութիւն, որ և անձ-
նաւորութիւն ասի ՚ի բանականն,
յայտ առնէ զեղանակն գոլոյ այնր իրին.
Զի. զգոյն իրին ինքեամբ առանձնաւոր.
Ուստի եթէ նոյն իրն ոչ գոյանայր
ինքեամբ, այլ նորայնով ենթակայութեամբ.
յայնժամ ունէր զնոյն էութիւն կամ բը-
նութիւն. բայց ոչ զնոյն ենթակայու-
թիւն, այլ զօտարն. [illegible]
[illegible]. Թէպէտ քանակութիւն ոչ կարէ
գոլ առանց ձևոյ. և ոչ ձևն առանց

քա-

factum sit homo: quod non esset, si factum jam hominem assumpsisset.

Ad Minorem dico, quod humana natura singularis non est persona, nisi habeat per se subsistere: sicut non quælibet subsistentia singularis est hypostasis, si subsistat per unionem in alio se dignori: ut patet in manu, pede, ossibus, nervis, &c. quæ, quia uniuntur cum reliquo corpore, & subsistunt in homine, non dicuntur hypostases; sed hypostasis dicitur homo, in quo illa subsistunt: ita similiter, humana natura in Christo, quamvis sit substantia particularis; quia tamen venit in unionem cujusdam completi, per se subsistentis, scilicet totius Christi, Dei, & hominis; ideo non potest dici secundum se hypostasis, seu persona: sed potius talis dicitur Christus, in quo illa subsistit.

Ad utramque Minoris probationem respondeo, quod tametsi non datur a parte rei natura substantialis sine subsistentia, seu hypostasi; neque e converso: non ideo sequitur, idem esse naturam, quod ejus subsistentia, & hypostasis: nam illa est essentia rei; hæc vero est modus, & ratio, per quam talis essentia per se subsistit: unde si per se non subsistat, sed in alio; erit eadem quidem essentia, non tamen eadem subsistentia, & hypostasis. Patet instantia in quantitate: nam etiam non potest dari quantitas sine figura; & tamen est idem quantitas, quod ejus figura: immo, sicut eadem numero quantitas, etiamsi non possit existere sine aliqua figura; potest tamen sive sub hac figura existere, sive sub alia: ita pari ratione, licet natura humana non possit subsistere sine aliqua hypostasi; potest tamen sive in propria hypostasi, sive in aliena; sci-

licet

licet Verbi, subsistere.

Dico præterea ad majorem explicationem; quod humana natura non idem significat, quod humana persona: nam natura, secundum se considerata, significat solam hominis essentiam, seu prædicata ejus essentialia, scilicet animal rationale: persona vero præter essentiam significat etiam suppositum ejus, qui talem habet essentiam, v. g. Petrum: unde licet persona includat in suo significatu naturam, non tamen natura in suo significatu includit personam. Adest exemplum in divina Trinitate, ubi tres sunt personæ, & una natura: quod si idem omnino natura, & persona significarent; certe totidem essent in Trinitate naturæ, quot sunt personæ: quod est Arrianum.

Objiciunt secundo: Si Christus haberet naturam humanam sine humana personalitate; haberet naturam humanam imperfectam: quia personalitas, seu subsistentia est ultima perfectio, & complementum naturæ: ergo non esset perfectus homo, sed potius semihomo.

Respondetur, quod duplex perfectio considerari potest in natura substantiali: altera est in ratione naturæ, seu essentiæ, quæ explicatur per prædicata ejus essentialia, sive propria: nimirum, quod sit natura completa, cui nihil desit, quod spectet ad ejus essentiam, & proprietates. Et in hac quidem ratione, sicut neque anima, neque corpus sunt natura humana perfecta, hoc est, animal rationale, risibile, sensitivum, quantitativum, &c. sed tantum partes illius: quia utrique, seorsim acceptæ, deficit altera pars, quæ est complementum alterius in ratione talis naturæ: ita natura humana

Chri-

Է քանականութե. բայց այսու ոչ հետեւի.
8 Թէ քանականութիւնն եւ Բանն մի եւ նոյն
են. ասել մտաւորական՝ զի որոց կարէ
նոյն քանականութիւն կալ, Թէ Պետրոսի
մինչ Բանոյ. եւ Թէ ՚ի ներքոյ միւսոյն.
նոյնպէս եւ կարէ նոյն մարդկային բնու-
թիւն գոյանալ, Թէ իւրովք յատուկ
ենթակայութբ. այս. մարդկային անձ-
նաւորութբն. Թէ օտարութեամբ. այս.
անձնաւորութբն բանին այ.

Եւ դրձլ ասեմ վս առաւել բացայայտո-
մեկնութե լուսաւորութեն այսորիկ. Թէ
մարդկային բնութիւն ոչ ունի զնոյն
նշանակութի. զոր ունի մարդկային
անձն. քանզի մարդոյ բնութիւն, ըստ
Թ ինքեան խորհեցեալ, նշանակէ զառանձ-
9 նական. այս. զէութի մարդոյ. որ է կեն-
դանի բանական մահկանացու. իսկ
անձն մարդոյ նշանակէ ոչ Թէ միայն
զէութի եւ զառանձնական մարդոյ. այլ եւս
զենթադրեալն որ ունի զէութի զայն
պիտի. որ զոր. զպետրոս. վս որոյ Թէ
պէտ անձն ներփակեալն ՚ի նշանակու-
թեն իւրում եւս զբնութիւն. սակայն
բնութիւն ոչ ներփակէ ՚ի նշանա-
կութե իւրում զանձն. Յայտ է սորին
օրինակն ՚ի սբ Երրորդութեն. ուր են
երեք անձինք. եւ մի բնութի. զի եթէ
անձն եւ բնութի զնոյն նշանակէին.
ուրեմն այնքան էին ՚ի յԵրրորդութեն
Ժ բնութիւնք. որքան եւ են անձինք, ըստ
10 աղանդոյն արիոսի.

Երկրորդ առարկեն. զի եթէ քս
ունէր զմարդկային բնութիւն առանց
մարդկային անձնաւորութեն, ունէր
զմարդկութիւն անկատար. զի անձնա-
ւորութիւն. որ եւ ենթակայութի. է
յետին կատարումն բնութե. ապա ու-
րեմն քս ոչ էր մարդ կատարեալ. այլ
կիսամարդ.

Պատասխանի. Թէ ՚ի գոյական
բնութեն զերկեակ կատարումն կա-
րեմք նկատել. զմին ըստ բանի բնու-
թե կամ էութեան. որ յայտ լինի ՚ի

ձեռն

[illegible]

Ժա Christi non solum fuit perfecta, ve-
11 rum etiam perfectissima: quia non solum constabat ex anima, & corpore, aliisque omnibus humanis proprietatibus, ac potentiis, tum rationabilibus, tum sensitivis; sed etiam omnia hæc naturalia habuit perfectiora, & nobiliora, quam ullus unquam habuit homo, vel habebit. Altera perfectio naturæ substantialis est in ratione suppositi, seu hypostasis, quæ in natura rationali dicitur personalitas: quæ quidem personalitas in tantum pertinet ad perfectionem naturæ, in quantum facit solum, quod talis natura (alioquin in
Ժբ sua ratione perfecta) per se existat, &
12 sic compleatur ulterius in ratione suppositi, & dicatur persona, at perfectius est alicui, quod existat in aliquo se digniori, quam quod existat per se: ergo natura humana etiam in ratione suppositi, seu personæ perfectior fuit in Christo, quam in nobis: quia in nobis, quasi per se existens, propriam habet personalitatem; in Christo autem, existens in persona divini verbi, habuit subsistentiam, & personalitatem divinam, quemadmodum ratio sensitivi perfectior est in homine, quam in bruto; quia existens in ho-
Ժգ mine, existit in supposito digniori:
13 igitur Christus, juxta nostram sententiam, non modo non erat semihomo; verum etiam fuit homo perfectior, quam cæteri homines.

Objicies ultimo: Filius Dei est homo: sed non est homo, quem non assumpsit: ergo est homo, quem assumpsit; igitur assumpsit hominem, & sic personam humanam. Et confirmatur primo; quia hoc nomen, homo, significat naturam humanam: sed filius Dei assumpsit naturam humanam; ergo assumpsit hominem. Confirmatur

se-

secundo: quia aliqui sancti Patres interdum dixerunt, verbum assumpsisse hominem.

Respondetur, quod filius Dei est homo, non quem assumpsit, sed cujus naturam assumpsit: quia vero natura non prædicatur de supposito, in quo subsistit, nisi in concreto; ideo vere dicitur: filius Dei est homo. Ad primam confirmationem respondeo, quod hoc nomen, homo, non solum significat naturam humanam, sed etiam suppositum habens illam: & ideo, sicut non possumus dicere, quod suppositum sit assumptum; ita nec dicere possumus, quod sit assumptus homo. Ad secundam confirmationem respondeo, quod, cum sancti Patres interdum dixerunt, filium Dei assumpsisse hominem, improprie loquuti sunt, intelligentes, illum assumpsisse naturam humanam, cujus assumptio ad hoc terminata sit, ut filius Dei sit homo. Et hanc fuisse illorum mentem, constat ex eo, quod omnes negaverunt contra Nestorium, aut alios similes hæreticos, verbum assumpsisse personam humanam.

Երկրորդ ի վերջն առարկելեն. թէ որ
ԺԴ 14 դին այ է մարդ. հանի ոչ է մարդն զոր
ոչ էառ. այլայ ունելով է մարդն զոր
էառ. այսպէս էառ զմարդոյն: այլ. զանձն
մարդոյ. և ոչ թէ միայն զմարդկութիւն
Իսկ առանձին հաստատութեամբ զայն այն
պիսին պատմելով. նախ զի մարդ ա-
նեխն նշանակէ զմարդկային բնութի.
նաև որդին այ էառ զմարդկային բնու-
թիւն. այսպէս ունելով էառ զմարդն. եր
կրորդ զի ասեմք սբ հարք երեսն
գրեցին. թէ բանն էառ զմարդ.

Պատասխանի. թէ որդին այ է մարդ. ոչ
զոր էառ. այլ զորոյ բնութիւն էառ. Եւ
զի բնութիւն ոչ կարէ ստորոգիլ զանձ-
ԺԵ նէն, յորում հաստատեալ. եթէ ոչ
15 թանձրացեալ առումամբ, և ոչ վերա
ցելոյն. սակս այսորիկ ճշմարտապէս ասեմք.
թէ անձն որդւոյն այ է մարդ. ընդ
առաջին հաստատութեան պատասխանի. թէ
մարդ անունն նշանակէ ոչ միայն զմարդ-
կային բնութի. այլ և զանձն որ ունի
զայն բնութիւն. սակս այսորիկ որպէս ոչ
կարեմք ասել. թէ որդին այ էառ
զանձն մարդոյ. նոյնպէս և ոչ կարեմք
ասել. թէ նա էառ զմարդ.

Ընդ երկրորդ հաստատութեան պատասխանի.
թէ յորժամ սբ հարքն գրեցին ուրեք.
թէ բանն էառ զմարդ. խօսեցան անյատկապէս և բացայայտութեամբ. և զայս առելով
իմացան. թէ բանն էառ զմարդկութիւն. որոյ առումն եղև. որպէս զի եղիցի մարդ.
Եւ որ թէ սոյն այսմ միտս խօսեցան սբ հարքն. յայտ եղև. զի ամէնքն միաբան
հաւր. գրեցին ընդդ. Նեստորի և այլոց հերետիկոսաց. ասելով. թէ բանն ոչ
էառ զանձն մարդկային. այլ զբնութիւն.

ՄԻ՞ ԹԷ ՔՐԻՍՏՈՍ ՈՐԴԻՆ ԱՍՏՈՒԾՈՅ

Բղխէ եւս ընդ Հօր զՀոգին սբ. թէ՞ ոչ.

ԻՆՆԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Առաջարկին երկու կարծիք. և լուծումն վիճաբանութեանս.

Գլուխ .ա.

UTRUM CHRISTUS FILIUS DEI

Spiret una cum Patre Spiritum ſanctum.

QUÆSTIO INTER ARMENIOS NONA.

Proponitur duplex ſententia, & reſolutio Quæſtionis.

§. *I.*

Ուրանան սուտ վար-
դապետքն. և առաջ ա
առաջինն է Վարդանն, 1
որ ՚ի թուղթն առ
թագն Հայոց Հեթում
խոտելագոյն մտօք և յանդգնաբար [illegible]
[illegible] քամահէ և այպանէ.
և ՚ի մէջ այլոց անզգամութեց՝ որ-
ամբարձէ զառաջադասական կարծիքն.
ոչ այլ ինչ մտօք, բայց միայն զի կար-
ծէ յիմարաց և տգիտաց վնաս բերել.
ուստի մի̃ բժշկելոյ զիմաստն ՚ի տգի-
տաց կամի առաւել ինքն տգէտ լի-
նել. և ՚ի մոլորութե անկանել զիմաստ-
[illegible] կրել. վասն որոյ ասէ
անդ այսպէս. Երկրորդ սղալ է. որ զՀոգին
սբ

NEGANT Pſeudomagiſtri; & primo Vartanus, qui in epiſtola ad Haytonem, Armeniæ Regem, dogmata Eccleſiæ Latinæ ſtulta temeritate refellens, inter alias ineptias, præfert affirmativæ ſententiæ negativam, ſolummodo eam ob cauſam, quod putat, illam inſipientibus detrimentum afferre: ſcilicet, ut inſipientibus medeatur, mavult ipſe deſipere. *Errant præterea*, inquit num.2. *quia docent, Spiritum ſanctum ex Patre, Filioque procedere: quod ſane confuſionem, & perturbationem generat in mentibus au-*

dien-

dientium. Et quamvis dici posset etiam cum testimonio scripturarum, nullum in tali sententia malum reperiri: attamen, quia insipientibus damnum affert, melius est ab illa omnino abstinere. Nam, cum in divinis una tantum generatio sit, & una processio; una pariter, & simplex causa singularum asserenda est. Spiritus autem idcirco esse Filii dicitur; quia dona Spiritus sancti, paterna scilicet bona, per Filium nobis impertiuntur. Sed hujus, & aliorum errorum accusatus fuit a suis Vartanus hic apud Clementem VI., qui propterea illum in epistola ad Consolatorem, Patriarcham Armenum, damnavit, tanquam hæreticum: ut dicetur in Tractatu 2. quæst. 1. §. 1.

Secundo, Joannes Orodniensis; qui vel ipse arroganti armatus inscitia, in lib. de hæresibus, cap. 3. Latinos prætexta calumnia reprehendit erroris, dicens: *Quintus error est Latinorum, qui doctrinam illam Evangelicam, Spiritus veritatis, qui a Patre procedit, respuentes, asserunt, esse Spiritum sanctum ceu vinculum quoddam Patris, & Filii, ab utroque procedens. Quos quidem arguit non modo Evangelium, verum etiam ipsa ratio naturalis: quoniam, si Pater se solo potest Spiritum sanctum spirare, superflua est spiratio Filii: si non potest solus, sed indiget concursu Filii, ut ambo se habeant tanquam causæ partiales ad Spiritum producendum: ergo uterque impotens est, & imperfectus; quod asserere, est in abyssum blasphemiarum contra Trinitatem incidere. Merito igitur rei hujusmodi assertores anathematizat Catholica, & Apostolica Ecclesia, quæ in sanctorum Patrum symbolo sic profitetur: Credimus in* Spi-

Բ ոք ի Հօրէ և յորդւոյ ասեն ։ որ չիմ-
2 թունն և պղտորութեամբ առնէ մտաց
լսողին ։ Թէպէտ և ասեմք, չիցէ վնաս .
և 'ի գրոց ասեմք ։ բայց անիմաստիցն
ցաւ տայ . լաւ չասելն է ։ զի մի է
պատճառն Հայր միոյն ծննդեանն, և
միւսոյն ելողութե ։ ապա պատշաճ է .
որ մի լինի պատճառն յառաջ ։ Եւ
Հոգին որդւոյ ասի . զի որդւովն բաշխե
ցաւ պարգև Հոգւոյն որպէս Հայրենի
բարիք ։] այսքան վրդ-պետն վարդան ։
որ և վն այսորիկ և այլոց բազմա-
պակ մոլորութեց ամբաստանեալ եղև
առ սրբազան Հայրապետն Կղեմէս
կղեմէնթոս վեցերորդ ։ Եւ սա 'ի
Գ թուղթն առ ուղղափառ կաթուղի-
3 կոսն Հայոց ամ մխիթար դատապար-
տեաց զնա իբրև զՀերետիկոս ։

Երկրորդն է ամ յոհան որոտնե-
ցին ։ որ և նորին անզգամ յիմարութե
սպառազինեալ մարտնչի ընդդէմ
ճշմարտութե . և 'ի գիրս հերձուածո
ղութեանց 'ի յերրորդ գլխին , զրպարտէ
զազգն Փռանկաց ասելով ։ Հինգերորդ
մոլորութի Փռանկացն է . որք ուրա-
նան զաւետարանական վարդապետու-
թին . որ ասէ . թէ Հոգին ճշմարտու-
թե . որ 'ի Հօրէ ելանէ ։ և ասեն , զոլ
զՀոգին իբր շաղկապ Հօր և որդւոյ .
յերկոցունցս բղխեալ ։ զոր ոչ թէ աւե-
Դ տարանն միայն յանդիմանէ զնոսա .
4 այլ և 'ի բնական բանականութե ։ զի
թէ Հայրն կարօղ էր կատարելապէս բղ-
խել զՀոգին . բղխումն որդւոյ աւե-
լորդ էր ։ և եթէ ոչ կարող կատարե-
լապէս բղխել Հայր . այլ կարօտացաւ
որդւոյ . և երկուքն ապա կարացին
բղխել ։ որ յերկուց անկատարից յա-
ռաջ գայ . լինի և նա անկատար ։ որ է
խմացուած նշ անդունդք հայհոյու-
թե ընդդէմ երրորդութե ։ որ և զայս
պիսի ասացօղն նզովէ կաթուղիկէ և
առաքելական եկեղեցի ։ Ըստ որոյ և
ասի 'ի կարգեալ դաւանութի հարցն .
թէ

[illegible Armenian text]

Ե 5 *Spiritum ſanctum, dominum, & vivificantem, qui ex Patre procedit.*

Tertio demum, una cum aliquibus aliis, Gregorius Dattievenſis; qui eoſdem Latinos verbis procacioribus arguens, fruſtra conatus eſt, ad hanc hæreſim ſtabiliendam, plurima ſacrarum Scripturarum, & ſanctorum Patrum dicta congerere, ac pervertere: cujus, & aliorum objectionibus ſatis infra faciemus.

Affirmant nihilominus reliqui Armeni Patres communiter, cum ſua Eccleſia; quæ circa annum Redemptionis 862. hunc articulum in Scirachavanenſi Synodo, can. I. confirmavit

Զ 6 his verbis: *Si quis non confitetur, ſacroſanctæ, ac vivificæ Trinitatis unam eſſe naturam, & tres perſonas; videlicet Patrem a nullo principio; Filium a Patre, & Spiritum ſanctum ab utriuſque eſſentia exiſtentem, & utrique coæqualem; anathema ſit.*

Adſtipulatur eidem confeſſioni Gregorius Narechenſis, præſtantiſſimus eorum Epiſcopus, cujus nomen in Armena Liturgia, & Menologio, illuſtri memoria colitur: qui in lib. divinarum precum, orat. 75. inquit: *Benedicimus una cum Patre, & Filio,*

Է 7 *indiviſibilem utriuſque Proceſſionem, congloriosum Spiritum.*

Nec a præfato diſcrepat Nierſes Ghelajenſis, Patriarcha, & in iiſdem Liturgia, & Menologio celebratus, qui in Serm. de Tranſitu Deiparæ ait: *Spiritus perennis, procedens a Patre, & Filio, congloriosus, & univerſorum dominus.*

E recentioribus vero Patribus (ut alios prætercam) quinque Patriarcharum, & aliorum Epiſcoporum, ac Magiſtrorum confeſſio illuſtriſſima fuit, ac toti pene cognita Orienti, nedum

 Ar-

Armeniæ: Azarias enim, minoris Armeniæ Patriarcha, in professione catholicæ fidei, quam e Cilicia ad Rom. Pont. Sixtum V. transmisit, subscriptam a se, & quatuor Armenis Episcopis, Joanne Jettunensi, Martyre Asciuzensi, Joanne Hierapolitano, & Minase Sebasteno, sic habet: *Toto corde credimus, & ore fatemur, quod Pater sit ingenitus, filius a Patre genitus, & Spiritus sanctus a Patre, & Filio æternaliter procedens, non quidem ut a duplici principio, sed ab utroque, ut ab uno principio, & unica spiratione.*

Item Joannes, pro Armena Natione Constantinopolis Patriarcha, cognomento Magister Surdus, in Opusculo, quem composuit contra ejusdem Nationis hæreticos, tract. de Processione Spiritus sancti, validissimis rationibus, ex Patribus, & Scriptura sacra deductis, convincit, Spiritum sanctum ex Patre, Filioque procedere.

Præterea Zacharias, eiusdem Constantinopolitanæ Ecclesiæ Patriarcha, in fidei formula, quam Romæ præsens exhibuit Urbano Papæ VIII., ita de Spiritu sancto professus est: *Confiteor, Spiritum sanctum ex Patre, & Filio æternaliter esse, & utrique consubstantialem: ab utroque vero: tanquam ab uno principio, & unica spiratione procedere.*

Insuper, Moyses, Patriarcha Majoris Armeniæ, ac prædecessor Philippi, qui sedem illam nunc obtinet, hanc eandem confessionem de Spiritus sancti processione a Patre, & Filio, a se, & duodecim Armenis Magistris subscriptam, ad eundem Urbanum destinavit.

Postremo, id ipsum, & iisdem fere verbis expressum, libello e Thracia

Է Ց [illegible]

Թ Գ [illegible]

Ժ 10 [illegible]

[illegible]

11 [illegible]

12 [illegible]

13 [illegible]

cia eidem summo Pontifici misso, Cyriacus fassus est, Constantinopolitanæ Armenæ Cathedræ Patriarcha, eruditione, facundia, ingeniique acumine singularis, qui, ut mihi quondam maxima fuit amoris conspiratione consentiens, ita post mortem jugi est memoria, nec sine suspiriis, repetitus.

Quid tandem multis, ubi Armena ipsa Ecclesia contra prædictos hæreticos loquitur apertissime? Et primo quidem in Rituali de Consecratione Episcopi, ubi hæc verba sunt: *Dicit Patriarcha oblato ad ordinem Episcopatus: Credis tu, Spiritum Sanctum esse Deum verum? Credis, eundem ex Patre, & Filio mitti, & procedere? Credis, eundem esse Patri, & Filio coæqualem, coomnipotentem, & coæternum? Respondet oblatus: Credo.*

Secundo in quadam oratione, quæ divo Chrysostomo adscribitur, & in Armenis Ecclesiis, ex libro dicto Giasciuz, clara voce recitatur die Dominica Pentecostes; ubi sic de Spiritu sancto habetur: *Qui es Dominus virtutum, & Deus verus, fons luminis, & vitæ, a Patre, & Filio procedens, mirabilium patrator, sancte Spiritus.*

Tertio, hoc ipsum hymno canit eodem die, dicens: *Spiritus Sanctus, a perenni Patris fonte, simul & a Filio indivisibiliter procedens.* Et iterum alio hymno feria secunda Pentecostes: *Procedit a Patre inscrutabiliter, accipit a Filio ineffabiliter.* Et quotidie ad preces matutinas in oratione, quæ incipit, *Sanctus Deus*, inquit ad filium: *Da nobis pacem tuam, quam concessisti tuis sanctis Apostolis, spirando in eos vivificantem, & præfortem, sanctum Spiritum tuum.*

Unde manifestum fit, quam immensum desipiant, fallanturque Armenio-

rum nonnulli, qui priorem Joannis Orodniensis, Vartani, & Gregorii Dattievensis falsam opinionem sectando, putant, Ecclesiæ suæ fidem, & opinionem tueri.

Itaque posterior hæc sententia, quæ docet, Spiritum sanctum ex Patre, & Filio procedere, vera est, & de fide etiam ab universali Ecclesia definita pluribus in Conciliis, præsertim in Lateranensi sub Innocentio III., in quo intersuerunt Græci, & consenserunt: in Lugdunensi sub Grægorio X., ubi Græcis quoque præsentibus, & consentientibus, cantatum est symbolum cum additione, *Filioque*, ter Græce, & ter Latine; ac denique in Florentino sub Eugenio IV. in quo adfuerunt non modo ex universa Græcia Episcopi cum suo Patriarcha Constantinopolitano, & Imperatore Palæologo; verum etiam (ut late dicetur in Tract. 2. quæst. 5.) doctissimi quidam Armeniorum Legati, & consenserunt.

Et, ne dicant Adversarii, hæc Concilia celebrata esse postquam Armenii scissi fuerant ab universali Ecclesia: adducimus etiam Synodum Toletanam primam, apud Latinos habitam anno Domini 400. hoc est, ante Concilium Ephesinum primum annos triginta; & quinquaginta ante Chalcedonense; quando Armena Ecclesia nondum a Latina, & Græca scissa fuerat, nec ulla erat quæstio de processione Spiritus sancti: quæ quidem Synodus in Confessione fidei docet sic: *Credimus in Spiritum quoque Paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius; sed a Patre, Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed ab utroque procedens.*

Ժդ. ղուէ բոլոր չոր հեղեն սորա բայց ա-
14 ռաքելոյն մեծամեծք քո՛ 'ի նոստոս կենդանա-
նուացուցին և զամենայն հարցին քո ով:]

Ուսուցեալ է, թէ որպէս յիմաստ
եմն և կայ է հայոց սահման, ուսեալ, որ
հետև եղել առաջադրոյն, զոր կարծեցին
վարդապետ, յանդուգն ուղղափառն,
և գրիգորի տաթևացւոյն, կարծեմ
զմերս առաջադրել յետնեալ եկեղեցւոյ
հաւատոյ. Իսկ այսր առնելով և
առաւել հաւաստի նման զատանեն.

Ա՛յսպէս այս յետագայն կարծիք ճշմարտութիւն.
որ ուսուցանէ զհոգին սբ 'ի հօրէ և
յորդւոյ բղխել. է միայն ուղիղ և
հաւատ. որ և 'ի բազում տիեզերական
Ժե սբ ժողովոց հաստատեցաւ. յե-
15 կեղեցին սբ. և մանաւանդ 'ի ժողովոյն
լատերանացւոյ. յորում միաբանեալ և էին
եղիքն յունաց համաձայնելով ճշմարտու-
թեան. Նա և 'ի ժողովոյն լուգդունայ.
յորում և 'ի յունաց և 'ի լատինաց-
ւոցն երգեալ եղև երեք անգամ սբ
համաձայնքն յունարէն և լատինա-
րէն կանոներձ այսու բանիւ. Թէ հա-
ճառամք 'ի սբ հոգին. որ և կենդա-
նարարն. որ 'ի հօրէ և 'ի յորդւոյ
բղխե.] Եւ ապա դարձ 'ի ժողովոյն
փլորենցիոյ, յորում միաբանեալ էին ոչ թէ
միայն ամ՟ հյրպտքն յունաց հանդերձ
Թագաւորաւն իւրեանց. այլ և հրեշ-
Ժզ տակքն հայոց եկեղեցւոյն. և համա-
16 ձայնեցան.

Եւ զի մի ասասցեն հակառակորդքն.
թէ այսպիսի ժողովքն առարեալ
եղեն զկնի բաժանելոյն հայոց 'ի կա-
թուղիկէ եկեղեցւոյն յառաջ բերեմք
զժողովն Թոլետացի, որ եղև յամի
ծննդեանն քի. ն. յր. զերեսուն ամս
յառաջ քան զեփեսոսի սուրբ ժողովն.
և զյիսուն ամս յառաջ քան զժողովն
քաղկեդոնի յորժամ հայոց եկեղեցին
չև ևս էր բաժանեալ 'ի յունաց և 'ի
փռանկաց. Եւ 'ի նորին ժողովն Թոլէ-
տացի սահմանեցաւ այսպ. Հաւա-
տամք

Præ-

տուեալ և ՚ի մէ Հոգւոյն ճշմարտութեան. որ ոչ Յէ-
է Հօրն. և ոչ որդւոյ, այլ ՚ի Հօրէ և յոր 17
դւոյ բղխեալ. որպէս ասացեալ առնմին է
Հաստատեցելոց որդի. և ոչ ծնեալ ճշմարտ-
ութեան. այլ ՚ի յեկեղեցւոյ բղխեալ.]
Եւ սիւնՀոդոսն Աղեքսանդրու Հոգւոյն Հան-
ժողովն. առաքեալ ՚ի սուրբ կիւրղէ
աղեքսանդրացւոյ. Եւ բոլոր այս
ժողովս յղեցաւ նեստորիոսին թուղթն
գրեալ ՚ի նորին կիւրղէ և ՚ի մէջ
թղթոյն այսպէս քանզի էին. Հոգի
ճշմարտութեան անուանեցաւ. և ճշմարտու-
թիւն քն է. ուստի և նմանապէս ՚ի նմա
նէ բղխեն. որպէս և յայս Հօրէ.] Եւ այս քանզի թղթոյս այսորիկ ընկալեալ եղեն և գովեցաւ ՚ի սուրբ Հայոց եփեսոսի աւրբ ժողովոյն. զոր Հայք պատուեն և ընդունին. մա որոյ պատմ է մեզ այնոց հետև առաջացուցանել զճշմարտութիւն խոստովանութեան այսորիկ.

Præterea Synodus Alexandrina, a S. Cyrillo coacta, in epistola, quam idem Cyrillus scripsit, & tota Synodus direxit ad Nestorium, idem fatetur, dicens: *Spiritus appellatus est veritatis; & veritas Christus est: unde & ab isto similiter, sicut ex Deo Patre, procedit.* Et hæc epistola approbata etiam fuit a tertio Universali Concilio, videlicet Ephesino primo, quod omnes Armeni, ac præsertim oppositæ sententiæ assertores, recipiunt.

Թէ Հոգին սուրբ

՚ի Հօրէ և յորդւոյ բղխէ.

Նախ ցուցանի վկայութեամբ Ածաշունչ տառից.

Գլուխ. Բ.

Յովհ. ժդ. գլխոյ ասէ քն. Մխի- Յո
թարիչն Հոգին սբ. զոր առաքես- 1
ցէ Հայր յանուն իմ.] Եւ դարձեալ ՚ի ժե. գլխում ասէ. Զոր ես առաքեցից ձեզ ՚ի Հօրէ.] Ուստի եզրակացուցանէ սբն օգոստինոս ՚ի չորրորդ գիրս յաղագս երրորդութե. թէ ոչ Հայր առանց որդւոյ. և ոչ որդի թանց Հօրն արտադրէ զՀոգին սբ. զի առաքումն նոր ոչ լինի ՚ի ձեռն բնական արտադրութե. զի ոչ կարէ լինել ՚ի ձեռն տեղափոխութե ՚ի տեղւոջէ ՚ի տեղի. Եւ քանզի սորայն ասա այսորիկ. Որդւոյ առաքումն ոչ այլ ինչ է. քան թէ ծնունդ որդւոյ. և նմանապէս առաքումն Հոգւոյն սրբոյ ոչ այլ ինչ է. քան թէ բղխումն Հոգւոյն. ուստի

որոյ

SPIRITUM SANCTUM

Ex Patre, Filioque procedere,

PROBATUR PRIMO

Ex sacris Scripturis.

§. II.

IOan. 14. ait Christus: *Paraclitus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo.* Et rursus cap. 15. *Quem ego mittam vobis a Patre.* Unde colligit Augustinus lib. 4. de Trinit. cap. 20., quod nec Pater sine Filio, nec Filius sine Patre producit Spiritum sanctum; eoquod missio in Divinis sit per naturalem productionem, cum per localem transmissionem esse non possit. *Filium mitti*, inquit ille, *nihil aliud est, quam Filium nasci: & similiter Spiritum sanctum mitti; nihil aliud est, quam Spiritum sanctum procedere*; ac subdit: *Quod ergo ait Dominus: quem*

ego

ego mittam vobis a Patre; *ostendit Spiritum & Patris, & Filii*: *quia etiam, cum dixisset*: *quem mittet Pater*: *addidit, in nomine meo, non tamen dixit*: *quem mittet Pater a me*: *quemadmodum dixit*: *quem ego mittam vobis a Patre*: *videlicet ostendens, quod totius Deitatis principium Pater est, qui ergo a Patre procedit, & Filio*; *ad eum refertur, a quo natus est Filius*.

Dices: Joan. 16. idem Christus ait: *Si autem abiero, mittam eum ad vos*: ergo missio Spiritus sancti a Filio, ante Christi ascensionem in Cælum, erat conditionate futura; sed processio ejusdem est æterna, & absoluta, utpote necessaria: igitur missio Spiritus sancti a Filio non importat processionem illius.

Respondetur, quod missio Spiritus sancti a Patre & Filio, est æterna, seu absoluta; & temporalis, seu conditionata, diverso respectu: est æterna, & absoluta, si spectes eum qui mittit, & qui mittitur: est temporalis, & conditionata, si spectes eos, ad quos fit missio: quia igitur missio illa quantum ad Apostolos, Spiritus sancti dona participaturos dependenter ab ascensu Christi ad Patrem, erat conditionate futura; ideo usus est verbo futuri temporis conditionato.

Dices secundo: Filius in Scripturis dicitur etiam mitti a Spiritu sancto, a quo tamen non procedit: ut patet ex illo Isaiæ 48. *Et nunc Dominus Deus misit me, & Spiritus ejus*. Et cap. 61. *Spiritus Domini super me*; *eo quod unxerit me*; *ad annunciandum mansuetis misit me*: igitur missio in Divinis non importat processionem.

Respondetur; quod, cum filius habeat duas naturas, divinam scilicet, & hu-

Բ որոյ անուամբ իմով ։ զոր ես առաքեցից
2 ձեզ 'ի Հօրէ. բացայայտէ զՀոգին Հօր և
որդւոյ. քանզի և յորժամ ասաց. զոր
առաքեսցէ Հայր ։ վերադրեաց անուն_
լով. յանուն իմ ։ բայց ոչ ասաց ։ զոր
առաքեսցէ Հայր յինէն ։ որպէս և ասաց
զոր ես առաքեցից ձեզ 'ի Հօրէ ։ զի կա
մեր ցուցանել. եթէ ամենայն բոլոր աստ-
ուԹեն Հայր է ։ ուրեմն որ 'ի Հօրէ և
'ի յորդւոյ բղխէ, առ այն յարաբերի ։
յորմէ ծնաւն որդի ։] մինչև ցաստ
ածն օգնականութեամբ ։

Թերևս առարկեսցես. Թէ 'ի Յոհ. ԺԶ. զկնի ասէ տէրն մեր ։ Իսկ եթէ ես երթայց. առաքեցից զնա առ ձեզ ։]
Գ Ուրեմն առաքումն Հոգւոյն սրբոյ 'ի
3 յորդւոյն էր յայնժամ 'ի տարակու_
սական ապագայ ժամանակին ։ Իսկ
բղխումն նորին Հոգւոյն է յաւիտենին և
անեղական ։ զի և Հարկաւոր ։ ապա
ուրեմն առաքումն Հոգւոյն 'ի յոր_
դւոյ ոչ նշանակէ զբղխումն նորին ։

Պատասխանի. եթէ առաքումն Հոգւոյն 'ի Հօրէ և 'ի յորդւոյ է յաւիտենին և անեղական ։ և է դրձլ ժամանակաւոր և տարակուսական զանազան կերպիւ ։ է յաւիտենին և անեղական, եթէ նկատես զայն որ առաքէ. և որ առաքի ։ է ժամանակաւոր և տարակուսական, եթէ նկատես զայնս առ որս լինի ա_
Դ ռաքումն արդ քանզի առաքումն այն
4 Թէպէտ ըստ ինքեան էր անեղական ։
սակայն յարաբերութեամբ առ աշակերտսն, որք Հաղորդելոց էին պարգևաց Հոգւոյն սրբոյ կախեալս 'ի յերԹալոյն քի առ Հայր, էր յայնժամ տարակուսական ապագայ ։ սակս այսորիկ խօսեցաւ տարակուսականն բանիւ ապագայ ժամանակին ։

Ըստ երկրորդ առարկեսցես. Թէ 'ի սբ գիրս որդին ևս ասի առաքիլ 'ի Հոգւոյն սրբոյ. Թէպէտ 'ի նմանէ ոչ բղխէ ։ զի ասէ Եսայիաս 'ի. ԽԸ. Եւ դ. գլխն. Եւ արդ տր առաքեաց զիս, և Հոգին նո_

րա ։

[illegible]

Ե & humanam, dicitur quidem in Scri-
5 pturis mitti a Spiritu sancto, non
quatenus Deus est, sed quatenus homo est, secundum quam naturam dicitur etiam ibi Spiritu sancto inferior, & ab eodem unctus; quia, quatenus homo, ab illo vere pendebat, ut a causa efficiente.

Præterea Joan. cap. 14. 15. & 16. Spiritus sanctus appellatur *Spiritus veritatis*, nempe Filii, qui ibidem de seipso ait: *Ego sum veritas*. Item Apostolus ad Rom. 8. *Si quis*, inquit, *Spiritum Christi non habet, hic non est ejus*: Et ad Gal. 4. *Misit Deus Spi-*
Զ *ritum Filii sui in corda vestra*. Er-
6 go, sicut Filius dicitur Verbum Patris, quia a Patre gignitur; ita similiter, quia Spiritus sanctus vocatur spiritus Filii, etiam spiratur a Filio; quemadmodum, quia spiratur a Patre, vocatur etiam spiritus Patris, juxta illud Matth. 10. *Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*: alioquin cur Spiritus sanctus diceretur spiritus Filii? certe non quia sit ejus servus; nec quia sit ejus frater; nec præterea eoquod est ei similis in natura: nam ex hac causa posset etiam Filius dici Verbum Spiritus sancti: quod tamen
Է non legimus.

7 Respondet Vartanus; Spiritum sanctum dici spiritum Filii, seu mitti a Filio, nihil aliud esse, nisi quod Filius largitur nobis dona Spiritus sancti.

Sed contra primo: quia quælibet persona divina est auctor, & largitor donorum omnium; & sic etiam Filius diceretur Verbum Spiritus sancti; & Pater, & Filius mitti a Spiritu sancto; quia Spiritus sanctus largitur nobis dona eorum.

Contra secundo; quia Patrem misisse Filium in Mundum, non esset aliud,

liud; quam in Mundum dona Filii tantum misisse: quod tolleret Incarnationem.

Contra tertio: quia dona Spiritus sancti, & Spiritus sanctus distinguuntur; & utrumque donatur, & mittitur, ut constat ex illo ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Et 1. Cor. 6. *Membra vestra templum sunt Spiritus sancti, quem habetis in vobis.* Unde non solum Spiritus sancti dona mittuntur; sed etiam vere una cum illis mittitur ipse Spiritus sanctus; ergo aliud est, Spiritum sanctum esse Spiritum Filii, seu mitti a Filio; & aliud, Spiritus sancti dona a Filio mitti.

Præterea Joan. 16. *Ille*, nempe Spiritus sanctus, *me clarificabit; quia de meo accipiet, & annunciabit vobis:* at persona divina nihil accipit, nisi ab ea, a qua procedit: igitur Spiritus sanctus, qui accipit a Filio scientiam, vel aliquid aliud, ab eodem procedit, & accipit esse. Quod si scientiam acciperet a Filio (sicut & a Patre) per disciplinam, & non per naturalem processionem; certe fuisset ignorans, vel creatura. Dixit autem, *de meo*; quia Spiritus sanctus non accipit a Filio totum, quod est in illo; sed tantum essentiam cum perfectionibus absolutis, relicta hypostasi relativa, seu filiatione: quod idem accipit a Patre, relicta paternitate. Dixit etiam, *accipiet*, in futuro; quia acceptio illa est æterna cum a parte ante, tum a parte post, & ad omnia tempora accomodari potest: quare dici etiam poterat, de meo accepit, de meo accipit, de meo accipiet.

Respondent aliqui; illud, *de meo*, significare, de meo thesauro, qui est

Pater

Ը սրբոյ. և հայր և որդի առնենն առա-
8 քել 'ի հոգւոյն սրբոյ. վն զի հոգին սբ բաշխէ մեզ զպարգևս շնորհաց.

Երրորդ. զի որ հայր առաքեալ նշէ զորդին իւր յաշխարհ. ոչ զայլ ինչ նշանակէր. բայց միայն թէ զպարգևս որդւոյն առաքեաց 'ի յաշխարհ. Իսկ այս 'ի բաց բառնայր զմարմնացեալութիւն որդւոյն.

Եւ երրորդ. զի պարգև հոգւոյն սրբոյ և հոգին սբ առորոշեալ են 'ի միմեանց. և երկոքեանն բաշխին և առաքին. ըստ այնմ, զոր գրէ առաքեալն առ հռովմայեցիս. Եթէ սէրն այ սփռեալ է 'ի սիրտս մեր 'ի ձեռն հոգւոյն սրբոյ. որ տուաւ
Թ մեզ.] Եւ 'ի յառաջինն կորնթացւ-
9 ոց. թէ մարմինք ձեր տաճար են հոգւոյն սրբոյ. որ է 'ի ձեզ.] Ուստի յայտ է. թէ ոչ միայն շնորհք հոգւոյն սրբոյ առաքին. այլ և ինքն հոգին սբ առաքի ընդ շնորհաց իւրոց. ապա ուրեմն այլ է հոգւոյն սբյ գոլ հոգի որդւոյ, կամ առաքիլ 'ի յորդւոյ. և այլ է շնորհաց հոգւոյն սրբոյ առաքիլ 'ի յորդւոյ.

Եւ դարձեալ 'ի յհու. Ժզ. երդ գլխն ասէ քս. Նա. յն. հոգին սբ. զիս փառաւորեսցէ. զի յիմմէ անտի առնուցու. և պատմեսցէ ձեզ.] Արդ ոչ ոք անձն աստուածային առնու զինչ. եթէ ոչ 'ի
Ժ նմանէ, յորմէ ելանէ. ապա ուրեմն
10 հոգին սբ, որ առնու 'ի յորդւոյ զգիտութիւն կամ զայլ ինչ զինչ և իցէ. 'ի նմանէ ես ելանէ և առնու զգոյութիւն իւր. զի եթէ առնոյր զգիտութիւն 'ի յորդւոյ, որպէս և 'ի հօրէ, 'ի ձեռն խրատուց. և ոչ 'ի ձեռն բնական բղխման. ստուգիւ եղեալ էր անգէտ և ստեղծուած. Իսկ արդ ասաց. յիմմէ. քանզի հոգին սբ ոչ առնու 'ի յորդւոյ զբոլոր որ ինչ է 'ի նմա. այլ միայն զէութիւն ընդ բացարձակ կատարելութիւնս. և թողու զառնչական անձնաւորութիւն որդւոյ. այն. զորդիութիւնն. և

զնայն

զնոյն նմանապէս էառ ՚ի Հօրէ Թողլով Ժա
զՀայրութիւն. եղկաց եւս, առնուցու, 11
յառաջագոյ ժամանակին քանզի առ ուսին այն է յետին եւ մշտնջենաւոր. եւ առ ամ ժամանակս կարէ յառաջաբերել. վասն որոյ եւս կարօղ էր ասել. զի յինէն էառ. կամ յինէն առնու. եւ կամ յինէն առնուցու.

Պատճառն սորա է. Թէ այս. զի յինէն առնուցու, նշանակէ, ՚ի յինէն զանձէ որ է Հայր. այս. առնուցու անդուստ. ուստի եւ ես առի.

Բայց ընդդէմ նորին ասելի է. Նախ զի այսու Թէ եւս որդի առնու ՚ի Հօրէ. որ է գանձ Հոգւոյն սրբոյ. կարէաք եւս ասել. եթէ որդին առնու ՚ի Հոգւոյն Ժբ
սրբոյ. որ է սուտ. Եւ երկրորդ զի գանձ 12
գիտութեան. իբր բացարձակ կատարելութիւն. է հասարակ Հօր եւ որդւոյ. ուստի գրէ պօղոս առ կողոսացիս. Թէ ՚ի Քս Յս ամ գանձք իմաստութեան եւ գիտութեան ծածկեալ կան. ապա ուրեմն յայտ է. եթէ Հոգին սուրբ ոչ առաւելապէս առնու զայն ՚ի Հօրէ քան Թէ ՚ի յորդւոյ.

Եւ դարձեալ ՚ի յՀու. Ժզ երդ գլխոյն ասի. Թէ զամ զոր ինչ եւ ունի Հայր, իմ է.] եւ ՚ի. ԺԷ. երդ գլխոյն ասի Թէ որ ինչ քո է այն իմ է.] արդ ՚ի մեկնութիւն բանիցս այսոցիկ մեծն օգոստինոս ՚ի գիրս Ե. երդ յաղագս երրորդութեան ուսուցանէ Ժգ
հանդերձ ամ ամենայն վարդապետօք. եթէ 13
որդին ունի զամ որինչ եւ ունի Հայր. եւ Թէ ամ կատարելութիւնք են հասարակ նոցա, բաց ՚ի յառնչականն անձնաւորութեանց Հայրութեան եւ որդիութեան. Իսկ Հայր ունի զներգործական փչողութիւն. այս. զզօրն արտադրողական սկզբան Հոգւոյն սրբոյ. ապա ուրեմն որդի ունի եւս զնոյն զայս. Եւ զայս պատճառ եզրակացութիւն նոյն ինքն Քս առաքելոց. զի յետ ասելոյն Թէ զամ զորինչ եւ ունի Հայր իմ է. անմիջապէս մերձաբերեաց եւ եզրակացոյց ասելով.

Թէ

Pater: videlicet, accipiet unde ipse accepi.

Sed contra primo: quia per hoc, quod etiam Filius accipit a Patre, qui est thesaurus Spiritus sancti, posset dici, Filium accipere de Spiritu sancto: quod non congruit.

Contra secundo: quia thesaurus scientiae, utpote perfectio absoluta, est communis Patri, & Filio: quare ad Colos. 2. dicitur: *In Christo sunt omnes thesauri sapientiae, & scientiae absconditi*; ac proinde Spiritus sanctus non magis accipit de eo ab uno, quam ab alio.

Et iterum Joan. 16. *Omnia quaecunque habet Pater, mea sunt*. Et cap. 17. *Omnia mea tua sunt; & tua mea sunt*. Quem locum exponens Divus Augustinus lib. 5. de Trin. cap. 14. docet cum omnibus Scolasticis, Filium omnia habere cum Patre communia, exceptis relativis subsistentiis paternitatis, & filiationis: sed Pater habet spirationem activam, seu esse principium productivum Spiritus sancti: ergo hoc ipsum habet etiam Filius. Hanc quidem Consequentiam ipsamet veritas Christus deduxit: nam postquam dixerat: *Omnia, quaecunque habet Pater, mea sunt*: immediate subjunxit: *Propterea dixi, quia de meo accipiet*. Quasi dicat; si omnia Patris, etiam activa ipsa spiratio, mea sunt: ergo Spiritus sanctus, sicut a Patre, ita etiam a me procedit.

Denique Joan. 20. *Insufflavit, & dixit eis: accipite Spiritum sanctum.* Ubi, praeter alios Patres, idem Augustinus, & Cyrillus Axexandrinus lib. 12. in Joan. cap. 56. affirmant, quod alitus ille corporeus erat apta quaedam demonstratio ad significandum, non modo a Patre, sed etiam a Filio Spiritum sanctum procedere.

Թէ վ̃ն այսորիկ ասացի. զի յիմմէ անտի առնուցու։] եւ Թէ ասիցէ. զի եԹէ ա̃մ ինչ հօրն իմ են. ուրեմն հոգին սբ. որպէս ՚ի հօրէ. նոյնպէս եւ յինէն բղխէ։

Եւ դարձեալ ՚ի յհ̃ու. Ի. եբր գլխն ասի. Թէ փչեաց ՚ի նոսա. եւ ասէ. առէք հոգին սբ։ Ուր ՚ի մեկնուԹեան. բաց ՚ի յայլոց վարդապետաց. նոյն սբն օգոստինոս, եւ կիւրեղ աղեքսանդրացին ՚ի Ժբ. եբր գիրս մեկնուԹե ՚ի վր յհ̃ու. ասեն. Թէ ձեւն այն մարմնական փչողուԹեն էր պատշաճաւոր ցուցումն ինչ. Թէ ոչ միայն ՚ի հօրէ. այլ եւս ՚ի յորդւոյ հոգին սբ բղխէր։

PROBATUR

Idem secundo rationibus.

§. III.

ET primo, argumento, quo utitur Divus Thomas 1. par. quæst. 36. art. 2. Si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non distingueretur ab illo: atque adeo non esset in Deo Trinitas, sed dualitas personarum, contra fidem. Et ratio est: quia in Deo nulla intercedere potest distinctio, ubi nulla intercedit oppositio relativa, juxta commune illud axioma Theologorum: *In divinis omnia sunt unum, & idem, ubi non obstat oppositio relativa.* Quod insuper probatur: nam omnis distinctio, vel oritur ex limitatione, eo quod una res continet in se tantam perfectionem, scilicet suam; & non ulteriorem, nempe alterius; unde fit, quod distinguatur ab alia: vel oritur ex oppositione aliqua relativa, propter quam una res non est alia, quia est illi relative opposita. Sed nequit in Deo esse distinctio ex limitatione; cum omne divinum sit essentialiter illimitatum; ergo esse debet ex oppositione relativa. Si autem Spiritus sanctus non produceretur a Filio, non opponeretur Filio oppositione relativa producentis, & producti; neque aliqua alia, ut per se

pa-

ԵՐԿՐՈՐԴ

Ցուցանի ՚ի պատճառաց։

Պրակ. Գ.

ա̃ 1 Եւ առաջին պատճառն առբերի ՚ի սբյն Թովմայէ աքուինացւոյն ՚ի վիճաբանուԹե յհգս ամենասբ երրորդուԹեն. յորում տրամաբանէ սբն այսպ̃։ Զի եԹէ հոգին սբ ՚ի յորդւոյ ոչ բղխէր. ապա եւ ոչ ՚ի նմանէ զանազանիւր. ուրեմն ոչ գոյր ներ ա̃յ երրորդուԹի անձանց. այլ միայն երկոյուԹի ընդդէմ սբ հաւատոյ։ քանզի ներ ա̃յ ոչ կարէ գոլ զանազանուԹի. եԹէ ոչ ՚ի ձեռն առնչական հակադրուԹե. զի ըստ հասարակական խրատու ա̃մ ա̃ծաբան վարդապետաց. ներ ա̃յ ա̃մ կատարելուԹիւնքն մի եւ նոյն են. բացյայնցանէ. որք հակադրին առմիմեանս առնչապ̃։

բ̃ 2 Եւ ցուցանի խրատս այս. քանզի ա̃մ ինչ զանազանուԹի. կամ լինի ՚ի ձեռն բաւականուԹե. ըստ որում իր մի ներընդունի յինքեան զայսչափ կատարելուԹի. ա̃յ. զիւրն միայն. եւ ոչ զառաւելագոյն. ա̃յ. զմիւսոյ իրին։ ուստի լինի. Թէ զանազանի ՚ի միւսոյ իրէն։ եւ կամ լինի ՚ի ձեռն առնչական հակադրուԹե. ըստ որում իր մի ոչ է միւսն. զի առընչապ̃ հակադրեալ է միւսումն։ Արդ ոչ կարէ գոլ ներ ա̃յ զանազանուԹի ինչ ՚ի ձեռն բաւականուԹե. վ̃ն զի ա̃մ որ ինչ ա̃ծ այինն է յինքեան անբաւ է։

ապա

ապա ուրեմն եւ ոչ պարտ է գոլ զանազանութիւն 'ի նմանէ առնչական հակադրութեան. Իսկ եթէ հոգին սբ ոչ արտադրէր 'ի յորդւոյ. ոչ եւս առընչանայր առ նա հակադրութբ պատճառ ռի եւ պատճառելոյ. ապա եւ ոչ զանազանիւր 'ի նմանէ.

Եւս առաւել հաստատի այսպիսի պատճառս յարացուցիւն. քանզի 'ի Հայր են երկու առնչութիւնք. այ. հայրութիւն, որով առնչանայ առ որդին. եւ ներգործական փչողութիւն, որով առնչանայ եւս առ հոգին սբ. Եւ քանզի այս երկու առնչութիւնքս ոչ են միմեանց առնչակից հակադրեալք. ոչ եւս զանազանին 'ի միմեանց. եւ ոչ կացուցանեն զերկու անձինս. այլ զմի անձն միայն, որ է համանգամայն ծընող եւ փչող. Նոյնպէս զորինչ ասացաք յաղագս երկուց ներգործական առնչութեանց. այ. հայրութեան եւ ներգործական փչողութեան. զնոյն պարտ էր ասել յաղագս երկուց կրաւորական առնչութեանց. այ. որդիութեան եւ կրաւորական փչողութեան. Եթէ որդին ոչ առնչանայր առ փչեալն 'ի նմանէ ներգործական փչողութեամբ. վն զի ոչ այն երկու ներգործական առնչութիւնք ոչ կացուցանեն զերկու անձինս, այլ զմի անձն, որ է համանգամայն ծնող եւ փչող. նոյնպէս եւ այս երկու կրաւորական առնչութիւնքս ոչ կացուցանէին զերկու անձինս. այ. զորդի եւ զհոգին սբ. այլ զմի անձն միայն. որ լինէր համանգամայն ծնեալ եւ փչեալ. ուրեմն ապա զի մի հետեւեսցի այս անտեղի, անելի է. թէ եւս որդին նովին ներգործական փչողութբ հօրն արտադրէ ընդ նմին զհոգին սբ. որպէս զի զանազան անձն եղէ 'ի նմանէ.

Երկրորդ ցուցանի. զի որդին արտադրի 'ի միտս հօրն, իբր ներատրամադրեալ բան հայրական մտացն. եւ հոգին սբ 'ի կամաց իբր սէր. Իսկ ամ

սէր

Գ 3 patet; ergo neque ab illo distinguetur.

Confirmatur per instantiam a simili: quia in Patre sunt duæ relationes, nempe paternitas, & spiratio activa; quæ, quia inter se non opponuntur, non distinguuntur, neque constituunt duas personas, sed unam, quæ simul est genitor, & spirator: ergo quod dicitur de relationibus producentibus, hoc est, paternitate, & spiratione activa; idem esset dicendum de relationibus productis, videlicet filiatione, & spiratione passiva, si filiatio per spirationem activam non oppone-
Դ 4 retur spirationi passivæ: ac proinde in tali casu non constituerent duas personas, puta Filium, & Spiritum sanctum; sed unam solum, quæ simul esset genita, & spirata.

Probatur secundo: quia Filius procedit per intellectum, ut Verbum mentis Paternæ Spiritus autem sanctus per voluntatem, ut Amor: at omnis amor a verbo, seu cognitione procedit, nihil enim amamus, nisi quod mentis cognitione apprehendimus: ergo Spiritus sanctus procedit a Filio.

Et confirmatur: nam in eo signo
Ե 5 originis, in quo Pater ab æterno intelligitur per actum voluntatis spirare Spiritum sanctum, jam Filius per actum intellectus genitus est, & habet eandem potentiam activam spirandi, sibi a Patre communicatam: ergo simul cum Patre necessario Spiritum sanctum producit, ac spirat; quia spirare in Divinis non est liberum, sed necessarium, ac naturale.

Nec dicant: Si Filius esset prior origine Spiritu sancto, prius existeret Filius, quam Spiritus sanctus; & sic non essent omnes tres divinæ personæ

coæter-

coæternæ. Nam prioritas originis non importat prioritatem temporis, sed tantum processionis: ut patet nedum in Deo Patre respectu Filii, quo est ille prior origine, & non tempore: verum etiam in creatis. Siquidem non existit Sol prius in cælo, quam radius in aere, & splendor in cubiculo: & tamen radius procedit a Sole; & Splendor a Sole simul, & radio: idem dico de Trinitate divina, ubi una persona procedit ab alia, & sic est prior alia origine processionis, quamvis non sit prior tempore.

Probatur tertio: Quod Spiritus sanctus a Filio quoque procedat, non repugnat; (a nemine quidem hucusque talis demonstrata est repugnantia): & ex alio capite cedit in majorem perfectionem, ac fœcunditatem, activam Filii, & passivam Spiritus sancti; atque in maximam Patris, & Filii, & Spiritus Sancti æqualitatem in potentia producendi ad intra; ergo ita dicendum est. Nam divinæ Trinitati tribuenda est summa æqualitas, & conceptus perfectissimus, quo nequeat excogitari perfectior.

Dicent: Spiritus sanctus non producit aliam divinam personam; & tamen est æqualis Patri, & Filio in potentia producendi ad intra: ergo idem videtur in illo casu dici posse de Filio.

Respondetur: Disparitas est; quia Spiritus sanctus, qui est tertius ordine, etsi talem potentiam communem habet cum Patre, & Filio; per accidens tamen aliam a se divinam personam non producit: non Filium, quia reperit jam in priori signo originis eum adæquate genitum; nullum autem prius procedere potest a suo posteriori: nec semetipsum, quia nequit idem

զ աէր եղանէ ևս 'ի ներքրարամասնաբեալ
6 քանէ. այ. 'ի ժամանաչմանէ. զի ոչ սե-
րեմք, եթէ ոչ զայս. զոր ժամանաչեմք
մաօք. ապա ուրեմն հոգին սբ ևս 'ի
յորդւոյ և 'ի քանէն այ եղանէ.

Եւ առաւելն հաստատեաւ այս. քան
զի ներգործութեն կամաց հետևի առ-
ներգործութեն մտաց. ապա յորժամ
հայր փչէ կամօք զհոգին սբ. յայնժամ
որդի ծնեալ եղև մտօք, ունելով զնոյն
փչողական զօրութեն հաղորդեալ նմա
'ի հօրէ. ապա ուրեմն հարկաւորապէ
ընդ հօրն փչէ և նոքն զհոգին սբ.
զի ներ այ փչելն ոչ է անձնեցեան, այլ
հարկաւոր և բնական.

է Թերևս ասիցեն. զի եթէ որդին եր
7 յառաջագոյն քան զհոգին սբ. ապա
նախ գոյր որդին. և յետոյ հոգին սբ.
ուրեմն ամծ այրին երեք անձինքն ոչ էին
յաւիտենականք. ասէ այս դ-իւրապես
պատմին. Թէ որդին է յառաջագոյն
քան զհոգին սբ. ոչ ժամանակաւ. այլ
ըստ քանի սկզբան և պատճառի. այ.
մինն է սկիզբն միւսոյն. թէպէտ գոն
համանգամայն ժամանակաւ. որպէս և
հայր է յառաջագոյն քան զորդի և զհո
գին սբ. ոչ ժամանակաւ. այլ ըստ
քանի սկզբան և պատճառի. որպէս և
յայտ է ևս 'ի սահեղծուածս. քան զի
թէպէտ շառաւիղն եղանէ 'ի յարեգա
ը կանէ. և լոյս 'ի յերկրոյուեցն. սակայն
8 երեքեան այսոքիկ գոն համանգամայն
ժամանակաւ.

Երրորդ ցուցանի զի ասելն. թէ հո-
գին սբ 'ի յորդւոյ ևս բղխէ. ոչ գնէ
զանդեալ ինչ. և ոչ է քան անհնարին.
այլ յաւէտ նշանակէ զառաւելագոյն
կատարելութեն ներգործական որդ-
ւոյ. և զկրաւորական հոգւոյն սբը
քոյ. նա և նշանակէ զառաւելագոյն
հաւասարութի հօր և որդւոյ և հոգ-
ւոյն սբքոյ ըստ զօրութե ներգործե-
լոյ 'ի ներքս. ապա ուրեմն այսպէս ասելի
է. զի պարտիմք յամենասբ երրորդու-

թեն

թեան դնել զպատճառ ինչ հաւանատարութեան և կատարելութեան հնարաւոր իցէ.

Թերեւս ասիցես. զի Թէպէտ և հոգին սբ ոչ արտադրէ զանձն ինչ ամ-այնն. սակայն է հաւասար հօր և որդւոյ ըստ զօրութեանն ներգործելոյ ՚ի ներքս. այլ ուրեմն ըստ նմին օրինակի եթէ որդի ոչ արտադրեր զհոգին սբ. գոյր և ս հաւասար այլոց անձանցն ըստ նմին զօրութեան.

Լուծ այս պատասխանին. Թէ հոգին սբ, որ է երրորդ անձն ըստ կարգի. Թէպէտ ունի զնոյն զօրութիւն գործելոյ ՚ի ներքս. զոր և ունի հայր և որդի. սակայն ըստ պատահման լինի. Թէ ոչ արտադրէ զանձն ոչ ամ-այնն. ոչ արտադրէ զորդին. զի գտանէ զնա կատարելապէս ծնեալ. և զի ոչ կարէ յառաջագոյնն ելանել յիւրմէ յնմանագունէն. ոչ արտադրէ զանձն իւր. զի ոչ կարէ ինքն զինքն արտադրել. և ոչ արտադրէ զայլ նոր որդի. կամ զայլ նոր հոգի սբ. պակասութեամբ ոչ իւրով. այլ նոր եզրի. զի արտադրեալ եզերքն. յղ. ծնեալն, և բղխեալն, են անբաւ, և ունին ըստ սեռի իւրեանց զամ որ ինչ կատարելութիւն կարելի է. վն որոյ և այլ նմանն եզերք անկարելի են. զոր օրինակ. եթէ ած ստեղծեր զամ որ ինչ ստեղծուածկարող գոյր ստեղծել. արդարև այլ ևս ոչ կարէր ստեղծել զայլ արարած. ոչ պակասութեամբ զօրութեանն իւրոյ այլ ըստ պատահման, և պակասութեամբ նոր եզրի. զի ոչ գտանիւր այլ եզր ստեղծելի յետ ստեղծմանն ամենեցուն. ասա. Թէ որդի հոգին սբ է հաւասար հօր և որդւոյ ըստ զօրութեան գործելոյ ՚ի ներքս. Թէպէտ և ոչ գործէ զայլ անձն. բայց որդին. յորժամ ինքն մտօք յառաջագոյն ծնանի. ոչ գտանէ բղխեալ կամօք զյետագոյնն քան զինքն զհոգին սբ. ուրեմն եթէ ընդ հօր ոչ բղխեր զնա, զոր բղխեալ ոչ գտանէ. յայտ էր, եթէ զզօրութիւնն գործելոյ ՚ի ներքս ոչ ունէր. այլ և ըստ այսմ ոչ գոյր ընդ հօր և ընդ հոգւոյն սրբոյ հաւասար.

Թ idem sui ipsius esse causa, seu prin-
9 cipium: neque alium Filium, aut alium Spiritum sanctum a genito, & spirato, producere potest, defectu termini; quia termini jam producti, illimitati sunt, & infiniti, habentes in suo genere omnem perfectionem possibilem, propter quod alii non sunt possibiles. Sicut, si Deus ad extra producerct omne possibile, non posset amplius aliud quicquam producere, non quidem per se, & defectu suæ potentiæ, quam eandem prorsus haberet, ac antea; sed per accidens, & defectu termini; cum non esset alius
Ժ terminus producibilis, productis jam
10 omnibus possibilibus. At Filius, cum primum ab æterno per intellectum genitus est, non reperit in signo illo originis spiratum per voluntatem Spiritum sanctum: ergo, si simul cum Patre illum, quem spiratum non invenit, non producat; signum evidens est, se potentiam spirativam, quæ non libera, sed necessaria est in producendo, non habere; ac proinde cum Patre, & Spiritu sancto minime esse æqualem: quod absit dicere.

PROBATUR TERTIO

Ex Patribus Græcis, & Latinis, quos suscipit Armena Ecclesia.

§. IV.

GRegorius Thaumaturgus, in epist. cujus initium: *Inimicissimi, & alieni*, inquit: *Existente quidem Patre ingenito; generato autem ex Patre Filio; Spiritu quoque ex substantia Patris, & Filii æterne emisso* &c.

Athanasius, in Symbolo fidei: *Spiritus sanctus a Patre, & Filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens*. Item in Sermone 4. contra Arrianos, ante medium: *Non tria principia, aut tres Patres introducimus, sicut Marcionistæ; cum non tres Soles ad comparationem adducamus; sed unum Solem, ejusque splendorem, & ex utroque lucem procedentem*. Item in Orat. de Concilio Nicæno: *Mitto Apostolos in Mundum, non in virtute hominis, sed in virtute Spiritus sancti, ex mea essentia profluentis*. Et infra: *Credendum est Spiritui sancto, quod sit veritas Patris, & Filii, coessentialis utrique, & de essentia eorum profluens*. Item in epist. ad Serapionem, ultra medium: *Qualem ordinem, & naturam habet Filius ad Patrem; talem ordinem & naturam habet Spiritus sanctus ad Filium*. Et idem asserit alibi.

Hilarius, de Trinit. lib. 2. *De Spiritu sancto nec tacere oportet, nec loqui necesse est: sed sileri a nobis eorum causa, qui nesciunt, non potest: loqui autem de eo non necesse est; quia de Patre,*

ԵՐՐՈՐԴ

Ցուցանի վկայութե̅ սրբոց հարցն յունաց և լատինացւոց. զորս ընդունի հայոց եկեղեցին.

Պրակ. Դ.

ա̅ Մե̅ն Գրիգոր սքանչելագործ 'ի
1 թուղթն. որոյ սկիզբն է. Թշնամիք և օտարք. ասէ. Հայր է անծին որդին 'ի հօրէ ծնեալ. և հոգին սբ̅ 'ի գոյութենէ հօր և որդւոյ յաւիտենի բղխումն.]

Մե̅ն Աթանաս 'ի դաւանութե̅ հաւատոյ ասէ. Հոգին սբ̅ 'ի հօրէ և 'ի յորդւոյ ոչ արարեալ. ոչ ստեղծեալ. և ոչ ծնեալ. այլ բղխեալ.] Եւ դարձեալ նորին 'ի չո̅րրդ ճառէն ընդդէմ արիոսի.
2 Ոչ զերիս զսկզբունս կամ զերիս հարս
բ̅ մուծանեմք ըստ մարկիոնացւոց. զի և ոչ զերիս արեգակն 'ի յօրինակ բերեմք. այլ զմի արեգակն, և զնորին շառաւիղն, և յերկոցունցն լուսոյ բղխումն.] Եւ դարձեալ նորին 'ի ճառէն յՆիկիական սբ̅ ժողովոյն. Առաքեմ զառաքեալսն յաշխարհս. ոչ զօրութե̅ մարդոյ. այլ զօրութեամբ հոգւոյն սրբոյ. որ յէութէ իմմէ բղխէ.] Եւ յետ սակաւուց դարձեալ ասէ. Պարտիմք հաւատալ. զի հոգին սբ̅ է ճշմար-
գ̅ տութի հօր և որդւոյ. և երկոցունց
3 էակից. և 'ի նոցունց էութե̅ բղխեալ.] Եւ դարձեալ 'ի թուղթն առ սերապիոն ասէ. Թէ զորպիսի կարգ և բնաւորութի ունի որդին առ հայր. զնոյնպիսի կարգ և բնաւորութի ունի հոգին սբ̅ առ որդի.]

Մե̅ն Հիլարիոս 'ի յերկրորդ գիրս յ̅ղգս երրորդութե̅ ասէ. Զս̅ հոգւոյն սրբոյ ոչ է լռելն յարմար. և ոչ խօսելն հարկաւոր. զի պարտիմք խոստովանել. թէ 'ի հօրէ և 'ի յորդւոյ եղանէ.]

tre,

Եւ

Եւ դարձեալ ասէ ։ Հայր է լի ած ինքնա_
գոյ ։ որդին լի ած 'ի հօրէ ծնեալ ։ և
հոգին սբ լի ած 'ի հօրէ և յորդւոյ
բղխեալ ։]

Սբն դիդիմոս աղեքսանդրացին 'ի
յերկրորդ գիրսն յաղագս հոգւոյն սբյ
ասէ ։ փրկիչն մեր ։ որ և ճշմարտութի ։
զհոգւոյն ասէ ։ թէ ոչ խօսեսցէ յիւրմէ
յինքենէ ։ այս ։ ոչ խօսեսցէ առանց կա_
մակցութե հօր և իմոյ ։ զի անբա_
ժանելի է 'ի կամաց իմոց և հօրն ։ զի
ոչ յինքենէ է ։ այլ 'ի հօրէ և յինէն է ։]
Եւ դարձեալ ասէ ։ Հոգին սբ ։ որ է հոգի
ճշմարտութե ։ ոչ կարէ 'ի յորդւոյ խօ_
սողէն լսել զայն , զոր ինքն ոչ գիտէ ։
զի նա այն ինքն է ։ որ 'ի յորդւոյ առ_
աքեալ ։ այս ։ որ 'ի ճշմարտութենէ ելա_
նէ ։ մխիթարիչ բղխեալ 'ի մխիթարչէ ։]

Սբն ամբրոսիոս 'ի յառաջին գիրսն
յաղագս հոգւոյն սրբոյ ասէ ։ Հոգին սբ
ոչ որպ 'ի տեղւոջէ առաքի ։ կամ 'ի
տեղւոջէ ելանէ ։ յորժամ բղխէ 'ի յոր
դւոյ ։ որպ և ինքն որդի ։ յորժամ ասէ ։
թէ ելի 'ի հօրէ ։ և եկի յաշխարհս ։]
Եւ դարձեալ նորին 'ի դրոցն յաղագս արժա_
նաւորութե մարդկային որպիսու_
թեանն ։ Որպէս 'ի հօրէ որդին ծնա_
նի ։ և 'ի հօրէ և յորդւոյ բղխէ հոգին
սբ ։ Նոյնպ և 'ի մտաց ծնանի կամք ։
և 'ի յերկոցունցս այսոցիկ բղխէ յիշո_
ղութի ։]

Սբն բարսեղիոս 'ի յերկրորդ գիրսն որ
ընդդէմ եւնոմիոսի ։ որ աղանդէր
զհոգին սբ 'ի յորդւոյ միայնոյ բղխել ։
ասէ ։ Արդ ո՞վ ոք ոչ գիտէ ։ զի ոչ նէր
գործութի ինչ որդւոյն բաժանեալ
լինի 'ի հօրէ ։ և ոչինչ նէր որդւոյն
գտանի ։ որ օտար իցէ 'ի հօրէ ։ զի և
ինքն ասէ , թէ ամ որ ինչ իմ է ։ քո է ։ և
որ ինչ քո է , իմ է ։ ապա զիա՞րդ կար_
ծեն ։ թէ պատճառ և սկիզբն հոգւոյն
է որդին միայն ։] Արդ յասու բանիւ ցու_
ցանէ սբն ։ թէ ոչ միայն որդի է պատ_
ճառ հոգւոյն սբյ ։ այլ և ս հայր ։ Եւ
դարձեալ

tre, *& Filio auctoribus confitendum est*.
Դ 4 Item in Serm. de Trinit. *Pater plenus Deus in seipso factus*: *Filius plenus Deus ex Patre genitus*: *Spiritus vero sanctus plenus Deus, ex Patre, & Filio procedens*.

Apud Gennad. de Process. Spiritus sancti.

Didymus Alexandrinus, lib. 2. de Spiritu sancto: *Salvator, qui est veritas, de Spiritu ait*: *Non loquetur a semetipso*; *hoc est, non sine meo, & Patris arbitrio*; *quia inseparabilis a mea, & Patris est voluntate*: *quia non ex se est, sed ex Patre, & ex me est*. Et infra. *Spiritus sanctus, qui est Spiritus veritatis, Spiritus sapientiæ, non potest a Filio loquente audire, quæ ne-*
Ե 5 *scit*; *cum hoc ipsum sit, quod profertur a Filio, id est, procedens a veritate, consolator manans de consolatore*.

Ambrosius (quem in tertia Synodo Generali ut sanctum Doctorem allegatum, Armenii quoque probe sciunt, & reverentur) de Spiritu sancto lib. 1. ad Gratianum, cap. 10. *Non quasi ex loco mittitur Spiritus, aut quasi ex loco procedit, quando procedit ex Filio*; *sicut ipse Filius, cum dicit*: *de Patre processi, & veni*. Item de dignitate humanæ conditionis, capit. 2. *Sicut ex Patre generatur Fi-*
Զ 6 *lius, & ex Patre, Filioque procedit Spiritus sanctus*; *ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his item ambobus procedit memoria*.

Basilius, lib. 2. contra Eunomium, qui asserebat, Spiritum sanctum a Filio tantum procedere: *Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa est? nec est aliquid in rebus, quod Filio insit, & a Patre sit alienum*: *omnia, inquit, mea tua sunt, & tua mea*. *Quomodo ergo Spiritus causam, & originem Unigenito soli attribuit?* quibus verbis probat Basilius,

lius, non solum Filium esse causam Spiritus sancti, sed etiam Patrem. Et rursus lib. 3. adversus eundem: *Cur necesse est, si dignitate, & ordine tertius est Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse? dignitate namque ipsum secundum esse a Filio, cum ab ipso esse habeat, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit; naturæ vero tertiæ neque ex sanctis Scripturis didicimus, neque ex prædictis possibile est colligere.* Idem asserit in lib. 5. cap. 11. & alibi.

Damasus, in Confess. fidei ad Paulum Antionchenum: *Credimus, Spiritum Paracletum neque Patrem, neque Filium, sed ex Patre procedentem, & Filio: est igitur ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed ex Patre procedens, & Filio.*

Nazianzenus, Oratione 49. seu Tract. de fide: *Misit nobis Christus Spiritum sanctum de propria sua, & ex una, eademque substantia, protectorem, signatorem, & ductorem in vitam æternam; sicut scriptum est ex voce Dei: Effundam de Spiritu meo super servos meos, & ancillas meas.* Et iterum: *Spiritus ex me prodiet. Et ipse Dominus, Salvatorque noster, de meo, inquit, accipiet: ex eo utique quod est Filius: quia & Filius de eo, quod est Pater.* Item Orat. de Spiritu sancto, quæ est quinta de Theologia, quærit: quare Spiritus sanctus non dicatur Filius? & respondet: *Mutuæ eorum relationis differentia, diversa quoque ipsis nomina procreavit*: hoc est, quia habent ad invicem oppositas relationes: sed Filius refertur ad Spiritum sanctum, non qua Filius est, sed qua spirator est: ergo &c.

Citatur a Genadio, de Procesſ. Spiritus sancti, cap. 1. & 2.

Nyssenus, homil. 3. in Pater noster: *Filius, Spiritus neque est, neque dicitur:*

Է 7 դրձլ 'ի յերրդ գիրս ընդդէմ նոյն ա_
ղանդողին ասէ. Ընդէ՞ր է հարկա_
ւոր. Թէ որպէս արժանաւորութբ և
կարգաւ երրորդ է հոգին սբ. նոյնպ
և երրորդ իցէ բնութբ. քանզի թէ
պէտ աւանդէ ուղղափառութիւն զնա
'ի յորդւոյ երկրորդ լինել արժանա_
ւորութբ. զի 'ի նմանէ զգոյն ունի.
և 'ի պատճառէն յայնմանէ կախի այլ
սակայն թէ զերրորդ բնութի ունիցի.
ոչ 'ի սբ գրոց ուսաք, և ոչ 'ի նախա_
սացեալ բանից կարեմք մակաբերել.]

Սբն դամասոս յղղս հաւատոյ
խոստովանութե առ պօղոս անտիո_
քացին ասէ. Հաւատամք. Թէ մխի_
Ը 8 թարիչ սբ հոգին ոչ է հայր, և ոչ որ_
դի. այլ 'ի հօրէ և 'ի յորդւոյ բղխեալ.
ուրեմն անծին է հայր. ծնեալ որդի.
ոչ ծնեալ հոգին մխիթարիչ. այլ 'ի
հօրէ և 'ի յորդւոյ բղխեալ.]

Սբն գրիգոր ածաբան 'ի. խԹ. երգ_
ճառն, որ է յղղս հաւատոյ. ասէ.
առաքեաց մեզ քս յիւրմէ ինքն և յա_
սուեն գոյացութենէ զհոգին սբ. որ
զմեզ խնամէ և առաջնորդէ 'ի կեանս
յաւիտենս, որպէս գրեցաւ ածայունչ գր_
քով. Թէ հեղից զհոգի իմ 'ի վր ծա_
ռայից և աղախնայց իմոց. և դրձլ գրե_
ցաւ. Թէ հոգին յինէն ելցէ. և ինքն
տր և փրկիչն մեր ասէ. Թէ յիմմէ առ_
Թ 9 նի առնուցու. այսինքն. 'ի նմանէ որ է որ_
դի. զի և որդին 'ի նմանէ, որ է հայր.]
Եւ դրձլ 'ի ճառն յղղս հոգւոյն սրբոյ
խնդրէ նոյն սբն. Թէ վս էր հոգին սբ
ոչ ասի որդի. և պատասխանէ այսպէս. զի զա_
նազանութի առնչութեցն առ միմեանս
զզանազան անուանս եդ նց.] այսինքն.
զի ունին առ միմեանս զհակադարձեալ
առնչութիս. Իսկ որդին առնչանայ
առ հոգին սբ. ոչ ըստ որում է որդի.
այլ ըստ որում է փչօղ. ապա ուրեմն
փչէ զհոգին սբ.

Սբն գրիգոր նիւսացին 'ի յերրդ
ճառն յղղս հայր մերին ասէ. Հոգին
սբ

սբ ոչ է, և ոչ ասի որդի. այլ որդւոյ Ժ
հոգի ասի. զի 'ի նմանէ առնու և բղ 10
խէ և է. որպէս և 'ի հօրէ.] Եւ դարձ
ներն 'ի չորրորդ ճառէն. Միածինն որ
դի 'ի հօրէ ասի 'ի սբ գիրս. Իսկ հո
գին սբ և 'ի հօրէ ասի, և յորդւոյ և ս
տոյլ ցուցանի. ըստ այսմ. Եւ զպա եթէ
ոք զհոգին քի ոչ ունի. սա չէ նորա.]

Փիլաստրիոս յաղագս հերձուածոյ 'ի
խե. Երրդ գլխին ասէ. Ուրեմն ճշմարտ է
անձն հօր, որ առաքեաց զորդին. և
ճշմարիտ է անձն որդւոյ, որ եկն 'ի հօրէ.
և ճշմարիտ է անձն հոգւոյն, որ 'ի
հօրէ և յորդւոյ առաքեցաւ.

Սբն Եպիփան 'ի գիրսն, որ անկո
րաւն կոչի, ասէ. Կեանք 'ի կենաց է ԺԱ
որդի. զի ասէ. Եւ ես եմ ճշմարտութի 11
և կեանք. Իսկ հոգին սբ 'ի յերկո
ցունցն է հոգի 'ի հոգւոյ.] Եւ յետ
սակաւուց դարձ ասէ. Միայն հոգին
սբ անուանեալ 'ի հօրէ և յորդւոյ հոգի
ճշմարտութեան. և հոգի այ. և հոգի
քի.]

Սբն Երոնիմոս 'ի թուղթն առ հե
դիբեայն ասէ. Յորժամ հոգին սբ ա
ռաքի. 'ի հօրէ և յորդւոյ առաքի. զի
ուրեք ուրեք հոգի հօր այ ասի. և հո
գի քի ասի.]

Սբն Օգոստինոս 'ի յերրորդ գիրսն
ընդդէմ մաքսիմինոսի ասէ. Հոգին
սբ է երկոցունցն. զի և յերկոցունցն ԺԲ
բղխէ.] և զնոյն ուսուցանէ սբն 'ի բա 12
զում տեղիս.

Ռուփինոս 'ի մեկնութե հաւա
տամքին ասէ. Հոգին սբ 'ի յերկո
ցունցն բղխէ. և զամ ինչ սրբացու
ցանէ.

Սբն ոսկեբերան 'ի յառաջին ճառն
'ի վր սբ հաւատամքին առաքելոցն
ասէ. Սա է հոգին, որ 'ի հօրէ և յոր
դւոյ բղխէ. և բաժանէ զիւր պարգևս
յիւրաքանչիւր. որպէս և կամի.] Եւ 'ի
յերկրորդ ճառումն ասէ. Զհոգին սբ
հաւասարակից լինել ասեմք հօր և

որ

citur: ſed Spiritus Filii dicitur: quia ab eo accipit, ab eoque procedit, & ex eo eſt, quemadmodum ex Patre. Item homil. 4. *Unigenitus Filius ex Patre a ſacra Scriptura nominatur: ſanctus autem Spiritus, & ex Patre dicitur, & ex Filio præterea eſſe oſtenditur. Si quis Spiritum Chriſti, dicit, non habet, hic non eſt ejus.*

Filaſtrius, de hæreſi, triformem Deum faciente, cap. 45. *Eſt ergo vera perſona Patris, quæ miſit Filium; & eſt vera perſona Filii, quæ advenit de Patre; & eſt vera perſona Spiritus, quæ a Patre, & Filio miſſa eſt.*

Epiphanius in Ancorato: *Vita ex vita eſt Filius*: ego ſum, ait, *veritas, & vita. Spiritus autem ſanctus ab utriſque ſpiritus ex ſpiritu.* Et infra: *Spiritus ſanctus ſolus appellatur a Patre, & Filio ſpiritus veritatis, & ſpiritus Dei, & ſpiritus Chriſti.*

Hieronymus, in epiſt. ad Hedib. quæſt. 9. *Ipſe Spiritus ſanctus, cum mittitur, a Patre, & Filio mittitur: in alio, atque alio loco, ſpiritus Dei Patris, & Chriſti ſpiritus appellatur.*

Auguſtinus, lib. 3. contra Maximinum, cap. 14. *Spiritus eſt utriuſque; quoniam de utroque procedit.* Et idem docet aliis multis in locis.

Ruffinus, in Explicat. Symboli Apoſtol. *Spiritus ſanctus, de utroque procedens, & cuncta ſanctificans.*

Chryſoſtomus, hom. 1. in Symbol. Apoſtol. *Iſte eſt Spiritus, procedens de Patre, & Filio, qui dividit propria dona ſingulis, prout vult.* Item homilia 2. *Iſtum Spiritum ſanctum dicimus Patri, & Filio eſſe coæqualem, & de Patre, & Filio procedentem.* Et rurſus infra: *Ecce & in Spiritum ſanctum credimus; qui Spiritus ſanctus, pro-*

cedens de Patre, & Filio, charitate conjungitur.

Cyrillus Alexandrinus, in lib. de recta fide ad Theodosium Imper. *Immittit Christus Spiritum baptizatis, non alienum, sed eum, qui ex illo, & per illum est.* Item in libro 13. Thesauri, cap. 2. *Ex Filio naturaliter, ac essentialiter Spiritum sanctum, sicut ex Patre, provenire, credimus.* Item in Exposit. noni Anathematismi: *Factus homo unigenitus Dei Filius, mansit quoque Deus; omnia, quæ Pater, habens præter esse Patrem, propriumque sibi, qui ex ipso, & ipsi innatus est, Spiritum sanctum.* Id ipsum similiter in aliis locis luculenter asserit.

Ac denique, una cum reliquis, Gregorius Magnus Papa, in Confessione fidei: *Credo in Patrem ingenitum; Filium unigenitum; Spiritum vero sanctum, neque genitum, neque ingenitum, sed coæternum de Patre, & Filio procedentem.*

Յգ որդւոյ. և 'ի Հօրէ և յորդւոյ բղխեալ:]
13 Եւ յետոյ դարձեալ ասէ. Հաւատամք և 'ի Հոգին սբ. որ բղխեալ 'ի Հօրէ և յորդւոյ. միաւորի ընդ մեզ 'ի ձեռն սիրոյ.]

ՍՐն Կիւրեղ աղեքսանդրացին 'ի գիրսն յաղագս ուղիղ հաւատոյ առ Թգրն Թէոդոսիոս ասէ. Առաքէ քս առ մկրտեալսն զՀոգին սուրբ. ոչ օտար. այլ զայն, որ 'ի նմանէ և նովաւն է.] Եւ դրձլ նորին 'ի. Յգ. երդ գրոց յՂգս գանձուց. Հաւատամք զՀոգին սբ 'ի յորդւոյ էութենապէս և բնականապէս, որպէս և 'ի Հօրէ, ելանել.] Եւ դրձլ նորին 'ի պարզաբանու-
Յգ թեն իններորդ նզովմանն. Միածին
14 որդին այ մարդ եղև. և մնաց և ած. ունելով զամենայն ինչ ունի հայր. բաց 'ի գոլոյն հայր, և որ յատուկ ինքեանն և յինքենէ ելանէ հոգին սբ.]

Նմանապէս ուսուցանեն այլ սբ հարք և վարդապետք եկեղեցւոյ. մանաւանդ հռովմայ մեծ հայրապետն սբն գրիգոր. որ 'ի հաւատոյ դաւանութե ասէ. Հաւատամ 'ի հայր անծին. և 'ի յորդին ծնեալ. և 'ի հոգին սբ ոչ ծնեալ. և ոչ անծին. այլ յաւիտենակից 'ի հօրէ և յորդւոյ բղխեալ.]

SOLVUNTUR

Objectiones.

§. V.

OBjicit primo Vartanus loco sup. cit. *Spiritus sanctus est unus: ergo unum debet habere principium, quod est Pater; & non duo, Patrem scilicet, & Filium.*

Respondetur primo per instantiam: Hic Mundus est unus, & quodlibet ens creatum est unum: ergo unum debet habere principium: igitur non pro-

ՊԱՏԱՍԽԱՆԱՏՐՈՒԹԻՒՆ

առարկութեանց.

Գլուխ. Ե.

ա
1 Սոյն և առաջին առարկէ վարդանն. և ասէ. Թէ հոգին սբ է մի բղխումն. ապա ուրեմն պատշաճ է. որ մի լինի նորա պատճառն. այ. հայր. և ոչ երկու. այ. հայր և որդի.

Պատասխանի նախ յարացուցիւ. քանզի այս աշխարհս է մի. կամ իւրաքանչիւր ստեղծուած է մի. ապա պատշաճ է. զի մի լինի նորա պատճառն. ուրեմն ոչ

ոչ ստեղծուած ՝ի յերից ածային ան- բ
ձանցն ։ Արդ որպէս պատասխանեսցէ առ այս
Վարդանն, նոյնպէս և մեք պատասխանի
տացուք առ նորն ։

Երկրորդ պատասխանի առ այս, և առ այն. Թէ որպէս մի աշխարհս, և մի ստեղծուածն արարչութեանն ՝ի յերից ածային անձանցն. ելեալ ՝ի միոջէ անհատ սկզբանէ. որ Թէպէտ եռեակ իցէ ըստ անձանց. սակայն է մի ըստ էութեան. որ միով զօրութեամբ և միով արարողութեամբ ստեղծ է. նոյնպէս և մի հոգին սբ ելանէ ՝ի հօրէ և յորդւոյ. ելեալ ՝ի միոջէ փչողէ. և ՝ի միոջէ սկզբանէ. զի երկոքեան միով էութեամբ, և միով փչողական զօրութեամբ, և միով փչմամբ գ
փչեն ։

Երկրորդ առարկէ որոտնեցի յովհաննէս ։ զի եթէ հայրն կարօղ էր կատարելապէս բղխել զհոգին սբ, ապա բղխումն որդւոյ աւելորդ էր ։ Եթէ ոչ կարաց հայր միայն. այլ կարօտացաւ որդւոյ. զի երկոքեանն ՝ի միասին բաղադրեսցեն զմի կատարեալ պատճառ հոգւոյն ։ ապա իւրաքանչիւրն ՝ի յերկոցունց էր անկատար ըստ ինքեան. և ոչ կարօղ առ ՝ի փչել ։ զոր քաւ լիցի ասել զնմանէ ։

Պատասխանի նախ յարացուցիւ ։ զի եթէ հայր կարօղ էր կատարելապէս ստեղծել զարարածս ։ ապա ստեղծումն դ
որդւոյ և հոգւոյն սբյ աւելորդ էր ։ ուստի և սուտ էր ասացեալն սրբոց վարդապետացն. Թէ արարածք ստեղծանեն ՝ի բոլոր երրորդութենէն ։ Եթէ ոչ կարաց հայր միայն. այլ կարօտացաւ որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. զի երեքեանն ՝ի միասին բաղադրեսցեն զմի կատարեալ պատճառ արարածոցն. ապա իւրաքանչիւր ածային անձն ըստ ինքեան էր անկատար. և ոչ կարօղ ստեղծել ։ որ քաւ լիցի ։

Երկրորդ պատասխանի. Թէ այդպիսի ձեռնարկութիւնք յառաջ բերեն ոչ Թէ
՝ի

procedit a tribus personis divinis. Quo-
2 modo nobis Vartanus, sic & ei nos respondebimus.

Respondetur autem secundo & pro nobis, & pro ipso: Sicut unus Mundus, & quolibet ens creatum, procedit a tribus personis divinis, ut ab uno indiviso principio; quod etsi personaliter triplex, unum tamen est essentialiter, per unam omnipotentiam, & unica actione creans: sic etiam unus Spiritus sanctus procedit a Patre, & Filio, ut ab uno spiratore, & uno principio; quia uterque per unam spirativam potentiam, & unica spiratione spirat.

3 Objicit secundo Joannes Orodniensis: *Vel Pater potest se solo spirare Spiritum sanctum; vel non potest; si potest: ergo superflua est spiratio Filii, si non potest solus, sed indiget concursu Filii; ut ambo, tanquam causæ partiales, integrent unam causam totalem: ergo quilibet ipsorum impotens est ad spirandum, & sic imperfectus: quod absit dicere.*

Respondetur primo per instantiam a simili: Vel Pater potest se solo creare creaturas; vel non potest, sed indiget concursu Filii, & Spiritus sancti; ut omnes tres personæ, tanquam
4 causæ partiales, integrent unam causam illarum totalem. Si primum: ergo superfluus est concursus creativus Filii, & Spiritus sancti; atque adeo creaturæ non procedunt a tota Trinitate, sed a solo Patre, contra illud axioma: *Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa.* Si secundum: ergo singulæ personæ divinæ ex se impotentes sunt ad creandum, & imperfectæ: quod est absurdum.

Respondetur secundo, quod hæc argumenta urgere quidem videntur, sed

rudibus, & indoctis, qui personas divinas, earumque operationes in omnibus secant, ac dividunt. Sicut enim Pater, Filius, & Spiritus sanctus, non sunt tres causæ creaturarum, neque partiales, neque totales, sed una numero, simplex, & indivisa causa (quemadmodum & unus numero Deus), quæ per unam omnipotentiam, & unica actione creat: ita similiter Pater, & Filius non sunt duo principia, nec totalia, nec partialia Spiritus sancti; sed unum numero principium, & unus simplex, & indivisus spirator, qui per unam numero vim spirativam, & unica spiratione spirat. Et ratio est, quia, cum in Divinis (ut supra dictum est) omnia sint unum; ubi oppositio relativa non obstet; eatenus Pater, & Filius inter se distinguuntur, quatenus inter se considerantur oppositi relatione producentis, & producti, seu genitoris, & geniti: at considerati, ut producentes, seu spirantes Spiritum sanctum, non opponuntur tali oppositione inter se, sed tantum Spiritui sancto: ergo, ut sic, non distinguuntur inter se, sed sunt unum numero principium, & unus spirator: quemadmodum, quia non opponuntur nec inter se, nec Spiritui sancto, in natura divina, & in potentia creandi ad extra; sunt etiam cum eodem Spiritu sancto una numero Deitas, unus Omnipotens, & unus Creator. Ne autem videamur Orodniensi ab argumenti sui forma de industria divertisse, dicimus ultro, quod licet Pater sit sufficiens principium Spiritus sancti; necessario tamen spirat hunc etiam Filius; quia habet eandem numero essentiam, & vim spirandi, per quam spirat Pater: sicut, etiamsi Pater est

suffi-

Ե ՚ի վրիպաց խելամտից և տիմարաց.
5 այլ միայն ՚ի վայրենամիտ համբակաց
և ՚ի տգիտաց ։ որք զածայինս անձինս
և զգործողութիւնս նոցին ամենայնիւ
կտրեն և բաժանեն. Ուրեմն ասեմ.
եթէ որպէս հայր. որդի. և հոգին սբ ոչ
են երեք պատճառք արարածոց. այլ
մի միայն անհատ և պարզ պատճառ
նոցին. որպէս և մի ած. որ միով կարո-
ղութեամբ և միով արարողութեամբ ըս-
տեղծ զնոսա. նմանապէս և հայր և որ-
դի ոչ են երկու սկզբունք հոգւոյն սբյ.
այլ մի սկիզբն միայն. և մի պարզ և
անհատ փչօղ. որ միով փչողական զօ-
րութեամբ, և միով փչմամբ փչէ. քանզի,
Զ որպէս ՚ի վերոյ ասացաք. նոքա ամ են որ
6 ինչ գոյանան. մի և նոյն է. բաց ՚ի յառըն-
չական անձնաւորութեանց. Արդ որոյ
հայր և որդի այնու զանազանին ՚ի մի-
մեանց. զի առ միմեանս առնչանան
իբր ծնօղ և ծնեալ. բայց եթէ նկա-
տեսցի զնոսա իբրև զփչօղ. ըստ այսմ
ներգործական փչողութեան ոչ առըն-
չանան առ միմեանս. այլ միայն առ
փչեցեալն հոգին սբ. ապա ըստ այսմ ոչ
զանազանին ՚ի միմեանց. այլ են մի և
նոյն սկիզբն, և մի փչօղ. Որպէս և զի
ոչ ևս զանազանին ՚ի միմեանց. և ոչ
՚ի հոգւոյն սրբոյ ըստ բնութեան և ըստ
ամենակարողութեան. սակս այսորիկ երե-
Է քեանն են մի ած. և մի ամենակարօղ.
7 և մի սկիզբն արարածոց. Արդ առ
խաբէական ձևականութիւն որոտնե-
ցւոյն ասեմք. զի թէպէտ հայրն ըստ
ինքեան իցէ կատարեալ սկիզբն հո-
գւոյն սբոյ. սակայն հարկաւորապէս
ընդ նմին փչէ և զնա որդին. զի ունի
զնոյն էութիւն և զնոյն զօրութիւն փչե-
լոյ, որով փչէ հայր. Որպէս և թէպէտ
հայրն ըստ ինքեան իցէ կատարեալ
պատճառ ստեղծուածոց. սակայն
և ընդ նմին ստեղծէ և որդի և հո-
գին սբ. զի ունին զնոյն էութիւն և
զնոյն կարողութիւն, որով ստեղծէ
հայր.

Եր

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ը sufficiens principium creationis; atta-
8 men creat etiam Filius, & creat Spiritus sanctus; quia habent eandem numero essentiam, & potentiam, per quam creat Pater.

Objiciunt tertio idem Orodniensis, & Gregorius Dattievensis, illud Joan. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis, qui a Patre procedit.* Ac subjiciunt: *Hic aperte dicitur Spiritus Sanctus a Patre solum procedere, nulla facta mentione Filii; ergo &c.*

Respondetur, Christum ibi non dixisse, qui a Patre solo; sed, *qui a*
Թ *Patre procedit*: ex eo autem, quod
9 aperte incluserit Patrem, non exclusit Filium; maxime, quod praecedentibus verbis utrumque, Patrem scilicet, & Filium, in processione Spiritus sancti non obscure incluserat, dicens: *Quem ego mittam vobis a Patre Spiritum veritatis*: quia missio in Divinis processionem importat, ut supra ostendimus; tum quia vocavit illum, *Spiritum veritatis*, nempe Filii; quod etiam indicat processionem ejus a Filio, ut supra quoque probatum est. Nec mirum, quod, subjiciens postea, *qui a Patre procedit*, non
Ժ insuper addiderit, & a me: quia om-
10 nia referebat ad Patrem, ut ad originale principium, ex quo ipse adhuc Filius procedebat. Quod etiam adnotavit S. Augustinus lib. 3. contra Maximinum, cap. 14. dicens: *Iste autem Spiritus est utriusque; quoniam de utroque procedit: sed ideo, cum de illo Filius loqueretur, ait, de Patre procedit; quoniam Pater processionis est auctor, qui talem Filium genuit, & gignendo ei dedit, ut etiam de ipso Spiritus sanctus procederet.* Et lib. 4. de Trin. cap. 20. rursus inquit: *Non di-*

dixit; quem Pater mittet a me: quemadmodum dixit: quem ego mittam vobis a Patre: videlicet ostendens, quod totius Deitatis principium Pater est: qui ergo a Patre procedit, & Filio, ad eum refertur, a quo natus est Filius.

Et confirmatur responsio hæc per instantiam a simili: nam dicendo Christus Petro Matth. 16. *Caro, & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus,* tacuit alias personas; nec tamen idcirco illas exclusit: cum constet, revelationem illam non modo a Patre, sed etiam a Filio, & Spiritu sancto factam esse; quia opera Trinitatis ad extra sunt indivisa: similiter, licet de Spiritu sancto dixerit, Joan. 14. *Ille vos docebit omnia;* non ideo tollitur, quin omnia doceant etiam Pater, & Filius. Immo, etiam si dixisset (ut notat S. Anselmus in lib. de Process. Spiritus sancti) Nemo produxit Spiritum sanctum, nisi Pater: nec proinde excluderetur Filius: sicut, cum dixit, Matth. 11. *Nemo novit filium, nisi Pater*: non excludit a cognitione Filii Spiritum sanctum, nec ipsum Filium.

Objiciunt iidem quarto Symbolum Constantinopolitanum, ubi dicitur: *Credimus in Spiritum sanctum, Dominum, & vivificantem, qui ex Patre procedit. Cur autem,* inquiunt, *non dixit sancta Synodus illa: ex Patre, Filioque? nisi quia optime noverat, Spiritum sanctum ex Patre solo procedere?*

Respondetur, quod Concilium Constantinopolitanum, actum contra Macedonium, qui Spiritus sancti Divinitatem negabat, superaddendo Nicæno Symbolo verba illa, *qui ex Patre procedit;* non exclusit Filium; cum non dixerit, ex Patre solo. Ideo au-

tem

Ժա եղև. զի ամենայն գործք առ արտաքս 'ի բո_
11 լոր երրորդութենէն ելանեն. Եւ դարձեալ
Թէպէտ ասացաք մն հոգւոյն սրբոյ.
Թէ նա ուսուսցէ ձեզ զամ. ոչ այսու
արտաքսեաց 'ի ուսուցմանէն զհայր
և զորդին. Որպէս և եթէ ասէր. ոչ որ
բղխէ զհոգին սբ. եթէ ոչ հայր. ոչ ևս
այսու արտաքսէր զորդին. որպէս և յոր
ժամ ասաց. Թէ ոչ ոք ճանաչէ զորդին.
եթէ ոչ հայր. ոչ արտաքսեաց 'ի ճանաչ_
մանէ որդւոյ զհոգին սբ. և ոչ զնոյն
ինքն որդին.

Չորրորդ առարկեն զդաւանութիւն
սրբոց հարցն կոստանդնուպօլսոյ սբ
ժողովոյն. յորում ասի. Թէ հաւա_
Ժբ տամք 'ի սբ հոգին. տէր և կենդանա_
12 րար. որ 'ի հօրէ բղխէ.] Ընդէր մն էր
ոչ ասաց սբ ժողովն. 'ի հօրէ և յորդւոյ
բղխէ. եթէ ոչ զի լաւ գիտէր զհոգին
սբ 'ի հօրէ միայնոյ բղխել.

Պատասխանի. Թէ սբ ժողովն որ արարեալ
եղև 'ի կոստանդնուպօլիս ընդդէմ
մակեդոնի. վերաբերելով նիկիականն
դաւանութեան զբանսն զայսն. որ 'ի հօ
րէ բղխէ. ոչ արտաքսեաց զորդին. զի
ոչ ասաց. 'ի հօրէ միայնոյ. Իսկ ոչ յի_
շեաց զորդին. վասն զի որպէս վկայէ սբն
բասիլիոս 'ի յերկրորդ գիրս ընդդէմ
եւնոմիոսի. յայնժամ ոչ էր 'ի տարա_
կոյս. Թէ հոգին սբ յորդւոյ բղխէր.
Ժգ զի և նոյն մակեդոնականքն խոստովա
13 նէին զայս. այլ միայն ուրանային
զբղխումն նորա 'ի հօրէ. ասելով. Թէ
հոգին սբ էր արարած, արտադրեալ
'ի յորդւոյ միայնոյ. ուստի և սակս
այսր պատճառի այսուհետև ոմանք
սբ հարքն յունաց մն խոստովելոյ 'ի մի
լորութէս յայսմանէ. երբեմն 'ի բղխումն
հոգւոյն կամ ոչ վերաբերեն զորդի.
և կամ ասէին. 'ի հօրէ որդւով. Որպէս
օրինակ. մն հրաժարելոյ 'ի հերձուա_
ծոյն նեստորի ոչ կոչէին սբ հարքն
զսբ մարիամ քրիստոսածին. այլ աստուածածին.
ոչ Թէ ոչ իցէ քրիստոսածին. քան

զի

զի ծնաւ զՔն · այլ զի մի կարծիցէ ոք · Յդ
Թէ միայն զմարմին էր, և ոչ ևս աստուա_ 14
ծին · եւ Զօր լուսեցուք զբանս սրբոյն
բասիլիոսի · Որդւոյ ոչ դնէ, ասէ · զի
ոչ ներգործուԹին ինչ որդւոյն բաժա_
նեալ լինի ՚ի հօրէ. և ոչինչ ունի որդւոյն
գտանի · որ օտար իցէ ՚ի հօրէ · զի և
ինքն ասէ · Թէ ամ որ ինչ քո է, այն իմ
է. և որ ինչ իմ է, այն քո է: ապա զիարդ
կարծեն, Թէ պատճառ և սկիզբն հո_
գւոյն է որդին միայն :]

Հինգերորդ առարկէ տաԹևացին
զբանն առաքելոյն ՚ի ԹուղԹն առ
Հռովմայեցիս. որ ասէ. ԵԹէ հոգի
այնորիկ. որ յարոյց զյս ՚ի մեռելոց.
բնակեալ է ՚ի ձեզ.] եւ Զաստ առաքելն կոչէ Յե
զհոգին սբ հոգի հօր. և ոչ որդւոյ. 15
զի ասաց. հոգի այնորիկ. և ոչ, հոգի
այնոցիկ. Եւ վերաբերեաց. որ յա_
րոյց զյս.քս. որ հոգի հօրյարոյց զյս.
արդ եԹէ հոգին հօրյարոյց զորդին ՚ի
մեռելոց. ապա ոչ ՚ի յորդւոյն բղխէ.
այլ միայն ՚ի հօրէ.

Պատասխանի. Թէ ՚ի յայդպիսի առար_
կուԹէդ յայտ լինի խորամանկուԹի
և յիմարուԹիւն առարկողին. քանզի
Ճշմարիտ նշանակուԹի բանիցն առա_
քելոյն է այս. ԵԹէ հոգի այնորիկ.քս.
ոչ Թէ հօր միայնոյ. այլ այ. քս. հօր և
որդւոյ. զի սակաւ՛ իկ մի յառաջագոյն
ասացեալ էր պօղոս. ԵԹէ իցէ հոգին Յզ
այ ՚ի ձեզ բնակեալ. ապա Թէ ոք զհո_ 16
գին քի ոչ ունի. սա չէ նորա.] և ապա
հետևի և ասէ. ԵԹէ հոգի այնորիկ.
քս. այ հօր և որդւոյ. Եւ դարձեալ ոչինչ
փոյԹ է, զի ասաց հոգի այնորիկ. և ոչ
այնոցիկ. զի որպէս ՚ի վերոյ ցուցաք,
հայր և որդի ոչ են երկու, այլ մի փչող
հոգւոյն սրբոյ. որպ և են մի ած. զի
և գործք հօր և որդւոյ և հոգւոյն
սրբոյ առ արտաքս ոչ ասին ՚ի սղմն
արարածս ձեռացնոցա. այլ ասին ա_
րարածք ձեռացն որա. այնու զի երեք
անձինքն ոչ են երեք. այլ մի արարիչ.

Հէ_

tem nullam Filii mentionem fecit quia, ut constat ex Basilio lib. 2. contra Eunomium, eo tempore dubium non erat, an Spiritus sanctus procederet a Filio; hoc enim Macedoniani etiam concedebant; tantum autem negabant, illum procedere a Patre; asserentes, Spiritum sanctum esse creaturam, a solo Filio productam: qua de causa Patres nonnulli deinceps, præcipue Græci, ad illum evitandum errorem, interdum in processione Spiritus sancti aut non addiderunt Filium, aut dixerunt, ex Patre per Filium: quemadmodum propter hæresim Nestorii Mariam non Christiparam, sed Deiparam appellamus: non quod vere non sit Christipara; Christum enim genuit; sed ne putetur solum Christipara, & non etiam Deipara esse. Basilii autem verba sunt hæc: *Illud vero cui non patet, quod nulla Filii operatio a Patre divisa est? nec est aliquid in rebus, quod Filio insit, & a Patre sit alienum. Omnia, inquit, mea tua sunt, & tua mea. Quomodo ergo Spiritus causam Unigenito soli attribuit?*

Objicit quinto Dattievensis: *Paulus ad Rom. 8. inquit: Quod si Spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis. Hic Apostolus Spiritum sanctum appellat Spiritum Patris, & non Filii: quoniam, Spiritus ejus, dixit; & non, Spiritus eorum; ac subdit; qui, nempe Spiritus Patris, suscitavit Jesum a mortuis: si autem spiritus Patris Christum Filium a mortuis suscitavit; ergo non a Filio, sed a solo Patre procedit.*

Respondetur: Quanta fuerit Gregorii Dattievensis inscitia, & fraudulentia; vel ab hujus tantum objectionis ineptia, sicut Leo ab ungue, dispici potest. Nam significatio verborum

rum

rum Apostoli est hæc: *Quod si Spiritus ejus*, hoc est, non tantum Patris, sed *Dei*, Patris scilicet, & Filii; quia paulo ante dixerat: *Si tamen spiritus Dei habitat in vobis: si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus*. Et deinde subdit: *Quod si spiritus ejus*, &c. Nec obstat, quod, *spiritus ejus*, dixerit, & non, eorum: quia, ut supra explicatum est, Pater, & Filius, non sunt duo, sed unus spirator Spiritus sancti: sicut & opera Patris, & Filii, & Spiritus sancti ad extra, non dicuntur opera manuum eorum; sed, *opera manuum ejus*, Psal. 18. eo quod tres personæ divinæ non sunt tres, sed unus Creator. Sequitur Apostolus: *Si spiritus ejus, qui suscitavit Jesum a mortuis, habitat in vobis*: hoc est, *qui Deus*; non autem, qui Spiritus, ut indicant alia verba, immediate sequentia: *Qui suscitavit Jesum Christum a mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra per inhabitantem Spiritum ejus in vobis*: quemadmodum loquutus est etiam Petrus, Act. 3. dicens: *Quem Deus suscitavit a mortuis*: id est, Deus Trinus; cum opera Trinitatis ad extra sint indivisa.

Deinde, etiamsi Paulus dixisset, ut contendit Armenus: *Spiritus Patris suscitavit Jesum a mortuis*: nec proinde sequeretur, eum a Christo Filio non procedere: quia Spiritus sanctus una cum Patre, & Filio suscitavit a mortuis ipsum Filium Jesum, quatenus hominem; a quo tamen, quatenus Deo, ipse Spiritus ab æterno procedebat. Vide Magister, in quantis tua objectio insipientiæ, & fallaciæ te accusat.

Objicit sexto idem Dattievensis illud Psalmi 35. *Quoniam apud te est*

fons

Ժէ Չեաւն և ասէ պօղոս. եթէ հոգին այ
17 նորին. որ յարոյց զյս̄ 'ի մեռելոց. բնա-
կեալ է 'ի ձեզ. այ. որ ած յարոյց, և
այլն. ոչ որ հոգին. զի այսմ̄ յայտ առանձնա
այլ յետագայ բանքն պօղոսի. ասե-
լով. ևլպա և որ յարոյցն զքս̄ 'ի մեռե-
լոց. կենդանացուսցէ և զմահկանա-
ցու մարմինս ձեր բնակեալ հոգւովն
իւրով 'ի ձեզ.] որպ̄ և խօսեցաւ պե-
տրոս 'ի գործոց երրդ գլխն. ասելով.
Օր ած յարոյց 'ի մեռելոց. այ. երեք
անձնեայ ածն. զի գործք առ ար-
տաքս են անբաժանականս 'ի բոլոր եր-
րորդութէ։

Եւ դարձ թէպէտ և պօղոս ասէր
Ժը ըստ մտաց տաթևացւոյն. թէ հոգին
18 հօր յարոյց զյս̄ 'ի մեռելոց. ոչ եւս այ-
սու հետև իւր. զհոգին սբ ոչ բղխել 'ի
յորդւոյն է. քանզի ստուգի հոգին
սբ ընդ հօր և ընդ ինքեանն յի որդւոյն
ըստ որում էր ած, յարոյց 'ի մեռելոց
զնոյն ինքնյն որդին ըստ որում էր մրդ.
Թէպէտ և նոյն հոգին բղխէր 'ի
յաւիտենից 'ի յորդւոյն ըստ որում սա էր
ած. Եւ կարճառօտ ասեմք. թէ հո-
գին սբ յարոյց զորդին. յորմէ ինքն
բղխէր. այս է. յարոյց զորդին իբրև
զմարդ. յորմէ իբր յայ ինքն բղխէր. Եւ
դարձ որդին ինքն զինքն յարոյց. այս է.
ինքն իբր ած յարոյց զինքն իբրև
ԺԹ զմարդ.
19 Վեցերորդ առարկէ տաթևացին
զսղմոսն որ ասէ. 'ի քէն է առ աղբիւր կե-
նաց. տես. ոչ ասաց մարգարէն. թէ
'ի ձէնջ է. այլ 'ի քէն առ. այ. հայր. է
աղբիւր կենաց. իսկ աղբիւր կենաց ոչ
այլ ինչ է. եթէ ոչ հոգին սբ. ապա
ուրեմն սա 'ի հօրէ միայնոյ բղխէ.

Պատասխանի. թէ սբ հարքն 'ի մեկնու-
թէ նորին բանին մեկնաբերեն թէ հո-
գին սբ յորդւոյ ևս բղխէ. և մանա-
ւանդ սբն աթանաս. որ 'ի ճառն յղգս
մրդեղութեն ընդդէմ ապօղինարին ասէ
այսպ̄. Սակս այնր պատճառին ասէ

դա-

դաւիթ. Թէ առ քեզ է աղբիւր կենաց. Ի
և լուսով երեսաց քոց տեսանեմք 20
զլոյս. քանզի առուդաստ ճանաչեալ էր.
զի առ հայրն էր որդին. որ է աղբիւր
հոգւոյն սրբոյ.] Նմանապ̄ մեկնէ
զնոյն բանն ամբրոսիոս 'ի գիրս յղ̄գս
հոգւոյն սբ̄յ ասելով. առ քեզ ա̄ծ ա-
մենակալ, է որդին քո աղբիւր կենաց. այ̄.
աղբիւր հոգւոյն սրբոյ. որ է կեանք.
որպ̄ տր̄ն ասէ. Թէ բանքն զոր ես խօ-
սեցայ ընդ ձեզ. հոգի և կեանք են.]
Եւ դրձլ 'ի. Ժզ. երր̄դ գլխն այլադգա-
բար մեկնէ և ասէ. առ քեզ ա̄ծ ամե-
նակալ հայր. որ ես աղբիւր կենաց. լու-
սովն քով որդւովդ տեսանեմք զլոյս
հոգւոյն սրբոյ.] Ուրեմն փոխանակ Իա
աղբեր կենաց իմանան սբ̄ հարքն. ոչ 21
Թէ զհոգին սբ̄. այլ կամ զհայր. կամ
զորդի. յորոց բղխեալ իցէ հոգին սբ̄.
Նաև ներսէս կլայեցին հայոց կԹղ̄կոն
'ի տաղն յղ̄գս երրորդուԹե կոչէ զոր-
դին ոչ Թէ միայն աղբիւր կենաց. այլ
և ս սկիզբն սկզբան. այ̄. սկիզբն հո-
գւոյն սրբոյ. 'ի հօրէ սկզբանէ ծնեալ.
վն̄ որոյ ասէ այսպ̄. Պատկեր հօր ոչ
փոփոխական, այլ անփոփոխ համա-
նման, սկիզբն սկզբան արարչական.
աղբիւր կենաց անմահուԹե.]

Եւ դարձեալ Թէպէտ և ասայաք.
Թէ բառդ. աղբիւր կենաց. նշանակէր
անդ զհոգին սբ̄ ըստ մտաց տաԹևա- Իբ
ցւոյն. սակայն բարւոք և ս ասէր մար- 22
գարէն. Թէ 'ի քէն է ա̄ր աղբիւր կե-
նաց. և ոչ 'ի ձէնջ. վն̄ զի հայր և որդի
ոչ են երկու, այլ մի փշող հոգւոյն.
որպ̄ և ոչ են երկու, այլ մի ա̄ր մարդա-
րէին. որ և ս 'ի սաղմոսն. ՃԼԶ. ասէ.
աղ հա դու ա̄ր ծառաներ զյեաին և զա-
ւաջինինդ. դու ստեղծեր զիս.] Թէպէտ
այսպիսի բանիւ ոչ միայն ընդ հօր խօ-
սի. այլ ընդ ա̄մ անձինս երիս. յորոց
իւր 'ի միոջէ ճանաչողէ և արարչէ ա̄մ
ինչ ծանուցեալ և ստեղծեալ եղև.
Եւ դրձլ եԹէ և ս աներյայտնապ̄. Թէ
'ի

fons vitæ: quod in Armeno Psalterio legitur hoc alio modo: *Ex te est Domine fons vitæ*: ac subdit: *Non dixit Propheta, ex vobis; sed, ex te, Domine, videlicet, ex te Pater, est fons vitæ. Fons autem vitæ quis alius est, nisi Spiritus sanctus? ergo hic ex Patre solo procedit.*

Respondetur: Quicquid sit de versione Armena illius versiculi, quæ quidem unde desumpta sit, non invenio: nemo versum illum exponit, quemadmodum Dattievensis: immo plures sancti Patres ex verbis illius, Spiritum sanctum a Filio quoque procedere, colligunt; præsertim ex antiquis sanctus Athanasius; qui in Tract. de humana natura suscepta, contra Apollinarium, ait sic: *Eaque de causa David dicit: quoniam apud te est ons vitæ, & in lumine tuo videbimus flumen: noverat enim, apud Patrem Filium esse, fontem Spiritus sancti*. Similiter illum exponit sanctus Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 19. dicens: *Apud te, Deus omnipotens, Filius tuus fons vitæ est, hoc est, fons Spiritus sancti, qui Spiritus vita est; sicut Dominus ait: verba, quæ ego loquutus sum vobis, spiritus, & vita sunt*. Et rursus ibidem cap. 16. aliam tradens expositionem, inquit: *Apud te, Deus omnipotens Pater, qui fons vita es, in lumine tuo Filio, lumen videbimus Spiritus sancti*. Itaque pro fonte vitæ intelligunt ibi Doctores Ecclesiæ, non quidem Spiritum sanctum, sed vel Patrem, vel Filium, ex quibus Spiritus sanctus procedat. Quin ex Armeniis ipsis Nierses Ghelajensis Patriarcha in Carmine de Trinit. Filium vocat, non modo fontem vitæ, verum etiam principium de principio, hoc est, principium Spiritus

tus ſancti de Patre principio utriuſque; inquit enim de Filio: *Imago eſt Patris, omnino ipſi conſimilis, & immutabilis, principium de principio, fons vitæ, & immortalitatis*.

Deinde, etiamſi illud, *fons vitæ*, ſignificaret ibi Spiritum ſanctum; recte quoque dixiſſet Propheta, *ex te Domine*, & non, ex vobis: quia Pater, & Filius (ut modo diximus) non ſunt duo, ſed unus ſpirator illius; ſicut nec duo, ſed unus Dominus Prophetæ: Qui etiam in Pſal. 138. *Ecce Domine*, ait, *tu cognoviſti omnia noviſſima, & antiqua; tu formaſti me*. Et tamen verbis hiſce non Patrem ſolum alloquitur, ſed omnes tres divinas perſonas, a quibus, ut ab uno cognitore: & conditore, omnia cognita erant, & formata. Adde, quod etiamſi dixiſſet: Ex te Pater procedit Spiritus ſanctus; neque propterea Filium excluſiſſet: ſicut, cum dixit Chriſtus, Joan. 14. *Pater autem in me manens, ipſe facit opera*; non excluſit Filium, nec Spiritum ſanctum: neque, cum dixit, cap. 16. *De meo accipiet*, excluſit Patrem.

Objicit denique idem Hæreticus Eccleſiæ Patres nonnullos: & primo Joannem Damaſcenum (licet hunc, tanquam Chalcedonenſis Concilii propugnatorem, ipſe, & conſenctanei cæteroquin reſpuant); qui lib. 1. de fide, cap. 11. hoc modo loquitur: *Spiritum ſanctum ex Patre eſſe, ſtatuimus, & Patris ſpiritum appellamus: at vero eum non ex Filio eſſe dicimus: ſed Filii ſpiritum nominamus*. Secundo Nazianzenum, qui Orat. 45. quæ eſt de Divinitate, inquit: *Salvator noſter, & Spiritus ſanctus, geminus ille Patris radius, ſimul & ad nos uſque veritatis lucem miniſtrant, & Patri uniti ſunt*.

Եգ ՚ի քէն է Հայր Հոգին սբ․ ոչ այնու ար
23 տաքսէր զորդին ՚ի բղխմանէ հոգւոյն
զոր օրինակ․ յորժամ քս ասէ ՚ի յՅհն․
ԺԴերրդ գլխն․ այլ հայրն, որ յիս բնա-
կեալ է․ նա գործէ զգործսն․ ոչ այնու
արտաքսեաց զորդին և զհոգին սբ․
Եւ յորժամ ասաց ՚ի ԺԶ․ գլխն․ Թէ
յիմմէ առնու առնուցու․ ոչ արտաք-
սեաց զհայր․

Եօթներորդ և յետին առարկեն
զվկայութիւն ոմանց սրբոց հարցն․ և
նախ զյոհնէ դամասկացւոյն․ որ ՚ի յա-
ռաջին գիրս յղղս հաւատոյ այսպէս
ասէ․ Զհոգին սբ ՚ի հօրէ ասեմք․ և
հոգի հօր անուանեմք․ բայց ՚ի յորդւոյ
Եդ ոչ ասեմք․ այլ հոգի որդւոյ անուա-
24 նեմք․] Երկրորդ առաքելեն զածա-
բանն գրիգոր․ որ ՚ի ներբողեանն․
ԽԵ․ յղղս ածութեան․ ասէ․ Որդի և
հոգին սբ են իբրև կրկին շառաւիղք
հօր․ որք մինչև առ մեզ առաքեն զլոյս
ճշմարտութե․ և միաւորեալք են ընդ
հօր․] Եւ երրորդ զդիոնէսիոս արիս
պագացին․ որ ՚ի գիրս յղղս ածային
անուանացն ասէ․ Թէ հայր միայն է
աղբիւր ածութեան․]

Պատասխանի առ առաջին վկայութիւն
դամասկացւոյն․ Թէ նախադիրն՝ ինի,
յունարէն նշանակէ զառաջին սկզբնական
պատճառն․ որ ոչ առնու ՚ի յայլմէ զգո
Եե յութիւն պատճառելոյ․ ուստի և վն այ
25 սորիկ․ և ևս վն խոտորելոյ ՚ի մոլո-
րութէ մակեդոնի և եւնոմիոսի․ որք
ասէին զհոգին սբ ՚ի յորդւոյ միայնոյ
բղխեալ․ կարծէր դամասկացին․ Թէ
ըստ կերպի խօսելոյ լատինացւոյն էր ա-
սել զհոգին որդւով բղխեալ․ քան Թէ
՚ի յորդւոյ․ զի մի կարծիցէ ոք․ Թէ
միջնորդական զօրութիւն․ որ պատշաճի
հօրն սկզբնաբար և անկախապէս յայլ
մէ․ նոյնպէս պատկանեսցի որդւոյն ան-
կախապէս ՚ի հօրէ․ ևլն որոյ նոյն դամաս
կացին ՚ի վերոյգրեալ գիրսն յղղս հա-
ւատոյ ասէ․ Թէ հայր է ծնող բանին

և

և բանին առաքէր զՀոգին սուրբ։]
Եւ յետոյ դարձեալ ասէ. Թէ Հոգին սբ
բղխէ 'ի Հօրէ որդւով.] ԻԶ. 'ի յերկո_
ցունցն. այլ զանազան կերպիւ. զի որ_
դի փչէ զնա միայն անմիջապէս, և փչողա
կան զօրութեն, զոր առնու 'ի Հօրէ.
իսկ Հայրն փչէ զնա ոչ միայն անմիջապէս
և փչողական զօրութբ. զոր ինքնայնն
քենէ ունի. այլ և միջնորդաբար. ԻԶ.
'ի ձեռն որդւոյ. որ 'ի Հօրէ ծնեալ առ
աքէ զՀոգին սբ. որոյ աղագաւ
ասէ սբն կիւրեղ աղեքսանդրացին 'ի
Թուղթն առ Հերմիաս. Թէ Հոգին սբ
գոյացաբար 'ի յերկոցունցն. ԻԶ. 'ի Հօ
րէ որդւով բղխէ.]

Արդ 'ի Հօրէ որդւով ասելն ոչ խա
փանէ զճշմրտ գործակցութին որդւոյ.
որպէս վկայէ սբն բասիլիոս 'ի գիրս յղգս
Հոգւոյն սրբոյ առ ամփիլոքիոս այսպի
բանիւ. Ասելն. Թէ որդւով հայր
ստեղծէ. ոչ զստեղծումն Հօր անկա_
տար ցուցանէ. և ոչ զգործակցութին
որդւոյ տկար. այլ զկամաց որութին
երկոցունցն միաբան նշանակէ. ուստի
յորժամ ասի. որով ամն ինչ եղև. որով
ասելն նշանակէ զառաջնորդական պատ_
ճառ.] Եւ յոհան ոսկեբերանն 'ի մեկ
նութի բանին յհու. Թէ ամն ինչ նովաւ
եղև. ասէ. Թէ սակս այնորիկ նովաւ
ասաց. զի մի ոք զորդին անծին կար_
ծիցէ.

Իսկ ապա որ Թէ դամասկացին
ստուգին Հաւատոյ զՀոգին սբ 'ի
յորդւոյ և ս բղխել. յայտ է 'ի յայլոց
բանիցն իւրոց. Եւ նախ զի զկնի մե
րոյ գրեալ բանիցն իւր. զոր առաջին
Հակառակորդքն. բերէ զօրինակ. և
ասէ. Որպէս 'ի յարեգակնէ շառաւիղ
և լոյս ծագեն. զի նա է շառաւիղոյ և
լուսոյ աղբիւր. իսկ շառաւիղովն լոյս
առ մեզ առաքի. նմանապէս և այլն.]
Որով բանիւ ուսուցանէ. Թէ Հոգին
սբ այնպէս 'ի Հօրէ որդւով ելանէ.
որպէս և լոյսն ելանէ յարեգակնէ շա_

ռա_

ti sunt. Tertio tandem Dionysium ԻԶ
Areopagitam, qui cap. 2. de Divin. 26
nomin. *Solus*, ait, *Pater est fons superſubſtantialis Divinitatis*.

Reſpondetur ad primum teſtimonium Damaſceni; quod præpoſitio, *ex*, in lingua Græca ſignificat cauſam procatarcticam, hoc eſt, originalem, & a nullo alio vim cauſandi accipientem; ut bene ex D. Baſilio adnotat Beſſarion Card. lib. de Proceſſ. Spiritus ſancti. Hac itaque de cauſa, & præterea ad errorem Macedonii, & Eunomii devitandum, qui Spiritum ſanctum a Filio ſolo productum aſſe-
rebant; exiſtimavit Damaſcenus, ſe- ԻԷ
cundum modum loquendi tutius dici 27
eum per Filium, quam ex Filio, procedentem; ne virtus ſpirativa, quæ Patri convenit originaliter, independenter ab alia perſona, eodem modo putetur Filio convenire independenter a Patre: unde in eodem lib. de fide, cap. 16. ait: *Pater Verbi genitor, & per Verbum Spiritus ſancti productor*. Et iterum infra: *Spiritus ſanctus ex Patre quidem per Filium procedens*: ſcilicet ab utroque ſed diſpari ordine; a Filio quidem tantum immediate, & per vim ſpirativam ac-
ceptam a Patre; a Patre vero tum im- ԻԸ
mediate per eandem numero vim, quam 28
ille habet a ſe, tum etiam mediate, medio ſcilicet Filio, qui, a Patre genitus, Spiritum quoque ſanctum producit: ut experitur Cyrillus Alexandrinus in Serm. ad Hermiam per interrog. & reſponſ. prope principium, inquiens: *Spiritus ſubſtantialiter ex ambobus, hoc eſt, ex Patre per Filium eſt procedens*.

Quod autem, ex Patre per Filium, dicere, non ſit ipſam Filii cooperationem enervare, teſtatur inſuper Magnus

Basilius lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium, cap. 18. *Quod per Filium*, inquit ille, *creet Pater; neque imperfectam Patris creationem, neque impotentem Filii denotat operationem: sed unitam ipsorum voluntatem significat, itaque hac voce, per quem, confessionem habet causæ principalis*. Et Chrysostomus in illud Joan. 1. *Omnia per ipsum facta sunt*: inquit, & nostram magis ad rem: *Quod sic, per ipsum, dictum est, nullam aliam ob causam dictum est, quam ut ne Filium aliquis ingenitum suspicetur*.

Cæterum, quod Damascenus, quantum ad rem attinet, a Filio quoque procedentem crediderit Spiritum sanctum, patet; primo, quia post illa verba, in objectione adducta, continuo hanc subdens similitudinem ait: *Quemadmodum ex Sole quidem & radius, & splendor ortum habent: ipse enim & radii, & splendoris fons est: per radium autem splendor nobis communicatur*. Ubi ea ratione, affirmat, Spiritum sanctum procedere ex Patre per Filium; quemadmodum splendor proficiscitur ex Sole per radium; ex Sole quidem originaliter; ex radio autem, ut ex aliquo a Sole producto. Secundo, quia in eodem cap. 11. ait: *Imago Patris est Filius; & imago Filii est Spiritus sanctus*. Unde videtur asserere, quod sicut Filius, quia est imago Patris, procedit a Patre; ita Spiritus sanctus, quia est imago Filii, a Filio quoque procedat: imago enim esse habet ab exemplari. Tertio, quia cap. 9. *Omnia*, inquit, *quæ habet Pater, Filii sunt, hoc uno excepto, quod ingenitus non est*. Sed Pater præter innascibilitatem, seu paternitatem, habet etiam spirationem activam, per quam producit Spiritum sanctum;

ԻԹ ռաւիղոյն. այսինքն. 'ի յարեգականէ
29 սկզբնաւբար. և 'ի շառաւիղէ իբր 'ի
նմանէ, զոր արտադրէ արեգականն. Երկ
րորդ զի 'ի նոյն գիրսն ասէ. Պատկեր
Հօր է որդին. և պատկեր որդւոյն է
Հոգին սբ.] Ուստի թուի ասել. թէ
որպէս որդի 'ի Հօրէ ելանէ. զի Հօր պատ
կեր է. նոյնպէս և Հոգին սբ զի է պատ_
կեր որդւոյ. ելանէ ևս 'ի յորդւոյ.
քանզի պատկերն ունի զէութիւն 'ի նա
խադաղափարէ իւրմէ. Եւ երրորդ զի
դրՃլ ասէ 'ի նոյն գիրսն. Ամենայն
զորինչ ունի Հայր. որդւոյ են. բաց յայս
մանէ. թէ ոչ է անծին.] Իսկ Հայրն
բացյանծնութէ. այս ինքն. Հայրու
Լ թէ. ունի ևս զներգործական փչո_
30 ղութիւնն. որով արտադրէ զՀոգին
սբ. ապա ուրեմն և զսոյն զայս ունի
և որդին.

Առ երկրորդ վկայութիւն պատաս
խանի. թէ ասելով սբն Գրիգոր ծա_
քանն. թէ որդի և Հոգին սբ են իբրև
կրկին շառաւիղք Հօր. ոչ ասաց զՀոգին
սբ 'ի յորդւոյ ոչ բղխել. մանաւանդ
զի յայլ ուրեք յայտնաբար ասաց. թէ
բղխէ 'ի յերկոցունցն. և ըղ բանս նորին
բերցուք 'ի պրակին չորրորդ.

Առ երրորդ վկայութիւն պատխանի.
զի թէպէտ սբն Դիոնէսիոս կոչէ աղ_
բիւր ածութեան զՀայր միայն. սա_
ԼԱ կայն սբն աթանաս 'ի գիրսյղգս մար_
31 դեղութեանն. և սբն ամբրոսիոս 'ի
յառաջին գիրսյղգս Հոգւոյն սրբոյ 'ի.
ԺԹ. երդ. գլխն. կոչեն զորդին աղբիւր
Հոգւոյն սրբոյ. Առպա զինչ ասա_
ցուք. Մի թէ սբքն ուսուցին զՀա_
կառակս միմեանց. քաւ լիցի այս. այլ
պարտ է մեզ բարւոք իմանալ զբանս
նոցա. և մեկնել ըստ համախոհ միտաց
նոցին. Առորդ Հայր միայն է աղբիւր
ածութեան. այս. սկզբնական աղբիւր.
ոչ աղբիւր յաղբերէ. զի ոչ առնու յու
մեքէ զածութիւնն. այսպէս իմանի սբն
դիոնէսիոս. բայց որդին է աղբիւր
յաղ_

ctum;

յաղէրէ. որպէս և ասի 'ի մէ հաւատքէն. լ̄է
լոյս 'ի լուսոյ. որպէս ասէ մէն գրեգոր 32
ա̄ծաբանն 'ի յերկրորդ ճառուածն յղ̄գս
սրբոյ զատկին վ̄ն որդւոյ. Թէ այն
սկիզբն 'ի սկզբանէ. այն լոյսն 'ի լու-
սոյ. այն աղբիւր կենաց և անմահու-
թե.] այսպէս իմանին սրբքն աթանաս և
ամբրոսիոս.

ctum; ergo hanc itidem Filius habet.

Ad secundum testimonium respondetur, Nazianzenum, quod Filium, & Spiritum sanctum, geminum Patris radium dixerit, non proinde asseruisse, Spiritum sanctum a Filio non procedere: maxime quod Orat. 49. quæ dicitur Tractatus de Fide; & Orat. 5. de Theologia, oppositum se sentire experitur per ea verba, quæ supra adducta sunt, §. 4.

Ad tertium respondetur, quod etiamsi Dionysius solum Patrem fontem Divinitatis appellat; Athanasius tamen in Tract. de humana natura suscepta, & Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 19. vocant etiam Filium fontem Spiritus sancti. Quid ergo? num inter se discrepare dicemus sanctos Patres? absit. Vere enim solus Pater fons est Divinitatis, originarius quidem, & non de fonte; quia non accipit aliunde Divinitatem: sic intelligitur Dionysius. Filius autem est fons de fonte; quemadmodum dicitur in Symbolo *lumen de lumine*: & Nazianzenus Orat. 2. in Pascha, de Filio loquens: *Illud*, ait, *ex principio principium*; *illud ex lumine lumen*; *ille fons vitæ*, *&* *immortalitatis*: sic intelliguntur Athanasius, & Ambrosius.

ՄԻ ԹԷ ԺՈՂՈՎՆ ՔԱՂԿԵԴՈՆԻ

Դ. չորրորդ տիեզերական ժողովն ո. և. շ. հարցն.
Ուղղափառ եղև. Թէ ոչ.

ՏԱՍՆԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Առաջի կարծիք բացասողաց.

Պրակ. ա.

UTRUM IV. SYNODUS GENERALIS

Nempe Chalcedonenſis, fuerit Orthodoxa.

QUÆSTIO INTER ARMENIOS ULTIMA.

Proponitur negativa ſententia.

§. *I.*

[illegible] ցանեն ՚ի մէջ Հայոց ոմանք սուտ վարդապետք. և ուսուցանեն. եթէ քաղկեդոնի ժողովն հաստատելովն հաւատալ՝ ի մի անձն զերկու միաւորեալ բնութիւնս ընդդէմ եւտիքեայ և դիոսկորոսի, մոլորեցաւ, և անկաւ՝ ի չար աղանդն նեստորի։ և թէ լևոն հռովմայ հայրապետն, որոյ հրամանաւ եղև նոյն ժողովն. և փլաբիանոս կոստանդնուպոլսի պատրիարգն. որ զեւտիքեայ և զդիոսկորոսի զմիոյ բնութեան աղանդն մերժեաց, համօրէն արևելեան և արևմտեան եկեղեցեաւ, ընդ նեստորի մոլոր-

ա 1

NEGANT Armeniorum Pſeudomagiſtri; docentes, Chalcedonenſe Concilium, quod in una Chriſti perſona duas inconfuſe unitas naturas, contra Eutychen, & Dioſcorum definierat, fuiſſe Neſtorianorum conventum; ac proinde D. Leonem, Rom. Pont. cujus nutu, & auctoritate eadem Synodus celebrata, & confirmata fuerat; necnon B. Flavianum, Conſtantinopolis Patriarcham, qui eorundem Eutychis, & Dioſcori dementiam reprobaverat; una cum tota Occidentali, & Orientali Eccleſia, in Neſtorianam hæreſim incur-

currisse: quod ut populo persuadeant, non cessant sacram illam Synodum, & Sanctos prædictos, apertis calumniis, & conviciis lacerare. Cæterum, etsi damnant Eutychem, tamen Dioscorum, ejus patronum, eique in hæresi conscium approbant, ac reverentur, ut sanctum.

Hinc Paulus Daronensis, in Apologia pro una natura contra Theopistum Græcum, sic fatur cap. 1. *Christus ait: sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum unigenitum daret. Ecce sese Christus unigenitum vocat: Synodus autem Chalcedonensis in duos filios illum divisit.* Et cap. 2. *Patres perversæ Synodi Chalcedonensis, publice anathematizantes Nestorium, occulte ejus hæresim confirmarunt: quo multos deceperunt, perdideruntque Catholicos.* Et rursus infra: *Diviserunt unum Christum in duas personas, & duas effigies; dixeruntque, hominem in cruce immolatum, & non Deum; animum advertite, ac scitote, hanc fuisse Synodi Chalcedonensis confessionem, quæ aliud revera non est, nisi dispensationis Jesu Christi Dei nostri abjuratio.* Item cap. 5. *Duas prædicavit naturas Chalcedonense Concilium, sanctamque Dei Ecclesiam omni blasphemia, & errore implevit.* Denique post similia verba prope finem inquit: *Si Leo, & Flavianus beati sunt; ergo Nestorius etiam beatus evasit: quoniam unius erant animi, ac sententiæ Nestorius, & Chalcedonense Concilium, quod a capite illo Draconteo, ac Nestoriano, Leone Romano magnificatum fuit.*

Stephanus Siuniensis Episcopus, in epist. ad Germanum Constatinopolis Patriarcham, in fine: *O absonam,* inquit, *& horribilem fraudem! Quæ enim*

բ լուեցաւ լին որոյ ոչ դադարեն սուտ
2 ամբաստանութեբ զրպարտել և թշնա-
մանել զսոյն ժողովն և զերկոսեն սբ
հայրապետսն. Եւ թէպէտ կեղծա-
ւորապ հերքեն զեւտիքէս. սակայն
ընդունին զհամախոհն նորա զդէոս-
կորոս իբրև զսուրբ.
Պաւղոս պօղոս տարօնացին 'ի գիրսն
ընդդէմ թէոփիստայ յունաջին գլխն
ասէ. Քս ասաց. թէ այսպէս սիրեաց այ
զաշխարհս, մինչև զորդին իւր միա-
ծին ետուահա քս միածին հռամայեաց.
և քաղկեդոնին երկու որդի.] Եւ դրձլ
յերկրորդ գլխն ասէ. Հարքն ամենաչար
ժողովոյն քաղկեդոնի զնեստոր նզո-
գ վեցին յայտնապ. և 'ի ծածուկ զնո-
3 րայն հաստատեցին զհերձուածն. և
այնու զբազումս ուղղափառաց խա-
բեալ կործանեցին. և երկու բնութի
քարոզեցին.] Եւ յետոյ դրձլ ասէ.
Բաժանեցին զմի քս յերկու անձինս,
յերկու պատկերս, և այլն. և 'ի խա-
չին մարդ պատարագեալ, և ոչ ած.
ծանիրուք, և 'ի միտ առէք. զի այս է
քաղկեդոնի խոստովանութին. որ է
ստուգապ ճշմարիտ ուրացութի տնօ-
րէնութե քի այ մերոյ.] Եւ դրձլ
'ի հինգերորդ գլխն ասէ. Զերկու բնու-
թիս քարոզեաց քաղկեդոնին. և ելից
ամենասուրբ հայհոյութբ զսբ եկեղեցի
այ.] Եւ ապա յետ այլոց սուտ զրպար-
դ տութեց ասէ. Եթէ լևոն և փլաբիա-
4 նոս երանելիք են, ապա և նեստոր
ճշմարիտ և ստուգապէս երանեցաւ.
զի զմի միտս ունէին նեստոր և քաղկե-
դոնի ժողովն, զոր անեցոյց վիշապա-
գլուխն լևոն հռովմայեցի համախոհն
նեստորի.]
Ստեփաննոս սիւնեցին 'ի թուղթն
առ սուրբն գերմանոս պատրիարքն,
մերձ 'ի վերջն ասէ. Ով անտեղիս, և
ահագին դժրութեանս. և որ զուղիղ
գրեալսն չարաչար մեկնէք. և յերդ-
արկեալ հնչեցուցանէք 'ի բազմաց
լսե-

Լսելիս 'ի կորուստ. և զամենեցուն Ե
փրկիչն մարդ և ոչ Աստուած խոստովանիք. 5
Ո՜հ խաբէութեան չարին. որ սերմա_
նեաց զայսպիսի բանսարկութիւն 'ի կոր_
ծանումն լսողաց. հակառակատեաց
պօղոսի սամոստացւոյ. և ոռոգեաց
նեստորիոս. և աճեցոյց սկզբնաչար
բանսարկուն. զոր ծածկաբար 'ի ձեռն
ժողովոյն քաղկեդոնի սերմանեաց զո
րոմն 'ի մէջ ցորենոյն.] Եւ դար_
ձեալ 'ի յառաջին գիրսն որ ընդդէմ
երկաբնակաց, և 'ի յետին գլուխն,
ամբաստանեալ սուտ բանիւք զուղ_
ղափառ հաւատոյն սրբոյն Լևոնի, ասէ
այսպէս. Ահա այս բաւականացի
ցոյցք և վկայութիւնք համաձայնու_ Զ
թեան հերձուածողացն առ տումարն 6
Լևոնի, և առ հաւատոյն քաղկեդոնի. որ
զերկու բնութիւն հաստատապէս քա
րոզեն.]

Յոհան Օձնեցին 'ի նզովսն իւր ասէ.
Նզովեմք զքաղկեդոնի ժողովն, և
զտումարն Լևոնի. վասն զի ասացին
զերկու բնութիւն 'ի Քրիստոս, և զերկու կամս,
և զերկու ներգործութիւնս յետ միա
ւորութեան, և երկու անձն.]

Գրիգոր տաթևացին 'ի գիրսն
հարցմանց ասէ. Քաղկեդոնիք մի անձն
համբաւեն. և յերկու բնութիւնս որո
շեն զմի Քրիստոս, և յերկու կամս, և յեր_
կու գործս. որպէս անիծեալն Լևոն և Է
Փլաբիանոս. Իսկ սոքա անձն ասելով 7
անուն միայն իմանան. որպէս որդի,
կամ Քրիստոս. Եւ ասեն մի անձն, մի որդի
մի Քրիստոս. իբր թէ բանն և մարդ բաժա_
նեալ են էութեամբ և բնութեամբ.
Իսկ մի են անուամբ որդիութեան.]

Գրիգոր կեսարացին 'ի թուղթն
զոր գրեաց առ մովսէս, ուղղափառ
կաթուղիկոսն, այսպէս ասէ. Լուեալ
եմ անախորժելի համբաւ և տրտմա_
գոյն զրոյցս և ցաւագին ասացուածս
վասն ձեր. Ասեն, թէ մովսէս կա_
թուղիկոսն միաբան ընդ քաղկեդոնկաց
ուխտս

enim recte scripta sunt, perverse exponitis, atque in cantionem reducta personare facitis in multorum auribus ad perditionem. Omnium quippe Redemptorem, hominem asseritis, & non Deum. O impiam deceptionem! Hæc siquidem in auditorum perniciem tam magnum Pauli Samosateni nugamentum sparsit; quod irrigavit Nestorius; cui maleficus ille Tentator incrementum dedit, zizania in medio tritici per Chalcedonense Concilium seminando. Item lib. 1. contra Diaphysitas, cap. ult. postquam insculptam S. Leonis fidem multis calumniatur mendaciis; *Ecce*, ait, *hæc sufficiant testimonia, ut Leonis epistola, & fides Chalcedonensis Concilii, quæ duas naturas pugnaciter prædicant, cum aliorum Hæreticorum nugis concordes fuisse ostendantur.*

Joannes Oznıensis, Patriarcha, in suis Anathematismis: *Anathema*, inquit, *dicimus Concilio Chalcedonensi, & Leonis epistolæ, eo quod duas naturas, voluntates, & operationes, ac duas etiam personas in Christo docuerint.*

Gregorius Dattievensis in lib. Interrogationum: *Chalcedonenses*, inquit, *Christum unam vocitant personam; in duas vero naturas, voluntates, & operationes dividunt, sicut & illi maledicti, Leo, & Flavianus: attamen unius personæ vocabulo nihil aliud intelligi volunt, nisi unum Christi, seu Filii, seu Jesu nomen: itaque nomen dictitant unum, & in nomine solum unitas faciunt duas naturas, Deum scilicet, hominemque: ac prædicant unam personam, unum Filium, unum Christum, ita tamen, ut Verbum, & homo secundum essentias, & naturas separentur; & dumtaxat unum quid sint secundum filiationis nomen.*

Gregorius Cæsariensis, Episcopus, in epist. ad Moysen Patriarcham: *Pertristes, ait, & infausti ad aures nostras perlati sunt de te nuncii. Audi vero quales: Moyses, inquiunt, Patriarcha, cum Latinis consentire, & in concordiæ fœdus coire prægestiens, multas ad eos epistolas destinavit, ut cum Romana Ecclesia unionem componeret, & Concilium Chalcedonense susciperet. Quo sane audito, mœror, luctusque gravissimus nostros animos occupavit, qui magis magisque exacerbescit; ita ut mori nobis satius videatur, quam mala hæc auribus viventes accipere.* Et paulo post: *Avertat hoc Deus a nobis, & hanc a tua prudentia ignominiæ notam: nec humani generis hostis, qui a vera fide hæreticos deturbavit, in nostro gemitu lætus triumphet.*

His similia, ad hoc etiam ævi, Armenici gregis Sectarii reliqui deceptores effutiunt; qui præterea ad eandem confirmandam impietatem duo prisca suorum Episcoporum Conventicula, Theviense, & Manaschiertense producunt, in quibus Chalcedonense Concilium hæresis Nestorianæ damnatum fuit.

Ը ուխտս և դաշինս եդեալ ընդ նոսա ։
8 և բազում Թուղթս միաբանութեան յուղարկեալ առ նոսա վասն միաբանութե՛ ընդ հռոմէայ եկեղեցւոյն, և ընդունելոյ զժողովն քաղկեդոնի ։ Եւ մեք լսելով զայս, առաւել սուգ և տրտմութիւն լինի մեզ և ցաւք ՚ի մե՛ր ցաւոց, և վիշտք ի մե՛ր վշտաց . մինչ զի լաւ համարեալ ինձ զմեռանելն . քան թէ կենդանոյ մնալ և դայսպիսի աղէտալից բանս լսել ։] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ ։ Տէր քաւ լիցի . և մի առասցէ զայս առ մեզ ։ որ ոչ վայել է քոյին խոհեմութեանդ ։ զի մի սուտ լիցի պարծանք մեր որ վասն ձեր . և մի ու-
Թ րախ լիցի ՚ի մերոյ մեր որ ՚ի սկզբանէ
9 Թշնամի բնութեանս նա որ զառտոյս և հեռացոյց զհերձուածողսն ՚ի ճշմարիտ և յուղղափառ հաւատոյս . և ուրախ եղև ՚ի մերայնոցս ։]

Եւ սոցին համանգոյն անխելաբար ՚ի կրուսոտ ազանց բազմաց չարախօսեցան ընդդէմ քաղկեդոնի տիեզերական սբ ժողովոյն այլք ոմանք ՚ի հայս, զրպարտելով զնա, և զուրբացան հայրապետսն զլեոն և զփլաբիանոս անիրաւապէս ։ Եւ զնոյն արարին երկու այսահարեալ չարաժողովիւքն դվնայ և մանազկերտայ, որք նզովեցին զժողովն քաղկեդոնի . և բաժանեցին
Ժ զազգն հայոց ՚ի տիեզերական ան-
10 կաթուղիկէ սբ եկեղեցւոյն ուղղափառ քրիստոնէից ։

AFFIRMATIVA

Sententia.

§. II.

AFfirmant vero Armeni Patres Catholici; ac pluribus solemni ritu habitis synodis, unanimi semper consensione professi sunt, idem Chalcedo-

ՀԱՍՏԱՏԻ

Կարծիք ստորասողաց ։

Գլուխ . Բ .

Բայց ստորասեն այլ ուղղափառ հարք և վարդապետքն հայոց ։ և ՚ի բազում համախմբական արարեալ ժողովս իւրեանց միաբանութեամբ և միա-

ա միաձայն դաւանեցին զնոյն ժողովն քաղկեդոնի գոլ սուրբ, ուղղափառ, և ամ քրիստոնէից պատուականելի։ Վն որոյ և յօժար կամօք ընկալան զնորա սահմանադրութիւն յՔրս երկուց միաւորեալ բնութեանցն ի մի անձն Քի։ Արդ ի վկայութիւն այսր դաւանութեան յառաջ բերիցեմք զամ ընդհանուր ժողովսն հայոց. և ապա զայլս մասնաւորս։

Առաջին ընդհանրական ժողովն հայոց եղև ի կարնոյ քաղաքի. յորում գումարեցան ամ եպիսկոպոսք և վարդապետք և իշխանք նոցա հանդերձ եզրաւ կաթուղիկոսիւն ի ժամանակս հերակլի կայսեր։ և զկնի ամսօրեայ
interprete corrupta, & adulterata fuere: haud enim Leonis verbum est illud, *recessit*; sed e contrario, *suscepta est*, inquit, *a Majestate humilitas*. Qui vero cum præcedentibus verbis iis, *in unam coeuntibus personam*, cohærere ista potuissent, *recessit a divinitate humilitas*? En sincera Leonis verba: *Salva igitur proprietate utriusque naturæ, & in unam coeunte personam, suscepta est a Majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas*. Enimvero quis aliquando credidisset, tam admirabilis, divinique Doctoris sapientissima verba, quæ Christianus Orbis, ut oracula, divino instinctu, afflatuque sibi fusa, observat, & pro dignitate veneratur, inquinanda mox fuisse, & conspurcanda per irrationabilium bestiarum ora sacrilega, ut vel Armeniis in proverbium, & fabulam verterentur?

His igitur, aliisque prodigiose fictis mendaciis, atque calumniis, quæ brevitatis causa silentio nunc involvuntur, experti sunt Pseudomagistri, gentem suam ad id usque impietatis, & impudentiæ culmen perducere, ut non modo non exhorrescat, sed ne minimum quidem eam suppudeat, & sanctam Synodum Chalcedonensem, & Divum Leonem, & sacram ejus epistolam, pluries in anno crudeliter execrari, his præter alia publice in Templo cantitatis blasphemiæ verbis: *Sanctus Dioscorus haud quaquam iniquo Chalcedonensi Conventui assensus est: sed anathema dixit Leoni, & execrabili ejus epistolæ*. Proh scelus nefarium, quo vix aliud, post genus hominum natum, sceleratius fieri potuit!

Verum, ut omnes hæ, artificio tectæ,

ctæ, calumniantium fraudes ex omni parte cognitæ sint; ac suis inspiciat oculis populus iste, quantum sacrilegium impia cantione committat; proferamus a capite totam Leonis epistolam. Profecto, cum e fonte purius haurietur, quod antea ex obturbatis a temeratoribus rivis propinatum fuerat; non dubito, quin orthodoxæ ejus epistolæ sapor fauces opprimet oblatrantium, meos autem delectabit Armenos, atque ad resipiscentiam, & piam in tantum Doctorem observantiam revocabit.

Ճը կրից մարմնոյ 'ի ներքոյ դնեն. և այլն։]
88 Զորրորդ ասէ տարօնացին․ Լևոն ասաց․ Որոշնիմք առ քս զբնութիւնսն․ զի կրկնահատ բնութէն․ իսկ արժանաւորութեամբ մի։] Եւ դՃլ ասէ օձնեցին․ Նզովեմք զքաղկեդոնի ժողովն, և զտումարն Լևոնի․ վս զի ասացին զերկու անձն 'ի քս։] Եւ դՃլ ասէ սիւնեցին 'ի յերրորդ գլուխն․ Բերէ պարծանօք զբանս հայհոյութե տումարին Լևոնի չարագլուխ գազանին․ յոր ամրացեալ կան, և զինքն որպէս զվիշապս յորջս խաւարայինս․ զոր ասէ յերկրորդ գլխին․ Ապրեցելոյ այսուհետև յատկութեանց երկաքանչիւրոյ բնութեանց․ և առ մի դէմս եակցելոյ․ ամբարձաւ այսուհետև յածութէնն նուաստութիւն․ իսկ 'ի կարութէ անկարութիւն․ և յանմահէն մահկանացուն․ Ահա տեսեր․ յայտ յանդիման կացոյց զերկու բնութիւն ապրեալ և որիշ և 'ի մի դէմս եակցեալ․ քս․ դիմօք խառնեալ և մի․ և ապա ամենև իմէ 'ի բաց հատանէ զա̃ծային բնութիւն 'ի մարմնոյն ասելով․ ամբարձաւ յածութէնն նուաստութիւն քս․ հեռացաւ։]

Պատասխանի․ Թէ ամենայն վերոյ գրեալ բանքն, զորս երեքեան նախատացեալ սուտ խօս զրպարտողքն ձգեն 'ի վերայ Լևոնի, յայտնապէս են սուտ զրպարտութիւք․ զոր նախանձով անցուցին 'ի նեստորէ 'ի վերայ սբ ոյն Լևոնի․ քանզի բանքն, զոր բերեն տարօնացին և օձնեցին, բոլորովին են խարդախութիւք և մոլորական կարծիք իւրեանց․ և միայն 'ի նեստորի որդնալից բերանոյն ելեալք․ և 'ի սրբոյն Լևոնէ յա̃մ ուրեք յայտնապէս յանդիմանեալք․ Իսկ զոր առբերէ սիւնեցին․ հնարիւք և խաբէութէ ապականեցան 'ի չարաբաստ Թարգմանչէն․ քանզի Լևոնի բան չէ այն․ ամբարձաւ․ այլ ընդդէմ սորին գրեաց Լևոն, ասելով․ ընկալեալ եղև․ Ահա սորոյգ և իսկական բանքն Լևոնի այսպէս ասեն․ Պահեցելոց այսուհետև յատկութեանց երկաքանչիւրոյ բնութեանց, և 'ի մի անձն շարակցելոց, ընկալեալ եղև 'ի մեծվայելչութենէն նուաստութիւն, 'ի զօրութէ տկարութի, 'ի յաւե̃ի տեւականէն մահկանացութի։] Ոչ միոյ առեր զառաջնագոյն բանն, թէ 'ի մի դէմս եակցելոյ․ զիարդ կարեր և ս ասել զմիւսն, թէ ամբարձաւ կամ հեռացաւ յածութենէն նուաստութիւնն․ Եւ արդ ով կարող էր երբէք զմտաւ ածել․ եթէ բաւսանելոց էին 'ի մէջ աշխարհի այդքան տգէտ և սուտ խօս անմիտ մարդիկ վասն ապականելոյ և պղծելոյ զիմաստնալից և զուղղափառ բանսն մեծի վարդապետին սրբոյ հօրն Լևոնի․ և յորժամ ընդհանուր եկեղեցի պարծի և աշակերտի նորօք․ յայնժամ դոքա ջանան երևեցուցանել զնոսա 'ի մէջ հայոց տեղի ծաղրի և պարսաւանաց։

Արդ 'ի ձեռն այդպիսի խաբէութեանց և սուտ զրպարտութեանց, և այլոց որ նմանք դոցին, արիացան չար վարդապետքն պատրել և մոլորեցուցանել զազգն իւրեանց․ և հաւանեցուցանել նմա երդնուլ զբանսն հայհոյութե ընդդէմ ժողովոյն քաղկեդոնի և Թղթոյն Լևոնի․ ասելով այսպէս․ Մեք դեոսկորոս ոչ հա-

Հանեալ

ճանեալ անօրէն ժողովոյն քաղկեդոնին, նզովեաց զլեւոն և զտումարն նոր պիղծ.] ոն չարագործութե մեծի, և պատուիրանապահաց խորամանկութե նենգաւորեան մախացողաց. որ վս յագեցուցանելոյ զչար անառատութե իւրեանց, ոչ փոյթ համարեցին հայհոյել երգովն ապականել և 'ի կորուստ արկանել զմիամիտս և զքնասէր ժողովուրդն վեհագոյն և գերապատուհն ազգի.

Բայց զի յայտ լիցին յամենեսին հնարաւոր խաբէութիւնք դոցա. և զի աչօք իւրեանց տեսցեն հայք, թէ զորքան մեծ սրբապղծութի գործեն այսոքիկ, որ ըզ հայհոյական երգն զայն երգեն. պարտ է մեզ աստ փոխել զթուղթն լեւոնի'ի սկզբ բանէ մինչև 'ի վերջն. որպէս զի ընթերցեալ հայոց զուղղափառութիւն նորին թղթոյն կամ տումարին, զգուշասցին յայսմհետէ 'ի չարախօսութենէ հերձուածողացն. և կարկեալ զբերանն շանցն հաչողաց, սկսանիցեն հանդերձ ամենայն ուղղափառ եկեղեցեաւն պատուել զուղղամիտ վարդապետութիւն սրբոյ հօրն լեւոնի

ԹՈՒՂԹ ՍՐԲՈՅ ՀՕՐՆ ԼԵՈՆԻ

Հռովմայ հայրապետի, զոր գրեաց առ սուրբն փլաբիանոս, ընդդէմ մոլորութեան եւտիքեայ.

Պրակ. Ե.

առաջին գլուխ.

Լեւոն եպիսկոպոս սիրելի եղբօրդ ա
փլաբիանոսի եպիսկոպոսի կոստանդ_ 1
նուպօլսոյ ողջոյն. Ընթերցաք ըզ_
նամակն սիրոյդ ձերոյ. որ և զարմա_
ցաք վս անստգան հասանելոյ նորա առ
մեզ. Եւ իմացեալ 'ի նմա զկարգն և
եպիսկոպոսական գործոցդ, հանդիպեաք
զորինչ եղեւն առ ձեզ. և զոր ընդդէմ
ուղղամիտ հաւատոյ գայթակղութիւն
եղև որք յառաջ անյայտ էին 'ի մեզ.
այժմ բացայայտ յայտնեցան.
Եւտիքէս որ քահանայութեան
անուամբ պատուելի երևէր. յոյժ
լրբութեամբ և անմիտ գտանի.
կրօնաւոր մարգարէն, թէ ոչ կամե_
ցաւ իմանալ զբարիս գործել. անօրէնու_
թիւն խորհեցաւ յանկողնի իւրում.
Արդ զինչ անօրէնութիւն իցէ,
բան թէ խորհել զամբարշտութի, և

EPISTOLA LEONIS PRIMI PAPÆ,

Ad Flavianum, Constantinopolis Patriarcham, contra hæresim Eutychetis.

§. V.

CAPUT I.

LEo Episcopus, dilectissimo fratri Flaviano, Constantinopolitano Episcopo. Lectis dilectionis tuæ litteris (quas miramur fuisse tam seras), & gestorum Episcopalium ordine recensito, tandem quid apud vos scandali contigerit, atque contra integritatem fidei exortum fuisset; agnovimus: & quæ prius videbantur occulta, nunc nobis reserata potuerunt. Quibus Eutyches, qui Presbyterii nomine honorabilis videbatur, multum impudens, & nimis imperitus ostenditur, ut etiam de ipso dictum sit a Propheta: Noluit intelligere, ut bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo. Quid autem iniquus, quam impia sapere, & sapientioribus, doctioribusque non credere? Sed in hanc insipientiam cadunt, Psal. 35.

qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad Propheticas voces, non ad Apostolicas litteras, nec ad Evangelicas authoritates, sed ad semetipsos recurrunt: sed ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuere. Quam enim eruditionem de sacris novi; & veteris Testamenti paginis acquisivit, qui nec ipsius quidem Symboli initia comprehendit? & quod per totum Mundum omnium regeneratorum voce depromitur, istius adhuc senis corde non capitur?

CAPUT II.

Nesciens igitur, quid deberet de Verbi Dei incarnatione sentire; nec volens, ad promerendum intelligentiæ lumen, in sanctarum scripturarum latitudine laborare, illam saltem communem, & indiscretam confessionem solicito apprehendisset auditu, qua Fidelium universitas profitetur; credere se in Deum Patrem omnipotentem; & in Jesum Christum filium ejus, unicum Dominum nostrum; qui natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine. Quibus tribus sententiis omnium fere hæreticorum machinæ destruuntur. Cum enim Deus & omnipotens, & æternus Pater creditur, consempiternus eidem Filius demonstratur, in nullo a Patre differens, quia de Deo Deus, de omnipotente omnipotens, de æterno natus est coæternus; non posterior tempore, non inferior potestate, non dissimilis gloria, non divisus essentia. Idem vero sempiterni genitoris Unigenitus sempiternus, natus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine: quæ nativitas temporalis illi nativitati divinæ, & sempiternæ nihil minuit,

բ̃ իմաստնոց հմտագունեից ոչ հաւա-
2 տալ. Քանզի 'ի յայս [illegible] ան-
կանոնին այնորիկ, որք յորժամ 'ի մթանս
չել դժուարութեան երկմտեն, ոչ ընթա-
նան առ բանսն մարգարէից, ոչ առ
թուղթս առաքելոց, և ոչ առ աւե-
տարանական վարդապետութիւն. այլ
միայն առ անձինս իւրեանց. վն̃ որոյ
և լինին վարդապետք մոլորութե. զի
ճշմարտութե աշակերտք ոչ եղեն. քան
զի զինչ աշակերտութե 'ի սուրբ գրոց
հին և նոր կտակարանացն ուսեալ իցէ
նա. որ և զսկիզբն սե̃ հաւատամքին
ոչ իմացաւ. և որ ձայնիւ ամենայն
քրիստոնէից ընդ բովանդակ տիեզերս
արտաքերի. 'ի միտս այդր ծերունւոյդ
տակաւին ոչ եմուտ.

Երկրորդ գլուխ.

գ̃
3 Արդ քանզի ոչ գիտէր, թէ զինչ
պարտ էր նմա խորհել 'ի վերայ մարդե-
ղութե բանին այ̃. և ոչ կամէր 'ի լայ-
նութիւն սբ̃ գրոցն վաստակել առ 'ի
լինել արժանի լուսոյն իմացողութե.
գոնեա միայն լսելեօք քաջօք ընդունել
էր զայն հասարակական և համա-
ձայն խոստովանութիւնն, զոր հա-
ւատացելոց հասարակութիւն դաւա-
նի, թէ. հաւատամ յա̃ծ հայրն ամե-
նակալ. Եւ 'ի մի տէր մեր յս̃ քս̃ որդի
նորա, որ ծնաւ 'ի մարիամայ կուսէն
հոգւով սրբով. Այս̃ զի երիւք բա-
նիւքս այսոքիւք ամենայն հերետիկո-
դ̃ սաց հնարքն աւերեին. Քանզի յորժամ
4 ա̃ծ հայր ամենակալ և յաւիտենա-
կան խոստովանի. մշտնջենաւորակից
նմա ցուցանի և որդին ամենակա-
լ հօրն հաւատար. զի ա̃ծ յա̃յ, ամենակալ
յամենակալէ, և յաւիտենէն յաւիտենական
ծնեալ. ոչ յետադասագոյն ժամանակաւ,
ոչ փոքրագոյն զօրութբ, ոչ աննմանի
փառօք, ոչ բաժանեալ էութբ. Արդ
նոյն մշտնջենաւորակից ընդ հօրն միա-
ծինն

ծնին 'ի մարմնամայ կուսէն ծնաւ հոգ
ւով սրբով ։ Եւ այս ժամանակս
ւոր ծնունդս յաւ խաբեալն մեծ-ային
ծննդեանն զոչինչ պակասեցոյց, և
զոչինչ յաւելացոյց. այլ ամօրինեցաւ
մն փրկելոյ զմարդն խաբեալ. զի և
զմահն յաղթահարեսցէ, և զսատա-
նայն, որ զիշխանութիւն մահուն ունէր,
իւրով զօրութեամբն անէրբեսցէ. քանզի
ոչ կարօղ էաք մեք յաղթել զոր սկիզբն
էր մեղաց և մահու. եթէ նա զմեր
բնութիւս ոչ առնոյր, և ոչ յատուկ
ինքեան իւր առնէր. զոր և ոչ կա-
րաց մեղք պղծել, և ոչ մահն ըմբռնել
ունիլ. Վասն որոյ յղացաւ հոգւով
սրբով 'ի յորովայնի սրբոյ կուսին. որ
այնպէս անխախտելի կուսութեամբ ծնաւ
զնա. որպէս և անխախտ կուսութեամբ
յղացեալ էր. Իսկ եթէ Եւտիքէս յայս-
մանէ մաքուր աղբերէ քրիստոնէական
դաւանութեանս ոչ կարէր ըմպել
զճշմարիտ իմացողութիւն. վասն զի իւ-
րով կուրութեամբն խաւարեցու-
ցեալ էր զլոյսն յայտնի ճշմարտութեան.
ընդէր ոչ հնազանդեցուցանէր զմիտս
իւր աւետարանական վարդապե-
տութեան, և մատթէոսի բանին, որ
ասէ. Գիրք ծննդեան յի̅ քի̅, որդւոյ
դաւթի, որդւոյ աբրահամու ։ Ընդ-
դէր ոչ բանայր զականջս առաքելա-
կան քարոզութեան, և բանիցն պօղո-
սի. որ 'ի թուղթն առ հռոմայեցիս ասէ.
Պօղոս ծառայ յի̅ քի̅, կոչեցեալ առա-
քեալ, որոշեալ յաւետարանն այ̅. զոր
յառաջ խոստացաւ 'ի ձեռն մարգարէից
իւրոց գրովք սրբովք. վն̅ որդւոյ իւ-
րոյ եղելոյ 'ի զաւակէ դաւթի ըստ
մարմնոյ. Ընդէր ոչ խոնարհեցուցա-
նէր զմիտս իւր մարգարէական գրոցն,
և խոստացմանն այ̅ առ աբրահամ ո-
րում ասաց. թէ 'ի զաւակի քում օրհ-
նեսցին ամենայն ազգք. Եւ եթէ 'ի
վերայ յատկութեան զաւակիս այսորիկ
երկմտէր. ընդէր ոչ հաւատայր պօ-
ղոսի

Է *nuit, nihil contulit; sed totam se*
5 *reparando homini, qui erat deceptus,*
impendit; ut & mortem vinceret, &
Diabolum, qui mortis habebat impe-
rium, sua virtute destrueret. Non
enim superare nos possemus peccati, & Hebr. 2.
mortis authorem, nisi naturam nostram
ille susciperet, & suam faceret, quem
nec peccatum contaminare, nec mors
potuit detinere. Conceptus quippe est
de Spiritu sancto intra uterum matris
virginis, quæ ita illum salva virgini-
tate edidit, quemadmodum salva vir-
ginitate concepit. Sed, si de hoc Chri-
stianæ fidei fonte purissimo syncerum
Զ *intellectum haurire non poterat, quia*
6 *splendorem perspicuæ veritatis obcœca-*
tione propria tenebrarat; doctrinæ se
Evangelicæ subdidisset, dicente Matth.
Liber generationis Jesu Christi, filii
David, filii Abraham: Apostolicæ quo-
que prædicationis expedisset instrumen-
tum, legens in epistola ad Romanos: Rom. 1.
Paulus servus Jesu Christi, vocatus
Apostolus, segregatus in Evangelium
Dei, quod ante promiserat per Pro-
phetas suos in scripturis sanctis de Fi-
lio suo, qui factus est ei ex semine
David secundum carnem: ad Propheti-
cas paginas piam solicitudinem contu-
Է *lisset, & invenisset promissionem Dei*
7 *ad Abraham, dicentis: In semine tuo* Gen. 22.
benedicentur omnes gentes, & ne de
hujus seminis proprietate dubitaret,
secutus fuisset Apostolum dicentem: Gal. 3.
Abrahæ dictæ sunt promissiones, & se-
mini ejus: non dicit, & seminibus,
quasi in multis, sed quasi in uno, &
semini tuo, quod est Christus. Esajæ Esai. 7.
quoque prædicationem interiore appre-
hendisset auditu, dicentis; Ecce Vir-
go in utero concipiet, & pariet Filium,
& vocabitur nomen ejus Emmanuel,
quod est interpretatum, nobiscum

Hhh 2 *Deus.*

Deus. Ejusdemque Prophetæ fideliter verba legisset: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus potestas super humerum ejus, & vocabitur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis consiliarius, Deus fortis, Princeps pacis, Pater futuri seculi. Nec frustratorie loquens, ita Verbum diceret carnem factum, ut editus utero Virginis Christus, haberet formam hominis, & non haberet materni corporis veritatem. An forte ideo putavit; Dominum nostrum Jesum Christum non nostræ esse naturæ, quia missus ad B. Mariam Angelus ait: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei: ut, quia conceptus Virginis divini fuit operis, non de natura concipientis fuerit caro concepti? sed non ita intelligenda est illa generatio singulariter mirabilis, & mirabiliter singularis, ut per novitatem creationis proprietas remota sit generis. Fœcunditatem enim Virgini Spiritus sanctus dedit; veritas autem corporis sumpta de corpore est: & ædificante sibi Sapientia domum, Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, hoc est, in ea carne, quam sumpsit ex homine, & quam spiritus vitæ rationalis animavit.

Esai. 9. Luc. 1. Joan. 1.

CAPUT III.

Salva igitur proprietate utriusque naturæ, & in unam coeunte personam, suscepta est a majestate humilitas, a virtute infirmitas, ab æternitate mortalitas; & ad resolvendum conditionis nostræ debitum, natura inviolabilis naturæ est unita passibili, ut quod nostris remediis congruebat, unus atque idem mediator Dei, & hominum, homo

Ը զոսկի առաքելոյն . որ ասէ զաւետա–
8 ցուցն . եւկ աբրահամու խոստացան
ուխտեալքն և զաւակին նր . և ոչ ասէ ,
զաւակաց , իբրև զբազմաց . այլ իբրև
զմիոյ , թէ և զաւակին քում , որ է քս .
Ընթերցեր նմերքին լսելեօք ոչ ըմբռնէր ըզ
քարոզութիւն եսայեայ , որ ասէ . ահա
կոյս յղասցի և ծնցի որդի . և կոչեսցեն
զանուն նր էմմանուէլ , որ թարգմանի
ընդ մեզ այ . Եւ ընթերցեր հաւատար–
մաբար . ոչ ընթեռնոյր զնոյն մարգա–
րէին բանն զայն . թէ մանուկ ծնաւ
մեզ . և որդի տուաւ մեզ . որոյ իշխա–
նութի իւր եղև ՚ի վր ուսոց իւրոց . և
անուն կոչեցաւ նմ հրեշտակ մեծի
Թ խորհրդոյ , սքանչելի խորհրդակից ,
9 այ հզօր , իշխան խաղաղութե , հայր
հանդերձելոյ աշխարհին . Եւ թէ առ
դեօք ամբայոցին ունկնդիր լինէր եւ–
տեքէս . ոչ վայրապար խօսէր . և ոչ
ասէր . թէ բանն այսպէս մարմին եղև .
որպէս զի ծնեալ յորովայնէ կուսին քս ու–
նիցի զկերպարանս մրդոյ . բայց ոչ ու–
նիցի զճշմարտութի մայրական մար–
մնոյն . Թերևս և վն այնորիկ կարծէր ,
թէ տէրն մեր յս քս ոչ գոյր մեզ բնու–
թենակից . վն զի առաքեալ հրեշտակն առ
երանուհին սբ կոյսն մարիամ ասաց .
թէ հոգին սբ եկեսցէ՚ի քեզ . և զօրու–
թի բարձրելոյն հովանի լիցի՚ի վերայ
Ժ քո . քանզի և որ ծնանելոցն է՚ի քէն ,
10 սուրբ է , և որդի այ կոչեսցի . իբր թէ
լինելովն յղացումն կուսին արարողու–
թեն այ . ոչ իցէ մարմին յղացելոյն ՚ի
բնութէ յղացողին . Բայց ոչ այսպէս պար
տիմք իմանալ զայն ծնունդն զարմանա–
նապէս սքանչելականն և զսքանչելապէս
առանձնականն . զի ոչ վն նորաձև ա–
րարողութեն ՚ի բաց բառնի յատկու–
թիւն զաւակին . քանզի թէպէտ պա–
րարտութիւն կուսին ՚ի հոգւոյն սբյ
տուաւ . սակայն ճշմարտութիւն մարմնոյ
՚ի մարմնոյն առեալ եղև . և շինեալ իմաս
տութեն իւր տուն , բանն մարմին
եղև ,

եղև, և բնակեաց ՚ի մեզ. յս. ՚ի մարմնի. Յա
զոր եառ ՚ի մրդոյ, և զոր չունէր կենդա_ 11
նի բանական կենդանացոյց.

Երրորդ գլուխ.

Պահեցելոց այսուհետև յատկու_
թեացն երկաքանչիւր բնութեանց, և ՚ի
մի անձն շարակցելոց. ընկալեալ եղև
՚ի մեծվայելչութենէն խոնարհութիւն,
՚ի զօրութենէ տկարութիւն, ՚ի յաւիտենէ_
նականէն մահկանացութիւն. Եւ վս
լուծանելոյ զպարտս ազգի մերոյ ա_
նախտական բնութիւնն միաւորե_
ցաւ ընդ ախտականիս բնութեանս, որպէս
զի մի և նոյն միջնորդն այ և մրդկան Յբ
մարդն քս յս վս մերոյ բժշկութեան կա_ 12
րող իցէ մեռանիլ ըստ միոյն. և մեռա_
նել ոչ կարիցէ ըստ միւսոյն. Ուրեմն
՚ի ճշմարիտ, և ՚ի կատարեալ, և յա_
ռողջ մարդկային բնութեան ած ճշմա_
րիտ ծնաւ. բովանդակ ըստ իւրումն
և բովանդակ ըստ մերումս. Իսկ մերս
ասեմք զորն ՚ի մեզ ստեղծ արարիչն ՚ի
սկզբանէ, և զորն եառ վս մերոյ փրկ
կութէ. Քանզի մեղքն, զոր եմոյծ յաշ
խարհս բանսարկուն, և զոր խաբէլ
մարդն արար, զտեղի ինչ ՚ի փրկիչն ոչ
եգիտ. զի թէպէտ մարդկային տկա_
րութեանց հաղորդ եղև. ոչ վս այսորիկ
հաղորդ եղև մեղաց մերոց. Էառ այ_ Յգ
սուհետև զկերպարանս ծառայի ա_ 13
ռանց ախտի մեղաց, աճեցուցեալ զմր_
դկայինն. և ոչ պակասեցուցեալ զածայ
ինն. Վս զի ունայնացուցումն այն,
որով աներևոյթն զինքն արար երևե_
լի, և ամէն արարիչ բոլորից կամեցաւ
մի ոք լինել մահկանացուաց, եղև խո
նարհումն ողորմութէ, և ոչ պակա_
սումն կարողութէ. Ըստ որոյ որ մնա_
լովն ՚ի կերպարանս այ ստեղծել էր
զմրդն, նոյն ինքն առեալ զկերպարանս
ծառայի մարդացաւ. Քանզի պահէ
երկաքանչիւր բնութիւն անպակասա_

բար

homo Christus Jesus, & mori posset ex uno, & mori non posset ex altero. In integra ergo veri hominis, perfectaque natura, verus natus est Deus; totus in suis, totus in nostris; nostra autem dicimus, quæ in nobis ab initio Creator condidit, & quæ reparanda suscepit; nam illa, quæ deceptor intulit, & homo deceptus admisit, nullum habuere in Salvatore vestigium: nec quia communionem humanarum subjit infirmitatum, ideo nostrorum fuit particeps delictorum. Adsumpsit formam servi sine sorde peccati, humana augens, divina non minuens: quia exinanitio illa, qua se invisibilis visibilem præbuit, & Creator, ac Dominus omnium rerum, unus voluit esse mortalium, inclinatio fuit miserationis, non defectio potestatis. Proinde qui manens in forma Dei, fecit hominem, idem in forma servi factus est homo. Tenet enim sine defectu proprietatem suam utraque natura: & sicut formam servi, Dei forma non adimit; ita formam Dei, servi forma non minuit. Nam, quia gloriabatur diabolus, hominem, sua fraude deceptum, divinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subjisse sententiam; seque in malis suis quoddam de prævaricatoris consortio invenisse solatium; Deum quoque, justitiæ exigente ratione, erga hominem, quem in tanto honore condiderat, propriam mutasse sententium; opus fuit secreti dispensatione consilii, ut incommutabilis Deus, cujus voluntas non potest sua benignitate privari, primam erga nos pietatis suæ dispositionem sacramento occultiore compleret; & homo, diabolicæ iniquitatis versutia actus in culpam, contra Dei propositum non periret.

CA-

CAPUT IV.

INgreditur ergo hæc Mundi infima Filius Dei, cælesti sede descendens, & a paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Novo ordine, quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris: incomprehensibilis, voluit comprehendi: ante tempora manens, esse cœpit ex tempore: universitatis Dominus servilem formam, obumbrata majestatis suæ immensitate, suscepit: impassibilis Deus, non dedignatus est esse homo passibilis; & immortalis, mortis legibus subjacere. Nova autem nativitate generatus, quia inviolata virginitas concupiscentiam nescivit, carnis materiam ministravit. Adsumpta est igitur de matre Domini natura, non culpa: nec in Domino Jesu Christo, ex utero Virginis genito, quia nativitas est mirabilis, ideo natura est dissimilis. Qui enim verus est Deus, idem verus est homo: & nullum est in hac unitate mendacium, dum invicem sunt & humilitas hominis, & altitudo Deitatis. Sicut enim Deus non mutatur miseratione, ita homo non consumitur dignitate. Agit enim utraque forma cum alterius communione, quod proprium est, Verbo scilicet operante, quod Verbi est, & carne exequente, quod carnis est: unum horum coruscat miraculis, aliud succumbit injuriis; & sicut Verbum ab æqualitate paternæ gloriæ non recessit, ita caro naturam nostri generis non reliquit. Unus enim, idemque est (quod sæpe dicendum est) vere Dei filius, & vere hominis filius: Deus per id, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: homo per id, quod Verbum caro factum est, & habitavit in nobis:

Deus

Ֆդ քար զինչեան յաւելուծին . և որոշ ոչ՚ի
14 բաց բառնայ զծառայի կերպարանս
ած, կերպարանքն . նոյնպէս և զայ կեր
պարանս ծառայի կերպարանքն ոչ պա
կասեցոյց . Եւ արդ պարծիւր քան
սարկուն . զի մարդն նմանութեան նո
րա խառնեալ զընկեցան՚ի յածային պար
գևաց . և մերկացեալ՚ի չնորհաց ան
մահութեան ընդ դառնայիր վճռին մա
հուն անկան . Ուստի նա՚ի մէջ չար
չարանաց իւրոց դանեալ էր զմխիթա
րութիւնս մն կցորդութեան պատուին
բանադանց մարդոյն . և ս առանել զի
ած յղգս իրաւանդաստ արդարութեան
իւրոյ արգելեալ լինէր՚ի պատուելոյ
Ֆե զմարդն, որպէս և՚ի սկզբանն ստեղծ
15 մանն սիսեալ էր պատուել . Մակս այ
սորին հարկ էղև . զի անփոփոխելին
ած, որոյ կամքն ոչ կարէ զրկիլ՚ի մար
դասիրութեան իւրմէ, կատարեսցէ առ
մեզ անճառելի խորհրդով անօրէնու
թեան զառաջադրեալ հաճութիւն որոր
մութեան իւրոյ . Եւ պարտէր . զի
մարդն, որ նմանութե սատանայական
չարութեան անկեալ էր՚ի մեղս, ընդդէմ
նախադրութե աստուածայինն կա
մացն ոչ կործեցէ .

Չորրորդ գլուխ .

Ֆզ Արդ ուրեմն եմուտ՚ի ստորինս աշ
16 խարհս որդին այ . յերկնային աթո
ռոյն իջեալ. և՚ի հայրական փառացն
ոչ հեռացեալ . նորաձև կերպիւ, և
նորաձև ծնելութե ծնեալ. Նորաձև
կերպիւ . զի աներևոյթ գոլով ըստ
իւրումքնութեան, երևութացաւ ըստ
մերումս . անըմբռնելին կամեցաւ ըմ
բռնիլ . անժամանակ մնացեալ սկսաւ
լինել ժամանակաւ . Տէրն բոլորից
ծառայ կեալ զանչափութիւն մեծ վա
յելչութեան իւրոյ էառ զծառայա
կան կերպարանս . անչարչարելին ած
ոչ ծանրացաւ լինել մարդ չարչարելի.

և

[illegible]

ԺԷ *Deus per id, quod omnia per ipsum*
17 *facta sunt, & sine ipso factum est nihil: homo per id, quod factus est ex muliere, factus est sub lege. Nativitas carnis, manifestatio est humanæ naturæ; partus Virginis, divinæ est virtutis indicium. Infantia parvuli ostenditur humilitate cunarum: magnitudo Altissimi declaratur vocibus Angelorum. Similis est rudimentis hominum, quem Herodes impius molitur occidere: sed Dominus est omnium, quem Magi gaudentes veniunt suppliciter adorare. Jam cum ad Præcursoris sui Joannis baptismum venit; ne lateret,*
ԺԸ *quod carnis velamine divinitas tege-*
18 *retur, vox Patris de Cælo intonans, dixit: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Quem itaque sicut hominem diabolica tentat astutia, eidem sicut Deo Angelica famulantur officia. Esurire, sitire, lassescere, atque dormire, evidenter humanum est: sed quinque panibus quinque millia hominum satiare; & largiri Samaritanæ aquam vivam, cujus haustus bibenti præstet, ne ultra iam sitiat; supra dorsum maris plantis non subsidentibus ambulare; & elationes fluctuum increpata tempestate consternere, sine ambiguitate*
ԺԹ *divinum est. Sicut ergo (ut multa præ-*
19 *teream) non ejusdem naturæ est, flere miserationis affectu amicum mortuum, & eundem remoto quatriduanæ aggere sepulturæ ad vocis imperium excitare redivivum; aut in ligno pendere, & in noctem luce conversa, omnia elementa tremefacere; aut clavis transfixum esse, & Paradisi portam fidei latronis aperire: ita non ejusdem naturæ est dicere, Ego, & Pater unum sumus; & dicere, Pater major me est. Quamvis enim in Domino Jesu Christo, Dei, & hominis una persona sit; aliud tamen est, unde in utro-*

utroque communis est contumelia; aliud unde communis est gloria. De nostro enim illi est minor Patre humanitas, de Patre illi est æqualis cum Patre divinitas.

CAPUT V.

PRopter hanc unitatem personæ, in utraque natura intelligendam, & filius hominis legitur descendisse de Cælo, cum Filius Dei carnem de ea Virgine, de qua est natus, adsumpserit; & rursus Filius Dei crucifixus dicitur, ac sepultus, cum hæc non in divinitate ipsa, qua Unigenitus consempiternus, & consubstantialis est Patri, sed in naturæ humanæ sit infirmitate perpessus: unde unigenitum Filium Dei crucifixum, & sepultum, omnes etiam in Symbolo confitemur, secundum illud Apostoli dictum, si enim cognovissent, nunquam Dominum Majestatis crucifixissent. Cum autem ipse Dominus noster, atque Salvator fidem discipulorum suis interrogationibus erudiret, quem, inquit, dicunt homines esse filium hominis? cumque illi diversas aliorum opiniones retexuissent; vos autem, ait, quem me esse dicitis? me utique, qui sum filius hominis & quem in forma servi, atque in veritate carnis adspicitis, quem me esse dicitis? ubi B. Petrus, divinitus inspiratus, & confessione sua omnibus gentibus profuturus: Tu es, inquit, Christus Filius Dei vivi: nec immerito beatus est pronunciatus a Domino, & a principali petra soliditatem & virtutis traxit, & nominis, qui per revelationem Patris eundem & Filium Dei est confessus, & Christum, quia unum horum sine alio receptum non proderat ad salutem; sed æqualis erat periculi, Dominum Jesum Christum, aut Deum tantum-

Ի խոդութք երկնիրապատանել . եւ Հրով-
20 իբրեւ եկն 'ի մկրտութի առ նախակը-
Թագն իւր յոյլ Հանանէս . զի յայտնեսցի
ա՜ծութիւն, որ վարագութե՜ մարմնոյն
ծածկեալ, Հայր եղեւ յերկնից առ 'ի
Հօրէ . Թէ դա է որդի իմ սիրելի, ընդ
որ Հաճեցայ . Եւ որում իբրեւ մար-
դոյ Հանդերձի սատանայական փոր-
ձութիւն . նմին իբրեւ ա՜յ սպասաւո-
րեն Հրեշտակք . Քաղցնուլն, ծարա-
ւ՜իլն վաստակելն, եւ քնելն յայտնա-
պէս մարդկայինս գործ է . Բայց Հինգ
Հացի՜ զՀինգ Հազար մարդ յագեցու-
ցանելն, եւ շնորհել սամարացւոյն
զՋուրն կենդանի, յորմէ այն որ ըմպէ,
Իա ոչ եւս ծարաւ՜իցէ . եւ 'ի վերայ ծովուն
21 Հաստատեալ գնալն . եւ զալէկոծութի
ծովուն սաստի՜ խաղաղացուցանելն
անեղծքայաքար ա՜ծային է գործ . Եւ
որպ՜ ոչ միոյ բնութԵ է լալն բարեկամոք
սիրոյ զքարեկամն մեռեալ . եւ զնոյն
չորեքօրեայ զմեռեալն Հրամանա՜ ձայ
նին յարուցանելն . կամ 'ի խաչափայտէ
կախելն, եւ դարձուցեալ զլոյս 'ի խա-
ւ՜ար զա՜մ ամենայն շարժելն . եւ կամ
գոյն բեւեռօք խաչեցեալ, եւ զդրունս
դրախտի ա՜նապանին Հաւ՜ատոյ բա-
նալընոյնա՜ եւ ոչ միոյ բնութԵ է ասելն,
եսեւ Հայր մի եմք . եւ ասելն, Հայրն
մեծ է քան զիս . Քանզի Թէպէտ 'ի
Իբ անձին մեր յա՜ քր՜ մի է անձն ա՜յ եւ մար-
22 դոյ . սակայն այլ ինչէ այն, յորմէ երկո-
նէ պարսա՜անքն Հա՜ատոյ եղեն-
ցուանց բնութԵցն . եւ այլ ինչ է այն,
յորմէ երանէ փառքն Հաւ՜ատոյ նոց-
ցուանց . զի 'ի մերմէ էնմա փոքր քան
զՀայր մարդկութիւն . եւ 'ի Հօրէ է որ
Հաւ՜ասար ընդ Հօր ա՜ծութիւն .

Հինգերորդ գլուխ .

Վասն այսր միաւորութԵս անձին . զոր իմանամք 'ի յերկոսա բնութիւնս, ընթեռնումք զորդի մարդոյ իջեալ 'ի յերկ-

յերկնից յորժամ և նոյն որդի այ զմար ԻԳ
մին էառ ՚ի կուսէն, յորմէ ծնաւն. 23
եւ դարձեալ որդի այ խաչեալ ասի
և թաղեալ. յորժամ կրեաց զայդոսիկ
ոչ ըստ աստուածութեն, որով միածինն է
մշտնջենաւորակից և համագոյակից
ընդ հօր. այլ ըստ տկարութե մարդ-
կային բնութեն. վա որոյ զմիածին որ
դին այ խաչեալ և թաղեալ ամենե-
քեանս ՚ի դաւանութե խոստովա-
նիմք. ըստ առաքելոյն պօղոսի. զի եթէ
էր ծանուցեալ, ոչ արդեօք զտէրն փա-
ռաց ՚ի խաչ հանէին. Արդ յորժամ
նոյն տէրն և փրկիչն մեր հարցաք-
նութեբ իւրովք ուսուցանէր զհա-
ւատն աշակերտացն իւրոց, ասաց. ԻԴ
թէ զո՞ ոք ասեն մարդիկն թէ իցէ որ- 24
դի մարդոյ. Եւ իբրև նոքա զպէսպէս
կարծիս պատմէին. դարձեալ ասաց. իսկ
դուք զո՞ ոք ասէք զինէն թէ իցեմ. զի-
նէն ասէ. յս. որ եմ որդի մարդոյ. և
զոր ՚ի կերպարանս ծառայի և ՚ի ճշմար-
տութիւն մարմնոյ դուք տեսանէք.
յայնժամ երանելին պետրոս ազդե-
ցեալ ՚ի վերուստ արտաքերեաց զօգ-
տակարն ամենայն ազգաց զխոստովա-
նութիւն իւր ասելով. Դու ես քս որ-
դի այ կենդանւոյ. Եւ յիրաւի ՚ի տեա-
նէ երանեցաւ, և ՚ի նախապետա-
կան վիմէն էառ զհաստատութի իշխա-
նութե և անուանն իւրոյ. վա զի զմի ԻԵ
և զնոյն տէրն համանգամայն որդի 25
այ և քս հայրական յայտնութե խոս-
տովանեցաւ. քանզի միւսն առանց միւ-
սոյն իմացեալ ոչինչ օգտէր ՚ի փրկու-
թի. այլ հաւասար վտանգ էր հաւա-
տալ զտէրն մեր յս քս կամ այ միայն
առանց մարդոյ, կամ մարդ միայն ա-
ռանց այ. Իսկ այսպէս ՚ի մեռելոց յա-
րուցեալ քն նորին ճշմարիտ մարմնոյն
որով խաչեցեալ էր և մեռեալ, ոչ զայլ
ինչ արար ՚ի քառասնօրեայ ժամանա-
կին, եթէ ոչ հաստատել և սրբել յամե
երկմտութե զառողջութի մերոյ հա-
ւա

tummodo sine homine, aut sine Deo solum hominem credidisse. Post resurrectionem vero Domini (quæ utique veri corporis fuit, quia non alter est resuscitatus, quam qui fuerat crucifixus, & mortuus) quid aliud quadraginta dierum mora gestum est, quam ut fidei nostræ integritas ab omni caligine mundaretur? colloquens enim cum discipulis suis, & cohabitans, atque convescens, & pertractari se diligenti, curiosoque contactu ab eis, quos dubietas perstringebat, admittens, ideo & clausis ad discipulos januis introibat, & flatu suo dabat Spiritum sanctum, & dato intelligentiæ lumine, sanctarum Scripturarum occulta pandebat; & rursus vulnus lateris, fixuras clavorum, & omnia recentissimæ passionis signa monstrabat, dicens: Videte manus meas, & pedes, quia ego sum: palpate, & videte, quia spiritus carnem, & ossa non habet, sicut me videtis habere: ut agnosceretur in eo proprietas divinæ, humanæque naturæ individua permanere; & ita sciremus, Verbum non hoc esse, quod carnem; & unum Dei Filium & Verbum confiteremur, & carnem. Quo fidei sacramento Eutyches iste nimium æstimandus est vacuus, qui naturam nostram in Unigenito Dei nec per humilitatem mortalitatis, nec per gloriam resurrectionis agnovit; nec sententiam beati Apostoli, & Evangelistæ Joannis expavit, dicentis: Omnis spiritus, qui confitetur Jesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus. Quid autem est solvere Jesum, nisi humanam ab eo separare naturam, & sacramentum fidei, per quod unum salvati sumus, impudentissimis evacua-

re figmentis? Caligans vero circa naturam corporis Christi, necesse est, ut etiam in passione ejus eadem obcæcatione desipiat. Nam si Crucem Domini non putat falsam, & susceptum pro Mundi salute supplicium verum fuisse non dubitat; cujus credit mortem, agnoscat & carnem; nec diffiteatur nostri corporis hominem, quem cognoscit fuisse passibilem; quoniam negatio veræ carnis negatio est etiam corporeæ passionis. Si ergo Christianam suscipit fidem, & a prædicatione Evangelii suum non avertit auditum, videat, quæ natura transfixa clavis pependerit in Crucis ligno; & aperto per militis lanceam latere Crucifixi, intelligat, unde sanguis, & aqua effluxerint, ut Ecclesia Dei & lavacro rigaretur, & poculo. Audiat & B. Petrum Apostolum prædicantem, quod sanctificatio Spiritus per aspersionem fiat sanguinis Christi: nec transitorie legat ejusdem Apostoli verba, dicentis: Scientes, quod non corruptibilibus argento, & auro redempti estis de vana vestra conversatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Jesu Christi. Beati quoque Joannis Apostoli testimonio non resistat, dicentis: Et sanguis Jesu Filii Dei emundat nos ab omni peccato: & iterum: Hæc est victoria, quæ vincit Mundum, fides nostra: & quis est, qui vincit Mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est Filius Dei? hic est qui venit per aquam & sanguinem, Jesus Christus; non in aqua solum, sed in aqua, & sanguine: & Spiritus est, qui testificatur, quoniam Christus est veritas: quia tres sunt, qui testimonium dant, Spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres unum sunt: Spiritus utique sanctificationis, & sanguis

ԻԶ ճառոյն. քանզի երեւեալ աշակեր-
26 տացն իւրոց, խօսէր, և հաղորդէր
ընդ նոսա. և Թոյլ տայր նոցա 'ի յերկ-
մտութենէ շօշափել զմարմինն իւր. և
դրօք փակելովք մտանէր առ նոսա. և
փչմամբ իւրով ետ նոցա զհոգին սբ
և զլոյս իմացողութէ. և բացայայտէր
նոցա զծածկեալ խորհուրդս սբ գր-
րոց. և դրձլ ցուցանէր նոցա զկողն
կողից, և զվէրս բեւեռաց, և զամ
նշանս անցելոյ չարչարանացն, ասե-
լով. Տեսէք զձեռս իմ և զոտս, զի
ես նոյն եմ. շօշափեցէք զիս, և տեսէք
զի ոգի մարմին և ոսկերս ոչ ունի, որպ
զիս տեսանէք զի ունիմ. Եւ զայս
ԻԷ ամ առնէր. որպ զի ծանուցէ, թէ
27 յատկութիւնքն ածային բնութէ և
մրդկային բնութէ անբաժանելի կային
'ի նմա. և զի մեք գիտասցուք, թէ
բանն ոչ է մարմին. այլ հաւատաս-
ցուք, թէ մի և նոյն որդին այ և բանն
է և մարմին. Ուղղ եւտիքէս յոյժ ան-
ընդունակ այսր հաւատոյ խորհր-
դոյս համարելի է. զի զմեր բնութիւն
'ի միածին որդին այ ոչ ճանաչեաց, ոչ
'ի ձեռն խոնարհութեան մարդկանա-
ցութեն, և ոչ 'ի ձեռն փառաց յարու-
թեն. Նա և ոչ զարհուրեցաւ 'ի բա-
նիցն երանելի առաքելոյն և աւետա-
րանչին յոհաննու. Թէ ամ հոգի, որ
ԻԸ խոստովանի զյս քս մարմնով եկեալ,
28 յայ է նա. և ամ հոգի, որ լուծանէ
զյս, չէ նա այ, և այս նեռն է. Ուղղ-
զինչ է լուծանելն զյս եթէ ոչ բաժա-
նել 'ի նմանէ զմարդկային բնութիւն,
և սնոտի առասպելով խափանել զխոր-
հուրդ անօրէնութեն, որով փրկե-
ցաք. Իսկ եթէ կուրացաւ առ 'ի ճա-
նաչելոյ զբնութի մարմնոյն քի. հարկ
է և ս նմա, զի նոյնպէս կուրասցի 'ի
ճանաչումն չարչարանաց նորին. քանզի
զի եթէ սուտ ոչ կարծէր զխաչն տն.
և եթէ ճշմարիտ համարէր զընկալեալ
վն փրկութեան աշխարհի զչարչա-
րանսն.

[illegible]

ԻԹ 29 *guis redemptionis, & aqua Baptismatis; quæ tria unum sunt, & individua manent, nihilque eorum a sui connexione sejungitur. Quia Catholica Ecclesia hac fide vivit, ac proficit, ut in Christo Jesu nec sine vera divinitate humanitas, nec sine vera credatur humanitate divinitas.*

CAPUT VI.

Cum autem ad interloquutionem examinis vestri Eutyches responderit, dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adunationem; post adunationem vero
Լ 30 *unam naturam confiteor; miror tam absurdam, tamque perversam ejus professionem, nulla judicantium increpatione reprehensam: & sermonem nimis insipientem, nimisque blasphemum, ita omissum, quasi nihil, quod offenderet, esset auditum; cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem Unigenitus Dei Filius fuisse dicatur; quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singularis asseritur. Quod ne Eutyches ideo vel recte, vel tolerabiliter æstimet dictum, quia nulla vestra est sententia confutatum: dilectionis tuæ diligentiam*
ԼԱ 31 *commonemus, Frater charissime, ut si per inspirationem misericordiæ Dei ad satisfactionem causa perducitur, imprudentia hominis imperiti etiam ab hac sensus sui macula per te purgetur. Qui quidem (sicut gestorum ordo patefecit) bene cœperat a sua persuasione discedere, cum vestra sententia coarctatus profiteretur se dicere, quod ante non dixerat, & ei fidei acquiescere, cujus prius fuisset alienus: Sed cum anathematizando impio dogmati noluisset præbere consensum,*

intellexit eum fraternitas vestra in sua manere perfidia, dignumque esse, qui judicium condemnationis exciperet. De quo si fideliter, atque utiliter dolet, & quam recte mota sit Episcopalis authoritas, vel sero cognoscit; vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia, quæ ab eo male sunt sensa, viva voce, & præsenti subscriptione damnaverit; non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio: quia Dominus noster, verus, & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ovibus suis, & qui venit animas hominum salvare, non perdere, imitatores nos vult esse suæ pietatis, ut peccantes quidem justitia coerceat, conversos autem misericordia non repellat. Tunc enim demum fructuosissime fides vera defenditur, quando etiam a sectatoribus suis opinio falsa damnatur. Ad omnem vero causam pie, ac fideliter exequendam; fratres nostros Julianum Episcopum, & Renatum Presbyterum Tituli S. Clementis, sed & filium meum Hilarium Diaconum, vice nostra direximus; quibus Dulcitium notarium nostrum, cujus fides nobis est sæpe probata, sociavimus; confidentes, adfuturum divinitatis auxilium, ut is, qui erraverat, damnata sensus sui pravitate, salvetur. Deus te incolumem custodiat, Frater charissime. Data Idibus Junii, Asterio, & Protogene, viris clarissimis, Consulibus.

Hactenus laudatissima illa, & Catholicæ toti Ecclesiæ venerabilis, Epistola Magni Leonis ad Flavianum: quæ cum in Chalcedonensi 630. Patrum Concilio lecta fuit, universa sancta Synodus exclamavit: *Petrus per Leonem ita loquutus est: Apostoli ita docuerunt*; &c. Nihilominus sacratissimum hujus Epistolæ nomen Armeni-

cus

Լէ ա̄ծուԹէ մաքրուԹեամբ, եւ ոչ առանց
32 ճշմարիտ մարդկուԹէ ա̄ծուԹեանն.

Վեցերորդ գլուխ.

Եւ քանզի եւ̄ անիբէս առ հայցաքըն
նուԹիդ ձեր պատասխանի եղ անե
լով. խոստովանին զանէրն մեկշերկուց
բնուԹեցն լեալ յառաջ քան զմիաւո
րուԹիւն. իսկ յետ միաւորուԹեն մի
բնուԹի խոստովանին. յոյժ զարմա
նամք. Թէ դիւարդ այնքան ամբարիշտ
եւ զարշելի խոստովանուԹիւն ոչ յու
մեքէ դատապարտեցաւ կշտամբեցաւ. եւ
Թէ վասնէր այսպէս առանց սաստի
Լզ Թոյլ տուաւ անցանել բանն այն յիմար
33 եւ հայհոյիչ. իբր Թէ ոչ լուեալ ինչ
լինէր զայԹակղեցի. քանզի որչ̄ ամ
բարշտաբար ասացաւ. Թէ միածին
որդին ա̄յ ունէր զերկու բնուԹիսյա
ռաջ քան զմարմնանալն. նոյնչ̄ անի
րաւաբար ասի. Թէ յետ մարմնանա
լոյն ունի զմի եզական բնուԹի. եւ զոր
զի մի եւ̄ անիբէս վս̄ ոչ լինելոյ եւ ո՛ի վե
այսր բանիս կշտամբեալ՚ի ձէնջ, հա
մարեցէ. Թէ ուղիղ կամ ներելի ինչ իցէ
այս. խրատեմք զզգուշուԹի սիրոյդ
ձերոյ, եղբայր սիրելի. զի եԹէ աստն
ցուԹէ ողորմուԹեն ա̄յ իրն յանձողիցի
առ յապաշխարուԹի, սրբեսցես եւս
Լդ յախտէս յայսմանէ զմիտս անհմուտ եւ
34 անգէտ մարդոյդ. որ, որչ̄ ծանու
ցաւ ինձ՚ի Թղթոյդ ձերմէ եւ՚ի կարգէ
արարեալ իրացն, Թէպէտ սկսաւ յա
ռաջ խոստովել՚ի չար մտացն իւրոց,
յորժամ բռնադատեալ՚ի բանիցն ձե
րոց խոստովանէր զայն, զոր ոչ կամէր
յառաջ. եւ հաւանէր այնմ հաւա
տոյն, որում յառաջ հակառակեալ
էր. սակայն յետոյ յորժամ ոչ կամեցաւ
նզովել զառաջադրոյն չար աստուածն
իւր. իմացաւ եղբայրուԹիդ ձեր, Թէ
մինչդ մնայր յանհաւատուԹեան իւ
րում. եւ Թէ արժանի էր առնուլ զվճ

ճիռն

[illegible] ԼԵ 35 ԼԶ 36 ԼԷ 37

cus Populus, a Pseudomagistris seductus, hæresis Nestorianæ insimulat, & singulis annis publica execratione inurit. O bone Deus, ignosce illis, quid enim faciunt, nesciunt. Damnant quippe Nestorium, & tamen, quod hæresim evertit Nestorianam, in Leonis epistola detestantur! centies anathematizant Eutychem, & tamen Leonis epistolæ, quæ Eutychianum dogma manifestæ convincit stultitiæ, æquale dicunt anathema! divisionem in Christo repudiant, & diris immanissimis devovent repudiantem divisionem! abominari se, dicunt, confusionem naturarum; & confusionis exterminatorem nihilominus abominantur! Verum quid illi ad hæc? *Nescivimus*, inquiunt, *de Leonis epistola nuncios istos: sed longe diversos, & infaustissimos a Magistris nostris accepimus.* Ergo, libato nunc e proprio fonte dogmate salutari, resipiant; ac detectis seductorum suorum fraudibus, insidiis, nefandissimis imposturis, avertat a Pastore sanctissimo, & in ipsam luporum rabiem dirarum tela convertant. Ergo, post tantum facinus, & tam diuturnam errationem, pœnitentiam agant, atque ad Ovile sanctæ Matris Ecclesiæ se recipiant. Quod si modo nec fecerint; quæ alia apud altissimum illum, ac severissimum Judicem erit eis responsio? quenam eos eximat excusatio ab æterna punitione?

[illegible]

մոլորեցուցանելով զպարզամիտ ժողովուրդն, առանձն նոցա հայհոյել և անիծանել 'ի մէջ եկեղեցւոյ զուղղափառութիւն նորա. Ով բարերար Տէր թող սոցա զմեղս. զի ոչ գիտեն զինչ գործեն. Քանզի նզովեն զպիղծն նեստոր. և միանգամայն նզովեն զթուղթն լևոնի, որ աւետէ զնեստորականն աղանդն. Հերքեն զչարաբանսն եւտիքէս. և համանգամայն հերքեն զթուղթն լևոնի, որ ոչնչացուցց զխելագարութիւն եւտիքեայ. Մերժեն 'ի բաց զբաժանօղս երկուց բնութեց. և համանգամայն մերժեն զթշնամին բաժանողացն զսբն լևոն բարձրագոչ ձայնիւն ամենն հրաժարել 'ի շփոթութէ բնութեցն. և միանգամայն հրաժարեն 'ի լևոնէ, որ թղթովն իւրով զշփոթողս զեւտիքէս ամաչեցոյց. Եւ Հերք զինչ պատճառ առն նոքա առ այս. Ոչ գիտեմք, ասեն, զայդպիսի ուղղափառութի թղթոյն լևոնի. այլ զնմանէ լուեալ էաք յոմանց վարդապետաց մերոց մեծամեծ չարախօսութի. սակս այսորիկ նզովեաք զնա.] Եւ Հայր ուրեմն, ո՞վ եղբարք սիրելիք, այժմ որ ընթեռնուք 'ի թղթի աստ զուղիղ դաւանութիւն, զղջացարուք. և զգուշացեալ 'ի խաբէութեց մոլորեցուցչաց, դարձուցէք զանէծսն և զնզովսն 'ի սրբոյն լևոնէ 'ի վերայ անիրաւ զրպարտողացն. Եւ Հայր ուրեմն զկնի այսքան ծանրագոյն մեղացդ ապաշխարեցէք. և առ Հռոմ կաթուղիկէ և սրբոյ մօրդ եկեղեցւոյ ընթացարուք. զի եթէ և այժմ այսու ոչ առնիցէք. զինչ յոյս կարիցէք ունիլ յաւիտենական փրկութէ. կամ զինչ այլ պատճառ տալ արդարադատ դատաւորին Քի. Որում ընդ Հօր և սբ Հոգւոյն փառք, իշխանութիւն, և պատիւ, յաւիտեանս յաւիտենից. ամէն.

FINIS
PRIMI TOMI.

ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

ՀԱՅՈՑ ՍՈՒՐԲ ԵԿԵՂԵՑՒՈՅՆ

ընդ մեծի սուրբ Եկեղեցւոյն Հռովմայ։

ՄԱՍՆ ԵՐԿՐՈՐԴ

վիճաբանական հատորին։

CONCILIATIONIS

ECCLESIAE ARMENAE CVM ROMANA

SECVNDA PARS CONTROVERSIALIS.

TOMVS SECVNDVS.

ՄԻԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ
ՀԱՅՈՑ ՍՈՒՐԲ ԵԿԵՂԵՑՒՈՅՆ

ընդ մեծի սուրբ եկեղեցւոյն Հռովմայ։

Հաւաքագրեալ ՚ի յերկուս հատորս. ՚ի պատմականն և վիճաբանականն
՚ի հօրէ Թէատինոսաց Կղէմէս վարդապետէ։

ԵՐԿՐՈՐԴ ՀԱՏՈՐԻՆ
ՄԱՍՆ ԵՐԿՐՈՐԴ։

CONCILIATIONIS
ECCLESIAE ARMENAE CVM ROMANA

EX IPSIS ARMENORVM PATRVM ET DOCTORVM TESTIMONIIS
In duas Partes, Historialem, & Controuersialem diuisæ;

PARS ALTERA.

AVCTORE

CLEMENTE GALANO
SVRRENTINO

CLERICO REGVLARI THEOLOGO
Et S. Sedis Apostolicæ ad Armenos Missionario.

TOMVS SECVNDVS.

ROMÆ
Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Anno MDCLXI.

Superiorum Permissu.

1661

KE4
G14
(v.2, pt.2)
122973

SANCTISSIMO PATRI

ALEXANDRO SEPTIMO

PONT. MAX.

Clemens Galanus fœlicitatem perpetuam.

LAboriosum Opus, BEATISSIME PATER, ad Armenam Gentem ex suorummet Patrum sententijs, & doctrinis nobiscum conciliandam, auocandamque ab omni eo, quod libri, seductoresq; ipsius contra pietatem efferebant, inchoatum à me, ac duplici prouectum Volumine, tandem hoc tertio clausi, perduxique ad exitum. Cui quidem labori tantum adiunctum molestiæ, acerbique sensus fuit, quantum fuisse par est in Ciue Latino, quem oportuerit, huiuscemodi perarduum fœtum vt ederet, Armeniorum Prouincias peruagari, linguam citra docentem perdiscere, ritus perscrutari, manuscriptos eorum Codices omnes & perquirere, & lectitare, & expendere. Quanquàm verò post partus tristitiam, ac pressuram nihil ex Opere minùs masculo affulgere cordi meo potuit eius gaudij, cuius pollicitatione Saluator animos Apostolorum ad viriliter agendum exemplo puerperæ excitauerat; immò nimis malè timui, ne ingeniolum meum *concepto ardore stipulam peperisset*, essemque cum Isaia di- Ioan. 16. Isai. 33.

ctu-

cturus: *Concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum,*
Isai. 26. *salutis non fecimus in terra:* tamen & hinc meamet cogitatio, & istinc Tua Nationem ad hanc iuuandam propensa benignitas, solatio fuere non modico. Recreor quippe, dum cogito, me per hanc quantumuis inconditam Lucubrationem vetustissimo morbo, ac duodecim ab hinc seculis alias insanabili, id aliquando medicinæ genus adhibuisse, quod ipsa morbi natura tamdiu expetiuerat. Et rursus magnoperè gaudeo, omnemque ex animo abijcio curam, quod TVA modo SANCTITAS, cui semper cordi fuit relictas Christianæ Reipublicæ partes explere pro viribus, aperiri Armenicæ iuuentuti Gymnasium in Vrbe, iussit, vbi piè suo instituta ritu, studijs litterarum vacaret. Opus enim istud egregium huic meo imbecilli fœcunditatem præstabit, eiusq; iuuabit operationem, quin & fructum fouebit, & multiplicabit, atque ad maturitatem perducet. Nam verebar equidem anteà, ne, si quem fortè Armenium Ecclesiæ Catholicæ per hos gignerem libros, & huc attraherem, satis hìc eum fouere, atque vberiori doctrina, & instructione corroborare non possem: iam verò, litterario eis ludo à
Ierem. 17. Tua liberalitate aperto, non dubito, quin quasi *perdix*, quæ *fouet etiam quæ non peperit*, ad eos prætereà hìc fouendos comparare me debeam, quos nunquàm genuerim. Demerebat autem, expectabatque prorsus à Tua benignitate, & gratia hoc beneficium Armenici Populi vel frequentia, vel religio, vel maxima illa ad Fidei veritatem inquirendam animi propensio, inscitiæ compedibus præpedita. Vix vnquàm post homines natos visa forsitan Gens alia est, tam numero frequens, tam longè latèque diffusa, quàm hodiè Gens Armena. quippè, cùm duplex illa vastissima Regio, atque innumera Capitum multitudine culta, Maior, Minorq; Armenia huic patria sit: ita tamen Ciuium multitudini magis magisq; superest numerus Colonorum, vt ne immensis quidem Colonijs tam grandis, fertilisque Natio contineri, ne dum vastis Patriæ finibus possit. Primò enim terrarum suarum oris exuberans, Persidem vniuersam, Mediam, Mesopotamiam, Syriam, Minorem insuper Asiam, Pontum, Orientalem Iberiam, & Albaniam, assiduo domiciliorum profluuio vsquequaque impleuit; vt Asiaticæ istæ, finitimæque sibi Prouinciæ, Armeniorum iam esse non tam Coloniæ, quàm Suburbia videantur. Post effluens in Europam,

pam,

pam, præcipuas Græciæ Vrbes, atque Oppida, sed & Thraciæ, & Scythiæ, & Mœsiæ, ac Poloniæ laxè colit: vniuersum denique terrarum Orbem negociandi causâ peragrat vltrocitròque: perindè quasi ei potissimùm Genti, quæ in terris post emersum è Diluuio Mundum primigena fuerat, primòque Armenis ex Montibus propagata, iure quodam hæreditario & vberrima deinceps propagationis fœcunditas, & amplissima Terræ possessio deberetur. Pariter cum sua gente creuit in dies, longiùsque manauit Ecclesia; quæ nunc demùm latissimè propalata, sic est grauida Clero, vt solos Episcopos vltra millenarium Ottho etiam Frisingensis recenseat. Quanta verò (si Schisma dematur, & Superstitio) istius Ecclesiæ pietas, & religio Christiana? quot ieiunijs, precationibusque addicta? quàm misericors, & prolixa in pauperes? Monachorum etiam, atque Eremitarum in Cœnobijs, desertisque montibus quanta frequentia? vt eorum vita peraspera est? vt cilicijs horrida? vt confecta inædijs, & corporis afflictatione seuera? Duo illa porrò cùm in reliquis adolescentioribus Clericis, tum maximè in Monachis laude videntur dignissima (quanquàm cæteroquì non est ad Armeniam laudi dandam hæc instituta oratio): ardens quoddam scientiarum, Fideique Catholicæ condiscendæ studium; & ad vtrumque docilitas planè admirabilis. quamobrèm, etiamsi ad eorum animos à pio desiderio deterrendos peruersum illud adagium per suorum Popularium ora obambulet: ***Dextram dabis hæreticis, si litteris dabis operam:*** tamen religiosa iuuentus, sciendæ veritatis ardore extimulata, ac penè saucia, nihilo magis coërceri potest, quín ad doctores scientiarum, salutisque medicos quæritandos, hac illac per alienas Prouincias circumcurset. Atquì, cùm tot, ac tales paruuli esurigini suæ panem, suoque vulneri medicinam petant, vix reperitur non modò qui frangat, aut curet, sed ne qui eorum quidem linguam, petitionemq; intelligat: ego etiam, qui intelligo, si quis fortè medicus sim, certè inertissimus sum, neque in domo meæ tenuitatis est panis is electus, qui petitur: attamen, ne interim aut fame perirent, aut errorum siliquis nutrirentur, qualemcunque penes me panem habui, si non similagineum, at saltem surfureum, nihil mihi fuit antiquius, quàm vt his hominibus frangerem, nec vno solùm, verùm etiam duplici, quanquàm hebeti, cultro, & lingua nimirùm, & calamo; frangoq;

in

Postquàm Noë, ac filij eius, eorumque posteri, centum annos Armeniã incoluerant, profecti sunt indè homines in campum Sennaar, ad turrim Babel ædificandam. Pererius in Genes. libro 16. num. 6. Armeni dicti ab Arã, filio Sē. Theatrum vitæ humanæ.

Ottho Fris. Episc. lib. 7. cap. 31.

Thren. 4.

Isai. 3.

Luc. 15.

in præſentia nutu Tuo: ſed quid inter tantos? nam de cibi ruſticitate nihil eis tanti eſſet, vt ad ſuam explendam eſuriem huc etiam ex Armenia non accederent. Iſthæc itaque data pietati, & munificentiæ Tuæ ſeges fuit, Maxime Pontifex ALEXANDER, vt ad Armenos Alumnos humanis, diuiniſque ſcientijs, ſuo tamen idiomate traditis, excolendos, nouam ſapientiæ Officinam Romæ ſeorsim inſtitueret; quodque tot ab Armeno Schiſmate ſeculis piorum vota expectauere, Tuo tandem tempore, Tuo nutu, ad Tuæ gloriæ ſucceſſionem proſperè patraretur. Multa quidem, BEATISSIME PATER, eaque maxima, & præclara breui, Te Pontifice, atque auctore, ſunt facta facinora; de quorum laudibus ſiquidem Tua nunc modeſtia ſilentium indicit, nulla vnquàm poſteritas conticeſcet: vni tamen huic, quod fortaſſe magnitudini ſublimis animi Tui minimum præ alijs viſum ſit, præcipua quadam extra ordinem laude, non ſolùm admurmurationibus noſtris, ſed exterarum quoque gentium clamore plauditur, & tubarum ſono. Aliter enimuerò à nobis ante hoc æui acta fuerat res cum Armenijs: planta ſuorum zizaniorum, quæ deceptionis, & inſcientiæ altis erat nixa radicibus, etſi ſæpè trunco tenùs ſucciſa eſt; nunquàm tamen radicitùs extirpata fuit: quarè minimè mirum videri debet, quòd crebrò repullulauerit. Magnam ſanè officiorum impenſam Tui Prædeceſſores in hos homines nobiſcum conciliandos, egere. Quibus non eos beneficijs Cæleſtinus III. proſequutus eſt? qui etiam, vt ipſis coronam Regiam, cuius poſt Schiſma iacturam iamdiù fecerant, reſtitueret, Archiepiſcopum Moguntinum, Cardinalem Sabinenſem, ad Leonem Regem Armeniæ coronandum miſit. Quæ amoris, quæ ſtudij, quæ pietatis officia prætermiſere reliqui Succeſſores? quot ab his viri Apoſtolici ad eos deſtinati? quot epiſtolæ officioſæ reſcriptæ? quot priuilegia, immunitates, indulgentiæ ijs populis, Rege, ac Patriarcha deprecatoribus, data? quotiès eis in bello contra Sarracenos auxilia, vel orthodoxis ab Regibus eblandita, vel edito de Cruciferorum militia Diplomate excitata, vel Pontificijs ipſis egregiè inſtructis triremibus lata ſunt? Nihilo tamen minùs extra Romanam Eccleſiam errare hoc tempore, quàm anteà, videbamus Armenios. Quidnam eſſe rei cauſam, putem? num ingratitudinis eos, aut pertinaciæ inſimulandos? an temerè, inaniue ſtudio

Cæleſtin. III. Gregor. IX. Clemens IV. Gregorius X. Nicolaus IV. Bonif. VIII. Ioann. XXII. Benedic. XII. Clemens VI. Vrbanus VI. & alij, Vide 1. par. hiſt. à cap. 23. ad extremum; & 3. tom. huius 2. partis, q. 3. §. 1. à numero 172.

dio

III. Afferuntur, & explicantur variæ Doctorum opiniones de materia, & forma Ordinationis Sacerdotalis. pag. 665.

Ad has opiniones, ac diuersos Ordinationis ritus cõciliandos, primus dicendi modus, à quibusdam traditus, improbatur. pag. 670. num. 17.

Secundus aliorum dicendi modus improbatur. pagina 673. num. 24.

Tertius dicendi modus improbatur. pagina 674. num. 29.

Quartus dicẽdi modus ad rẽ aptissimus ostẽditur & explicatur p. 684. n. 57.

Դ. Թէ որն իցէ նիւթ և ձև բանին ՚ի ձեռնադրութեան քահանային հայոց:

IV. Quæ sint in Armeno ritu materia, & forma Ordinationis Presbyteri? pagina 690.

Թէ վասն էր հայք ՚ի ձեռնադրութե քահանայի անկարգապէս ՚ի գործ արկանեն զնիւթ և զձև բանին լատինացւոցն: Թիւ. իբ.

Cur in hac Ordinatione Armena Ecclesia præpostere vtatur materia, & forma ritus Latini? pagina 697. num. 22.

Թէ վասն բազում պատճառաց պարտ էր հայոց կատարելագործն

Plures adducuntur causæ, ob quas deberent Armenij Ordinationem

կար

nem

nem suam Presbyteralem ad seriem, statumque meliorem referre. pagina 701. num. 34.

DE SACRAMENTO *Matrimonij.*

§. VII.

I. Sect. De natura, & causis Matrimonij. pagina 709.

II. De Matrimonio rato, & irrito. pagina 713.

III. De impedimētis, Matrimoniū dirimentibus iure naturæ. p. 715.

IV. De impedimētis, Matrimoniū dirimentibus iure positiuo, siue diuino, siue politico, siue Ecclesiastico. pagina 726.

V. In quibus ex prædictis Impedimentis possit Ecclesia dispensare? pagina 733.

VI. Vtrùm Armeni ritus præscriptio, quæ discrepet à iure Canonico, valeat ratū, vel irritū reddere aliquod Matrimoniū. p. 736.

VII. An ratum esset Matrimoniū, si apud Armenios contraheretur in tertijs nuptijs post mortē secundi Coniugis? p. 743.

VIII. Vtrùm Matrimonium ratum dissolui possit quoad vinculum ob aliquam superuenientem causam? pag. 751.

IX. De Diuortio: atque etiam de Dispensatione in Impedimentis Armeni Matrimonij. pagina 764.

կարգական աստիճանն զինքն ձեռնադրութեան ։ Թ ին. ԼԴ.

ՎԱՍՆ ԽՈՐՀՐԴՈՅ ՊՍԱԿԻ

Գլուխ. Է.

Ա. Գլուխ. Յաղագս սահմանին և պատճառաց խորհրդոյ պսակին ։

Բ. Յաղագս ճշմարիտ և սուտ պսակին ։

Գ. Թէ որք իցեն արգելմունք բնական օրինաց. որ խափանեն զպսակն ։

Դ. Թէ որք իցեն արգելմունք դրական օրինաց. որ խափանեն զպսակն ։

Ե. Մի՞թէ կարող իցէ եկեղեցին ներել ի վերոյ նախասացեալ արգելմանցն պսակին ։

Զ. Մի՞թէ սահմանադրութիւն օրինացն Հայոց ունիցի զօրութիւն խափանելոյ կամ հաստատելոյ զպսակս ոմանս ՚ի մէջ նոցա ։

Է. Մի՞թէ ՚ի մէջ Հայոց հաստատուն լինէր և անխափան պսակն ՚ի յերրորդ հարսանիս զկնի մահուան երկրորդ ամուսնոյ ։

Ը. Մի՞թէ օրինաւոր պսակն քրիստոնէից կարէ լուծանել վասն պատճառի ուրուք ։

Թ. Յաղագս քակտմանն ամուսնոյն ՚ի միմեանց ։ Եւ մի՞թէ Հայոց կաթուղիկոս կարող իցէ ներել ի վերայ արգելմանցն պսակին ։

ՀԱՅԿԱԿԱՆ
ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԵԱՆՑ
ԵՐԿՐՈՐԴ ԸՆՁԵՌՈՒԹԻՒՆ.

Յաղագս որպիսութեան հոգւոյ բանականի։

ARMENARVM QVÆSTIONVM

TRACTATVS SECVNDVS

DE STATV ANIMÆ RATIONALIS.

ԱՌԱՋԱԲԱՆՈՒԹԻ

Բազմամիտք ոմանք ծառայեն ա
'ի գիրսն իւրեանց. եթէ I
ազգն Հայոց զբազում
մոլորական կարծիս ու-
նի 'ի վերայ բանական հո-
գւոյ մարդկան : Նախ՝
յովհաննէս սիւներնա-
ցին պատմէ 'ի գիրս մո-
լորութեանց 'ի գլխն. ի-
ԴՒ . զհայս համառօտ , թէ հոգիք
մարդկան ոչ նոր ստեղծանին յայն յոր-
ժամ միաւորին ընդ մարմինս իւրեանց :
այլ թէ ամենեքեանն 'ի միասին ստեղ-
ծան , յայ 'ի սկզբանն . և յետոյ մի ըստ
միոջէ գան 'ի մարմինս :

Երկրորդ . զսոյնս կարծեցին
'ի գիրս հերձուածոց. և կոչին 'ի գիրս

PRÆFATIO.

MVLTÆ ſunt, quæ in hac materia Armeniorũ Nationi tribuuntur, opiniones erroneæ. Prima eſt: Humanas animas non recèns à Deo creari, cùm corporibus infundũtur; ſed omnes initiò vnà ſimul creatas eſſe; infundi deindè in corpora ſucceſſiuè. Sic de Armenijs refert Ioannes à Syderno in Direct. hær. 24.

Secunda: Eaſdem animas per ſeminis propagationem educi de potentia materiæ, quemadmodùm animæ Brutorum. Thomas à Ieſu, lib. 7. de Conuerſ. Gent. cap. 23. Seù animam filij propagari ab ani-

ma patris sui. Guido Carm. de Arm. Err. 4. Coccius in Thesauro, tom. 2. lib. 1. art. 1.

Tertia: Christum, cùm descendit ad Inferos, omnes indè animas eduxisse, tum bonas, tum malas: ac proindè Inferni pœnam non esse perpetuam. Guido de Arm.; Alphōsus de Castro aduer. hæres. lib. 8. tit. Infernus; Prateolus de Sectis hæret. lib. 1. cap. 67.

Quarta: Nullum esse Infernum; eoquod Christus, cùm illuc descendit, omnia loca illa destruxerit: interim animas detineri in aëris regione. Ioan. Chernacēsis Armen. catholicus, in epist. ad fratres vnitos; Guido Carm.; & Coccius to. 2. lib. 10. art. 8.

Quinta: Non fieri Iudicium de animabus particulare statim à morte vniuscuiusque. Colligitur ex infrà dicendis.

Sexta: Animas impiorum ante vniuersale Iudicium nullis pœnis, & supplicijs affici. Guido, Ioannes Chern., Prateolus, in locis cit.

Septima: Animas Sanctorum ante idem Iudicium non esse, nec glorificari in Cælis. Autores ijdem.

Octaua: Nec esse Purgatorij locum, in quo aliquæ animæ, à corporibus egressæ, purgentur à sordibus peccatorum. Guido; Vincentius Beluac. in spec. histor. lib. 30. c. 98. S. Antoninus par. 3. tit. 19. cap. 8. §. 10. Sebastianus Medices in Summa hæres. cap. 136.

Nona denique: Beatorū animas non intuitiuè videre, nec vnquā visuras diuinam essentiam, sed quandam

Բ զանձնոյց ասեն. Թէ հայք ունանք կար
2 ծեն, զհոգին բանականն ոչ ստեղծա
նիլ ընդ յոչընչէ. այլ ծնանիլ 'ի ծնո
ղաց. որպէս և մարմինքն իւրեանց ։

Երրորդ. ԶՔրիստոս կատարե
ցին 'ի գիրս ուԹերորդ, որ յիշէ դժո
խոց. և պրատէոլոս 'ի գիրսն առա
ջին, ասեն, զհայոց ազգն հաւատալ.
էԹէ քս յորժամ էջն 'ի դժոխս, ազա
տեաց յանդունդ զամ հոգիս Թէ ար
դարոց Թէ ամբարշտաց: Եւ Թէ ասան
Զանզի դժոխոց ոչ են յաւիտենա
կանք ։

Չորրորդ. Յոհան կրողպան քըռ
Գ նացի յաղագս հայոց 'ի Թուղթն առ
3 միաբանեալ եղբայրս. և այլք ունանք.
ասեն յիշս հայոց. Թէ կարծեն, ոչ
գոլ այժմ դժոխս: զի քս յանդ իջեալ
աւերեաց զնա բոլորովին: այլ զհո
գիսն մնալ այժմիկ 'ի հողէկային ենչ.
որ 'ի յօդս:

Հինգերորդ. Եւ Թէ կարծեն և
որ յետ վախճանելոյն մարդոյ ոչ լինի
ատենական 'ի վն իւրաքանչիւր հո
գւոյ յատուկ դատաստան:

Վեցերորդ. Նոյն վերոգրեալ պատ
միչքն ասեն. եԹէ հայք ոչ խոստովա
Դ նին զպատիժս և զտանջանս հոգւոց
4 մեղաւորաց նախ քան զօրն համարա
կական դատաստանին:

ԵւԹներորդ. Եւ Թէ և ոչ խոստո
վանին, զհոգիսն սրբոց ոչ գոլ այժմ
և ոչ փառաւորիլ 'ի յերկնից արքա
յուԹիւնն:

ՈւԹերորդ. Վինչենձիոս բելվա
ցեցին 'ի յերեսներորդ գիրս պատմու
Թեց, և սբն անտոնինոս 'ի . ԺԹ . գլ՟
ձառն երրորդ համարին եւրոյ. ասեն.
Թէ հայք ոչ դաւանին զքաւարանն.
յորում հոգիք բարի հաւատացելոյն,
ասալ

տեսանել զայն զէութեանն յայտնութիւն. Որ Ե
կենաց, մատուցանելով զերանութիւն. եւ զայս ին 5.
՚ի յայտնութեան մտացին երանութեան ։

Արմաքանոս ՚ի ճառսն ՚ի ԺԴ. ճռ" գիրս. եւ Աղփոնսոսն ՚ի գիրս յիշեալ Կերակուրայ. եւ Թովմաս կարմե լոյսն յիսուսեան" գիրս, ստնեն գՀայս Հայաստանեայց. ԽԹ. Հարիւր արարեալ եւ նոյն նենգեալ ոչ ամենայնիւ յեկեղեցին Հայեցուցանելու եւ առաքելական դեռ Թիւնն ալ. այլ մեծայն զլոյս եւ զվայրամտութիւն ինչ նորին էութեանն. յորում անստութեան կարծեն կոյանալ զկատարեալ երանութիւ ։

Աշ յաղագս են մոլորութիւնս յիշա Հոգւոյ մարդկան. զոր ասեն վերոյբեալ պատմիչքն ընծայել եկեղեցին Հայոց ։ Բայց մեք՝ անզեկացեալ զիրողութեանց եւ զարմանութեանն Հայոց, ոչ որպէս եւ դոքա յլ. ոչ ՚ի ձեռն ազատ խօս ամենապէտութեանց բամբասողաց. այլ անձամբ իսկ կացեալ չափ յայս՛ ի մէջ նոցին ժամանակի ոչ սակաւ. եւ մտածութեամբ եղեալ ընթերցող գրոց եւ գրեանց ։ Այն որոյ եւ ոչ զատուցեալ մոլորութեանցն պարտականութ առնեմ կամ Համարեմ զեկեղեցին Հայոց ։ Զի եթէ սորսպէս . եւ ոչ եմ անգէտ զիտակ. զի վարդապետ ոմանք ՚ի նոցանէ, Թէպէտ եւ խնամաւոր Համարեալ յայս մոլորեցան. եւ գրով եւ քարոզութեամբ զաղագեցին. որք ՚ի վերոյ ։ Բայց գիտեմ եւ հաստատեալ. զի եւ այլ վարդապետ Հայոց յոլովք զուգակցութեան զամենեցին եւ ուստեղծին. եւ զմոլորութիւն զայսպիսեան ՚ի բաց Հեռացեալ : Որոյ սակս գիտելի է . զի ՚ի յամի ծննդեանն քի. ռյխ եւ ա. որ Հայրապետն Հռոմայ Բենեդիկտոս սրբոյն լսեալ ՚ի բազում վկայից. Թէ

Հայքն

dam illius essentiæ claritatem; in qua visione consistere supremã beatitudinem. Armacanus lib. 14. c. 1. Guido, Prateolus, Alphonsus de Castro lib. 3. tit. Beatitudo, Medices cap. 31, & Thomas à Iesu lib. 7. cap. 17.

Զ 6 Hi sunt errores circa rationalis animæ statum, quos prædicti Scriptores Armeniorum Nationi adscribunt. Ipse porrò, qui rem Armenam non solùm auribus ab alijs accepi, sed manibus quoque tractaui, animum inducere nequaquàm possum, vt eorundem errorum ream faciam Armenam Ecclesiã. Quamuis enim obscurum mihi non sit, complures esse, ac fuisse in illa Magistros, qui hæc falsa dogmata & profiteri, & prædicare, & scriptis etiam propagare pro virili parte studuerint: quapropter anno Salutis 1341. Benedictus XII. Romanus Pontifex à multis testibus, tum Armenis, tum etiam Latinis, certior hac de re factus; misit ad eorum Regem Leonẽ IV. & Patriarcham, libellum [a], in quo

Է 7 prædictorum errorum, aliorumque plurimorum catalogus scriptus erat; iniungens illis [b], alijsque Armenis Episcopis [c], videlicet Sisensi, Tarsensi, Soldaniensi, & Episcopo Ecclesiæ sancti Thaddæi, vt ad eorum extirpationem vnà simul incumberent: tamen nihilominùs exploratissimum quoq; habeo, alios plures esse, ac fuisse Armenos Patres ab ijsdem erroribus penitùs alienos. Quarè idem Rex Armeniæ Leo, cùm prænotatum libellũ inspexisset, ni-

 mis

a. Extat libell[9] in M. S. Archiu. Vat. de rebus Tar. Arm. Græc. &c pag. 10.
b. Regest. Benedicti an. 1341. epist. 137. & ep. 138.
c. Ibid. ep. 139. 140. ad 144.

mis grauiter tulit, Armenam Ecclesiam, vt hæresibus illis conspurcatam, diffamari: iussitque illius Daniel Monachus ad eam excusandam apologeticum Commentariũ [d] edidit, ac transmisit ad Benedictum, in quo paucorum Magistrorum errores illos ab inuidis toti Armenæ Nationi impositos fuisse iure meritò conquestus est.

d. Repertus est is Commentarius in Archiuio Auenionẽsi, & Romam trãslatus. lege Annal. Eccl. apud Rainal. tom. 16. an. 1341. nu. 118.

Immò non multò post, nimirùm anno à partu Virginis 1346. Consolator [e], Armeniæ Patriarcha, nec non Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & Clerus Armenus, per Nũcios suos, Ioannem de Merchar, & Antonium Episcopos, ac nobilem virum Gregorium Cenguiz, Clementi Papæ VI. [e] significarũt, quòd peracta iam Armenorum Episcoporum Synodo, abiecerant, & condemnarant per eam omnes illos errores, quos Benedictus, prædecessor ipsius, ab eis damnandos requisierat, inter quos præcipuè omnes, à nobis suprà memorati, recensebantur: quin etiam offerebant, si in suis libris alia forsitan reperirentur erronea, & Catholicæ fidei repugnantia, paratos se esse, illa de libris eisdem iuxtà Romanæ Sedis mandata delere, seque institutis Apostolicis in omnibus conformare.

e. Clem. VI. ann. 5. lib. 3. epist. cur. 17.

Igitur vniuersa Armeniorũ Natio, & Ecclesia non potest nisi temerè, magnamque per iniuriam de prædictis hæresibus condemnari ex eo, quòd ipsorum nonnulli eas professi sint, aut profiteantur. Porrò autem, cùm adhuc extare videamus

ը 8 [illegible]

թ 9 [illegible]

ժ 10 [illegible]

[illegible]

մանք, որք ՚ի նմին եղեն սուտ անուն
վարդապետք մոլորեցան ։ և Ձերդ այսուհե-
տև զի մի՛ ոք ՚ի քարեպաշտաւոր հայ-
յոց քրիստոնէից ունկնդիր լիցին չար
ուսմանց և մոլորական գրոց դոցին ։
սակս այսորիկ մեք առա եդաք զհետև
եալ վիճաբանութիւնս ։ որովք ՚ի ձե-
ռն վկայութեանց մէ գրոց, հարց, և
վարդապետաց սրբոց, և պատճառաց,
բացայայտեմք զուղղափառութիւնն
տիեզերածաւալ մէ եկեղեցւոյն քրիս
տոսի ։ որոյ արտաքոյ չիք փրկութի ։

Յաս
11

mus in illa pèrniciosos Pseudomagistrorum Codices, erroneis huiusmodi doctrinis refertos; nec deesse in præsentia seductores, qui ad eas sectandas discipulos suos, & Populum Armenum incitent; vndè multi dubitant, ignorantq; in quā debeant flecti sententiam: idcircò earundem singularum hæresū falsitas per singulas Quæstiones demonstrāda mox erit.

մեր

ՄԻ՞ ԹԷ ՀՈԳԻՔՆ ԲԱՆԱԿԱՆՔ ԵՂԵՆ

Ստեղծեալ յառաջ քան զմիանգամայն իւրեանց
ընդ մարմինս ,

ԱՌԱՋԻՆ ԽՆԴՐԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

Առաջարկին երկու կարծիք , և լուծումն
խնդրաբանութեան ;

Դրուագն . ա ,

VTRVM ANIMAE RATIONALES
Extiterint ante corpora .

QVAESTIO INTER ARMENIOS PRIMA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quæstionis.

§. I.

ՍՏորասանէ վարդապետն վարդանն ՚ի պատասխանատութեան հուղղոյն, որ գրեցաւ ՚ի սէ հայրապետէն մեծին հռոմայ առ Թագաւորն հայոց Հեթում: քանզի ՚ի հ.՚ի չորրորդ գրէ այսպէս : Մոլար է այս որ ասեն. Թէ միշտ նոր ստեղծանէ հոգիքն : ապա սուտ է մովսէս, որ ասէ. կատարեաց զամ, և հանգեաւ :] Եւ յետ սակաւուց դարձեալ ասէ. Թէ նոյն հոգիքն ոչ ստեղծանին ՚ի հօրէ, և ոչ ՚ի մօրէ :] Արդ այսպիսեաւ ցուցանէ. Թէ ամ հոգիքն ՚ի սկզբանն ստեղծան ա

1 AFFIRMAT vnà cum cõsectaneis suis Vartanus, Doctor Armenus, qui in confutatione cuiusdã epistolæ, ad Haytonem Armeniæ Regem datæ à Romano Pontifice, num. 4. *Error est*, inquit, *eorum, qui dicunt, animas à Deo semper de nouo creari. Nam mendacem faciunt Moysen, asserentem Gen. 1. Deum cessasse ab omni opere suo*. Et paulò post addit, *eas nec à patre, nec à matre productas*. Vndè videtur inferre, Deum illas insi-

insimul ab initio condidisse.

Propter hanc, & alias hæreses, huius Vartani nomen, ad Clementem Papam VI. delatum, ab eo dãnatum fuit; vt constat ex eiusdem Clementis epistola [a] ad Consolatorem, Armeniæ Patriarcham; vbi sic illum interrogauit: *Scire volumus, si credidistis, & creditis tu, & Armeni, qui tibi obediunt, Vartanum, quẽ (prout nobis à pluribus est relatum, & assertum) Armeni pro speciali doctore habuerunt; & qui multos de Armenia Minori labe hæresis infecit, docens, & scribens, quòd spiritus omnium hominũ fuerint insimul à Deo creati;* &c. *fuisse hæreticum, & hæresiarcham pessimum.*

a. Clem. VI. tom. 10. epist. secr. pag. 72.

Huc etiam spectat id, quod legitur in libello [a], quem, vt suprà diximus, Benedictus Papa XII. ad Armenum Patriarcham transmisit, vbi cap. 22. sic habetur: *Armenij dicũt; quòd quando Christus resurrexit, educens ex Inferno Sanctorũ animas, quæ ibidem erant, duxit eas in Paradisum terrestrem, & cum ipsis dictum Paradisum intrauit, dicens eis: Ecce locus, in quo fuistis, & de quo exiuistis. & statim de dicto Paradiso eas eiecit, & posuit eas in terra, vel in aëre circa Paradisum terrestrem.* Quibus verbis asserere videntur, omnes humanas animas à principio vnà cum Adami anima à Deo fuisse creatas. Simile quid anteà docuerũt Origenes, Priscillianus, & Rabbini aliquot Iudęorum, vt infrà dicendum est.

a. Extat in M. S. Archiu. Vat. de rebus Tart. Armen. Græcor. &c. pag. 10.

Cæterùm hac de re peracris olim altercatio à me cũ Simone Ciulfaẽnsi,

ծանն յոյս արարածոց մարմնոցն իւրոց .

բ 2 Եւ վասն հերձուածոյս և զայլ
ոց բազմաց՝ անուանադրեալ եղև նորին
վարդանին առ աչ հայրապետին հռով
մայ կղեմենտոսի վեցերորդ : ուստի և
գրեաց զնմանէ թուղթ մխիթարչին
առ ուղղափառ կաթողիկոսն հայոց մխի
թարիչ . և դատապարտեաց զնա իբրև
զհերետիկոս . ասելով ՚ի թղթին այսպէս:
՚Ի բազմաց գիտնոց լուաք , եթէ հայք
ոմանք ընկալան իբրև զվարդապետ զվար
դանն զոմն վարդան անուն . որ զբազում
քրիստոնեայս փոքրին հայաստանեայց
գ 3 մոլորեցոյց , գրելով և ուսուցանելով,
եթէ հոգիք ամ մարդկան ՚ի միասին ստեղ
ծան յայս: արդ՝ կամիմք գիտել . մի թէ
դու և հնազանդեալքդ քո հաւատայ
ցիք և հաւատայք . թէ նոյն վարդանն
էր հերետիկոս և հերձուածապետ .]
Նմանապէս ՚ի գիրքն , զոր ՚ի վերոյ ասա
ցաք թէ բենեդիկտոս պապն առաքէր
էր առ թէոդորոս կաթողիկոսն հայոց . գրեալ
գտանին այսպիսի բանք : [Ասեն ,
եթէ հայք ոմանք ասեն . թէ յորժամ
քն յարեաւ ՚ի մեռելոց , և էհան ՚ի դը
ժոխոց զհոգիսն սրբոց . եմուծ զնոսա
դ 4 յերկրաւոր դրախտն . և ասաց նոցա .
ահա այս է տեղին , յորում եղեալ
էք երբեմն , և յորմէ ելեալ էք : Եւ
թէ զկնի սորին կորել ձգեաց զնոսա
՚ի դրախտէն . և եդ զնոսա ՚ի յերկրի
կամ ՚ի յօդս շուրջ զերկրային դրախտաւն :]
Եւ այս որոյ և այդպիսի ասելովն յայտ
առնեն հաւատալ . թէ ամ հոգիք մար
դկան ՚ի միասին ստեղծան ՚ի սկզբանէ
արարածոց մարմնոցն իւրեանց : որպէս
և ասէին հանդերձ աղանդաւոր որոգինէս,
և պրիսկիլիանոս , և ոմանք ռաբբիք
հրէից . զորմէ ճառելոց եմք ՚ի վայր :

Զորոյ զայս մոլորութիւն ուսուցա

նէր

նէր մի ումն վարդապետ հայոց . սիմոն Ե
չուլֆայեցի կոչեցեալ . որոյ մէջ առնայր
յառաջագոյն իւր քաղաքն կոստանդնու-
պօլիս . և քանզի նորին անզգամ էր :
քանզի սա և աշակերտեալ 'ի վերայ
առուԹէ և պղոզն վարդապետայ , ասէր .
եԹէ ամ ոչ ստեղծանէ զհոգիս 'ի նորա
'կեաց ժամանակի . յորում կատարին
մարմինքն ոչ 'ի յորովայնի ծնողացն .
այլ Թէ ստեղծ զամ հոգիս 'ի միասին
'ի սկզբանն արարածոյս . և յետոյ
հանգեաւ . ըստ այնմ որ ասի 'ի ծննդոց
առաջին գլուխն . Թէ հանգեաւ ամ-
յաւուրն եւԹներորդի յամ գործոց Զ
իւրոց , զոր արար :] եւ [ոչ] որոյ և մեք
երբեմն 'ի մէջ հայոց կալով 'ի յեկեղե-
ցին սրբոյն գրիգորի լուսաւորչին որ
է 'ի ղալաԹայ քաղաքն . և 'ի վիճա-
բանուԹեան եկեալ առաջի ժողովրդե-
դեանն ընդ վերոյիշեալն սիմոնի , որ մի
ումն էր 'ի մէջ հայոց գերապատիւ և հռ-
չակաւոր . բազում առարկուԹբ ցու-
ցանեմք զբանն զայս . և բազում պատ-
ճառօք հաստատեցաք , Թէ հոգին ոչ
լինի առաջ քան զմարմին :

Եւ յորժամ պատասխանն խնդրե-
ցաք 'ի նմանէ . Թէ զինչ արար հոգիդ- Է
քո զայսքան երկար ժամանակն ա-
ռանց մարմնոյ : և զի՞ էր զոչինչ յիշես
զիրացն անցելոց : յայնժամ ինքն մի-
փոխեաց զառաջին բանն իւր . և ա-
սաց . Թէ հոգին ծնզգին և պարզա-
պէս ոչ եղև առաջ քան զմարմին . այլ
յորժամ ասաց ամ . աճեցէք և բազմա-
ցարուք . յայնժամ ինքն հանգեաւ ,
և եաս ծնողաց զօրուԹիւն ծնանելոյ
ոչ միայն զմարմինս , այլ և զհոգիս :
որ է մոլորուԹի չարագոյն քան զառա-
ջինն .

Բայց 'առաբերեալ իմ զառարկու-
Թիս

si, Armeno, ac magni quidem no-
5 minis Magistro, suscepta coràm Po-
pulo fuit Galatææ apud Byzantium
in Ecclesia S. Gregorij, Armeniæ
Episcopi, ac Martyris. Contende-
bat enim is, humanas animas non
recèns à Deo creari, cùm fœtus in
vteris matrum animátur; sed omnes
vnà simul à principio conditas esse;
successiuè verò deinceps vniri cum
suis corporibus. Hoc autem impen-
siùs affirmabat, ne concedere coge-
retur, Deum aliquid noui creasse
post diem septimum: cùm scriptũ
6 sit Gen. 1. *Et requieuit Deus die septi-
mo ab Vniuerso opere, quod patrarat:
& benedixit diei septimo, & sanctifi-
cauit illum, quia in ipso cessauerat ab
omni opere suo.*

Itaque instituta super hoc dispu-
tatio, ac in aliquam temporis morã
protracta, posteà diuertit ad aliud.
Nam Simon, coactus fateri, non ex-
titisse animas ante corpora, in illud
resilijt, humanas animas non mi-
nùs à parentibus propagari, quàm
corpora: Deum, asserens, cùm pri-
7 mis Parentibus dixit, *Crescite, &
multiplicamini*, tunc in illos, ac po-
steros naturalem vim indidisse gene-
randi & animas, & corpora simul:
quod est error peior priore.

Cùm denique ad secundum hũc
errorem euertendum rationes non
paucas adducerem; nullum Simon
responsum reddidit: sed conuersus
ad populum, me vnum, testatus est,
à Latinis reliquis in proposito dog-
mate discrepare; quòd socordiùs,
ac negligentiùs alijs in eorum Col-

legijs studuissem. Sed de hoc alio errore agemus in quæstione sequenti.

NEgant verò Armeni Patres Catholici: quorum vera sententia vt probetur, sciendum est, quòd iuxta duplicem opinionem diuulgatus fuit error propositus.

Prima quidem opinio est, omnes animas rationales vnà simul initiò creatas à Deo esse in Cælo; sed ante infusionem in corpora peccasse, atq; in pœnam peccati in ipsa corpora, tanquàm in carceres, fuisse detrusas. Platonicum hoc figmētum sequutus est Origenes lib. 1. de principijs, c. 7. & in Hieremiæ caput 24. & 28. ac prætereà Priscillianus, vt testatur Concilium Bracarense primum, capite 6.

Secunda est, omnes humanas animas vnà cum Angelis à Deo conditas esse; ac deinde modò vnam, modò aliam ad corpus mitti, non quia peccauerint: sed ne cogamur asserere, Deum post diem septimum aliquid noui creasse. Hanc secundam opinionem tutati sunt Rabbini aliqui Hebræorū, vt habetur ex Commentario Rabbi Salomonis in c. 33. Deutor.; quam sequutos etiā fuisse Doctores alios Christianos, testatur D. Hieronymus in epist. ad Marcellinum, & Anapsychiam, quæ est 27. inter epistolas S. August. Hæc igitur vtraque falsa opinio refutanda mox erit à nobis.

Թէ ոչ սակաւ ինչ դէմ երկրորդ մո-
Է լորութեան . որչափ պատասխանեսցին եա
8 կարգադրեցան . այլ միայն գաղձեալ
զեղեալ առ ժողովուրդն զևս պարպատ
առէր առնելով . Թէ չէին յառ ուսեալ ՚ի
դպրութեան գաւառաց զմծ առ քանա
կան գիտութի ; Եւ Հերձ յիշես երկրորդ
մոլորութեան այսորիկ ծանուցուք ՚ի
յերկրորդ զննաքննութէ .

Ուրանան այլ Հարքն Հայոց
ուղղափառք . եւ քարոզին , Թէ
իւրաքանչիւր հոգի ոչ ստեղծանի յառաջ
եԹէ ոչ զենի կերպանայոյ մարմնոյն
իւրեան : Եւ որդ՝ զմ հաստատելոյ զճշ
Թ մարիտ քանն իւրեանց , գիտելի է՝ ·
9 զի ըստ երկուց կարծեաց արտաքե-
րեալ եղեւ նախասացեալ մոլորութիւն ։
Առաջինն կարծիք է՝ . եԹէ հոգիք
ստեղծան խմբովին ՚ի յերկինս . եւ յե-
տոյ մեղան . եւ ՚ի պատիժ մեղացն իւ-
րեանց ձգեցան յերկնից ՚ի վայր . եւ նեղ-
փակեցան ՚ի մարմինս , որպէս ՚ի բան-
տի ։ Եւ յս է՝ աղանդ պղատոնին · զոր
ընկալաւ եւ ուսոյց որոգինէս յառա-
ջին գիրս յիշխ սկզբանց . յեւԹներորդ
գլխն ։
Երկրորդ կարծիք է՝ . եԹէ հոգիքն
Ժ ստեղծան յոյ ընդ հրեշտակս . եւ մի
10 ըստ մի հետեւաբար առաքին ՚ի մար-
մինս . ոչ Թէ վս մեղաց . զի ոչ մեղան .
այլ զի բանադատեսցէ . ասեն . այսմ
հաւատալ վս բանիցն մովսէսի . Թէ
հանգեաւ յն յաւուր գործոց իւրոց ։ Այս
ոչէս կարծեցին ռաբբիք ոմանք ՚ի հրէ-
ից . ըստ որում յայտ է՝ ՚ի գրոցն ռաբբի
սողոմոնին ։ Եւ եւս այսմ չար կարծե-
աց հետեւեցան երբեմն այլ ոմանք
քրիստոնեայք . ըստ վկայէ սրբն ծերոնիմոս ՚ի Թուղթն առ մարկեղինոս ։ Եւ որդ՝ պարտ
է՝ մեզ այժմիկ սուտ ցուցանել զերկոսին կարծիս զայս ։

ՑՈՒՑԱՆԻ

[illegible]

Գլուխ. Բ:

[illegible]

Ա 1

OSTENDITVR
Animas non intrusas fuisse in corpora in pœnam alicuius præcedentis peccati.

§. II.

OPposita sententia damnata fuit à Concilio Bracarẽse primo loc. suprà cit. his verbis: *Si quis animas humanas dicit priùs in cælesti habitatione peccasse, & per hoc in corpora humana in terram deiectas fuisse, sicut Priscillianus dixit; anathema sit.*

Բ 2

REfellitur autem primò hæc sententia testimonio Diui Pauli. Nam ad Romanos 5. *Regnauit*, inquit Apostolus, *mors ab Adam vsque ad Moysen, etiam in eos, qui non peccauerunt.*

Item ad Rom. 9. *Cùm enim nõ dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali*, &c.

Denique, 2. Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi; Vt referat vnusquisque propria corporis, sicut gessit, siue bonum, siue malum.*

Գ 3

Omnia hæc Apostoli verba vera non essent, si animæ in Cælo peccassent, & ideò damnatæ fuissent ad corpora.

REfellitur secundò ex Patribus, quos suscipit Armena Ecclesia. Etenim Clemens Alexandrin. lib. 4. Stromatum: *Non huc, ait, de Cælis anima ad ea, quæ sunt deteriora, demittitur. Deus autem fecit omnia ad ea, quæ sunt meliora.*

Methodius apud Epiphanium hæ-

hæreſ. 63. *Fabula*, inquit, *eſt*, & *tragica cantilena*, *dicere*, *animas ex Cælis deiectas eſſe*.

Et, vt alios gratià breuitatis omittam, eos ſolummodò Patres afferamus, qui diſertè aduersùs eundem errorem ſcripſerunt.

Iijq; ſunt, Epiphanius in epiſtola ad Ioannem Hieroſolymitanũ, ac præterea in lib. 2. de hæreſibus, tom. 1. hæreſ. 64.

Hieronymus in epiſt. ad Pammachium contra eundem Ioannem.

Theophilus Alexandrinus in libro 1. Paſchali.

Auguſtinus in epiſtola 28. ad Hieronymum.

Et præclariſſimè omnium, quem præ omnibus alijs Armenij reuerentur, Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Euangelium Ioannis cap. 9. vbi viginti tribus argumentis hunc errorem penitùs expugnauit.

Refellitur tertiò rationibus. Quia ſi anima creata eſſet in Cælo, & in pœnam peccati damnaretur ad corpus, vt ad carcerem; certè vel creata fuiſſet in ſuo eſſe naturali perfecta, atque completa, quemadmodùm Angelus: vel in ſuo eſſe naturali imperfecta, ſeu vt forma corporis incompleta, ordinata ad conſtituẽdum cum illo, vt cum materiali comparte, naturam hominis vnam completam.

Si primum: ergo anima, cùm in peccati pœnam detruderetur in corpus, non faceret cum illo vnum per ſe in ratione naturæ, ſeu naturam vnam completam. Quod enim in ratio-

դ 4 ՚ի ․ դ․ րդ՝ գլխոյն աստուածաբանութեան, ասէ․ առասպելք ։ Հոգին ոչ արկանին յառաջ ՚ի վայր առ յոյժս , որք են անդարձագոյնք․ զի ամ՛ տարար զամս առ յոյժս , որք են պատուականագոյնք ։]

Մեթոդիոս ՚ի գիրսն յղգս հերձուածոց , ՚ի ․ կզ․ երդ՝ գլխ ասէ ։ Չուասպելութի է՛, և վարկպարագի , ասել զհոգիսն յերկնից արկեալ ՚ի վայր ։]

Եւ զի մի՛ առաւելութի բանից ձանձրացուցանեմ զլսողսն . միայն առաւ- Ջաբերեմք զսէ հայրս զայնոսիկ . որք առանձնաբար խ բանիւ զգիրս շարադրեցին ընդ դէմ մոլորութեանս այսորիկ .

ե 5 յդ . սէն եպիփան ՚ի թուղթն առ յոհան երուսղմցին. և և՝ ՚ի յերկրորդ գիրսն յղգս հերձուածոց ՚ի. կդ․ րդ՝ գլխ առաջին հատորին ։ սէն ձերոնիմոս ՚ի թուղթն առ պամակիոս ։ Թէոփիլոս աղեքսանդրացին ՚ի յառաջին գիրսն որ յղգս սէ զատկին ։ սէն օգոստինոս ՚ի թուղթն. իը . երդ՝ առ ձերոնիմմոս ։ Եւ մանաւանդ սէն կիւրեղ աղեքսանդրացին յառաջին գիրսն ՚ի վր թ․ երդ՝ գլխոյն յոհաննու . որ յանդգման և երիւ ք պատճառօք զմոլորութիւն զայս յաղթահարէ ։

զ 6 Երրորդ՝ ցուցանի պատճառօք․ եւառաջին պատճառ է՛ . զի՝ եթէ հոգին ստեղծեալ էր յերկինս. և յետոյ ՚ի վայր արկեալ յմղ ՚ի մարմին ուղ ՚ի բանտ առ ՚ի պատիժ մեղացն իւրոց . արդ և օք՝ կամ կատարեալ ստեղծա՛ բնութբ , որպէս է՛ հրեշտակային բնութիւն . և կամ անկատար . յդ . իբրև մասն ինչ և ձևական մարդկային բնութեանն ։

Եթէ կատարեալ ստեղծա՛ բնութբ , այպա ուրեմն հետևէր . թէ միաւորել ընդ մարմնոյն , ոչ կատարէր

ընդ

ընդ. նմին զմի ըստ ինքեան բաղադրել է
բնութի: բանզի որմինչ ըստ բանի բնու- 7
թե կատարեալ իմն է՛. ոչ կարէ առաւե-
ւ իմն ըստ նոյն բանի կատարիլ: զի եթէ
առաւել իմն մարթ կատարելի. ապա
ոչ էր առաջ կատարեալ: և յայս որոյ ա-
ռեն փիլիսոփայք. թէ ՚ի յըստ բնութե
կատարեալ կականց ոչ կարէ առաւել իմն
այլ մի ըստ ինքեան բնութի շաղադա-
րել: ուստի մարդ ոչ էր մի ըստ ինքե-
ան բաղադրեալ բնութի. այլ երկեակ
կատարեալ բնութի. այս. պարունա-
կող և պարունակեալ: և էր մի ինչ
ըստ պատահման պատրաստուցել. որպի-
սի է՛ շարայարեալն ՚ի մարմնոյ և ՚ի ը
հրեշտակէ: այլ և ոչ կարէր հոգին 8
՚ի մարմնի ներգործել զկենդանական
մարմնաւոր ներգործութիւնս. այս. տես-
անել լսել. և այլ: որ-
պէս և ոչ կարէ հրեշտակն զնոյն գոր-
ծել ՚ի մարմնի զոր առնու: Որք ամե-
նեքեան մեծ անտեղիք:

Եթէ անկատար ստեղծաւ բնու-
թբ. ապա ուրեմն հետևէր. թէ վա
հասանելոյ առ բնական կատարումն
իւր. այս. առ մարմնակից մարմնոյն իւր.
պարտ էր նմա մեղանչել. և ած, որ
զայնպիսի անկատար բնութի ստա- թ
ցաւ էր նմա, գոյր պատճառ մեղացն 9
նորա. զոր քաւ լիցի ասել: Եւ դարձ-
եալ զի եթէ ոչ էր մեղուցեալ. զորոյ անձն
իշխան. ապա մնայր միշտ անկատար
բնութբ, պահանջելով զկատարիչ
մարմինն իւր: ուստի գործք այ ոչ էին
կատարք. ընդ դէմ այնր որ ասի յ. ԼԲ:
կր՛՛ գլ երկրորդ օրինացն. թէ այ գոր-
ծք են կատարեալք:] Եւ դարձեալ զի կա-
տարելն նորա ըստ բնական լինելու-
թե և ներգործութե ՚ի ձեռն մարմնոյ.
որ է՛ մեծամեծ պարգև և բարերա-
րութի

ratione naturæ perfectum quid est, non remanet in eadem ratione per se vlteriùs perfectibile; alioquin perfectum anteà non fuisset: vndè circumfertur philosophicum axioma illud: *Ex entibus completis nequit fieri Vnum per se*. Ac proindè homo non esset vna per se composita natura; sed potiùs duplex natura perfecta, inclusa scilicet, & includens; atque vnum aggregatum per accidens, quale est illud ex Angelo, & corpore assũpto. Nec prætereà posset anima exercere in corpore actus vitales corporeos, nempè videre, audire, &c. sicut nec potest Angelus in corpore ipso assumpto. quæ omnia absurdissima sunt.

Si secundum: ergo anima, vt acquireret naturalem suã perfectionem, scilicet corporis complementum, debebat peccare; atque adeò Deus, qui talem ei naturam indidisset, auctor fuisset eius peccati. Tum quia, si non peccasset (quod ipsi liberum foret), mansisset perpetuò in suo esse naturali imperfecta, semper exigens corpus: ac proindè Dei opera non fuissent perfecta, contra illud Deutor. 32. *Dei perfecta sunt opera*. Tum denique, quia perfici illam in suo naturali esse, & operari per corpus, quod est naturæ maximum beneficium, pœna, & supplicium dici deberet. quæ quidem omnia non minorem continent absurditatem.

Prætereà, si corpus daretur animæ in carcerẽ, sequeretur in primis, quòd maius beneficium præstitisset

nobis

nobis Diabolus, qui mortem nobis procurauit, hoc est, ianuam carceris aperuit; quàm Christus, qui resurrectionem nobis acquisiuit, idest, in carcerem, eumque perpetuum, nostras animas reuocauit. Tum quia improuidè Deus sceleratos homines occidisset Diluuio, & iustum Noë conseruasset: Sodomitas perdidisset, Loth verò ab incendio liberasset. quid enim hoc fuisset aliud, nisi viros improbos è carceribus dimittere, probos in vinculis detinere? Deniq; benedictiones illæ: *Crescite, & multiplicamini,* Gen. 1. & 9. Et, *Patrem multarum gentium te constitui, faciãq; te crescere vehementissimè,* Gen. 17. Et, *Addat Deus ad hunc numerum multa millia,* Deutor. 1. non benedictiones, sed maledictiones fuissent: dum multiplicari homines, aliud non esset, nisi impleri carceres. Similes alias rationes reperies in Diui Cyrilli Alexandrini Commentarijs, loco suprà citato.

ANIMAS NVLLO MODO *Existere ante corpora,* PROBATVR *Ex sacris Scripturis.*

§. III.

Opposita Sententia damnata fuit à S. Leone Papa in epist. ad Turibiũ, cap. 10. his verbis: *Catholica fides constãter prædicat, atq; veraciter; quòd animæ hominũ, priusquã suis inspirarẽtur corporibus, non fuere.* Ideò

Ժ 10 [illegible]

Ժա 11 [illegible]

ԺԱ 1 [illegible]

Թէ հոգիք

[illegible]

Պրակք. Գ.

[illegible]

Resel-

[illegible]

Բ 2 [illegible]

Գ 3 [illegible]

[illegible]

Դ 4 [illegible]

[illegible]

Refellitur primò ex ſacris Scripturis: Dicitur enim Sapien. 15. *Quoniam ignorauit, qui ſe finxit: & qui inſpirauit illi animam, qua operatur; & qui inſufflauit ei ſpiritum vitalem*. S. Ambroſius in Symb. Apoſtol. cap. 17. colligit ex hoc loco, quotidiè Deum in formatis iam corporibus nouas animas creare: quemadmodùm & in Adami corpore fecit, de quo pariter dictũ eſt, Gen. 2. *Et inſpirauit in faciem eius ſpiraculũ vitæ; & factus eſt homo in animam viuentem*. Nam ſi animæ ante corpora præextitiſſent, certè nõ diceretur Deus inſpirare, nec inſufflare illas in corpora; ſed potiùs mittere, aut ſimiliter.

Pſalm. 32. *Qui finxit ſigillatim corda eorum*. Et Ioan. 15. *Pater vſq; modò operatur, & ego operor*. Idem Ambroſius loc. cit. & Hieronymus in epiſt. 61. ad Pammachium, ex duobus his locis oſtendunt, ſingulorum hominum animas recenter à Deo creari, infundique ſuis corporibus.

Iſaiæ 57. *Spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam*. quæ verba, cùm exponantur communiter à Patribus de animarum creatione, & dicantur in ſignificatione futuri temporis, non eſſent vera, ſi animæ vnà ſimul conditæ fuiſſent ante corpora.

Denique Zachar. 12. apertè aſſeritur, anima in corpore ipſo, & non extra, nec ante corpus, à Deo formari, dum dicitur: *Qui format ſpiritum hominis in eo*.

Որ-ոչ PRO-

PROBATVR IDEM SECVNDO
Ex Patribus; quos suscipit Armena Ecclesia.

§. IV.

CLemens Papa, & Apostolorū discipulus, lib. 5. Constitut. Apostol. cap. 8. *Qui in vtero*, inquit, *hominem de pusillo semine fingit; animamque illi, non dum existentem, creat: & , vt ipse ait quodam in loco Ieremiæ, antequàm te formarem in vtero, noui te: & alio in loco, ego Dominus, firmans Calū, & fundans terram, & formans spiritum hominis in eo.*

Irenæus lib. 2. aduersùs hæres. cap. 58. ostendens, animas, antequā humanis infunderentur corporibus, nō extitisse, sic ait: *Si enim hoc, quod in breuissimo tempore visum est, vel in phantasmate conceptum est, & ab ea solùm per somnium, postquàm cōmixta sit corpori, commemoratur: multò magìs illorum reminisceretur, in quibus tantis temporibus, & vniuersa præterita vitæ secula immorata esset.*

Athanasius in Tract. de Definitionibus, vbi quid sit vnitas: *Non enim*, inquit, *ante Verbum, quod Deus est, substantialiter ibi fuit corpus, vel anima; sed simul caro, & Deus, qui Verbum est, simul in eo fuere: quemadmodùm de nostra quoque conceptione videtur, quòd anima per se subsistens simul concurrat cum corpore. Nam corpus per se consistere non potest; nec anima subsistit ante corpus.*

Nazianzenus Orat. 31. *Vereor*; ait,

Ե. Որպէս՝ ասէ տր՛ ՛ի ձեռն յեսայեայ
Տ. մարգարէին ՛ի . ԾԷ . երդ'' գլխն . հոգի
յինէն ելցէ . և զամ շունչս ես արարի :]
Եւ քանզի բանքս այսոքիկ նմանին ՛ի
մեկնչաց սբ հարցն զի ստեղծման հո_
գւոյն մարդկան . և նշանակեն զապա
գայ ժամանակն . արդեօք ոչ էին ճշմա
րիտք , եթէ տր ստեղծեալ էր զամ
հոգիս ՛ի սկզբանէ առաջ քան զմար
մինս նոցանց .

Որպէս՝ Զաքարիա մարգարէ ՛ի .
ԺԲ . երդ'' գլն . յայտնապէս գրէ , զհո_
գին ՛ի մարմնի ստեղծել յնոյ . և ոչ ա_
Զա ռաջ . կամ արտաքոյ մարմնոյն . ասե_
I լով այսպ . Որ ստեղծանէ զհոգին մար
դոյ ՛ի նմա :]

ԵՐԿՐՈՐԴ
Յուցանի վկայութեամբ սրբոց հարցն . զորս ընդունի եկեղեցին հայոց :

Գլուխ . Դ .

Սէն կղէմէնթոս պապն և առա_
քելոց աշակերտն ՛ի հինգերորդ
գիրսն առաքելական սահմանացն , ՛ի
յութերորդ գլխն ասէ այսպ : Որ ՛ի յար
Ե գանդի կնոջ ՛ի փոքր սերմանէ ձևա_
2 ցուցանէ զմարդն . և ՛ի նմա ստեղծա_
նէ զհոգին , որ ոչ գոյ յառաջ . որպէս
և ինքն տր ասէ ՛ի ձեռն երեմիայ . Թէ
մինչ չեւ ստեղծեալ էի զքեզ յորովայնի .
ծանեայ զքեզ . եւ յայլ տեղէ . Թէ ես
եմ տէր , որ հաստատեմ զերկինս և
զերկիր . և ստեղծեմ զհոգին մարդոյ
՛ի նմա .]

Սբն երինոս հետևօղ առաքելոցն
քն ՛ի . Բ . կրդ'' գիրսն , որ ընդդէմ հեր
ձուածոց , ՛ի . Ծը . րդ'' գլխն . ցուցա
նէ . Թէ հոգիք ոչ էին առաջ քան զմար
մինս

մինս . ասելով այսպէս : Եթէ հոգին յետ միաւորմանն ընդ մարմնոյն յիշէ զայնո- Գ
սիկ , զոր յառաջ 'ի սահմանս ինչ ժամա- 3
նակի առնեալ էր, կամ երեւակայութե ըմբռնելով . եւ կամ մի այս առնուլ [illegible] բաղդս : որքան եւ ս [illegible] յիշել զայս նուսին . յորս յամեալ էր ընդ այնքան ժամանակս , եւ յետ շրջանաց կենաց իւրոց :]

Մեծն Աթանաս 'ի գիրսն սահմանաց . որ ճառէ յաղագս միութե , ասէ : Ոչ գոյր առաջ մարմնին կամ հոգի առաջ քան զբանն Աս . այլ Աս բանն եւ մարմինն 'ի միասին . մարմինն չէ յառաջ եւ բանական համանգամայն եղեն Դ
'ի նմա : զոր օրինակ պատահի եւ ս յե- 4
ղացման մերում . զի հոգի միանգամայն յարայարի ընդ մարմնոյն : քանզի մարմին ըստ ինքեան ոչ կարէ կալ առանց հոգւոյ . եւ ոչ հոգի ննթանքայանայ առաջ քան զմարմինն :]

Մեծն գրիգոր Աստուածաբանն 'ի . լա . ճառ բողեան ճառին ասէ : Եգիպտ . զի մի յոք մոլցէ եւ ս այն անուղիղ եւ անտեղի մտածութիւն . եթէ հոգին յառաջ յայլուրեք յամեալ իցէ . եւ յետոյ կապակցի ընդ մարմնոյն :] Եւ յառա- Ե
ջագոյն բերելով զբանն դարձեալ ասէ
[illegible] այսպէս համարելն է՛ մեծ յիմա- 5
րութիւն եւ անտեղի . նա եւ օտար 'ի համարոյ եւ 'ի վարդապետութենէ եկեղեցւոյ :]

Մեծն գրիգոր նիւսացին 'ի ճառն յաղագս հոգւոյ եւ յարութե , ասէ : Եթէ ընդունելի լինէր . թէ հոգին առաջ քան զմարմնաւորին ընդ մարմնոյ կայցէ 'ի բնակութե ինն . հարկաւ որպէս աս պայստ էր ասել . թէ զօրութի ունին մոլոցածին չար կարծիքն այնոցիկ . որք ասեն զհոգիսս 'ի մարմինս արկանիլ վա մեղացն

ait, ne absurda etiam, ac præpostera cogitatio cuipiam obrepat; tanquàm anima alibi vsquàm versata sit, ac deindè corpori huic astricta fuerit. Et post pauca: *Sed quoniam hoc existimare, nimis stultum, & absurdum est, atque ab Ecclesiastica fide, & doctrina alienum*; &c.

Nyssenus in Disput. de Anima, & Resurrectione, post medium ait: *Si datum fuerit, quòd ante corpus in peculiari quadã statione anima viuat; omninò necesse est, vt absurdas illas sententias, & fictas opiniones eorum, qui propter vitiositatem animas in corpora deduci volunt, vires habere putemus*. Item in lib. de hominis opificio, cap. 28. & 29. ex proposito hũc errorem refellit: quarè caput ipsum 29. hoc exordio inchoat: *Cùm vnus, & idem homo sit, qui corpore, & animo constat; vnum esse, communeque tribuendum ei dicimus existendi principium: ne parte hac seipso prior, altera iunior sit, ac posterior*. Et infrà: *Animus adeò quemadmodùm ante corpus non existit; sic hominis initio sine animo corpus esse, dici verè nequit: vnum est vtriusque principium*. Hoc idem affirmat homil. 7. in Cant.

Ambrosius Tract. in Symb. Apostol. cap. 17. *Sed videamus*, inquit, *quidnam hæreticis respondendum sit, qui animam Adæ, aut portionem Dei esse volunt; aut antè eam factam, quàm eius corpus de terra fingeretur; quod prorsùs alienum à fide Catholica, & extraneum est. Scriptum est namq; quia formauit Deus hominem, puluerem accipiens de terra, & post plasma-*

tionem inspirauit in eo spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. quod ita esse, Euæ mulieris nos docet exemplum, quæ cùm de costa Adæ in mulierem formata esset, posteà animam à Deo accepit: quæ creationis forma vsque ad finem Mundi in nobis seruatur. Et infrà: *Nec prior est anima corpore; nec antè cōdita; nec ex Dei substantia; nec in corporeis, atque irrationabilibus creaturis, vt hæretici volunt, multo iam tempore nescio vbi fuisse, conuersata: quod vndè hauriant, non habent. Quotidiè ergo Deus Maiestatis in plasmatis iam corporibus animas facit, & infundit.*

Hieronymus in epist. ad Marcellinum, & Anapsychiam, vocat hanc secundam sententiam, *stultam persuasionem*. Item in epist. ad Pammachium contra Ioannem Ierosol., & lib. 3. Apologiæ aduersùs Ruffinū, ait: *Ecclesiasticū dogma esse, vt Deus quotidiè animas fabricetur.*

Cyrillus Alexandrinus lib. 1. in Ioan. cap. 9. *Non ergo*, inquit, *carni coniunguntur animæ, quia peccauerimus anteà, quippe qui antè corpus non fuimus.* Et infrà: *Si ergo pro operibus, quæ perperàm, aut contrà cum corpore gessimus, retributio fiet; nec vlla erit mentio eorum, quæ antè corpus probè, vel contrà fecerimus; quomodò ante corpus fuisse animam, audent dicere?*

Theodoretus in diuinorum decretorum Epitome, cap. de homine, sic ait: *Ecclesia autem, diuinæ Scripturæ credens, dicit, animam vnà cum corpore fuisse creatam.* Et infrà: *Rursùs autem etiam in legibus idem Propheta*

մեղացն իւրեանց ։] Եւ դարձեալ 'ի գիրսն
Զ յաղագս ստեղծման մարդոյ, 'ի . Իը . րդ''
6 գլխոյն յանդիմանէ զմոլորութիւն զաս_
տուածիկայս . և սկզբնաւորէ զգլուխն .
ԻԹ . րդ'' այսպիսի բանիւ ։ Եւ քանզի
մի և նոյն մարդ է . որ 'ի մարմնոյ և 'ի
հոգւոյ բաղկանայ . սակս այսորիկ մի
և նոյն ասեմք զոր զսկիզբն լինելութե
նորա . զի մի' հնարեսցի ըստ միոյ մասին
առաւելագոյն լինել . և ըստ միւսում
յետնագոյն ։ քանզի որպէս ոչ լինի հոգի
նախ քան զմարմին . նոյնպէս և ոչ սկիզբ
բնաւորն մարդ առանց հոգւոյ . զի
մի է սկիզբն լինելութե երկոցունցն .]

Սրբն ամբրոսիոս 'ի մեկնութե սբ
Է հաւատամքին , 'ի . Ժէ . րդ'' գլխոյն . ա_
7 սէ ։ Արդ՝ տեսցուք . Թէ զինչ պատաս
խանի պիտոյ է տալ հերձուածողացն
որք ասեն . Թէ հոգին ադամայ է մասն
Աստուածութեն . և կամ ստեղծեալ նախ
քան զստեղծումն մարմնոյն նորա 'ի
հողոյ . որ ամենևին օտար է յուղղա_
փառ հաւատոյն ։ քանզի գրեալ է .
եԹէ Աստծ առեալ զհողն 'ի յերկրէ , եւ
ստեղծ զմարդն . և զկնի ստեղծմանն
փչեաց 'ի նա շունչ կենդանի . և եղև
մարդն 'ի հոգի կենդանի ։ Եւ զի այս
այէս իսկ եղև . ցուցանէ օրինակն է_
Ը ւայի . որ նախ արարեալ եղև 'ի կո_
8 ղէն ադամայ . և յետոյ եառ զհոգին
յԱյ ։ Եւ այսպիսի կերպ ստեղծման
պահի 'ի մեզ մինչ և 'ի կատարած աշխ
արհի ։] Եւ զկնի դարձեալ ասէ ։ Այլ հո_
գին ոչ է նախկինագոյն քան զմարմին .
և ոչ նախ ստեղծեալ . և ոչ իսկ ինչ 'ի
գոյացութենէն այ . և ոչ բնակեալ
յայլ ուրեք 'ի մարմնաւոր և անբան
ստեղծուածս . որպէս կամին հերձուա_
ծողքն . որք ոչ ունին զկայութի ինչ .
ուստի կարիցեն առաքել զայդորիկ ։

ուսեմն ասպա՛ յնմ որ մծ մարգարէ՛ ի մէջ Ճ
հետապայեալ մարմինոյն ղհոգին ստեղ 9
ծանէ եւ հեղու ։]

Այլն ձեռագրեան ՛ի Թուղթն առ մարմինոյն եւ անապակելին, նոյն զոյն եղեալ Կարծիս, յիսուս հրամայալ ։ եւ ՛ի Թուղթն առ պատմեկհոս ասէ ։ Եհեղեցուց քանզ՛ ասել, Թէ մծ յամ որ ստեղծանէ զհոգիս ։]

Այլն կեւրեղ ասէ բաժնող թուղթն յաղ ուսերն գիրան ՛ի մէջ . Թ . եւս՛ գլխոն յոհանման ասէ ։ Հոգիք ոչ միասին ընդ մարմինն՛ այսու զի յառաջ
մեղանս ։ մծ զի նախ քան զմարմինն ոչ
էին ։] Եւ յետոյ գրէ ասէ ։ ԵԹէ հա ա
առուցումն լինէին մծ գործոյն ։ զոր գոր 1
ծէլ եւէ մարմնով , Թէ չար , կամ Թէ բարի ։ եւ ոչ լինի յիշումն գործոյն զորս գործեալ եւէ առաջ քան զմարմինս . զիմ՛որ եղեւն ասէ . Թէ հոգի եղեւ նախ քան զմարմինն ։]

Թէոդորիտոս ՛ի ճառն յերգ մծ այլն աստուածաբանուԹեան . որ ճառէ յերգս մեռոյ . ասէ ։ Եկեղեցին, հա՛ստատեալ մծ այլն գրոցն, ուսուցանէ . Թէ հոգին միանգամայն ընդ մարմնոյ
ստեղծեալ է՛ ։] Եւ յետ սակա՛ ուոյ
գրէ ասէ : Նախ առա՛ եւս մտքեւս՛ ի Բ
գիրսն օրինաց յայտնապէս ուսուցանէ. 2
Թէ նախ մարմինն կերպարանեալ . եւ յետոյ հոգին ստեղծանի . եւ պատուաստեղծէ ընդ մարմնոյն :]

ԵՐՐՈՐԴ

Ցուցանի պատճառօք . որ առեալ հանեալ ՛ի մէջ գրոց ։

Գլուխ . Ե.

Ադամայ . զի հոգին առաջին ոչ ստեղծաւ ընդ հրեշտակս.

եւ

pheta Moyses nos apertè docuit, quòd corpus priùs formatur, deindè procreatur, & inseritur anima.

PROBATVR IDEM TERTIO Rationibus, ex Scriptura sacra deductis.

§. V.

ADæ anima non fuit creata vnà cum Angelis, nec in Cælo, nec ante, sed post formationem corporis ipsius Adæ; dicente Scriptura Genesi 2. *Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum Vitæ, & factus est homo in animam Viuentem.* quem locum exponens Diuus Chrysostomus homilia 13. sic ait: *Sicut enim Cælum, & Terra, & Sol, & Luna, & cætera omnia formata sunt, & irrationabilia animalia; & post hæc homo, horum principatum suscepturus: ita & in hac hominis formatione priùs corpus producitur, & posteà anima, quæ dignior.* Igitur & aliorum hominum animæ non vnà cum Angelis, nec in Cælo, nec ante, sed post generationem corporum vniuscuiusque ipsarum creatæ sunt: nulla enim esse potest maior ratio de his, quàm de primi hominis anima.

Prætereà, si animæ creatæ fuissent à principio extra corpora, vtiq; per tot secula, quibus caruissent corpore, habuissent operationem aliquam intellectus, & voluntatis: ac proindè meritum, vel demeritum, contra id, quod ait Apostolus ad

C 2 Roman.

Roman. 9. *Cùm enim non dum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali.*

Præthereà, *Dei perfecta sunt opera*, Deutor. 32. ergò absurdum est asserere, vnam hominis partem, scilicet animam, factam esse à Deo initio Mundi; alteram, nempè corpus, fieri post multa secula, atque adeò Deum non modò fecisse aliquandò opus suum imperfectum; verùm etiam illud in eius esse imperfectò tandiù conseruasse.

Quòd autem anima non sit perfecta natura, manifestum est, tum ex suprà dictis contra priorem opinionem; tum quia anima non est totus homo, sed pars hominis naturalis; seu (vt definiuit Concilium Lateranense sub Leone X. sess. 8.) *est per se, & essentialiter forma humani corporis*, cum quo, vt cum materia, vnam hominis naturam componit. tum etiam quia, si anima sine corpore perfecta natura esset, quæri posset: vtrùm sua voluntate cum corpore vniretur, an aliena? Si aliena: certè cogeretur à superiori potestate in pœnam alicuius præcedentis peccati; qui est error Origenis suprà refutatus: vel saltem violenter maneret in corpore; neque nobis beneficium esset vita, sed pœna. Si sua voluntate: tria sequerentur absurda: primum, quòd frustrà velit coniungi cum corpore, dum in se perfecta natura est, nec indiget eius opera. secundum, quòd nunc, quasi mutata sententia, velit esse in corpore, cùm tot seculis manserit separata

եւ ոչ յեղեալ էին , եւ ոչ արարեալ բան ինչ բարի կամ
մինչ եւ ծնեալ : այլ զինչ մտօ . զի ասէ մով
սէս . եւ ստեղծ Տէր Աստուած զմարդն ՚ի հողոյ
երկրի . եւ փչեաց յերեսս նորա շունչ կենդա
նութեան . եւ եղեւ մարդն ՚ի հոգի կենդանի :]
Գ 3 Երրորդ զի սէր ամենակատար ՚ի Աստուծոյ .
Յգ . որ՞ ասէ . Աստուծոյ կատարեալ են գործք
նորա ; որ է՛ իմաստ , ստեղծ նախ
հոգին . եւ զկնի այլոյ մարմին , որ անպատեհ
էր , եւ անկատարութիւն ՚ի յԱստուծոյ : ...
եւ ՚ի յայսմ ստեղծ մարմին մարդոյ
անկատարութիւն . եւ յայտ է
զի , որ է՛ անկատարոյն :] Եւ զի որ
դ 4 քան եւ հոգին այլոյ մարդկային ոչ
ստեղծան ընդ հրեշտակս . եւ ոչ յետ
կենաց . եւ ոչ առաջ քան զմարմինն
իւրեանց : Եւ հոգի յայտ է՛ եղբարակացու
թիւն յառաջագոյն . քանզի ոչ է՛ հոգ
մարմնոյ պատճառ յոյժ դրութեան . քանզի
թէ յոյժ հոգւոյն նախաստեղծ մարմնոյ .

Ե 5 Երկրորդ . զի եթէ հոգիք ստեղ
ծեալ էին ՚ի սկզբանէ արարչութեան մար
մնոյն . ունէին արդեւք զնախագործու
թիւն ինչ մտաց եւ կամաց : արդ ասելով
կամ բարեգործ էին կամ որ . կամ չարա
գործ . ընդ դէմ առաքելոյն ՚ի պօղոսէ .
թէ մինչ չեւ ծնեալ էին . մինչ չեւ բարի
կամ չար գործեալ էին :]

Երրորդ . զի ՚ի գիրսն երկրորդ օրի
նացն , ՚ի ԼԲ . կող" գլխն գրեալ է՛ . թէ
այ գործք են կատարեալք :] Ուրեմն
արդ անդէպ է՛ ասել . թէ մի մասն
մարդոյ , որ է՛ հոգին , ստեղծաւ յայս
՚ի սկզբանէ արարածոյն . եւ միւսն ,
որ է՛ մարմին , լինիցի զկնի բազում չր
ջանաց ժամանակի : ուստի հետեւէր .
թէ ած ոչ միայն արարեալ էր զգործն
իւր՝ անկատար . այլ եւս թէ զնոյն
գործն պահեալ էր անկատար յայն
չափ երկար ժամանակս :

. ելեր. զհոգին լինել անկատար բը-
նութեամբ. յայս է՛ 'ի մերոգորելոցն ընդ Զ
դէմ առաջինն չար կարծեացն. Նաև և 6
զի հոգին ոչ է՛ բոլոր մեր. այլ բնական
մասն մարդոյ. և որպէս սահմանեցաւ
'ի սրբազնագոյն լատերանեցւոց, է՛ ըստ
էութեանն ձևոյ անեստ մարդկայնոյն
մարմնոյ։ ընդ որում, որպէս ընդունե-
թում, բնաւ ոչեցաւ բաղկացուցա-
նել զայն բնութեան մարդոյ։ Նաև և դարձ-
զի եթէ հոգին առանց մարմնոյն կա-
տարեալ էր բնութբ. կարէաք համա-
նել. մի՞թէ կամաւորապէս իջանէր
'ի մարմինն. կամ թէ ակամայ։ եթէ Է
ակամայ. ապա իջանէր ուժով և բը- 7
նադատեալ 'ի վերայազն զօրութե-
ումն այլ 'ի պատիժ մեղաց ինչ իւրոց.
որ է՛ որոգինէսին կարծիքն զոր 'ի վե-
րոյ անդրհամանեցաք. և կամ մնայր 'ի
մարմնի բռնութբ և ակամայ. վն ո-
րոյ կեալն մեր ոչ էր բարեբաղդութի.
այլ պատիժ։ եթէ իջանէր 'ի մարմինն
կամաւորապէս. յաստուստ երեք ան-
տեղիք հետևէին։ Նախ թէ 'ի զուր կա-
մեր միանալ ընդ մարմնոյ. մինչ ըստ
ինքեանն էր կատարեալ բնութիւն և
պէտս ոչ ունէր 'ի մարմնոյ անտի. երկ- Ը
րորդ՝ զի վն էր այժմ փոփոխեաց զդի- 8
տաւորութիւն իւր, և կամի կալ 'ի մար-
մնի. մինչ 'ի սկզբանէ և 'ի վաղընջուց
կեցաւ զատեալ 'ի մարմնոյ։ և երրորդ՝
զի մարթ լինէր, և դիպուածով պա-
տահէր. թէ միանգամայն յարայարէ-
ին երկու կամեցողութիւնքն. այս. մինն
հոգւոյն, որ էր վն իջանելոյ 'ի մարմինն.
և միւսն ծնողին, որ էր վն ծնանելոյ
զնոյն մարմին, և պատրաստելոյ ըզ-
նիւթն։

Բայց արդէնիսկ պարտիմք պա-
տասխանել առարկութեան վարդա-
նայ.

rata. tertium, quòd casu fiat, vt vno eodemque tempore cócurrat voluntas hominis, generantis corpus, seu disponentis materiam, cum voluntate animæ, descendere cupientis in illud.

Ad obiectionem Vartani, qua dicebat: Si Deus quotidiè nouas animas procrearet; sequeretur, quòd aliquid noui faceret post septimum diem, in quo, vt habetur Gen. 1. finẽ imposuit omnibus suis operibus: Respondetur cum S. Augustino in epist. 28. ad Hieron., Deum cessasse die septimo ab omni opere suo secũdùm speciem; quia deinceps nouam aliam rerum speciem non creauit; sed tantùm gubernauit eadem opera multiplicando indiuidua specierum, quas condiderat à principio. Cùm igitur Adami anima, quam creauerat sexto die, fuerit eiusdem speciei cum cæteris; non facit nunc Deus aliquid noui secundùm speciem, creando reliquas animas successiuè; sed solùm indiuidua eiusdẽ speciei multiplicat: maximè cùm id non faciat, nisi vt causa naturalis ad exigentiã naturæ, sic ab initio constitutæ. Nã, cùm principia generationis humanę produxit, hoc est, virum, & fœminam; eisque dixit: *Crescite, & multiplicamini:* tum naturæ ordinem ita constituit, vt quotiescunque corpus humanum fuisset in vtero matris sufficienter organizatum, continuò ad illud animandum inspiraretur anima: adeò vt pro miraculo habendũ sit, si anima corpori disposito, ac præparato, suo tempore desit.

VTRVM

նայ ։ որ ասէր․ զի եթէ ած յանմարմնոց կնոր հոգիս ստեղծանէր․ առաջի նմանէ իւր․ Թէ զնոր ինչ առնէր զհետ եւթներորդ աւուրն․ յորում գրեցաւ, Թէ ած հանգա_ ւեաց զգործ իւր․ եւ հանգեաւ ։ եւ որ պատասխանեմք ընդ սորայն օգոստի_ նոսի ի․ կբ․ երգ՝ Թուղթն առ ոսկեբերանն․ եԹէ ած հանգեաւ յամ գործոց իւրոց զոր առնէրոց․ ոչ զոր անհնարին նոյն առնելոցն ։ զի յետ Թներորդ օրէն նման ոչ արար զայլ նոր առարկ իրաց․ այլ միայն պահեաց զարարեալ ՚ի սկզբանէ զանօսակսն, բազմացուցանելով նմանեաւ աւելս զանհնար նորա․ զի մի առարկեն կա_ րրնչէին ։ աւնդ՝ քանզի հոգիքն մեր ոչ առարէերին առարկան ՚ի հաշուոյն առաւելոյ․ սակս այսորիկ ած ստեղծանելով այժմիկ զայլ հոգիս, ոչ ստեղծանէ զնոր ինչ բնա առարկի․ այլ միայն բազմացուցանէ զանհնար նորին առարկին, զոր ստեղծն ՚ի սկզբանէ․ զի մի կորընչեցի արարեալն ՚ի սկզբանէ մարդկային առարկն ։ ըմանա_ ւանդ՝ զի ած առնէ զայդ ըստ բնակին պատճառ, եւ ՚ի խնդրոյ բնուԹն․ որ այդ_ պէս հաստատեցաւ ՚ի սկզբանէ ։ քանզի յորժամ նախապէս եստեղծ ած զսերմ բունս մարդկային սեռին․ յր․ զայր եւ զկին․ եւ ասացն ոգին․ աճեցէք եւ բազմացա_ րուք․ յայնժամ զկարգ բնուԹն այնպէս հաստատեաց․ որպէս զի երբ լինի մար մնոյն բաւականաբար կերպացեալ ՚ի յորովայնի մօրն ․ փաւԹով հոգին փչեսցի առ ՚ի կենդանացուցանել զնա ․ մինչ զի պարտ եղէ համարել ոչ անջելի․ եԹէ ՚ի մէջ բա նական տրամադրուԹէք պատրաստեալ մարմնոյ ոչ լինի առաժամայն ստեղծեալ հոգի ․

ՄԻ՞ ԹԷ ՀՈԳԻՔ ԲԱՆԱԿԱՆՔ ՍԵՐՄԱՆԱԿԱՆԻՆ

'ի սերմանէ կամ 'ի հոգւոյ
ծնողաց .

ԵՐԿՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Առաջերկն երկու կարծիք , և լուծումն
վիճաբանութեան :

Պրակն . ա .

VTRVM ANIMAE RATIONALES

Traducantur ex parentum propagine.

QVAESTIO INTER ARMENIOS SECVNDA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quaestionis.

§. I.

ա 1 Սահմանեն ոմանք հերձուածողք . և մանաւանդ զայս ուսուցանէ երևեցեալն 'ի մէջ հայոց մի վարդապետ . Մխիթար կոչեցեալ . որպէս վկայէ գիրքն . զոր առաքեալ էր բենեդիկտոս պապն առ այս քայն հայոց լևոն . յորում ասի այսպէս : Լուաք . եթէ մի ոմն վարդապետ հայոց Մխիթար անուն՝ ուսուցանէ . թէ մարդկային հոգիք ծնանին 'ի հոգւոյն ծնողաց . որպէս և մարմինքն 'ի մարմնոց : Եւ եթէ մի ինչ զաւակուն հայոց զհետ երթայ զկնի ուսման նորին վարդապետին . զոր

AFFIRMANT ex Armenijs nonnulli, ac in primis Mekhitarius, prout in libello Benedicti Papæ suprà * citato, cap. 5. refertur his verbis: *Quidam Magister Armeniorum, Vocatus Mekhitarius, qui interpretatur Paraclitus, de nouo introduxit, & docuit, quòd anima humana filij propagatur ab anima patris sui, sicut corpus à corpore; quia cùm animæ rationales sint quedã lumina spiritualia, ex scipsis propagant alia lumina spiritualia. & in hoc sequun-*

* Vide in quæst. 1 §. 1. num. 3.

quuntur eum quasi omnes de Prouincia Argicìensi, quæ est magna Prouincia, continens septem dietas. Alij verò Armeni non dicunt hoc, sed quòd Deus omnes animas creat. Et Armeni de dicta Prouincia habent illum Mekhitarium pro sancto. Hæc ibi.

Eiusdem erroris auctor fuit Tertullianus lib. de Anima, cap. 27. & alibi: vbi animas hominum fieri docet ex traduce, seù à parentibus propagari; hoc est, animam filij traduci, ac produci ex anima parentis, quemadmodùm ex corpore corpus: quem sequuti sunt posteà Apollinaris, multique Occidentales, vt testatur D. Hieronymus in epist. ad Marcellinum, & Anaps. Attributum etiã fuisse Luciferianis, refert S. Augustinus lib. de hæres. cap. 81. ac denique Armenijs, tradunt præterea Guido Carmel. in Sum. hæres. de Arm. err. 4. Coccius in Thesauro, tom. 2. lib. 1 c. art. 8. & Thomas à Iesu lib. 7. de Conuers. Gent. cap. 23. quamuis haud alius mihi Armenus occurrerit, huiusmodi errore implicitus, præter vnum Simonẽ Ciulfaensem, de quo suprà retuli in præterita quæstione, §. 1.

NEgant verò reliqui Armeni Patres, alijque omnes Catholici, præsertim Scholastici, qui hunc errorem reijciunt cum Magistro sentẽtiarum lib. 2. dist. 17. & 18. & sanctus Thomas in 1. par. quæst. 118. art. 2. hæresim eum appellat. Quarè meritò damnatus posteà fuit in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 8. vbi definitum est, *Animas singulas singulis hominibus creari, & infundi à Deo.*

զոր պատուեն իբրև զսուրբ : և այլն :]

Բ
2 . Այլն, հանգոյն մոլորեցաւ Թերտուղիանոս ՚ի գիրսն յաղագս հոգւոյ, ՚ի ԻԷ . երդ՝ գլխն . յորում ուսուցանէ, զհոգիսն մարդկան ծնանիլ և ցեղիլ ՚ի ծնողացն . որպէս զմարմինս ի՛ էրեանց : Եւ նոյն մոլորութենն ընկալեալ եղև յապողինարէ, և յայլոց հերձուածողաց որոց վկայէ սբն Երոնիմոս ՚ի թուղթն առ մարկելինոս և անաբսիկիոս : Եւ այլ և ումանք գրեցին, զհայս ունել այժմ զխոստովանս զայս : բայց սուտ գրեցին ամենևին . զի հայք հաւատան ընդհանուր ուղղափառաց, թէ բանական հոգին

Գ
Ժ 10 *tio defunctos, à Gehenna Christus liberauit: quomodò ipse inquit: tolerabiliùs erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum? quod certè significat, puniendos quidem illos omninò, quamuis remissiùs.* Et paulò post subdit: *Si post mortem infideles reduci ad fidem possunt, atque saluari; nullus unquàm peribit. poterunt enim homines tunc pœnitentiã agere, &c. Fugiamus ergo tales opiniones, fabulas certè aniles, atque Iudaicas. ipsum audiamus Paulum de his differentem: Quicunq; enim,*
Ժա 11 *ait, sine lege peccauerunt, sine lege etiã peribunt: quod de his, qui ante legem fuerunt, protulit. Et quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: id iam de his, qui post Moysen fuerunt, omnibus dicit.*

Hieronymus in illud Oseæ 13. *Ipse diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis,* inquit: *Vasa desiderabilia, quæ in thesauro retinebantur Inferni, Sanctos intelligimus; quos alligatos à Forte Dominus eripuit, & rapuit, & tulit de Inferis; & quasi vasa pretiosissima secum perduxit in Paradisum.*
Ժբ 12 Item in illud Apostoli ad Ephes. 4. *Descendit in inferiora terræ,* sic ait: *Inferiora autem terræ, Infernus accipitur; ad quem Dominus, Saluatorque descendit, vt Sanctorum animas, quæ ibi tenebantur inclusæ, secum ad Cælos victor abduceret. Vndè & post resurrectionem eius plurima corpora Iustorum in sancta Ciuitate visa sunt.*

Augustinus lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 15. *Non absurdè,* inquit, *credi videtur, antiquos etiam Sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem, locis*

qui-

quidem à tormentis impiorũ remotissimis, sed apud Inferos fuisse; donec eos indè sanguis Christi, & ad ea loca descensus erueret. Item lib. de hæresibus, num. 79. inter alias hæreses hãc etiam enumerat, dicens; *Alia est heresis eorum, qui descendente ad Inferos Christo, credidisse incredulos, & omnes indè existimant liberatos.*

Cyrillus Alexandrinus in Isaiam lib. 1. cap. 5. super illud: *Dilatauit Infernus animam suam*, inquit: *Sin verò dicat aliquis, Iudæos, impiè, sceleratèque viuentes, perijsse, & veluti ad Inferos concessisse; propterèaquòd per Christum ad vitam reuocati non fuerint, exemplo eorum, qui in eum crediderant* (hoc est, Iustorum); *is neutiquàm à vero aberrauerit: nam & hoc eis accidit.*

այսմիկ ։ Փոխանակ նոցա որոց յանկարծա-
կին. որք պատժեցան եւ ի պատանս դժո-
13 խոց. խնամակալք դառն բերան. զորս ի հրա-
բէն կոտորեալսն տէրն կործանեալ. եւ վերա
ծեալ ՛ի դժոխոցն. եւ բերել զանօթս
պատուական կենաց ընդ ծնեալսն յայս
բայսութիւն եղելոց ։] Եւ դարձեալ մեկնե
լով զբանն առաքելոյն առ Եփեսացիս.
Թէ էջ նախ ՛ի ստորինս կողմ երկրի. աս
է ։ Էջ ՛ի ստորինս կողմանս երկրի դժո
խոյ խնամակալ. առ որ անէրն եւ փրկիչն
մեր էջ. զի յաղթելով սատանայի ած-
ցէ ընդ ինքեանն յերկինս զհոգիսն որ
քոց. որք էին անդ կալանաւորք ։ Աս
տի եւ յետ յարութեան նորա քաղցրու-
14 մարմինք արդարոցն ննջեցեալ եղեն ՛ի
սբ քաղաքին ։]

Սէն ողոստինոս ՛ի. ի. երդ՛՛ գիրսն, որ յաղգս քաղաքին այ. ՛ի ԺԵ. երդ՛՛ գլխին ասէ ։ Բաւական թուի հաւատալ. եթէ նախնիքն սուրբքն. որք ընկալեան զհաւատն առաջապէս գալստեան քն. էին առդեռ ՛ի դժոխս. բայց ՛ի անդորոյ տեղւոջ ; որ սա քահիցեալ եր ՛ի չարչարանացն ամբարշտաց ; յուսով փրկեաց զնոսա մեր ՛ի ձեռն պատուական արեանն իւրոյ ։] Եւ դարձեալ ՛ի գիրսն յաղգս հերձուածոց ; . ՇԹ. երդ՛՛ Թիւն, ասէ ։ Եւ յաղ այլ հերձուածողութիւն է՛ նոցա. որք կարծեն. թէ յորժամ քն էջն ՛ի դժոխս. հաւատացին անդ անհաւատքն. եւ ամենեքեանն անտի ազղատեցան ։] .

Սէն կիւրեղ աղեքսանդրացին յառաջին գիրսն մեկնութեան եսայեայ. ՛ի վերայ այսր բանի ասէ ՛ի. Ե. երդ՛՛ գլխին. թէ լայնեցին դժոխք զանձինս իւրեանց. դրէ այսպէս ։ Եթէ ոմն ասիցէ. թէ հրէայքն չարաչար եւ ամբարշտաբար կենալով կորեան. եւ ՛ի դժոխս իջին. եւ ոչ հանեալ եղեն ՛ի կեանս ՛ի քն ընդ այլոսին, որք առաջ հաւատացեալ էին ՛ի նա ։ նա ոչ մոլորի ՛ի ճշմարտութենէ. զի այդպէս հանդիպեցաւ նոցա ։]

ԵՐՐՈՐԴ

Յուցանի 'ի ձեռն պատճառաց, որք մակաբերեալ 'ի սբ գրոց ։

Պրակք . Դ ։

[illegible]

ա 1 *SVADETVR TERTIO*
Rationibus, ex Scriptura
sacra deductis.

§. IV.

PRima ratio est: Si Christus etiã
impios ab Inferis liberasset; se-
queretur, damnatorum pœnas non
esse perpetuas, sed temporales. nã,
vt latè probabimus in sexta quæstio-
ne, animas impiorum non remanẽt
impunitæ vsque ad vniuersale Iudi-
cium, sed mox, vt è corporibus mi-
բ 2 grant, incipiunt pœnas sibi debitas
luere, iuxtà illud Ecclesiastici 11.
Facile est coram Deo in die obitus retri-
buere vnicuique secundùm vias suas.
Et, quod præcipuè spectat ad pœnas
damnatorum, qui ante Christi paf-
sionem mortui, in Inferno detine-
bantur, sufficiat nunc testimonium
Redemptoris, qui Luc. 16. referens
historiam Diuitis epulonis, ait:
Mortuus est autem, & diues, & se-
pultus est in Inferno. eleuans autem
գ 3 *oculos suos, cùm esset in tormentis, vi-*
dit Abraham à longè, & Lazarum in
sinu eius; & ipse clamans dixit: Pater
Abraham miserere mei, & mitte La-
zarum, vt intingat extremum digiti
sui in aquam, & refrigeret linguam
meam, quia crucior in hac flamma.
Si ergo improbi, qui in Inferno cru-
ciabantur, liberati essent à Christo,
cùm illuc descendit; certè illorum
cruciatus non fuisset perpetui. Quòd
autem pœnæ damnatorum perpetuę
sint, & non temporales, vt error fuit
Origenis,

TESTANTVR primò sacræ Scripturæ: Iob 10. *Dimitte ergo me, vt plangam paululũ dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine; terram miseriæ, & tenebrarum; vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.*

Isaiæ 66. *Et egredientur, & videbunt cadauera virorum, qui præuaricati sunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.*

Ezechielis 26. *Cùm adduxero super te abyssum, & operuerint te aqua multæ, & detraxero te cum his, qui descendunt in lacum, ad populum sempiternum.* Et infrà: *Ad nihilum redigam te, & non eris; & requisita non inuenies in sempiternum, dicit Dominus Deus.* Vbi dicuntur damnati populus sempiternus; & etiam, quòd non erunt, nec inuenientur in sempiternum; non quòd esse desistant, sed quòd Deo non viuant; eumque perdiderunt in æternum, qui dixit: *Ego sum vita.*

Matth. 3. *Paleas autem* (hoc est, peccatores) *comburet igne inextinguibili.* Et cap. 25. *Ite maledicti in ignẽ æternum.* Et ne dicatur, ignis esse quidem æternus, non autem mansio in igne; subditur: *Et ibunt hi in supplicium æternum; iusti autem in vitam æternam.*

Marci 9. *Bonum est tibi, claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in Gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis corũ*

non

Գ 4 Նախ ևս զայս վկայեն ս՟ր գիրքն · զի ասէ յոբ 'ի . Ժ . երգ՟ գլխն · Թոյլ տուր ինձ սակաւ մի հանգչել · մինչև երթեալ այլ ոչ ևս դարձայց ես · յերկիր խաւարին և 'ի մթին · յերկիր աղջամղջին յաւիտենականին :]

Դարձեալ ասէ եսայեա 'ի յետին գլխն · Եւ ելցեն · և տեսցեն զոսկերս մարդկանն որ ես յանցուցելոց · զի որդն նոցա ոչ շիջցի :]

Ե 5 Դարձեալ ասէ եզեկիել 'ի . Իզ . երգ՟ գլխն : Յորժամ ածիցեմ 'ի վր՟ քո զանդունդս · և ծածկեսցեն զքեզ ջուրք բազումք · և արկանիցեմ զքեզ ընդ այնոսիկ · որք իջանեն 'ի գուբ առ ժողովուրդ մշտնջենաւոր :] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ : Եւ ոչինչ հասուցից զքեզ · և ոչ լինիցիս · և խնդրեալ ոչ գտանիցիս յաւիտեանս · ասէ տէր ա՟ծ :] Կոչին աստ դատապարտեալքն ժողովուրդ մշտնջենաւոր · և թէ ոչ լինիցին մինչև ցյաւիտեանս : ոչ թէ թողուցուն զլինելն · այլ զի ոչ կեցցեն այ · և զի կորուսին յաւիտեանս զայն · որ ասաց · ես եմ կեանք :

Զ 6 Դարձեալ ասէ քս՟ 'ի մատթէի երրորդ գլխն : Եւ զարդն (. այս ինքն . զմեղաւորս) այրեսցէ անշէջ հրով :] Եւ 'ի . Իե . երգ՟ գլխն ասէ · Երթայք յինէն անիծեալք 'ի հուրն յաւիտենից :] Եւ զի մի ոք ասիցէ · զհուրն զոլ յաւիտենական · այլ ոչ զհրոյ պատիժն · վերստին ասէ · Եւ երթիցեն նոքա 'ի տանջանս յաւիտենականս :]

Դարձեալ ասէ տէրն 'ի մարկոսի . Թ . երգ՟ գլխն : Լաւ՟ իցէ քեզ կաղ 'ի կեանս մտանել · քան զերկուս ոտս ունել · և արկանել 'ի գեհենն անշէջ հրոյ · ուր որդն նոցա ոչ մեռանի · և հուրն նոցա ոչ շիջանի ·] Եւ մատթ . Ժը . երգ՟ գլխն : քան թէ երկուս ձեռս և երկուս

ոտս

ոտս ունիցիս ՝ի հուրն յաւիտենից ։]

Է 7 Որպէս՝ ասէ սբ առաքեալն յուդա ՝ի կաթուղիկեայ թղթին։ Որպէս զսոդոմ եւ զգոմոր. եւ որ շուրջ զնոքօք քաղաքն. որ ըստ նմին օրինակի պոռնկեցան զհետ ընթերցեալ մարմնոյ. կան առաջի օրինակ. զի յաւիտենական հրոյն ընկալեալ դատաստան ։]

Որպէս՝ ասէ պօղոս յառաքելն երկրորդ թղթոյն առ թեսաղոնիկեցիս. ՝Ի բոց հրոյ առնուլ վրէժ յայնցանէ. որք ոչ ճանաչեն զած. եւ որ ոչ հնազանդեցին աւետարանին տն մերոյ յի քի ։ որք տուժեսցին վրէժ ՝ի սատակումն յաւիտենից։]

Ը 8 Որպէս՝ ասէ յոհաննէս ՝ի տեսլեան .Ի. երդ գլխն։ Եւ արկեալ կոստամ ՝ի ծովն հրոյ եւ ծծմբոյ. ուր էր գազանն եւ սուտ մարգարէն. եւ չարչարեսցին զտիւ եւ զգիշեր յաւիտեանս յաւիտենից։]

ԵՐԿՐՈՐԴ՝ զայսն զայս վկայեն ամ սբ հարք։ բայց բաւական ացէ՝ ՚ի նոցանէ յայսմ հաստատուն վկայութիւն. մանաւանդ նոքա ՝ի վերայ այսր բանիս. որ յեկեղեցին են յոյժ յայտնի են։

Թ 9 Սբն աթանաս ՝ի գիրսն ՝յղգա համագորութեան ամենայն երրորդութեան. ասէ ։ Զիարդ հնար իցէ. թէ ամ մեղք եւ ամ հայհոյութիւն թողցին մարդկան ։ Եւ եթէ թողցին ՝ի հանդերձեալ կեանսն. ընդէ՞ր տանջի տառապեալն հարկանի թշուառականն որոգինէս. որ զվախճան տանջանացն յաւիտենից ժամանակի. եւ զթողութիւն քաւողութեան ընդ մարդկան եւ դիւաց։]

Սբն եփրեմ խորին ասորոյ ՝ի ճառն յորս ննջեցելոցն ասէ ՝ի դիմաց մեռե-

լոցն

non moritur, & ignis non extinguetur. Et Matth 18. *quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum.*

Iudæ Apost. epist. cathol. *Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ Ciuitates, simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes.*

2. Ad Thessal. 1. *Qui in flamma ignis dat vindictam ijs, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euãgelio Domini nostri Iesu Christi; qui pœnas dabunt in interitu æternas.*

Apoc. 20. *Diabolus, qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis, & sulphuris; vbi Bestia, & Pseudopropheta cruciabuntur die, ac nocte in sæcula sæculorum.*

TESTANTVR hoc idem secũdò sancti Patres vniuersi; sed Armenijs hi pauci sufficiant pro re, in Ecclesia Dei tam certa, & explorata.

Athanasius in lib. de naturali cõmunione similis essentiæ inter personas diuinas: *Quomodò*, inquit, *fieri potest, vt omne peccatum, & omnis blasphemia remittatur hominibus? aut si remittuntur hominibus in futuro sæculo, cur ob id miser vapulat Origenes; finem aliquem pœnarum constituens; ac tandem remissionem peccatorum hominibus pariter, & Dæmonibus à Deo concedi, prædicans.*

Ephrem Syrus in Serm. de ijs, qui in Christo obdormierunt, in persona defunctorum sic ait; *Quocirca deinceps ne vos ipsos fallatis; sed à nobis, qui vos precessimus, & in sepul-*

G 2 *chro*

chro nunc sumus, edocti resipiscite, & firmiter credite, apud Inferos iudiciũ esse, & sine fine supplicium.

Basilius in Orat. 4. de Pœnitentia: *O perditum meum consilium!* ait, *propter breuem, ac menstruam peccati voluptatem, in perpetuum omni genere cruciatus, atque supplicij torquebor: propter carnis illecebras in ignem æternum tradar.* Item Orat. 23. de futuro Iudicio: *Hæc, & talia cùm sacræ litteræ dicant, Vnum omnino illud est ex insidijs, & calliditate Diaboli; quòd cùm multos homines tantæ, ac tales Domini sententiæ prætereant, finem supplicij, vt audentiores ad peccandũ sint, sibi ipsis proponunt. Quòd si aliquandò supplicij æterni erit finis, erit profectò & vitæ æternæ. Si hoc de vita statuere nolumus, quomodò amabò rationi erit consentaneum, æterno supplicio finem statuere velle?*

Chrysostomus homil. 9. in cap. 3. epistolæ 1. ad Cor. in princ. *Quòd ignis,* inquit, *non habeat quidem finem, & Christus pronunciauit, & Paulus quoque id dicit, ostendens immortale supplicium; & quòd peccatores dabunt pœnas exitiosas, & æternas.* Item homil. in Psal. 49. *Non longitudo temporis mollit dolorem, quomodò enim, cùm flamma perpetuò impẽdeat? non spes liberationis: est enim æternũ supplicium.*

Cyrillus Alexan. in Orat. de exitu animæ in princ. *Metuo,* inquit, *seuerissimas pœnas: metuo supplicium, finem non habens.* Et infrà: *O Deus, æqua sunt opera tua, & iustum iudicium, & rectæ viæ, & obscurissima*

consi-

Ժ լոցն այսպէս: Աշխրհ՛ այսուհետեւ մեռ
10 խաւէսք, այլ ուսեալք ՚ի մէնջ. որ դժոխք տանջելոց. եւ այժմ ՚ի գերեզմանի եմք. խնայեցէք. եւ հաստատութեամբ հաւատացէք. զի ՚ի դժոխս դատաստան է. եւ պատիժ անվախճան:]

Մեծն Բարսեղ չորրորդ ճառին յաղագս ապաշխարութեան ասէ: Ո՛ կորուսեալ խորհուրդ իմ. վասն առժամեայն եւ վաղանցուկ հեշտութեան մեղաց չարչարել լինեցիմ յաւիտենական պատժոք: Վասն վաշխարու բաղձանաց մարմնոյ ակնկալեալ ՚ի հուրն յաւիտենից:] Եւ դարձեալ ՚ի. իգ. րդ՛՛ ճառն յաղագս հանդերձեալ դատաստանին ասէ: Թէպէտ եւ զայս ասեն
Ժա սբ գիրքն. սակայն բաղում մարդիկ
11 ՚ի խաբէութենէ սատանայի անփոյթ առնելով զայսչափ վկայութիւնս սուրբ գրոց. ՚ի միտս իւրեանց կացուցանեն զվերջն պատժոց: Բայց եթէ յաւիտենական պատժոց վերջն իցէ երբէք, ապա եւ յաւիտենական կենացն վերջն լինիցի: Իսկ եթէ կենացն ոչ կամիմք հաստատել զայս, զիարդ բանական լիցի վերջն հաստատել յաւիտենական պատժոյն:]

Մեծն Ոսկեբերան յ. Թ. երդ՛՛ ճառին ՚ի վր երրորդ գլխոյն առաջին Թղ
Ժբ Թոյն առ կորնթացիս. ասէ: Եւ զի
12 հուրն ոչ ունի վերջն. քս եցոյց. եւ պօղոս եւս ասէ. անմահ ցուցանելով զպատիժն. եւ թէ մեղաւորքն տայցեն վրէժ ՚ի սատակումն յաւիտենից:] Եւ դարձեալ ՚ի մեկնութեան, ԽԹ. երդ՛՛ սաղմոսին ասէ: Ոչ երկարութիւն ժամանակին թուլացուցանէ զցաւն: Եւ զիարդ. եթէ տապն մշտնջենաւոր է: ոչ զոյ յոյս ազատութեան. զի տանջանքն յաւիտենական է:

Մեծն Կիւրեղ աղեքսանդրացին ՚ի ճառն յաղագս անջատման հոգւոյն ասէ:

Երկ

Երկնչիմ ՚ի սաստկագոյն պատժոցն ։
Երկնչիմ յանվախճան տանջանացն ։] Ֆգ
Եւ ՚ի ներբողեան դ.րձ̃ ասէ ։ Ո՜վ տէր՝ երա- 13
նի են գործքն . եւ արդար դատաստա-
նն . եւ ուղիղ ճանապարհ . եւ խորհուրդ
խորհրդոց վ̃ն սակաւ մեղաց հեշտու-
թէ չարչարեցիմ յաւիտեան ։]

Եւ դարձեալ՝ յիշատակեն զորոգի-
նեսին մոլորութ̃իւ զայս . եւ յանդիմա-
նեն յանդիմանեն զնա՝ որք եպիփան
՚ի Թուղթն առ յոհան երուսաղեմա-
ցին . որն ճերոնիմոս ՚ի մեկնութե̃ երրոր-
դ գլխոյն յովնանու . որն օգոստինոս
՚ի գիրսն . ԻԵ . երդ" յԺէ քաղաքէն այ . Ֆգ
եւ որն գրիգոր հռոմայ հայրապետն
յ . Թ . երդ" գիրսն վարքականաց . 14

ԵՐՐՈՐԴ՝ զնոյն վկայէ հա-
յոց եկեղեցին . որ ՚ի դաւանութե̃ հա-
ւատոյ յանձոր ասէ այսպէս ։ Հաւա-
տամք եւ հատուցումն գործոց . ար-
դարոց կեանք յաւ̃ յաւիտենականս . եւ մե-
ղաւորաց տանջանք յաւ̃ յաւիտենականս ։]
Արդ զն որոյ սուտ գրեցին ասելով նոքա
թէ հայք յաւ̃ յաւիտենականս ոչ համարեն
զչարչարանս դատապարտելոցն . եւ
պատմեաւ եղեւ այս . զի ասեն ՚ի հայոց
չարչարեցին . թէ քն առաքելոց ՚ի դա- Ֆէ
նոյն զնոյն հոգւոյն եւ դատապարտե-
լոցն . որք հանդերձ մեծ աստուածն ՚ի 15
չարչարանս են ։

Եւ որք՝ յանդիմանեն ասեն . եւ ա-
սեն . զնոցա տանջանս զոլ յաւիտենական .
որք ոչ արարին ողորմութիւն . բայց
սատուցանելոյն յակոբու առաքելոյն յերկրո-
րդ գլխն թղթոյն կաթողիկէ . թէ անողորմ
դատաստան լինելոց է այնմ , որ ոչ
արար ողորմութի .] բայց՝ որ արար
ողորմութիւն . թէպէտ եւ չար եղէ եւ
՚ի մէջ մեղաց կեցեալ . սակայն դատաստա-
նանն այնպիսոյն ընդ ողորմութեանն
լինե

consilia: propter breuem peccati fruitionem in æternum torqueor.

Denique eundem Origenis errorem referunt, ac refellunt, Epiphanius in epist. ad Ioannem Ierosolymitanum; Hieronymus in cap. 3. Ionæ; Augustinus lib. 25. de Ciuit. Dei, à cap. 17. vsque ad cap. 26. & Gregorius Papa libro 9. Moral. cap. 45. & 46. & lib. 34. cap. 12. & 13.

TESTATVR hoc tertiò Armena ipsa Ecclesia, quæ in fidei professione, quam eius populus quotidiè in Templo clara voce pronunciat, hæc post alia subijcit: *Credimus operum retributionem iustis quidem esse Vitam æternam; peccatoribus autem cruciatus æternos.* Quarè de duobus alterutrum valdè miror: aut falsa retulisse Authores, cùm scripserunt in locis supra citatis à principio, Armenam gentē asserere, Inferni pœnam non esse perpetuam; aut inueniri potuisse Armenios adeò inconsultos, vt eos profiterentur errores, quos ipsorum adhuc Ecclesia in fidei professione condemnat.

Instant porrò nonnulli, dicētes, illorum quidem damnatorum pœnas esse perpetuas, qui eleemosynas non fecissent; secùs autem eorum, qui misericordes fuerunt. Idque primò confirmant ex illo Iacobi 2. *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam.* Qui ergo fecerit, inquiunt, quamuis mores in meliùs non mutauerit, sed inter ipsas suas eleemosynas nefariè, ac nequiter vixerit, iudicium illi cum misericordia ita futurum est, vt post aliquod tempus

pus punitionis ab illa damnatione liberetur. Secundò ex eo, quòd in die iudicij examen duntaxàt fieri videtur de eleemosyna: dum dicitur Matth. 25. *Esuriui, & non dedistis mihi manducare; sitiui, & non dedistis mihi potum*, &c. Nec deest, qui censeat, Armenicam Nationem hac de causa impensiùs, quàm reliqui Christiani, eleemosynarum largitionibus, alijsq; pietatis, ac misericordiæ operibus deditam esse.

Sed hos redarguit S. Augustinus in Enchiridio, c. 75., & 76. ac prętereà in lib. 2. de Ciuit. Dei, cap. 27. vbi ait: *Qui ergo dignas pro suis peccatis eleemosynas facit, priùs eas facere incipiat à se ipso, indignum est enim, Vt in se non faciat, qui facit in proximum, cùm audiat: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum: itemque audiat: miserere animæ tuæ placens Deo. Hanc ergo eleemosynam, id est, Vt Deo placeat, non faciens animæ suæ, quomodò dignas pro peccatis suis eleemosynas facere dicendus est? ad hoc enim & illud scriptum est: Qui sibi malignus est, cui bonus erit?* Et infrà: *Si enim Christiano esurienti panem tanquàm Christo darent; profectò sibi panem iustitiæ, quod ipse Christus est, non negarent: quoniam Deus non cui detur, sed quo animo detur, attendit. Qui ergo Christum diligit in Christiano, hoc animo ei porrigit eleemosynam, quo accedit ad Christum, non quo Vult recedere impunitus à Christo.*

Itaque Deus ad iustificationem, & salutem impij alia multa requirit præter eleemosynam. Siquidem Lu-

Matth. 22. Ecclis. 30. Ecclis. 14.

լինելոց է. զի յետ ժամանակաց նոյն
Ժզ չարչարանաց ազատեալ լինիցի ՚ի դա-
16 տապարտութենէն: Եւ միանամ անդ՝ զի
յաւուրն դատաստանին քննութիւնն
թուի թէ լինիցի միայն ՚ի վերայ ողոր-
մութե. մինչ ասի. թէ քաղցեայ. եւ
ոչ ետուք ինձ ուտել: ծարաւեցի. եւ
ոչ արբուցէք զիս: եւ այլն: Եւ ոմն որոյ
ասեն տմանք. թէ սակս այսր պատ-
ճառի հայք յոյժ օժարեն առաւ ողոր-
մութիւն առնել քան զայլ ազգս քրիս-
տոնէից:

Բայց ընդդէմ այդպիսեաց յանդի-
մանողացն գրէ սբն օգոստինոս ՚ի գիր-
Ժէ սն էնքիրիտոնին. ՟Հե. եւ ՟Հզ. գլխն. նաեւ
17 լով: Որ ոք կամի զարժանաւոր ողոր-
մութիւն առնել վն մեղաց իւրոց. նախ
սկսանիցի առնել զայն ինքեան իւրե-
ամբ: քանզի անպատշաճ է՛, ոչ առնել
անձինն իւրում զոր առնէ ընկերին.
երբ լսէ. թէ սիրեսցես զընկեր քո
իբրեւ զանձն քո: Եւ դարձեալ լսէ. թէ
ողորմեա հոգւոյդ քում հաճոյ լինե-
լով այ: Արդ զայսպիսի ողորմութիւն
ոչ առնելով հոգւոյն իւրում. զի՞ հաճ-
ոյ լինելով այ. զիարդ կարիցէ զար-
ժանաւոր ողորմութիւն առնել վն մե-
Ժը ղացն իւրոց: սակս այսորիկ եւ այն
18 գրեցաւ. թէ որ անձինն իւրում չար
է՛. այլում բարիս ոչ կարէ լինել:] Եւ
զկնի սակաւուց դարձեալ ասէ օգոստինոս:
Քանզի եթէ քաղցելոյ քրիստոնէի
իբրեւ քի, տային զհացն, ոչ արգելուք
ուրանային անձինն իւրում զհացն ար-
դարութե. որ է՛ ինքն քս: զի այ ոչ
նայի ում տացի. այլ որպիսի մտօք
տացի: Բայց արդ՝ որ զքրիստոնեայսն
սիրէ վն քի. այնպիսի մտօք տայ նմա
ողորմութիւն. որով մերձենայ առ քս.
այլ ոչ որով կամիցի փախչել անդ-րէն ան-

պատու

պատժեալ 'ի քէն :] մինչ և ցաստ օգտա ԺԹ
ակնեա : 19

Ուրեմն ասա՛ զայլ բազում ինչ
բայց յողորմութենէն խնդրէ ած . որպս
զի արդարասցի մեղաւորն, և փրկեսցի : ուստի 'ի Ղուկաս . Ժգ . րդ" գլխն
ասէ . Եթէ ոչ ապաշխարիցէք . ամենեքեան նոյնպէս կորնչիցիք :] Եւ յառա
ջին Թղթոյն առ Կորնթացիս . Ժգ . րդ"
գլխոյն ասէ պօղոս . եթէ ջամբեցից զամն
ինչս իմ աղքատաց . և սէր ոչ ունիցիմ . ոչինչ օգտիմ :] իսկ զորպիսի սէր
ունի . որ առնելով ողորմութիւն, ոչ
երկնչի մեղօք անարգել զած . և յետ Ի
մեղանչելոյ անփոյթ առնէ զապաշխարելն : 20

Ըստ այսմ յայտ լինի պատասխանի առ վկայութիւն առաքելոյն յակոբայ :
քանզի 'ի յասացելոյն անտի . թէ անողորմ դատաստան լինելոց է՛ այնմ . որ
ոչ առնէ ողորմութիւն . ոչ հետևի . զի
եթէ որ ողորմութիւն միայն առնէ .
դատաստանն ողորմութեամբ լինիցի նմա ;
զոր օրինակ . 'ի յասացելոյն . թէ կորիցէ նա, որ ոչ դաւանէ զուղղափառ
հաւատս . ոչ հետևի . թէ փրկեսցի
այն, որ միայն է՛ ուղղափառ . եթէ ոչ ԻԱ
և ս բարի գործովք հաստատեսցէ զուղիղ հաւատսն իւր : Եւ պատճառ է՛ 21
այս . զոր առաքեալն նոյն յակոբ 'ի նմին
գլխոյ ասելով . որ ոք զամ օրէնս պահի
ցէ . և միով իւիք գթիցէ . եղև նա ամ
օրինացն պարտապան :] զի բարի է՛
այն, որ լինի յամ բարի պատճառաց .
և չարն որ 'ի միոյ պակասութենէ :

Նա և պատասխանի առ այն . որ
յղգս քննութեան յետին դատաստանին :
Եթէ տէրն յիշումն արար միայն զփոք
րագոյն իրաց . որպէս զի մեք 'ի նոցանէ
անցցուք առ իմանալ զմեծագոյնսն :

քանզի

cæ 13. *Si pœnitentiam*, inquit, *non habueritis; omnes similiter peribitis.* Et 1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Qualem autem caritatem habet, qui eleemosynas faciens, Deũ offendere non timet; aut postquàm eum offendit, reconciliationem non quærit;

Hinc patet responsio ad Iacobi testimoniũ. Ex eo enim quòd dixit: *Iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiã*; non sequitur, quòd si quis misericordiam alijs tantùm faciat, iudicium cum misericordia ipsi fiet. vt si dicã: damnabitur ille, qui Catholicam fidem nõ profitetur: non hinc sequitur, quòd saluabitur ille, qui solùm Catholicus est, nisi etiam Catholicam fidem bonis operibus prosequatur. Et ratio est, quã idem Apostolus in eodem capite affert, dicens: *Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus.* quippe bonum est ex integra causa; malum verò ex singulari defectu.

Ad illud etiam de examine postremi iudicij respondetur; Dominũ minora posuisse, vt indè colligeremus maiora. Qui enim Gehennam minatur ijs, qui non dederunt sua, multò magis eos puniet, qui rapuerunt aliena; & qui promisit Regnũ ijs, qui fecerunt eleemosynam, multò magis eos coronabit, qui vitam pro fide ponunt. Laudauerim ergo maximas Armeniorũ eleemosynas, non quòd æternas damnatorum pœ-

nas

nas possint facere temporales; sed Իբ
quia cum alijs operibus bonis adiun- 22
ctæ, pios perducere valent ad Re-
gnum.

Reinstant alij: Deus clemens est,
& misericors: si in æternum puniat,
vbi est eius misericordia? vbi clemē-
tia? idcircò scriptum est Psal. 76.
Nunquid obliuiscetur misereri Deus;
aut continebit in ira sua misericordias
suas? Et Psal. 102. *Miserator, &*
misericors Dominus, longanimis, &
multùm misericors: non in perpetuum
irascetur, neque in æternum comminabitur. Իգ
Et Rom. 11. *Conclusit Deus* 23
omnia in incredulitatem, Ut omnium
misereatur.

Respondet ad hæc S. Hieronymus in Ioan. cap. 3. *Misericors Dominus, & iustus: misericordia, & veritas obuiauerunt sibi; iustitia, & pax osculatæ sūt. Sic parcit Deus, ut iudicet: sic iudicat, ut misereatur. Si longo post circumitu, & numero sæculorum, omnium rerum restitutio fiet, & una erit dignitas militantium; quę*
distantia erit inter Virginem, & postri- Իդ
bulum? quæ differentia inter matrem 24
Domini, & victimas libidinum publicarum? idem ne erit Gabriel, & Diabolus? idem Apostoli, & Dæmones? idem Prophetæ, & Pseudoprophetæ? idē Martyres, & Persecutores? Si finis omnium similis est; præteritum omne pro nihilo est: & ubi Dei iustitia est?

Cæterùm ad illa, & similia loca Scripturarum, respondetur; ea verba intelligi solùm in hac vita, de qua dicitur: *Ecce nunc tempus acceptabile:* vel etiam in alia respectu pia-

քանզի որ սպառնայ զհուրն յաւ̃իտեն ից այնոցիկ. որք ոչ ձեռնտու եղեն զընչից իւրեանց. որչափ ևս առաւել ըզա ռծից է զայնս. որք յափշտակեցին զինչս ընկերացն: Եւ որ խոստացաւ զարքայութիւն այնոցիկ. որք արարին ըզ_ ողորմութիւն. որչափ ևս առաւել պար_ կեցէ զայնս. որք չարչարեցան վն̃ ուղ ղափառ հաւ̃ատոյ նորա: Իսկ՛ առայն յոյժ գովաբանեմք զբազում ողորմութեանն ամենատեսուր ազգին հայոց. ոչ թէ զյաւտենական պատիժս հոգւոցն մե_ ղաւ̃որաց կարիցեն առնել ժամանա_ կաւ̃որս. այլ զի միացեալք ընդ այլ բարեգործութիւն, մնաւ̃անդ ընդ_ ուղղափառութեան հաւ̃ատոյ նոցին, կարեն հասուցանել զնոսա յարքայութիւն երկնից:

Բայց՝ ընդդիմամարտակայքն այլք ասենք. և ասեն. թէ ա̃ծ գթած է՛, ողորմած, և մարդասէր: Իսկ եթէ պատժէր յաւ̃իտենական տանջանօք. ուր էր նորա գթութիւն. ուր ողորմածութիւն: յաղագս որոյ գրեալ է՛ մարգա_ րէն յ. Ծղ. Եր՛՛ սղմոսն. մի՞ թէ մոռասցի գթալ ա̃ծ. և կամ արգելցէ զգթութիւն իւր բարկութբ իւրով:] Եւ դարձեալ 'ի. ՃԲ. Երդ՛՛ սղմոսն ասէ. գթած ողորմած է՛ տէր. երկայնամիտ և բա_ զում ողորմ: ոչ 'ի սպառ բարկանայ մեզ տէր. և ոչ յաւ̃իտեան սպառնէ սխս:] Եւ դրձլ գրէ առաքյն 'ի հռոմ. Ժա. գլխ. թէ արգել ա̃ծ զամենեսեան յանհաւ̃ատութի. զի ամենեցուն ողորմեսցի:]

Պատասխանատրէ առ այսպիսիս սբ̃ն Յերոնիմոս 'ի մեկնութիւն յոհաննու. Գ. Երդ՛՛ գլխոյն. և ասէ այսպէս. Ողորմած, գթած, և արդար է՛ տէր: ողորմութի և ճշմարտութիւն պատահեցին. արդարութի և խաղաղութիւն

պմ̃լ

զմեղաւորսն հանդերձելոցն. նմանէ մեծ
և դատաւոր : դատէ, և պատուհասէ : նաև ԹԷ է
զնոսա երկար չէ ըմպել ժամանակեայ զե-
նոցա ամէն երաց հատուցմանս. և արժա-
նաւորութիւն անմնացուն հանապազոր-
դի զնոյն տանջանութիւն կեայ 'ի մէջ կա-
տանաց և բողբոջ : զնոյն զանազանու-
Թիւն 'ի մէջ պատերազմի և տառապանաց: մի
Թէ հոգին եղեն ասացեալ և զւեք. նոյն
մարդարէք և առաւ մարդարէք. նոյն
մարտիրոսք և հայածիչք : եԹէ մեծն
անմնացուն հանապազ լինիցին. որպէս
ասացեալ է', որպէս հանդերձ : ապա առ
նոյն արդարութիւն այ :]

Եւ առաւելեալ մկրտութեամբ ընդ գրոցն պատասխանի. Թէ բանք նոցա խմանն ազգին մէն առանց նմանոց. մինչ դեռ կենդանի են. զորմէ գրեալ է. ա հա որ մերկութիւն:] Եւ կամ խնդրն ես 'ի հանդերձեալ կեանս մէն հոգւոց զոր մէ պատմէ 'ի բանս անուանս ժամանակաւոր տանջանօք : ա հոլ. դդս յաւ ի անձն պիտանի պատմողն դատապարտելոց՝ բանականացն բան:

ԱՌԱԲԵՐԻ

Երկրորդ պատճառ :

Դրուագ. Ե.

Երկրորդ պատճառն է'. զի ոչ ոք հաւատացելոց. որ զկնի չարչարանացն քրիստոսի առանց բարի գործոց. կարէ փրկել. բստ այնմ զոր գրէ առաքեալ 'ի Ե. Եր․ գաղատ․ առ գաղատացւոց. Թէ որք զայսպիսիսն գործեն. զարքայութիւն այ ոչ ժառանգեն :] ապա առաւելևս որչափ և ամբարիշտք ոչ փրկեցան 'ի դժոխոցն առնհաւատալ, և չարչարեցան. որք մեռան յառաջ քան

զգա

ԺԵ piarum animarum, quas Deus temporaliter punit in Purgatorio : vel
25 denique, si extendantur ad damnatos, sensum esse; illos puniendos quidem in æternum, sed tamẽ citrà condignum.

AFFERTVR
Secunda Ratio.

§. V.

SEcunda ratio est (quam adducit Gregorius Papa in epist. suprà citata ad Georgium, & Theodorũ):
ա 1 Nemo ex fidelibus, qui post Christi passionem sine bonis operibus moriatur, saluari potest; dicente Apostolo ad Galat. 5. de fidelibus: *Qui talia agũt, Regnum Dei non consequẽtur:* ergo multò minùs saluati sunt infideles, ac reprobi, qui ante Christum mortui, in Inferno cruciabantur. Perspicua est Consequẽtia: alioquin melior fuisset status antiquæ legis, quàm Euangelij, cõtra id, quod scripsit Paulus ad Galat. 2. *Non iu-*
Բ 2 *stificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi.* Et iterùm: *Si enim per legẽ iustitia; ergo gratìs Christus mortuus est.* ac melior sors fuisset illorum, qui Incarnationẽ Domini præcesserunt; quàm istorum, qui post Incarnationis mysteriũ nati sunt. quod quantæ fatuitatis sit dicere, vel sentire, Dominus ipse testatur Discipulis, dicens Luc. 10. *Multi Prophetæ, & Reges voluerunt videre, quæ vos videtis; & non viderunt.*

Respondet Vartanus, ac mihi sanè ita interdùm Armenij alij res-

 pon-

ponderunt: non saluatas quidem à Christo, descendēte ad Inferos, animas impiorum; sed solùm in aëris regionem eductas, vt post vniuersale Iudicium ad Inferos iterùm reuertantur. Adducuntque illud Psalmi 9. *Conuertantur peccatores in Infernum*; quod vertit Textus Armenicus: *Reuertantur*, &c.

Sed contrà est: nam, cùm ipsimet dicant, animas impiorum haud alias in Inferno pœnas sustinuisse anteà, sicut nec sustinere modò in aëre, præter mœstitudinem quandā ex timore cruciatus futuri post Iudicium: quid eis profuisset sola illa loci mutatio ex descensu Christi ad Inferos sine mutatione conditionis, ac status ipsarum? an mœstitudo illa corporeo sensu carentibus potuit leuior in medio aëris fieri, quàm fuerit in medio terræ? Ineptiūt ergo qui talia respondent. Tum illud: *Reuertantur peccatores in Infernum*, potiùs pro nobis faceret cōtra ipsos. quippe cùm peccatorū animæ post Christi passionem, iuxta ipsorum sententiā, non ad Inferos, sed immediatè ad aëreum domiciliū è corporibus migrent; verba illa vniuersaliter vera non essent in die Iudicij de omnibus peccatorum animabus, Secùs autem iuxta Catholicorū sententiam, asserentium, omnes animas reproborum ex Inferni cruciatibus venturas esse cum corporibus ad Iudicium; ac deindè vnà cum ipsis corporibus ad eosdem Inferni cruciatus redituras.

Respondent Armeni alij communiter; Christum ex Inferno plurimo-

rum

Գ զչարչարանս քն : եւ այս թէ ոչ. ու-
3 րեմն արդեօք լուսաւորեալ էր աստուր հեմն
օրինացն , քան զաւետարանին . ընդ-
դէմ այսր , զոր ասէ պօղոս յերկրորդ-
գլխն առ գաղատացս . Թէ ոչ արդարանայ
մարդ ՚ի գործոց օրինաց . եթէ ոչ ՚ի
հաւատոյն յի քի :] Եւ դարձեալ ասէ .
Զի եթէ յօրինաց անտի է՛ արդարու-
թի . ապա քս զուր մեռաւ :] Եւ քա-
րոզեալ էին այսոքիկ . որ նախ քան
զգալուստն քի առաքեցան . քան զմեզ.
որք յետ քի գալստեան ծնաք : եւ որ
չափ խոնարհութի եղէ զայս ասել .
Դ. ինքն տէրն մեր քս վկայեաց աշակեր-
4 տացն եւ ասաց ՚ի ղկաս . Ժ. երդ՛ գլխոն ա-
սելով . զի բազում մարգարէք եւ թգւրք
ցանկացան տեսանել զոր տեսանէքդ .
եւ ոչ տեսին :]

Բայց՝ ընդդիմաբանէ վարդան .
եւ ասէ : Թէ ոչ փրկեցան ամենեքին ՚ի
դժոխոցն հոգիք ամբարշտաց . այլ մի-
այն հանեալ եղեն անտուստ ՚ի քսէ .
եւ եդեալ ՚ի յօդս մինչ եւ ցօրն դատաս-
տանին . յորժամ վերստին դառնա-
լոցեն ՚ի դժոխս . ըստ այնմ . Դարձցին
անօրէնքն մեղաւորք ՚ի դժոխս .]

Ե Իսկ՛ սուտ ասէ . եւ յիմարաբար
5 խօսի : վսն զի՝ եթէ ըստ կարծեաց նո-
րին վարդանայ , չար հոգիքն առաջ
քան զօրն դատաստանին ոչ տանջէին
՚ի դժոխս եւ ոչ տանջին այժմ ՚ի յօդս .
այլ միայն տրտմեին ; զինչ օգուտ եր-
բեալ էր նոցա քս հանելով ՚ի դժոխոց
անտի . եւ թողլով ՚ի յօդս ; զի փոփոխ-
ումն տեղւոյն առանց փոփոխման որ
պիսութե նոցա ՚ի զուր լինէր : Եւ
կամ միթէ հոգւոց , մարմնաւոր զգ
գայարանօք մերկացելոց , թեթեւա-
գոյն լիցի տրտմութիւնն այն ՚ի մէջ
յօդոյ . քան թէ էր ՚ի ներքոյ երկրի . ՚ի

յիմա

յիմարութե և անգիտութեան մեծի։
ըղձայ և այն. զոր ասէ մարգարէն. Զ 6
Թէ դարձցին անօրէնք մեղաւորք ՚ի դը-
ժոխս. ամենայն ազգք որ մոռանան զաս-
տն ըստ նոցա վարդապետաց. և զնորա հաւ-
տատէ։ քանզի նա ասէ. Թէ մեղաւոր
քն, որ մեռանին յետ մահուանն քն. ոչ
երթան ՚ի դժոխս, այլ ՚ի յօդս. ապա
ուրեմն և ասէ, որ զդժոխս ոչ առնէ
ալ էին երբէք. զիարդ ՚ի յօդն դատաստա-
նին դատապարտ ՚ի դժոխս։ բայց ուղ-
ղափառքս ասեմք. եԹէ մինչ հոգիքն
զերծ մեղաւորաց հոգոյն ՚ի տանջանս
դժոխոցն իջանեն. և յետոյ ՚ի վերջին
դատաստանին մարմնով ՚ի դժոխս Է
դատապարտեն ։ 7

ըղրդ՝ այսու հետև յանդիմանեն
այլ ասեմք աւելով. եԹէ քն իջեալ ՚ի
դժոխս. և անդ քարոզեալ. զբազում
հոգիս ամբարշտաց և անհաւատից
դարձոյց ՚ի հաւատս և ՚ի սէր իւր։ և
զայս ասեն ոչ միայն էհան ՚ի դժոխոց.
այլ և փրկեաց զամենեսին։ Եւ առէն
քեն զբանն պետրոսի. որ յ. Գ. թղթ
գլխն առաջնին կաթուղիկէին ասէ այսպ
Հոգւով և հոգւոյն. որ էին ՚ի բանտին.
երԹեալ քարոզեաց։ Նոցա որ անսաստ
էեալ էին յորժամ ներէր նոցա այ երկայն Ը
մտութեն յաւուրսն նոյի. յորս տապ- 8
անն կազմէր :] Սեւամի և ըղձայ ապա
մեռանելն ասյակէս։ քն ՚ի դժոխս քա-
րոզեաց. ապա ուրեմն մեղաւորաց և
անհաւատից. հնի ոչ ընդունայն և ա-
ռանց պտղոյ. ապա ուրեմն դարձոյց
զոմանս, և փրկեաց զնոսա ։

Բայց և ընդդէմ այսմ մոլորին. նախ
զի եԹէ քն զամբարշտաց ոմանց դար-
ձոյց. և փրկեաց ՚ի դժոխոցն. ապա
զայլն անզեղջս անդ եԹող. ուրեմն ոչ
ազատեաց զամենեսեան. և ոչ աւերեաց

ունէ

rum etiam infidelium, & impiorum animas liberasse, ac tandem saluasse; eo quòd ipsi, Euangelium ibidem prædicanti, crediderint, & cum ipso reconciliatæ sint. idque colligũt ex illo perobscuro loco epistolę primę D. Petri, c. 3. *Et his, qui in carcere erant, spiritu veniens prædicauit; qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur Arca.* Vndè hoc ipsi modo ratiocinantur: Christus in Inferno prædicauit; ergo incredulis, & peccatoribus: sed non frustrà, nec sine fructu: ergo plerosq; conuertit, eisque salutem attulit.

Sed contra primò est: nam si aliquas damnatorum animas Christus ab Inferis liberauit, quòd ad ipsum conuersæ sint; ergo reliquas pertinaces ibidem reliquit: igitur non omnes illinc eduxit, nec funditùs, vti dicunt, deuastauit Inferni loca.

Contra secundò: quia melior fuisset conditio eorum peccatorum, qui ante Christum mortui sunt; quippe qui conuerti, ac saluari potuerint post mortem; quàm illorum, qui tempore legis Euangelicæ decedentes, saluari post mortem nequeunt: quod iam falsum esse, ostendimus.

Contra tertiò: vel enim animæ damnatorum, in Inferno conuersæ, ac liberatæ à Christo, erant priùs ante conuersionem in pœnis, & cruciatibus; vel non erant, sed reseruabantur cum alijs ad pœnas futuras post finale Iudicium. Si primum; ergo pœnæ damnatorum non sunt æternæ, sed temporales; quod est

contra Scripturas, ac ſanctos Patres; vt ſuprà viſum eſt. Si ſecundum; quæro: liberatæ ne ſunt ex Inferni loco ſolummodò; an etiam à pœnis illis futuris poſt iudicium? ſi primū: ergo nihil boni contulit eis conuerſio, & liberatio. nam per ſolam illā loci mutationem vſque ad diem Iudicij, non mutata fuiſſet priſtina ipſarum conditio, vt ſupra dictum eſt. Si ſecundum: ergo ſceleratorū animæ nullas pro tot, tantiſque peccatis pœnas darent, nec ante, nec poſt Iudicium; ſed omninò impunitæ abirent ad Regni gloriam: & vbi iuſtitia Dei? vbi veritas Scripturarū, toties peccatori poſt mortem ſupplicia intentantium?

Contra quartò: quia poſt hanc vitam nullus eſt pœnitentiæ locus, neque reconciliationis; vt mox infrà probabimus, vbi etiam exponemus verba illa D. Petri.

աներեւաց զդժոխս. որպէս կարծեն։

Թ 9 Երկրորդ՝ զի լաւագոյն էր բարեբախտութի մեղաւորացն այնոցիկ, որք մեռան առաջ քան զՔս. զի կարացին դառնալ և փրկիլ յետ մահուան իւրեանց. քան զայնոցիկ, որք մեռանին ՚ի ժամանակս նոր օրինացս. վն զի սոքա յետ մահուան ոչ կարեն դառնալ, և ոչ փրկիլ. որպէս և ՚ի վերոյ ցուցաք։

Երրորդ՝ զի հոգիք ամբարշտաց դարձելոց և փրկելոցն ՚ի դժոխոց, կամ յառաջ էին ՚ի տանջանս. կամ ոչ էին. այլ սպասէին տանջանացն ապագայից
Ժ յաւիտենից դատաստանին։ Եթէ ՚ի տան-
10 ջանս էին, և փրկեցան. ապա ուրեմն տանջանքն դժոխոց ոչ են յաւիտենականք, այլ ժամանակաւորք, ընդդէմ վկայութեանց սբ գրոցն, և սբոց հարցն։ Եթէ ոչ էին անդ ՚ի տանջանս. դարձեալ հարցանեմ. միթէ ազատեցան ՚ի տեղւոջէ դժոխոցն միայն. կամ թէ և ՚ի տանջանացն լինելոց յաւիտենից դատաստանի։ Եթէ զառաջինն ասիցեն. ապա դարձումն և փրկութիւն ոչ եղեն նոցա օգտութի. որպէս ցուցաք ՚ի վերոյ ընդդէմ վարդապետաց։ Եթէ զերկրորդն ասիցեն. ապա չարագործ հոգիքն ամբարշտաց վն այնչափ մեղացն իւրեանց ոչ տային զվրէժ, և ոչ առնուին զհատուցումն գործոց, ոչ առաջ, և ոչ զկնի դատաստանին. այլ ամենեքին անպատիժ երթային յարքայութիւն երկնից։ Եւ ո՞ւր էր արդարութի այս. ո՞ւր էր ճշմարտութի ամենաշունչ տառիցն. որք այնքանիցս խոստանան զպատիժ անզեղջ մեղաւորաց յետ մահուան։

Չորրորդ՝ զի յետ աստի կենացս ոչ գոյ տեղի դարձման ՚ի մահուչափ մեղաց. որպէս ՚ի յետագայ պատճառս յայտ լինիցի։ Իսկ վերոգրեալ բանիցն սբոյն պետրոսի վճարեսցուք ՚ի ներքոյ յորժամ պատասխանիցեմք առարկութեանց։

ԱԾՈՒԵԼՈՒ

Երրորդ պատճառ ։

Գլուխ . Զ .

ա 1 Երրորդ պատճառն է . զի հոգիք յետ աստի կենացս ոչ կարեն գործել զգործ . որ արդիւնաւոր իցէ շնորհին այ, կամ արժանի պատժոյ ։ ապա որք ելանեն ՚ի մարմնոյ թշնամիք այ . և աւանդեալ և շնորհինորէն . ոչ և ս կարեն հաշտիլ ընդ այ, և ՚ի շնորհս նորա դառնալ ։ ուրեմն ապա քս ոչ փրկեաց զայլ հոգիս ՚ի դժոխոց անտի . եթէ ոչ զարդարոցն միայն ։

բ 2 ՅՈՒՅԱՆԻ առաջարկութն՝ ձեռնարկութեամբ նախ պատճառաւ ։ քանզի մինչ դեռ եմք ՚ի մարմնի աստ . եմք ՚ի պատերազմի, և ՚ի ճանապարհի, և յասպարիսի ։ այլ որք միանգամ յաստի կենացս փոխեցան . ահա վերջին առարին պատերազմի, և զընթացս կատարեցին, և հասին ՚ի կետ ճանապարհին ։ ապա ուրեմն ՚ի կեանս այսմիկ միայն է՛ տեղի և ժամանակ ընթանալոյ առ կետն . և արժանի լինելոյ վարձոյ կմ պատժոյ , թէ բարի, թէ չար պատերազմի. և շահելոյ, կամ կորուսանելոյ զբրաբիոնն յաղթութեն ։

գ 3 Նաև և զի յետ աստի կենացս ոչ կարեն արդարքն մեղանչել և լինել անարժանաւորք . ապա ուրեմն և ոչ կարեն մեղաւորքն արդարանալ և արժանաւորել . զի ուսումն ներհակաց նոյ՝ համեմատ է ։ ՆԱխադասութիւնն ցուցանի . քանզի արդար հոգիքն ՚ի հանդերձեալ կեանսն յայտնապէս գիտեն . թէ որչափ մեծ վնաս իցէ մեղանչել և հակառակ լինել այ . և ջերմեռանդ ցանկութբ փափագեն տեսա-

նել

AFFERTVR
Tertia Ratio.

§. VI.

TErtia ratio eſt: Animę poſt hãc vitam non poſſunt mereri, nec demereri; ac proindè quæ Deo ingratæ decedunt, & inimicæ, nequeũt ampliùs recõciliari cum illo, nec in eius redire gratiã: igitur Chriſtus haud alias ex Inferno redemit animas, niſi iuſtorum. Prima propoſitio, in qua ſita eſt totius argumenti vis,

PROBATVR primò ratione: Nam dum ſumus in hac vita, ſumus in *Militia*, in *Via*, in *Stadio*; qui autem ex hac vita migrarunt, iam finem impoſuerunt militiæ, & curſum conſummarunt, & ad viæ terminum peruenerunt: igitur in hac ſolùm vita tempus eſt contendendi ad terminum; & merendi boni, aut mali certaminis præmium, vel pœnam; & per meritum, aut demeritum conſequendi, vel amittendi brauium.

Tum quia non poſſunt iuſti in alia vita peccare; ergo neque benemereri, & iuſtificari peccatores; quia contrariorum eadem eſt diſciplina. Antecedens probatur: animæ iuſtæ in alia vita perſpectiſſimũ habent, quàm ingens detrimentum ſit, Deum offendere; & ardentiſſimo deſiderio flagrant videndi Deũ; præterea nullis tentationum ſtimulis, ſicut antè in hac vita, incitantur ad peccandum: ergo velle vltrò non poſſunt impedimentum, & re-

moram

moram ſibi ipſis per peccatum inijcere, quominùs in cæleſtem Patriam recipiantur.

Et confirmatur: nam Sapien. 4. ait Spiritus ſanctus: *Placens Deo factus eſt dilectus, & viuens inter peccatores tranſlatus eſt: raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius.* Et infra; *Placita enim erat Deo anima illius; propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum.* Et Eccliſ. 11. *Ante mortem ne laudes hominem quemquam.* Quare? niſi quia ſolùm poſt mortem peccare non poteſt; ideoq; tunc ſolùm poterit ſecurè laudari.

Hinc S. Cyprianus in Serm. de mortalitate, expendens illud ad Philip. 1. *Mihi viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum,* inquit: *Maximum computat, iam ſeculi laqueis non teneri; iam nullis peccatis, & vitijs carnis obnoxium fieri.* Et S. Auguſtinus in lib. de Prędeſtin. Sanctorũ, cap. 14. memorans hoc ipſum teſtimonium Cypriani: *Ait,* inquit, *copioſiſſimè, atque optimè, peccandi pericula nec deeſſe in hac vita, nec eſſe poſt iſtam.* Et infrà: *His, atque huiuſmodi Doctor ille ſententijs in Catholicæ fidei luce clariſſima ſatis, apertèque teſtatur, vſque ad huius corporis depoſitionem tentandi pericula, tentationeſque metuendas; deinceps nulla talia quemquam eſſe paſſurum. quod etiamſi non teſtaretur; quando de hac re Chriſtianus qualiſcũque dubitaret?*

PROBATVR ſecundò ex Scriptura: Ecclеſ. 9. *Mortui nihil nouerunt ampliùs, nec habent vltrà mercedem*

նել զանձն. այլ եւս ոչ ինչ խափանեն փու-
ձութեց զայրանան առ ՚ի մեղանչել:
արդ ուրեմն ոչ կարեն մեղօք զինքն-
անս արգելուլ. զի մի մացեն յարքայու-
Թենն երկնից:

Է 4 Եւ հաստատի զի ՚ի շարադրող գրոցն իմաս-
տութեան ասէ հոգին սուրբ. Զի հաճոյ
եղեալ այ սիրեցաւ. եւ կենդանւոյն
՚ի մէջ մեղաւորաց փոխեցաւ. յափշ-
տակեցաւ, զի մի չարութիւն ինչ շրջես-
ցէ զմիտս նորա.] Եւ ՚ի ներքոյ դրել
ասէ. Զի հաճոյ էր այ անձն նորա.
վա այնր փութացաւ հանել զնա ՚ի մի-
Ե 5 ջոյ չարեաց:] Եւ սիրաք ասէ ՚ի. Ժա-
ղովն. Առաջ քան զմեռանելն. մի գո-
վեր զմարդ ոք:] Եւ ընդէ՞ր եր ոչ առաջ
քան զմեռանելն, այլ միայն յետ մահու-
անն: զի յետ մահուանն ոչ կարէ մե-
ղանչել. անկասկած եւ յայնժամ հաստատու-
է գովել:

Յանուն սորա սէրն Կիպրիանոս ՚ի ճառ
ան յաղագս մահու. մեկնելով զայն առ
Փիլիպեցիս. ա. գլխոյն. Ինձ կեանք քն
է, եւ մեռանելն շահ: ասէ այսպէս:
Շահ մեծ համարէ այժմ ոչ ևս արգելե-
Զ 6 ալ լինելն որոգայթիւք աշխարհիս. եւ
ոչ առաւել ապականել մեղօք եւ յախտիւք մար-
մնոյ::] Եւ սուրբն Օգոստինոս ՚ի գիրսն
յաղագս ընտրութեան սրբոցն, յիշատակէ
քեանս զայս Կիպրիանոսի. եւ ասէ:
Ասէ Կիպրիանոս բազում քաջ. զեր
կիւղ մեղանչելոյ ոչ պակասել ՚ի կեա-
նս այսմիկ. եւ ոչ լինել յետ սորին կե-
նացս:] Եւ ՚ի ներքոյ դրել ասէ: Բա-
նիւքս այսպիսիւք արդիւնաւորյալ լու-
սով ուղղափառութե հաւատոյս եւ
բազմապատիկ ուսուցանէ այն մեծ-
վարդապետն. զի մինչ եւ ցմեռանելոյն
մեր ՚ի մարմնոյ առաւն պատահմանց լինե-
լոյ ՚ի վտանգ փորձութեց եւ մեղաց:

իսկ

նոց յայնմհետէ յուշինչ յայսպիսեան Է
այս է՛ երկնչիլ: զոր և Թեոդորիտոս ոչ 7
վկայէր. ո՛ ոչ քննադատելոյ զայսպիսեան
երկիւղէր.]

ԵԿԼԵՍԻԱՍՏԵՍԻ ցուցանի ՚ի սմ
գրոցս: Զի ասէ ժողովօղն յ. Թ. երգ"
գլխն: Մեռեալքն ոչ են գիտակ. և ոչ
եւ ոք զոր նոցա վարձ.] Եւ ՚ի նորին
դ-րճլ ասէ: Ամենայն, զորինչ գտցէ ձեռն
քո գործել. առ զայս ՚ի կարոն քում
ճեպէ, գործեա զի ոչ է՛ գործ, խոր
հուրդ, և գիտութի, և իմաստութի
՚ի դժոխսն. յոր դու երթալոց ես:]
Եւ դ-րճլ ՚ի. Ժա. գլխն ասէ: ԵԹԷ ան
կցի փայտն ՚ի հարաւ.. և կամ ՚ի հիւսիս Ը
հիւսսւսոյ. ուր անկցի փայտն. անդ 8
կացցէ:] Ուսուցի սէր ներոնիմոս յայս
մ ամենուռեք իմանայ, Թէ հոգի յետ
սառնի կենացս լինի անփոփոխելի. զի ՚ի
բարւոյ ոչ կարէ չար լինել. և ոչ ՚ի չա
րէ բարի:

Ու-րճլ սիրաքս ՚ի. Ժդ. րդ" գլխն
ասէ: Նախ քան զվախճանելն քո զոր
ծեա զարդարութի. զի ոչ է՛ ՚ի դժոխ
խս գտանել զկերակուր:] Եւ դ-րճլ ՚ի
Ժը. երգ" գլխն ասէ: Մի՛ խափանիր
հանապազ աղօթել և արդարանալ
մինչև ՚ի մահ:] Վ՜ն էր մինչ և ՚ի մահ. Թ
ԵԹԷ ոչ զի յետ մահուն ոչ ևս կայ այլ 9
ժամանակ արդարանալոյ:

Ու-րճլ ասէ ղուկաս ՚ի ղկուս. Ժզ.
երգ" գլխն: Տուր զհամար տնտեսու
Թե քոյ. զի ոչ ևս կարես լինել տըն
տես:] Մեկնիչքն ասեն. զի. ոչ ևս կա
րես յետ մահուն արժանաւորիլ և
շահել:

Ու-րճլ ասէ ՚ի յոհաննու. Թ. երգ"
գլխն: Գայ գիշեր. յորժամ ոչ ոք կա
րէ գործել:] գիշեր՝ մեկնիչքն իմանան
զմահն. յորժամ ոչ ոք կարէ գործել
զգործ

dem. Et infrà: *Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare; quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud Inferos, quò tu properas*. Eiusdem cap 11. *Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit*. Hieronymus hunc etiam locum exponit de immutabilitate animæ post hanc vitam; quæ nõ potest mala fieri de bona, nec bona de mala.

Ecclis. 14. *Ante obitum tuum operare iustitiam, quia non est apud Inferos inuenire cibum*. Eiusdem 18. *Nõ impediaris orare semper; & ne verearis vsque ad mortem iustificari*. Quare vsque ad morté? nisi quia post mortem non erit ampliùs tempus.

Luc. 16. *Redde rationem villicationis tuæ; iam enim non poteris ampliùs villicare*. Expositores communiter per depositionem à villicatiõne mortem intelligunt: per non posse ampliùs villicare, non posse ampliùs mereri, & lucrari.

Ioan. 9. *Venit nox, quando nemo potest operari*. Per noctem tempus alterius vitæ; per operari facere opera meritoria, exponunt summo consensu Chrysostomus, Augustinus, & Euthymius, in hunc locum; Hieronymus in cap. 9. Eccles. & alij.

2. Ad Corinth. cap. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum*. Ergo de ijs, quæ operatur anima extra corpus, rationem non reddet; quia nec meritoria, nec demeritoria sunt.

Ad

Ad Galat. 6. *Quæ seminaurit homo, hæc & metet.* Et infrà: *Bonum autem facientes, non deficiamus; tempore enim suo metemus non deficientes: igitur dum tempus habemus, operemur bonum.* Tempus sementis, aiunt Expositores, non extendi vltrà hanc vitam; serere autem esse benè operari.

Apocal. 10. Angelus, habens vnum pedem super mare, & alterũ super terram, iurauit per viuentem in secula seculorum, *quia tempus non erit ampliùs*, nimirùm benè operandi post hanc vitam.

PROBATVR tertiò ex Patribus: nam Cyprianus in lib. ad Demetrianum in fine: *Quandò, ait, istinc excessum fuerit, nullum iam pœnitentiæ locus est, nullus satisfactionis effectus. hìc Vita aut amittitur, aut tenetur.*

Athanasius lib. de Quæstionibus, quæst. 62. *A corpore, inquit, postquã anima separata, & ex hac Vita, Viaque fuerit egressa, non ampliùs potest operari bonum.*

Hieronymus in cap. 9. Eccles. *Donec Viuunt homines,* inquit, *possunt fieri iusti: post mortem Verò nulla datur boni operis occasio.* Et paulò post: *Nec iustè quippè possunt agere, nec peccare; nec Virtutes adijcere, nec Vitia.*

Ephrem Syrus in lib. de vniuersali resurrect. *Non est,* inquit, *in Inferno confessio: non sunt lacrymæ ibi, non gemitus, atque suspiria, quæ Iudicis sententiam auertant: non est dilatio Vlla temporis ad agendam pœnitentiam.*

Chrysostomus in Lucæ cap. 16. de-

Ժ զգործ արդիւնաւորս և արժանն ըստ
10 հնձոյս և վարձու.

Դարձեալ ասէ սբ առաքեալն պօղոս յեր-կրորդ Թղթոյն առ կորնթացիս. Ե. երր" գլխն. Զի ամենեցուն մեզ յանդիման լինել կայ առաջի ատենին աստուծոյ. զի ընկալցի իւրաքանչիւր ըստ գործոյ մարմնոյ զոր ինչ գործեաց յառաջ եթէ բարի և եթէ չար] Եւ զկառուցեալ զգործոյն, զոր գործէ հոգին արտաքոյ մարմնոյն, ոչ տացէ զհամար. զի ոչ են արժանաւոր և ոչ ունար ժամ ;

Դարձեալ ասէ նոյն առաքեալն առ գաղա-
Ժա տացիս. Զ. երր" գլխն. Զորինչ սերմանէ
11 մարդն. զնոյն և հնձեսցէ :] Եւ ՚ի նմին քոյ դարձեալ ասէ. Եւ զի զբարիս գործել մի ձանձրասցուք. զի ՚ի ժամանակի իւրում հնձեսցուք առանց լքանելոյ : այսուհետև մինչ դեռ ժամանակ ՚ի ձեռս է, գործեսցուք զբարիս :] Ժամանակ սերմանելոյ զայս կեանս ասեն մեկնիչքն. և սերմանելն՝ գործել զբ գործ արժանի վարձու ;

Դարձեալ ասի ՚ի յայտնութեանն. Ժ. երր" գլխն. Համբարձ հրեշտակն զձեռն իւր զաջ յերկինս. և երդուաւ ՚ի կեն-
Ժբ դանին յաւիտեանս, որ հաստատեաց զեր-
12 կինս և որ ՚ի նմա. և զերկիր և որ ՚ի նմա. զի ոչ ևս կայ այլ ժամանակ :] Այս. գործելոյ արդիւնաւոր գործ յետ աստի կենացս ;

ԵՐԿՐՈՐԴ՝ ցուցանի ՚ի սրբոց հարցն: քանզի սբն կիպրիանոս ՚ի գիրսն առ դեմետրիանոս ասէ : Յորժամ յաստի կենացս փոխեցաք. ոչ գոյ ևս այլ տեղի ապաշխարութե. բայց միայն ՚ի կենցաղումս կամ կորուսանի կեանքն. և կամ շահի :]

Այլ՝ սբն աթանաս ՚ի գիրսն խնդրոց,

՚ի

'ի ԼԷ . Հոմ" գլխոյն ասէ: Ջինչ օգուտ է քա-
ժանեցաւ հոգի 'ի մարմնոյն . և 'ի կե-
նայս և ճանապարհէս ելեալ է . ոչ
եւս կարէ գործել զբարի:]

Այլև Թէոփիլոս 'ի մեկնութեան . Թ.
երրդ" գլխոյն Ղուկասու ասէ: Մինչ
դեռ կենդանանեն մարդիկն. կարեն ար-
դարանալ: Բայց զկնի մեռանելոյն ոչ
կոյ տեղի քաւութեան:] Եւ 'ի
ներքոյ դարձեալ ասէ: Եւ ոչ կարեն ար-
դարանալս գործել. և ոչ մեղանչել.
ոչ յառաջ երթալ զգօնութեամբ. և ոչ ի չա-
րութիւն:]

Այլև Եփրեմ յասորոյ 'ի գիրս յիշա-
տակութեան մեռելոց ասէ: Ոչ Ճ 'ի դժո-
խս խոստովանութիւն. և ոչ ապաշխարու-
թեան. հեծութիւն, և հառաչանք. որ
հարցցեն զմեղս դատաւոր որոյ դարձու-
ցանել. ոչ գոյ անդ ժամանակ խնդ ա-
նելոյ ապաշխարութեան:]

Այլև ոսկեբերան 'ի մեկնութեան
գիրս. Ժդ. երրդ" գլխոյն. 'ի ճառն որ է
յաղագս մեծատանն ասէ: Ոչ թէ է
որ 'ի դժոխս խոստովանութեան անցանէ առ-
քեզ: Ընդ վայր առնես զապաշխարու-
թի 'ն կենդանոց. որ ոչ գոյ տեղի ապաշ
խարութեան:] Եւ դարձեալ յ. լԷ. երրդ"
ճառն մեկնութեան մատթէոսի ասէ:
Մշէ երկրորդն ծիծաղելի է ևս. զոր ա-
սեն. թէ զՔս այնորիկ յոհաննէս հարցանէր զքրիստոս. ասելով. դու ես որ գալոցն
էիր. թէ 'այլում ակնկալցուք. զի յորժամ նա իջանէր 'ի դժոխս. անդ և ս քարոզէ
սցէ: Ընդ դէմ որոց ասեմք. թէ եղբարք մի 'ամրայք լինիք միտօք: այլ 'ի չարեաց
տղայացարուք: քանզի ներկայ կեանքս ունի ընդունակ տեղի և ժամանակ բարեաց
գործելոյ: իսկ յետ որոյ զօրն քո վախճանեցես. դատաստան հետևեսցի և պատ-
ուհաս: զի ասէ մարգարէն. Ով է 'ի դժոխս, որ խոստովանեսցի առ քեզ:]

Եւ զարմանալ զնոյն ուսուցանեն որոգինէս 'ի վՏ. Լզ. երրդ" սաղմոսն. ամբրոս
իոս 'ի վՏ. Ժզ. երրդ" գլխոյն ղուկասու. սբն օգոստինոս 'ի վՏ. Թ. երրդ" գլխոյն
յոհաննու. սբն գրիգոր հռոմայ հայրապետն 'ի. Դ. րորդ" գիրսն դիալոգայ, յ. լԹ.
րորդ" գլխն. և այլ ամենայն սբ հարքն. որ համաձայնութեամբ ասեն. թէ 'ի հանդերձեալ
կեանս ոչ գոյ տեղի ապաշխարութեան:

Գգ 13 de Diuite homil. *In Inferno*, ait, *quis confitebitur tibi? frustrà agis pænitentiam in loco, ubi non est pænitentiæ locus*. Item homil. 37. in Matth. *Multò autem*, inquit, *illud ridiculosius est: asserunt enim, ideò à Ioanne quæsitum fuisse Christum: Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? Ut, cùm ad Inferos deuenisset, ibi quòque prædicaret. Aduersus quos non erit absque re ita dicere: fratres nolite pueri effici sensibus; sed malitia paruuli estote: præsens enim hæc vita rectè vi-*

Գդ 14 *uendi occasionem, & opportunitatem habet: postquàm verò diem tuum obieris, iudicium, & pæna consequetur. In Inferno enim, Psalmista dicit, quis confitebitur tibi?*

Similiter docent etiam Origenes in Psal. 36. Ambros. in Luc. cap. 16. Augustinus in cap. 9. Ioan. & lib. 21. de Ciuit. Dei, cap. 27. Gregorius Papa lib. 4. Dialog. cap. 39. & reliqui Patres: pro quibus adducti sufficiant, cùm satis in vniuersa Eccle-

Գե 15 sia Christiana compertum sit, non esse post hane vitam locum pœnitétiæ, & reconciliationis.

SOLVVNTVR Obiectiones.

§. VII.

OBijciunt primò illa epiſtolæ D. Petri verba; *Et his, qui in carcere erant, ſpiritu veniens prædicauit; qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cùm fabricaretur Arca, &c.* vt ſuprà dictum eſt §. 5. num. 6.

Reſpondetur, Chriſtum non prędicaſſe in Inferno reprobis, & infidelibus ad eos conuertendos: non enim conſtituta erat in Inferno Eccleſia, vbi conuerterentur, & reconciliarentur cum Deo animæ: ſed prædicaſſe animabus iuſtorum, in Lymbo detentis, Chriſtique aduentum, & ſui liberationem auidiſſimè expectantibus. His enim vel propriè prædicauit, non vt eos conuerteret (nam antequàm vita excederēt, fuerunt conuerſi, & egerunt pœnitentiam); ſed vt argueret olitanam eorum incredulitatē: vel potiùs prędicauit, hoc eſt, præconem egit, eiſque euangelizauit, attulitque lætiſſimum nuncium redemptionis, liberationis, & beatitudinis: quod indicare videntur tum verba illa capitis 4. eiuſdem epiſtolæ: *Ideò mortuis prædicatum eſt Euangelium*: tum alia quædam, quæ S. Irenæus lib. 3. cap. 23. citat eſſe Ieremiæ; & S. Iuſtinus in Dialogo cum Tryphone eadem tribuit Iſaiæ, atq; impensè dolet, olim à Iudæis in odiũ Chriſtianorum eraſa fuiſſe, hiſce Petri ſimillima

lima

ա 1 ## ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ ԼՈՒԾՈՒՄՆ Ա-ռարկութեանց:

Գլուխ. Է.

Դնեն և առաջին առարկեն զբանն որ առաքելոյն պետրոսի. որ յառաջին թղթոյն 'ի կաթողիկեայցն. գ. գլ" գլխին ասէ: Որով և հոգւոյն, որ էին 'ի բանտին, երթեալ քարոզեաց, որք երբեմն ապստամբեալքն, յորժամ ներէր նոցա այ երկայնամտութիւն յաւուրսն նոյի, յորում տապանն կազմէր:] ապա ուրեմն և այլն. որպէս 'ի վերոյ ասացաւ:

բ 2 Պատասխանի. թէ քս 'ի դժոխս ոչ քարոզեաց անհաւատից և ամբարշտաց առ 'ի դարձուցանել զնոսա. զի ոչ կացուցեալ էր 'ի դժոխս եկեղեցի. յորում հոգիքն դառնային և հաշտէին ընդ այ: այլ քարոզեաց հոգւոցն արդարոց. որք սպասէին անդ գալստեանն քի, և ազատութեան իւրեանց: քանզի սոցա քարոզեաց. ոչ թէ առ 'ի դարձուցանել զնոսա. զի զի յառաջ քան զելանելն 'ի մարմնոցն իւրեանց դարձեալ էին և ապաշխարեալ. այլ առ 'ի յանդիմանել զառաջագոյն անհաւատութիւն

գ 3 նոցա: կամ թէ քարոզեաց. այսինքն աւետարանեաց նոցա զզանկացեալ աւետիս փրկութեան, և երանելութեանն նոցա. որպէս նոյն սբ առաքեալ պետրոս 'ի դ. բրդ" գլխին նորին թղթոյն մեկնէ, և ասէ: Օի 'ի սոյն իսկ մեռելոց աւետարանեալ է:] որ և 'ի հոգս թարգմանեցաւ այսպէս. մեռելոց խոստացեալ է: Եւ զնոյն նշանակեն բանքն այլոց. զոր վկայէ սուրբն երենոս 'ի գիրսն գ. բրդ". 'ի գլխն. իգ. բրդ". գոլ երեմիայի. և սբն յուստինոս 'ի տրամա-

բանու-

բանութեան ընդ արհեստին . առէ գալ Դ
եւայեաւ . եւ յայժ զայրանայ . զի հրեայ 4
քն ընքեցին զնոյն բանն 'ի մէ գրոցն
առնելութեանմբ քրիստոնէականն հա_
ւատոց ։ Իսկ բանքն էին այսոքիկ բառ
վկայութե մէոյն յուսանիննուի ։ Յի_
շեաց տէրն իշխ զմեռեալս իւր . որք
ննջեալ էին 'ի յերկիրն Թաղմանն ։ եւ էջ
առ նոսա աւետարանել զփրկութիւն .
որ էր 'ի նմանէ . զի փրկեսցէ զնոսա ։]
Եւ բատ ասլին օրինակին են բանքն այն
առոտին ... Թուի . Թէ մէն պետրոս
փոխեալ էր զնոսա յուժ մէ ասացել
մարգարէիցն ։

Բայց կրկնել անդրէն հակառա_ Ե
կորդացն առեն ։ քն քարոզեաց հոգո_ 5
ոցն այնոցիկ որք էին ապստամբք եւ
անհաւատք 'ի ժամանակն նոյի . որ
քարոզէր նոցա զջրհեղեղն ։ իսկ նոքա դա
Obijcit quintò: *Dæmones dicebant Chriſto, Matth. 8. Veniſti huc ante tempus torquere nos. & Lucæ 8. Rogabant eum, ne imperaret illis, vt in abyſſum irent: ergo ſi Dæmones nondum puniuntur, ſed puniendi reſeruantur in diem Iudicij; certè idem de prauis hominibus dicendum erit. Liquet ergo, particularis Iudicij aſſertores ipſis adhuc peiores eſſe Dæmonibus: ſiquidem iſti credebant, Iudicium vnica ſolùm die, ſcilicet nouiſſima, eſſe futurum; illi verò denegant.*

Reſpondetur, quòd ſicut ſancti Angeli iam nunc glorificãtur in Cœlis, & Dei faciem intuẽtur, ex Saluatoris noſtri teſtimonio, qui ait Matt. 18. *Angeli eorum in Cœlis ſemper vident faciem Patris mei.* ita conſequẽter perſpicuum eſt, omnes rebelles Angelos tam pœna damni, quàm pœna ſenſus iam nunc puniri. & licet Dæmones aliqui nõdum in abyſſum demerſi ſint, ſed ad noſtram exercitationẽ in aëre hoc noſtro verſentur; adhuc tamen ijſdem excrucian-

Ժդ ըստ հոգւոյ և մարմնոյ. և առնա_
ցուն զկատարումն երանութեան իւրեա_
14 նց։ և ասէ սա այսորիկ առնէ. զի մի առ_
անց մեր կատարեսցին. այսինքն. կատարե_
ալ երանութեամբ հոգւոյ և մարմնոյ։
Եւ արդ աստ ոչ ուրանայ առաքեալն, թէ
սրբոցն ըստ զյարութիւն են երանեա_
ալք մասնաւոր երանութեամբ. այսինքն. հոգւ_
ոյն միայն. որ կայանայ ի սէր և ի հայ_
եցողական տեսութեան այ. այլ առա_
ւել զայն զայս խոստովանի ի բազում
տեղիս. որպէս ի վերոյ ցուցաք. մանաւ_
անդ ի նոյն վերագրեալ գլխոյ առ եբ_
Ժե րայեցիս. ներում ասէ. այսպէս։ Ամէն
15 հաւատովք պարտեցին զթագաւորութիւնս.
գործեցին զարդարութիւն. հասին ա_
ւետեաց։]

Վեցերորդ ասէ վարդապետն. Զի է_
թէ մեղաւորք առանց աւուր դատաստանի
տանջելոց են. ապա դևն պիղծ, որ
զմարդն տանջէր և լլկէր, զիարդ ա_
սաց առ քս. եթէ ընդէր եկիր աստա_
ժամ տանջել զմեզ։ Եւ յայլ ուրեք դե_
քն աղաչէին զնա, զի մի հրամայեսցէ սա_
ցէ նց երթալ յանդունդս։ այսուհետև
տև յայտ է. որ այսպիսեաց ընդդու_
Ժզ նօղքն առաւել չար են, քան զդևսն։
16 զի նք իւր մասնաւոր իմացութէ իմա_
նային. զի դատաստանն ի միում աւուր
է. և զայն ասէին վերջին. իսկ նք ոչ
հաւատան միոյ աւուր դատաստանին։]

Պատասխանի. թէ որպէս սբ հրեշտակքն
փառաւորին այժմ ի յերկինս. և տե_
սանեն զերեսն այ ըստ վկայութեանն
քի. որ ի մատթէ. Ժը. երդ" գլխոյն ասէ.
թէ հրեշտակքն նց յերկինս հանապազ
տեսանեն զերեսս հօր իմոյ. նոյնպէս
և հարկաւոր է ասել. թէ ամ չար հրե_
շտակքն չարչարին այժմ տանջանօք։ և
թէպէտ դևք ոմանք չև ևս են արկեալ
'ի

՚ի յանդունդս. այլ շրջին ՚ի յօդս այս ԺԷ
վն մերոյ փորձութեան. սակայն նոքա 17
տանջանօք այժմ չարչարին. և քերեն
ընդ անձինս զգեհենան իւրեանց. իսկ
ամբողջ ՚ի յաւուր դատաստանին առնե
ալ և փակեալ լինելոցին ՚ի բանդս դժո
խոց. և ունելոցին անդ զկատարումն
տանջանաց իւրեանց. յորմէ և յայն
ժամ երկնչէին ասելով. եկիր տար
ժամ տանջել զմեզ: և Տէր՝ օրհնեալ աս
տուած ա՞ծ. զի մի այժմ
չարչարեալ լիցի նոյն վարդան ընդդէմ
որոյն տանջանօք, քան զդևս իսկ. երբ՝
վն ուրանալոյ պատանջանս մեղաւորաց ԺԸ
զինի մահուն, կամեցաւ ընդդատելր 18
տեղ և խոսեցաւ դևաց վկայութե
յետոյ:

Եւ Թնեքորդ՝ առաքելոյն այլք ումա
նք վկայութե զբանն, որ ՚ի յայտնութեան. զ.
երդ" գլխոյ ասի: Եւ տեսի ՚ի ներքոյ սե
ղանոյն զհոգիս չարչարելոցն վն բա
նին այս. և վն վկայութե նոցա, զոր
ունէին: որք աղէին ձայնիւ մեծաւ.
մինչ և յերբ տէր սբ և ճշմարիտ ոչ
դատես և խնդրես զվրէժ արեանն մե
րոյ ՚ի բնակչաց երկրի: և տուաւ նո
ցա պատմուճանս սպիտակս. և ասացաւ
նոցա. զի հանգիցեն փոքր մի ժամանա ԺԹ
կ մինչ և լցցին ծառայակիցք նոցա, 19
և եղբարք նոցա. որք հարկաւորեալ են
կատարել իբրև զնո:] ուստի և ասեն.
զհոգիս սրբոց մարտիրոսաց ոչ գոլ այ
ժմ ՚ի յերկինս. այլ հանգչել ՚ի ներքոյ
սեղանոյն. սպասելով անդ երկնային
երանութեան ՚ի յաւուր դատաստանին.
յորժամ լցցի թիւն այլոց մարտիրո
սացն:

Պատասխանի. եթէ ՚ի յայտնութեան այսմիկ
խոսանական երկրաւոր սեղանոյ ողջա
կիզեաց, յորում մարտիրոսաց մար
մինքն

ciantur pœnis, & secum suam Gehẽnam portant: quanquàm pœnarum suarum complementum, quod nunc timebant, dicentes: *Venisti ante tempus torquere nos*; habebunt in die Iudicij, quando Inferorum carceribus concludentur. Faxit verò Deus, ne Vartanus ipse, qui, vt peccatorum, & Dæmonum pœnas negaret ante finale Iudicium, ipsorum adhuc Dæmonum testimonio niti pertinaciter voluit, eas nunc acriores, quàm illi, sentiat, & malo suo confiteatur.

Objiciunt vltimò reliqui Magistri communiter verba illa Apoc. 6. *Vidi subtus Altare animas interfectorum propter Verbum Dei, & propter testimonium, quod habebant: & clamabant voce magna dicentes: vsquequò Domine (sanctus, & verus) non iudicas, & non vindicas sanguinem nostrum de ijs, qui habitant in terra? & datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum, donec compleantur conserui eorum, & fratres eorum, qui interficiẽdi sunt, sicut & illi*. Vnde colligunt primò, animas Sanctorum Martyrum nõ in Cælo quidem, sed *subtùs Altare* visas à Ioanne quiescere, hoc est, in loco aliquo sublunari, siue is aër sit [1]; siue Paradisus terrestris [2]; siue altaria ipsa [3]; siue tandem (vt quidam alij putauerũt) locus subterraneus, & amænus, similis Cãpis Elysijs [4]. Secũdò, eas, vbicunque sint, nõdum esse beatas, sed expectare, vt glorificentur, diẽ Iudicij, quãdo numerus Martyrum expletus erit.

1. Sic exponunt Armeni Magistri communiter.
2. Tertullian. lib. de anima sub finem.
3. Vigilantius & Caluinus, qui eas dicũt sub altari quiescere, & quasi dormire.
4. Victorinus, & alij.

V 2 Res-

Respōdetur, in hac visione Symbolica pro altari holocaustorū terrestri, in quo corpora Martyrum immolata, & sepulta sunt, significari altare thymiamatis Tēpli Cælestis, in quo propriè animæ ipsorum, stolis albis indutæ, hoc est, cęlesti gloria coronatæ, quiescunt. idque satis declaratur ex eo, quod de ijsdem Martyribus subditur cap. 7. *Hi, qui amicti sunt, stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt?* & responsum fuit: *Hi sunt, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas in sanguine Agni: ideò sunt ante thronum Dei, & seruiūt ei die, ac nocte in Templo eius.* In hoc igitur Cælesti Templo assistunt beatæ animæ apud altare thymiamatis, offerentes Deo thymiama laudū, & orationum: quod clariùs etiam explicatur cap. 8. dum dicitur: *Et alius Angelus venit, & stetit ante Altare, habens thuribulum aureum: & data sunt illi incensa multa, vt daret de orationibus Sanctorum omnium super Altare aureum, quod est ante thronum Dei.* Itaque apud hoc Altare *datæ sunt illis singulæ stolæ albæ,* quæ gloriam animæ significant: *& dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicum,* &c. nam alteram stolam, id est, gloriam corporis, post resurrectionem habebunt; vt exponunt Gregorius Papa in 4. Psal. pœnitent. Augustinus Serm. 4. de festo Innocentium; Beda, Anselmus, & alij Expositores, in hunc locum.

Ի 20 [illegible]

Իա 21 [illegible]

Իբ 22 [illegible]

Մի՞ թէ երանեալ հոգիքն տեսանեն

Յերկինս զէութիւն
Աստուծոյ :

ՈւԹԵՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Առաջարկին երկու կարծիք, և լուծումն
վիճաբանութեան :

Գլուխ . ա .

AN BEATI VIDEANT IN CAELO Diuinam Essentiam?

QVAESTIO INTER ARMENIOS OCTAVA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quaestionis.

§. I.

Ուրացանեն Հայոց ոմնք ա I
եւ ոմանք . որով պատմէ Արմախկանոս 'ի . Ժդ.րդ'' գիրս . և յառաջին գլխոյն . յորում առաջերէ ղբասոս եպիսկոպոս ուրուք մեծին Հայոց յոհաննէս կոչեցեալ . որ ասէր այսպէս : Կարծեն ոմանք 'ի մերայնոց . եթէ ոչ ոք ստեղծուածական հայեցողական տեսութեամբ յայտնապէս ճանաչել զաստուածային բնութիւն : և ասեն . եթէ մարդկան և հրեշտակացն սրբոց վերջին երանութիւն ոչ կայանայ 'ի պարզ և յայտնի տեսսու_

NEGANT Armeniorum nonnulli, Deum per essentiam videri posse, aut vnquàm ab intellectu creato visum iri; vt apud Riccardum Armacanũ lib. 14. cap. 1. Ioannes, Episcopus Clatensis Maioris Armeniæ, refert in hæc verba: *Tenent Armeniorum aliqui, quòd nulla creatura possit diuinæ naturæ ita vniri, vt nuda, & clara visione intuitiua eam cognoscat: nec nostram finalem beatitudinem in futuro, aut Angelorum sanctorum in præ-senti,*

ſenti, dicunt, conſiſtere in huius clara, & nuda Viſione diuinæ ſubſtantiæ: ſed affirmant, finalem creaturæ rationalis beatitudinem in hoc eſſe; quòd cognoſcat perfectè, ſupernaturaliter illuminata, quòd Deus non eſt aliquid entium; ſed eſt ſuper omnia omninò inuiſibilis; ſine hoc, quòd ipſum clare, & nudè videat. Et hanc ſuam aſſertionem adſcribunt ſuis antiquis Doctoribus, & præcipuè B. Dionyſio in ſuis Opuſculis. Բ 2

Similia tradũt alij Scriptores, præſertim Guido Carmel. lib. de hæreſibus, verbo, *Armeni*, dicens: *Aſſerunt; Beatos eſſentiam Dei non videre, ſed claritatem quandam illius eſſentiæ; in qua Viſione affirmant ſupremã conſtare beatitudinem.* Et quòd ita præcipuè ſenſerit, ac docuerit Vartanus, colligitur ex illis verbis Clementis Papæ VI. in Reſcripto * ad Conſolatorem, Armeniæ Patriarchã: *Scire volumus, ſi credidiſtis, & credis tu, & Armeni, qui tibi obediunt; Vartanum, &c. qui ſcripſit, ac docuit, quòd nec ſanctæ animæ Deum per eſſentiam beatificè videbunt, &c. fuiſſe hæreticum, & hæreſiarcham peſſimum.* Գ 3

* Clem. VI. Epiſt. ſec. tom. 10. pag. 72.

Adſcribunt autem hanc ſuam ſẽtentiam Diuo Dionyſio Areopagitæ; quòd ille ſæpiùs in lib. de Cæleſti Hierarch. & alibi, appellauerit diuinã eſſentiam, *inintelligibilem, inuiſibilem, ininueſtigabilem*, &c. ac dixerit, *Angelos intueri diuinum radium, claritatem diuinæ lucis*, & ſimilia. In eundem errorem incidit tempore Innocentij III. Petrus quidam Abailardus, qui dixit, Deum per eſſentiam Դ 4

ութեան նոյ. այլ ՚ի ճանաչել կատարելապէս և գերբնաբար, թէ Աստուած ոչ է իր ինչ յէակաց, այլ գերբանց զամենայն անհասանելի անիմանալի: Եւ համարին զայսպիսի կարծիս աւանդել ՚ի հնանի վարդապետաց մերոց. մանաւանդ ՚ի սրբոյն Դիոնեսիոսէ արիսպագացւոյն ՚ի գիրս իւրեան:]

Զնոյն պատմէ գոյտոս կարմելիտացին ի գիրս յաղագս հերձուածոց. և ասէ: Հայք ունին կարծիս. թէ հոգիքն երանելոց ոչ տեսանիցեն զէութիւն այ: այլ ասեն. զերանութիւն կայանալ ՚ի տեսանել զպայծառութիւն ինչ ածային էութեան:] Եւ որ հայրապետն հռովմայ կղեմենտոս վեցերորդ ՚ի թուղթն, զոր գրեաց առ տէր մխիթարիչ հայոց կթղին, ասէ: Լուաք, եթէ ոմն վարդապետ հայոց վարդան անուն, գրեաց և ուսոյց. թէ հոգիք սրբոցն ոչ երբէք տեսանելոց են զէութիւն այ ՚ի յերանութեան իւրեանց: վն որոյ կամիմք գիտել. մի՛ թէ դու և հնազանդեալքդ քո հաւատայք. թէ նոյն վարդանն էր հերետիկոս և հերձուածապետ չարաչար:]

Արդ՝ մերաքեն դոգմ զկարծիս իւրեանց մէրոյն դիոնեսիոսի. վն զի նա ՚ի գիրս յաղագս երկնային քահանայապետութե կոչէ երբեմն զածային էութիւն անիմանալի, անտեսանելի, անքննելի, և այլն. Եւ ասէ երբեմն, զհրեշտակս տեսանել զածային ճառագայթն. կմ զպայծառութիւն ածային լուսոյն, և նմանք սոցին: Եւ թիւրապէս իմանան զուղղափառ զմիտս սրբոյն. որ և յայլ բազում տեղիս գրէ ընդ դեմ նոցա. և զչարաչար կարծիսնոցին յայտնապէս յանդիմանէ: որպէս ՚ի ներքոյ յայտ լինիցի:

ԻՍԿ կ՛աթողիկեայք ուղղափառ- Ե
քն. ուսուցանեն. եթէ զմիակն 5
զանհաս զօրութիւն բնութեան աստուա-
ծոյն թէպէտ ոչ կարէ ամենեւին ըմբռ-
նել և սահմանափակել միտք՝ զայն ամբա-
և անսահմանելի էութիւն այ. կարէ
սակայն գերբնաբար և ամայն լու-
սոյն զօրացեալ՝ տեսանել զնա յայտ-
նապէս, և հայեցողական մտաւոր
տեսութբ: Եւ զի այսպէս ամ տեսա-
նի այժմ յերկինս ՚ի հոգւոց երանելոց.
սահմանեալ եղև զկնի բազմօրեայ քըն-
նութե ՚ի սրբազան հայրապետէն հե-
ռովմայ բենեդիկտոս մետասաներոր-
դէ ՚ի կանոնին, որ սկսանի. օրհնեալ է՛ Զ
ամծ: որոյ բանքն են այսոքիկ. Առաքե- 6
լական իշխանութբ սահմանեմք. եթէ
հոգիք ամ սրբոց՝ առաջ քան զյարու-
թիւն մարմնոյն իւրեանց, թէպէտ զկնի
համբարձմանն տն մերոյ յի քի՛ եղեն,
գոն, և լինելոց են ընդ քի յարքայութեն
երկնից և յերկնային դրախտին, ընդ-
հրեշտակս դասաւորեալք: Եւ թէ
յետ յի քի չարչարանաց և մահուանն
տեսին, տեսանեն, և տեսանելոցեն ան-
միջապէս և յայտնաբար զածային
էութիւն. յորմէ տեսութէ անտի ու- Է
րախութե լցեալ լինին. Նոյն և եթէ 7
հոգիքն որոց այսպիսի տեսութե և ու-
րախութե լինին ճշմարտապէս երա-
նեալք, և ունին զհանգիստ և զկեան-
սն յաւիտեան:] Եւ դարձեալ՝ զնոյն
սահմանեաց յետոյ վերջատին տիեզե-
րական սբ ժողովն ֆլորենտիոյ այսպի-
սի բանիւք: Սահմանեմք, զհոգիս ե-
րանելեաց տեսանել յայտնապէս զնո
քն ամ էականն և մի բնութիւն,
որպէս և է՛ իսկ. բայց մինն քան զմիւ-
սն կատարելապէս ըստ զանազան ար-
ժանաւորութեանց իւրեանց:] Եւ
սահ

tiam videri non posse; quem sequuti sũt posteà Arnaldus, & Almaricus, vt refert Alfonsus de Castro lib. 3. aduersùs hæreses. tit. *Beatitudo*.

AFfirmãt verò Catholici, docentes, supremam illam, & incõprehensibilem Dei essentiam, quãuis ab intellectu creato adęquatè circumscribi, & comprehẽdi nequeat, posse tamen ab illo supernaturaliter intuitiuè videri: immò quòd sic de facto à Beatis in Cælo videatur, definitum de fide primò fuit post longas disputationes à Benedicto XI. in Extrauagãti, quæ incipit: *Benedictus Deus*: cuius hæc verba sũt: *Authoritate Apostolica definimus, quòd secundùm Dei communem ordinationem animæ Sanctorum omnium* &c. *etiã antè resurrectionem corporum, & Iudicium generale, post Ascensionẽ Domini nostri Iesu Christi in Cælum, fuerunt, sunt, & erunt in Cælo, Cælorum Regno, & Paradiso Cælesti, cum Christo sanctorũ Angelorum consortio aggregatæ: ac post Christi Iesu passionem, & mortem viderunt, vident, & videbunt Diuinã essentiam immediatè, se benè, & clarè, & apertè illis ostendentem: quòdq; sic videntes eàdem diuina essentia perfruuntur: nec non quòd tali visione, & fruitione eorum animæ, qui iam decesserunt, sunt verè beatæ, & habent vitam æternam, & requiem; & omnium illorum, qui posteà decedent, eandem diuinam videbunt essentiam, ipsàque perfruentur ante Iudicium generale.* Definitum hoc iterùm fuit deinde à Concilio Florentino, sess. vlt. verbis illis: *Definimus, Beatorum animas*

mas intueri clarè ipsum Deum Trinũ, & Vnum, sicuti est, pro meritorum tamen diuersitate alium alio perfectiùs. Cui etiam definitioni consenserunt (vt suprà diximus quæst. 5. nu. 25.) Armeni Patres, ad idem Concilium legati ab ipsorũ Ecclesia. Hæc igitur vera sententia probãda mox est.

QVOD BEATI VIDEANT In Cælo diuinam essentiam,

PROBATVR PRIMO *Ex sacris Scripturis.*

§. II.

EXodi 33. Moysi, quærenti videre faciem Dei in hac vita, responsum fuit: *Non poteris videre faciem meam: non enim videbit me homo, & viuet.* Et rursùs ibidem, Moysi dicenti: *Ostende mihi gloriam tuam:* respondit Deus: *Ego ostendam omne bonum tibi.* Quodnam autem est omne bonum, nisi Diuina essentia? ex quibus verbis manifestè colligitur, Deum promisisse Moysi visionem suæ essentiæ, sed post hanc vitam.

Isaiæ 33. *Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem: qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere: qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos, ne videat malum: iste in excelsis habitat, & munimenta saxorum sublimitas eius, & panis ei datus est, & aquæ eius fideles sunt: Regem in decore suo videbunt*

ocu-

սահմանադրութեան այսմիկ համա-
Է նեցին և ստորագրեցին հարքն հայոց.
8 որք յեկեղեցւոյն իւրեանց առաքեցան
առ նոյն սրբազան ժողովն. բստ որում
'ի. Ե. երդ" վիճաբանութեանն ասա-
ցաք. և ցուցաք անխախտաբէս:

ԹԷ ԵՐԱՆԵԱԼՔ

Հոգիքն տեսանեն 'ի յերկինս
զէութիւն այ.

ՑՈՒՑԱՆԻ

Նախ վկայութբ աստուածաշունչ
գրոց:

Պրակք. Բ.

ա 1 'Ի Գիրոցն Ելից. Լգ. երդ" գլխոյն.
խնդրեալ մովսէսի տեսանել զե-
րեսս այ 'ի կենասս աստ. պատասխանի
եառ նմա այ. և ասաց: Ոչ կարիցես
տեսանել զերեսս իմ. զի ոչ տեսանիցէ
զիս մարդ, և կեցցէ:] Եւ դձլ 'ի ներ-
քոյ ասէ մովսէս. ցոյց ինձ զփառս քո:
Եւ պատասխանեաց եառ այ: Ես ցու-
ցից զամ բարին քեզ:] Աւրդ՝ զինչ է
ամ բարի. եթէ ոչ այային էութիւն:
յորոց բանից յայտ լինի, թէ այ խոս-
տացաւ մովսէսի զտեսութի էութեան
Բ 2 իւրեան. բայց ոչ 'ի կենասս աստ, այլ
'ի հանդերձելումն:

Դարձեալ ասէ Եսայեաս 'ի. Լգ. երդ" գլխոյն: Որ գնայ արդարութբ, և խօսի զուղիղ ճանապարհս. որ ատէ զանօրէնութի և զանիրաւութի, և թօթափէ զձեռս իւր 'ի կաշառոց. որ ծանրացուցանէ զականջս առ 'ի չլսելոյ զդատն արեան, և խնու զաչս իւր զի մի տեսցէ զանիրաւութի, նա բնակեսցէ 'ի բարձր այր 'ի վիմի հաստատնոյ. հաց տացի նմա. և ջուր նորա հաւատարիմ. զթագաւորն փառօք

տեսս

տեսցեն աչք նորա , և զերկիր ՚ի հե-
ռուստ :]

Դաւիթ՝ ասէ դաւ. իթ ՚ի սաղմոսն. լե. երգ՝ : արբեսցին նոքա ՚ի պարարտութենէ տանս քո. և զհեղեղս փափկութեան քո արբուսցես զնոսա : քանզի ՚ի քէն է՛ աղբիւր կենաց . և լուսով քով տեսցուք զլոյս] բայց ոչ զլոյսն արարածական . զի սա ոչ կարէ զոլ պատճառ երանութեան մերոյ . այլ զանարարածն , որ է՛ աղբիւր կենաց. և յաղագս որոյ ասէ յեսայի ՚ի. կ. երգ՝ գլխոյ. Թէ ոչ և ս եղիցի քեզ արեգական ՚ի լոյս տուընջեան . և ոչ ծագումն լուսնի տացէ քեզ լոյս ՚ի գիշերի: այլ եղիցի քեզ տէր լոյս յաւիտենական . և Աստուած քո փառք քո :]

Դաւիթ՝ ՚ի սաղմոսն. խա. ասէ: Որպէս փափագէ եղջերու յաղբերս ջու-րց. այնպէս փափագէ անձն իմ առ քեզ Աստուած. ծարաւի է՛ անձն իմ առ քեզ Աստուած հզօր և կենդանի. երբ եկից երևեցայց երեսացդ այ :] զերդ՝ փափագէր մարգարէն երևել երեսացն այ . ոչ . տեսանել յայտնապէս զերեսս նորա. և ոչ թէ տեսանել ՚ի նմանէ: քանզի լաւ գիտէր ըստ առաքելոյն . Թէ չիք արարած աներևոյթ յերեսաց նորա :

Դաւիթ՝ ՚ի. ձգ. րդ". սաղմոսն ասէ: Երանի այնոցիկ որ բնակեալ են ՚ի տան քո. յաւիտեանս յաւիտենից օրհնեսցեն զքեզ տէր : Երանեալ է՛ այր. որոյ օգնութիւն իւր ՚ի քէն է՛. ելս եդ ՚ի միտս իւրում ՚ի հովիտս արտասուաց ՚ի տեղւոջ յորում ուխտեաց: զօրհնութիւն տացէ որ զօրէնսն եդ: գնասցեն նոքա ՚ի զօրութենէ ՚ի զօրութիւն . և երևեսցի Աստուած աստուածոց ՚ի սիոն:] տր. ՚ի վերոյին բան. որ է՛ մարդ մեր առնոյն : քանզի մրդ՝ յառաջ ընծայեալով յառաջինութենէ յառաջինութիւն, երևան-

իբրև.

oculi eius, cernent terram de longè.

ԴՁ
3 Psalm. 35. Dauid Propheta, finalem beatitudinem nostram prænuncians, ait: *Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos*. Et causam immediatè subijciens: *Quoniam*, inquit, *apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*: non quidem creatum, de quo Isaias c. 6. *Non erit tibi Sol ampliùs ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te* (nam creati luminis visio non potest esse

ԴՁ
4 nostræ beatitudinis causa): sed increatum, quod scilicet fons vitæ est, & de quo statim idem subdidit Isaias: *Sederit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam*.

Item Psal. 41. *Quemadmodùm desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: sitiuit anima mea ad Deum fortem viuum; quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Cupiebat Propheta ante faciem Dei apparere; non scilicet ab illa videri, cuius quidem ocu-

Ե
5 lis, sciebat, *omnia nuda esse, & aperta*, vt dicitur ad Hebr. 4. sed illam clarè videre. solet enim etiam dici, apparere aliquem ante faciem alicuius, cùm huius faciem apertè videt.

Item Psal. 83. *Beati, qui habitãt in domo tua Domine, in secula seculorum laudabunt te. beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco, quem posuit. Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deo-*

rum in Sion: in illa nimirùm, *quæ sursùm est, Ierusalem, & libera, quæ est mater nostra*, ad Galat. 4. Illuc enim ex hac lacrymarum valle gradatim per virtutes ascendere dicitur homo, vbi tandem Deum Deorum videbit.

Matth. 5. Christus ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Et rursùs cap. 18. *Angeli eorum in Cælis semper vident faciem Patris mei.* Quibus sanè verbis quid clariùs ad propositum desiderari possit, non video.

Ioann. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum:* hoc est, Diuinitatem meam nudè, apertèque illi spectandam exhibebo. nam & eius humanitas iam manifesta erat hominibus; & gloria humanitatis manifestabitur etiam improbis in Iudicio; & Diuinitas quidem eius cognita adhuc erat, & est in hoc Mundo à diligentibus eum, sed non clarè, ac manifestè videbatur: solùm igitur superest, vt claram hanc suæ Diuinitatis visionem tunc Christus promiserit dilectoribus suis.

Eiusdem, cap. 17. *Pater, quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, illic mecum sint; vt videant claritatem meam, quam dedisti mihi; quia dilexisti me ante constitutionem Mundi.* Quòd autem claritas hæc sit Diuinitas, illi ab æterno à Patre communicata, colligitur manifestiùs ex præcedentibus verbis, quibus dixerat: *Et nunc clarifica me tu Pater, apud temetipsum claritate, quam habui, priusquã Mun-*

Զ 6 երբեւ առաքինաւոր ՚ի յերկինս. ուր եւ զԱծ հրեշտակացն տեսանէ:

Որպէս ՚ի Մատթ. Ե. երգ.՞ գլխն ասէ: Երանի որ սուրբ են սրտիւք. զի նոքա զԱծ տեսցեն:] Եւ դարձ ՚ի. ԺԸ. երգ՞ գլխն ասէ. Հրեշտակք նոցա յերկինս հանապազ տեսանեն զերեսս Հօր իմոյ:] Եւ Հան յերկրաւորն [illegible] վկայութիւն քեր յայտնագոյն է՛ քան զլոյսն արեգականն:

Որպէս ՚ի յովհաննու. ԺԴ. երգ.՞ գլխն ասէ. Թէ որ սիրէ զիս. սիրեսցի ՚ի Հօրէ իմմէ. եւ ես սիրեցից զնա. եւ երեւեցուցից նմա զիս:] Այ. զԱծութին իմ առանց
Է 7 նմա յայտնապէս տեսանել. քանզի մարդկութին նորա առհասարակ երեւելի էր ամենեցուն. եւ փառք մարդկութեան յայտնելոց են ամբարշտաց յաւուր դատաստանին. նա եւ նորա աստուածութին ծանաւ չէր եւ ծանաւէր յայսմ աշխարհիս ՚ի սիրողաց իւրոց. բայց ոչ յայտնի երեւելի լինէր նոցա: Արդ մնայ զայս յայտնի տեսութին Աստուածութեան իւրոյ միայն խոստացաւ յայնժամ Քս սիրելեացն իւրոց:

Որպէս ՚ի յհու. ԺԷ. երգ.՞ գլխն ասէ: Հայր՝ զոր ետուր ինձ, կամիմ զի
Ը 8 ուր եմ ես, եւ նոքա իցեն ընդ իս. զի տեսանիցեն զփառսն իմ, զոր ետուրն ինձ. զի սիրեցեր զիս առաջ քան զլինելն աշխարհի:] Արդ՝ զի փառքն այն էր ինքն Աստուածութին, զոր ՚ի յաւիտենից առեալ էր որդին ՚ի Հօրէ. եցոյց նոյն Քս ՚ի բանին առաջագոյն, ասելով. Եւ այժմ փառաւորեա զիս Հայր, առ ՚ի քեն փառօքն զոր ունէի առաջ քան զլինելն աշխարհի:] Այ. յայտ արա այժմ զԱծութին իմ, զոր ՚ի քեն եւ ընդ քեզ ունէի յաւիտենից: ապա զանստեղծ զփառս զայս. Այ. զԱծային էութին իւր կա-

կամեցաւ քո՛ զի տեսանիցեն երանեալ Թ
քն յերկինս. և ոչ զստեղծեալ պայծա
ռութի ինչ. յորոյ տեսութեան անձն 9
հաւասարակորդ կայանալ զյաւիտեան է
րանութիւն մեր. ընդ դէմ այնորիկ զոր
ասէ նոյն քո՛ ՝ի նմին գլուխն այսպէս:
աՀա յս է կեանք յաւիտենն. զի ճանիցեն
զքեզ միայն ճշմարիտ ած:] Այ. յաւիտե
անն կեանք և երանութիւն ՝ի յայսմ կայ
անայ. զի ծանիցեն զքեզ ած միայն. և
ոչ զայլ ինչ բաց ՝ի քէն:

Առն՝ յառաջնոյն կորնթ. ԺԳ. ըմ"
գիտեն ասէ պօղոս: փոքր ՝ի շատէ գիտեմ
մք. և փոքր ՝ի շատէ մարգարէանամք: Ժ
այլ յորժամ եկեսցէ կատարումն. խա
փանեսցի որ փոքր ՝ի շատէն է: այժմ 10
տեսանեմք իբրև ընդ հայելի օրինակա
կաւ. այլ յայնժամ դէմ յանդիման:
այժմ ճանաչեմ ես փոքր ՝ի շատէ.
այլ յայնժամ ծանեայց որպէս և նոյն
ծանեաւ զիս:] ԱՀա՛ երանելին տե
սութիւն այս ասի աստ յառաքելոյն կա
տարեալ, և դէմ յանդիման. զի է՛ յայտ
նի և հայեցողական տեսութիւն այ. և
ոչ հայելոյն անմիջապէս հայի յած.
և ոչ է՛ տեսութիւն արտաքսականն ՝ի
գործոց, որպէս է՛ մերս, որով այժմ Ժա
ճանաչեմք զած միջնորդաբար, անյայտ
աղօտապէս, և փոքր ՝ի շատէ: Նաև զի 11
ասէ. այլ յայնժամ ծանեայց որպէս
և նա ծանեաւ զիս: կամ ած ծանեաւ
և ճանաչէ զպօղոս անմիջապէս և պա
րզաբար: ապա ուրեմն և նոյնպէս պօ
ղոս տեսանելոց էր զած.

Առն՝ յերկրորդ կորնթ. Ե. երր"
գիրն ասէ: Գիտեմք, եթէ որչափ
յամիմք ՝ի մարմնի աստ. օտարանամք
՝ի տեառնէ: զի հաւատով գնամք, և ոչ
տեսանելով:] ԱՀայս յետ ելանելոյ
մերոյ ՝ի մարմնոյ աստի՝ ոչ ևս օտա
րանայ

Mundus esset, apud te. hoc est, notam fac Mundo Diuinitatem meam, quã à te, ac tecum habui ab æterno. Hãc igitur increatam sui ipsius claritatẽ, diuinam scilicet essentiam, voluit Christus, vt Beati viderent in Patria; & nõ creatam nescio quam eiusdem Diuinitatis lucem, in cuius visione, asserunt aduersarij, Beatitudinem nostram consistere, contra id, quod in eodem capite Veritas ipsa expressè testatur, dicens: *Hæc est autem vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum*: quasi dicat: vita, & beatitudo æterna in hoc consistit, vt te solummodò Deum trinum, & vnum, & non aliud præter te, cognoscant.

1. Corinth. 13. *Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit, quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte est. Videmus nunc per speculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: nunc cognosco ex parte; tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Dicitur hìc ab Apostolo beata visio in Patria facialis, & perfecta, quia est intuitiua Dei, & immediata inter Deum, & animam; ad differẽtiam cognitionis abstractiuæ, qua nunc cognoscimus Deum ex parte, hoc est, obscurè, imperfectè, & mediatè per effectus creatos, aut per fidem. Tum quia apertè dicit Apostolus: *Cognoscã, sicut & cognitus sum.* aut ergo Paulus non cognoscebatur tunc à Deo intuitiuè, aut etiã intuitiuè cognoscendus erat Deus à Paulo; nisi mentitum velimus hìc Apostolum.

2. Corinth. 5. *Scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino: per fidem enim ambulamus, & non per speciem.* quid hoc indicat? nisi, quòd egressi ex hoc corpore, non peregrinabimur à Domino, nec per fidem, sicuti nunc, ambulabimus, sed per speciem, diuinam scilicet essentiam clarè spectantes. ideò subijcitur: *Audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Deum.* Anne Paulus in corpore præsens non erat Deo? præsens vtique & loco, & visione passiua, qua videbatur à Deo; sed non præsentia claræ visionis actiuæ, quam sperabat in patria.

Hebr. 12. *Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam, sine qua nemo videbit Deum.* ergo à puris, & sanctis animabus Deus videri potest.

Ioann. Apost. Epist. 1. cap. 3. *Nunc filij Dei sumus; & nondum apparuit, quid erimus. scimus, quoniam, cùm apparuerit, similes ei erimus; quoniam videbimus eum, sicuti est.* Non itaque cognoscitur Deus à Beatis obscurè, & negatiuè solummodò, nō esse scilicet aliquid entium creatorū, vti dicebant Armeniorum nonnulli; sed videtur clarè, & positiuè, sicuti est in se trinus, & vnus.

Apoc. vlt. *Sedes Dei, & Agni in illa erunt* (hoc est, in cælesti Ierusalem); *& serui eius seruient illi, & videbunt faciem eius; & nomen eius in frontibus eorum: & nox vltrà nō erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lu-*

Ժբ բանակցեմք 'ի մնէ . և ոչ հաւատով
12 գնասցեմք անյայտապէս , որպէս և այ
ժմ. այլ տեսակաւ . այն . տեսանելով իսկ
յայտնապէս զա̃ծային էութիւնն :
Սակս այսորիկ հետեւի . և ասէ . [Այլ
համարձակիմք , և առաւել ևս հա
ճեալ եմք ելանել 'ի մարմնոյ աստի . և
մտանել առ ա̃ծ :] իսկ զի՞արդ կամէր
առ ա̃ծն մտանել : ոչ ապաքէն 'ի մար
մնի գոլով մտեալ էր առ ա̃ծ : մտեալ
էր արդեօք տեղեաւ և առատաքաստ
կամ անյայտ ճանաչմամբ . որ լինի կամ
գիտութբ 'ի ստեղծուածոց ճանաչե
Ժգ ցելոց . կամ հաւատով 'ի վկայութե
13 նէ ա̃ծաշունչ գրոցն . բայց չև ևս մը
տեալ էր առ ա̃ծ հայեցողական յայտ
նի տեսութբ . զոր յուսայր ունել 'ի
յերկնային հայրենիսն :

Դրձլ յառաջին կթղկց . գ . գլ
գլխն ասէ յոհաննէս : Սիրելիք՝ այժմ
որդիք ա̃յ եմք . և չև ևս է՛ յայտ . և
թէ զինչ լինելոց իցեմք . գիտեմք , զի
յորժամ նայն յայտնեսցի , նման նմա
լինելոց եմք . զի տեսանելոց եմք զնա
որպէս և էն :] Այսպէս երանեալ հոգի
քն ոչ ճանաչէին զա̃ծ անյայտաբար , և
միայն բացասապէս . այն . թէ ա̃ծ է՛ ոչ
Ժդ իր ինչ 'ի ստեղծեալ էակացն . որպէս
14 նոքա ասէին . այլ տեսանեն զնա յայ
տաբար և դրական , որպէս և է՛ իսկ :

Դրձլ 'ի տեսլեան յետին գլխոյն ա
սի . [Աթոռն ա̃յ և գառինն նորա էր
'ի նմա . և ծառայք նորա պաշտեսցեն
զնա . և տեսանիցեն զերեսս նորա . և
անուն նորա գրեալ էր 'ի ճակատս նո
ցա . և գիշեր ոչ էր անդ . և չէին անդ
պէտք ճրագի և լուսոյ արեգական . վն
զի տէր ա̃ծ լուսաւորէր զնոսա . և
թ̃գրեսցեն յա̃ւս յա̃ից . և ասէ ցիս .
այս բանքս հաւատարիմ է՛ և ճշմա
րիտ :

րհու:] Եւ Տէր՝ այսուհետեւ մի եւս հա_ Ժե
կառական լինիցի Ճշմարտութեան Աստուածային
տուեցին . որ զԳիրս ուսուցանեն . Թէ 15
սրբոց երանութիւն ոչ կայանայ ՚ի տես
անելն զլուսոյ ստեղծելոյ . այլ զԱստուածային
էութեան , եւ զլուսոյն անստեղծ . որ է
Տէր Աստուած :

ԵՐԿՐՈՐԴ

Յուցանի վկայութեամբ սրբոց հարցն, զորս ընդունի Եկեղեցին Հայոց :

Գլուխ · Գ ·

ՍՈՒրբ վկայն Յուստինոս ՚ի տրա Ա
մաբանութեան ընդ Տրիփոնի 1
ասէ: Եւ Տէր Աստուած ոչ կարէ տեսանել մար
մնաւոր աչօք , որպէս շնչաւորք . այլ
մտօք միայն , եւ բանաւորութեամբ :] Եւ
՚ի ներքոյ դարձեալ ասէ: Հոգին մեր ազնուական
է . համանման մասն լինի Թագաւորին մեր
ատոյն այսորիկ : եւ որպէս նա տեսանէ
զԱստուած . այս . զնոյն եւ . նոյնպէս եւ մեք
կարեմք զԱստուածութիւնն մտօք տեսա_
նել . եւ այնու զերանաւոր կեանս առնու_
նուլ :]

Մեծն Երինէոս ՚ի . Ե . երդ" գիրս ընդ_
դէմ հերձուածոց . Է . երդ" գլխոյն ա_ Է
սէ : Երեսքն մեր տեսանիցեն զերեսս 2
Այ կենդանւոյ . եւ ուրախանայցեն ան
ճառելի ուրախութեամբ տեսանելով զու_
րախութիւն իւր :]

Մեծն Կիպրիանոս ՚ի գիրս յորդոր մար
տիրոսութեան . ՚ի յետնում գլխոյն ասէ :
Որչափ արժանաւորութիւն է . որչափ
ապահովութիւն . ելանել աստի ուրախ . ելա
նել ՚ի վշտաց եւ ՚ի նեղութեանց փառաւո_
րու . փակել յանկարծակի զաչս , որով
մարդիկ տեսանէին . եւ փութով
բանալ զնոսա . զի տեսցէ Աստուած , եւ Քսն :]

Մեծն

lumine Solis; quoniam Dominus Deus illuminabit illos; & regnabunt in ſecula ſeculorum. Et dixit mihi: hæc verba fideliſſima ſunt, & vera. Ex his deniq; diſcas, non contradicere ſacrarũ Scripturarũ veritati, quæ docent te, Sanctorum beatitudinem non conſiſtere in viſione creati luminis, ſed eſſentiæ diuinæ, & luminis increati, quod eſt *Dominus Deus.*

PROBATVR SECVNDO Ex Patribus, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. III.

IVſtinus Martyr in Dialogo cum Tryphone ſub princ. ait: *Atqui Deus, inquam, non oculis ipſis, vt animantia, cerni poteſt; ſed ſola mente, & ratione comprehenditur.* Et clariùs infrà: *Quæ tandem nobis eſt cognatio? an etiam animus diuinus, & immortalis eſt, atq; illius ipſius regiæ mẽtis particula: vt autem illa Deum cernit, ſic nobis licet mente noſtra Diuinitatem percipere, atque ex eo demùm vitam beatam adipiſci? certè, inquam.*

Irenæus lib. 5. aduersùs hæreſes, cap. 7. *Facies*, inquit, *noſtra videbit faciem Dei viui, & gaudebit gaudio inenarrabili, videlicet cùm ſuum videat gaudium.*

Cyprianus in lib. de Exhort. Martirij cap. vlt. *Quanta*, inquit, *eſt dignitas, & quanta ſecuritas, exire hinc lætum; exire inter preſſuras, & anguſtias glorioſum; claudere in momento oculos, quibus homines videbantur,*

&

& aperire eosdem statim, ut Deus videatur, & Christus.

Hilarius in Comment. super Mat. cap. 4. *Mundis corde*, ait, *conspectũ Dei spondet: (nihil enim pollutum, & sordidum ad occursum diuinæ claritatis insistet; & ad conspectum Dei acies absoletæ mentis hebetatur): eos scilicet & visus, & occursus Dei esse patientes, quibus per animi nitorem, ac vitæ puritatem potestas eius sit contuendi. non enim, nisi spiritu perfecti, & iã mortalitate immutati (quod solis mũdis corde dispositum est) hoc, quod in Deo est immortale, cernemus.*

Basilius Orat. 20. de Principatu, ac Potentia: *Quòd si thronum*, inquit, *quem exposuit Ezechiel, nempè Seraphim nequeamus comprehendere; eum, qui huic insidet, nimirùm Deũ, qui in conspectum non cadit, quomodò amabò comprehendemus? nam facie ad faciem, & perfecta cognitio incomprehensibilis Maiestatis Dei in futuro seculo dignis exhibenda promissa est; nunc verò, siue Paulus quis sit, siue Petrus, cernet quidem ea verè, quæ videt, nec errat, neque imaginatur; per speculum tamen, & veluti in ænigmate cernit: & id, quod nunc ex parte assequitur, grato animo suscipit: perfectam autem cognitionem in futurum magno cum gaudio expectat.*

Nazianzenus Orat. in laudem Basilij, in fine: *Nos*, inquit, *posteaquàm ex hac vita migrauerimus, tuis tabernaculis excipe; ut simul viuenter, sanctam, ac beatam Trinitatem, cuius nunc exiguam speciem, & imaginem accipimus, puriùs, pleniùsque*

cer-

[illegible]

դ 3 [illegible]

դ 4 [illegible]

ե 5 [illegible]

[illegible]

զոր այժմ ընդ հայելի օրինակաւ և սփո
քր ՚ի շատէ խնամոց, կարասցուք ՚ի Զ
միասին լինայոյն և պարզագոյն տեսա 6
նել. և ՚ի կատարութեան հասել ցանկու-
թեց մերոց:] Եւ դրձլ ՚ի. Ժե. երդ"
տաղանաւ որ ծաղն ասէ: Երանաւորեալ
ութիւն զինչ է: կեալ երանեալ
յարքայութեն երկնից: իսկ երկնից ար
քայութիւն զինչ իցէ արդեօք, եթէ ոչ
տեսութիւն մեծին այ. և զնա փառա
ւորել ընդ հրեշտակս:]

Ասէ գրեգոր նիւսացին ՚ի գիրսն
յորս երանութե ասէ: Երանութիւն
՚ի տեսութեանէ այ լինի: և հանդիպի
զած տեսանել. եթէ ոք սրբ իցէ սըր Է
տիւ:] Եւ ՚ի ճառն յորս մահու մանու 7
կանցն դձլ ասէ: Ասակս այսորիկ գրե
ցաւ. թէ ըստ պատկերի այ մարդն
եղև. որպ զի ՚ի նմանն նմանութեն խո
րոյ տեսցէ զայն, որում էր նման: իսկ
զած տեսանելն է՛ հոգւոյ կեանք:]
Եւ դձլ ՚ի ճառն ողբական յորս փոխ
ման մեծին մելետիոսի, ասէ: Ոչ ևս
պաշտէ նշանի և ստուերում երկնայ
նին իրացն. այլ յինքն պատկերն իրաց
իսկ հայի. և քարեխօսի առ ած ոչ ևս
ընդ հայելի օրինակաւ. այլ դէմ յանդ
դիման, և երեսօք ընդ երեսս դիմե Ը
ալ:] 8

Ասէ եպիփան ՚ի գիրսն յորս հեր
ձուածոյ. ՚ի. Հ. երդ" գլխն ուսուցա
նէ. եթէ թէպէտ ած անըմբռնելի է՛.
սակայն կարէ ՚ի մարդկանէ և ՚ի հրեշ
տակաց մօք տեսանել ոչ թէ բնու
կան զօրութբ. այլ գերբնաւորաւ. այ.
ածային շնորհօք և կարողութբ: և
՚ի վկայութի այսորիկ առաջբերէ զայն.
թէ հրեշտակք նոցա յերկինս հանա
պազ տեսանեն զերեսս հօր իմոյ:

Ասէ ամբրոսիոս ՚ի գիրս. Ժա. յորս

բա

cernentes, desiderijs nostris finem imponamus. Item in Iambico 15.

Felicitas quid? vivere beatum. quid &
Cæleste Regnum? visio summi Dei,
Et cum beatis gloriam huic dare Angelis.

Nyssenus in lib. de Beatitudine: *Beatitudo*, inquit, *ex conspectione Dei consistit; atque Deum videre contingit, si quis puro corde sit*. Item in Tractatu de Infantibus, qui præmaturè abripiuntur, circa medium ait: *Idcircò Scriptura dicit, secundùm imaginem Dei hominem esse factum; vt per id, quod simile est, simile, opinor, videret. Deum autem videre, vita est animæ*. Item Orat. funebri in Magnum Meletium: *Non ampliùs signo, & vmbræ Cælestiū seruit; sed in ipsam rerum imaginem intuetur; non ampliùs per speculum, atque per transennam, & ænigma; sed ipse facie cū facie collata intercedit apud Deum.*

Epiphanius hæres. 70. disertè docet, Deum, quamuis comprehendi nequeat, posse tamen videri ab homine per diuinam potentiam, & gratiam, licèt non per solam hominis naturam: & loquitur non solùm de modo, quo Deus à Prophetis visus est oculis in specie corporea; sed etiam de illo modo visionis, quo mēte videtur ab Angelis, iuxta illud, quod ibidem citat: *Angeli eorū semper vident faciem Patris.*

Ambrosius de bono mortis lib. 11. *Ergo*, inquit, *quia iusti hanc remunerationem habent, vt videant faciem*

Dei

Dei, & lumen illud, quod illuminat omnem hominem. Idem docet lib. 1. in Lucam, explicans illud: *Apparuit ei Angelus Domini*.

Chrysostomus homil. 10. in epistolã 2. ad Corinth. *Si cogitatio illorum*, inquit, *quamuis obscura sit, tantam suppeditat voluptatem: cogita, quantam lætitiam nobis allatura sit manifesta ipsa comprehensio. Beati, ac ter beati, qui illis bonis fruuntur: sicut & miserabiles, & miserrimi, qui hisce contraria substinent*. Item epist. 5. ad Theodorum lapsum: *Quid dicemus, quando rerum veritas adcrit? quando, regijs cubiculis adapertis, cõtueri licebit ipsum Regem, non per ænigma, nec per speculum, sed facie ad faciem; non amplius inquam per fidẽ, sed per speciem*. Hoc idem asserit homil. 3. in epist. ad Philip.

Hieronymus lib. 18. in Isaiæ caput 66. super illud: *Videbitis, & gaudebit cor vestrum*; sic ait: *Videbunt autem, haud dubium, quin Deum, quæ vera lætitia est: de quibus Dominus loquebatur: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt; cuius visio perfectum est gaudium*.

Augustinus lib. 12. Geneseos, cap. 34. *Tertium*, inquit, *est Cælũ, quod mente conspicitur ita secreta, & remota, omnino abrepta à sensibus carnis, atque mundata; vt ea, quæ in illo Cælo sunt, & ipsam Dei substantiam, Verbumque Deum, per quod facta sunt omnia, in charitate Spiritus sancti ineffabiliter valeat videre, & audire*. Item in lib. Meditationum, cap. 24. *Per ipsum vos rogo, qui vos*

ele-

Թ բարեաց մահուն, ասէ ։ Արարիչ արդ-
9 արոց են այսք. զի տեսցեն զերեսս իւր,
և զլոյսն զայն, որ լուսաւորէ զամ
մարդ ։] Եւ զնոյն ուսուցանէ յառա-
ջին գիրս մեկնութեան ղուկասու ՚ի վե
այնր . Թէ երևեցաւ նմա հրեշտակ
տեառն ։

Սքն ոսկեբերանն ՚ի. Ժ. երգ՛ ճառն
մեկնութեան երկրորդ թղթոյն առ
կորնթացիս. ասէ ։ Զի եթէ անյայտ ճա-
նաչումն նոցա իսկ այսպիսի զմխիթա-
րութիւն մեծ ՚ի մեզ ածանէ . ապա
և առաւել ուրախութեանց պատճառ զմեզ
լինելոց յայտնի տեսութիւն ։ երանելի և
Ժ եռերջանկ երանելի, որք ՚ի բարութիւնս այնո-
10 սիկ ուրախանան ։ որպ թշուառացեալք
և թշուառագոյնք, որ զայնոցիկ հա-
կառակս կրեն ։] Եւ դարձ ՚ի. Ե. երգ՛ թու-
ղթին առ թէոդորոս ասէ ։ Զինչ ասիցեն
մք յորժամ ներկայ լինիցի իրացն ճշմար-
տութիւն . յորժամ բացեալ առանն արքու-
նականին մարթ լինիցի տեսանել զինքն
արքայն ոչ ընդ հայելի օրինակաւ .
այլ դէմ յանդիման ։]

Սքն յերոնիմոս ՚ի. Ժը. երգ՛ գիրս
մեկնութեան եսայեայ . ՚ի վերայ այնր որ ա-
սէ ՚ի. կզ. րորդ՛ գլխն. Թէ տեսանիցէք.
ԺԱ և ուրախ լինիցին սիրտք ձեր . ասէ ։
11 Տեսանիցեն արդեօք զած . որ է ու-
րախութիւն ճշմարիտ ։ զորոց տէրն խօ-
սէր . Թէ երանի որ սրբեն սրտիւք . զի
նոքա զած տեսցեն ։ որոյ տեսութիւն
է՛ ուրախութիւն կատարեալ ։]

Սքն օգոստինոս ՚ի. ԺԲ. երգ՛ գիրս
յերգս ծննդոց . ՚ի. լդ. րորդ՛ գլխն, ա-
սէ ։ Երրորդ երկինքն է՛ այն, զոր իմա-
նալ միտք այնքան որբացեալ, և օտա-
րացեալ, հեռացեալ . յափշտակեալ ՚ի
զգայութեանց մարմնոյն . մինչ զի կարող
իցէ աննմանաւր և ՚ի սէր հոգւոյն սրբ

բոյ

12 [illegible]

13 [illegible]

14 [illegible]

elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini; de cuius immortalitate iam immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudetis.

Cyrillus Alexandrinus in Ioann. lib. 11. cap. 8. *Futurus est,* inquit, *ille dies, quando gloriam Dei apertè conspiciemus, & scientiam eius absolutè habebimus: quando prophetia omnis euacuabitur; & omnis cessabit cognitio, vt ait Paulus; omnis ea scilicet, qua nunc ex parte, & in speculo videmus: euacuatur enim quod ex parte est, cùm perfectio venerit.* Et paulò post ait: *Nam modò per exempla nōnunquàm, atque similitudines, quasi per vmbras, propter imbecillitatem mentis nostræ docemur: tunc autem nō ita, sed nuda, vt ita dicam, facie, ac mente nullo modo impedita naturæ Deitatis Patris pulchritudinem intelligemus.*

Gregorius Papa lib. 18. Moral. cap. 28. hunc ipsum errorem refellens, ait: *Fuere nonnulli, qui Deum dicerent etiam in illa Regione beatitudinis in claritate quidē sua conspici, sed in natura minimè videri: quos nimirū minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neq; enim illi simplici, & incommutabili essentiæ aliud est claritas, & aliud natura, sed ipsa ei natura, sua claritas; ipsa claritas natura est. Quòd enim suis dilectoribus hac Dei Sapientia se quandoque ostenderet, ipsa pollicetur, dicens: Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi. ac si patenter dicat: qui in vestra me cernitis, restat, vt in*

mea me natura videatis. Hinc rursùs ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deũ videbunt. &c. Videbimus igitur Deum; ipsumque erit præmium laboris nostri, vt post mortalitatis huius tenebras accessa eius luce gaudeamus.

Jb 15

Similiter docent reliqui sancti Patres, ferè vniuersi; ac præ alijs Diuus Dionysius Areopagita, cuius verba afferemus infrà, cùm respondebimus ad obiectiones illorũ, qui pro se illum citabant. Nec desunt in Armenis etiam libris, hoc ipsum cõfirmantia, Patrũ testimonia, quorum mihi vnum obiter occurrit in eorum Giarrentir cap. 81. vbi Pater quidã Eliseus de iusto Latrone sic ait: *Spiritus sanctus obuiam tibi venit, & Patrem Cælestem perfectè intuitus es tu*; &c.

Jq 16

PROBATVR TERTIO Rationibus.

§. IV.

PRimò: quia possunt Beati, iuxtà Aduersariorum sententiã, intueri lucem, seu claritatem diuinæ essentiæ: ergo etiam intueri possunt essentiam ipsam diuinam. Probatur Consequentia; quia lux, & claritas Dei non est aliquid ab essentia Dei distinctum: vndè Deus ipse dicitur à Ioanne epist. 1. cap. 1. lux in recto: *Deus lux est*. Et in Euang. c. 1. *Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine; erat lux vera*. Et cap. 3. dicit Christus de seipso: *Lux venit in Mundũ*. Et ratio huius est

ա 1

[illegible]]

[illegible]]

ԵՐՐՈՐԴ

Յաւգուտս պատճառաց ։

Գլուխ. Դ.

[illegible]

[illegible]

Բ 2

[illegible]

Գ 3

[illegible]

[illegible]

Դ 4

[illegible]

est, quia Deus est ens simplicissimū, & omnem compositionē excludens; vndè dicitur actus purus: igitur quicquid est in Deo, est substantialiter ipse Deus; vt patet de Dei potentia, sapientia, iustitia, cæterisque perfectionibus: ergo idem etiam de eius luce, seu claritate dicendū est. Quarè D. Gregorius loc. suprà cit. *Non enim, inquit, illi simpliei, & incommutabili essentiæ aliud est claritas, & aliud natura; sed ipsa ei natura, sua claritas; ipsa claritas natura est.*

Secundò: Creatura rationalis naturaliter videre desiderat essentiam Creatoris, saltem vt auctor naturæ est. quia naturaliter cupit essentiam rei videre, qui eiusdem rei videt effectus. Tum quia *omnes homines* (vt ait Philosophus in principio Metaphysicæ) *naturaliter scire desiderant:* sed quid potiùs, aut clariùs cognoscere, quàm sui ipsorum, & rerum omnium primam causam? Tum etiā quia S. Augustinus lib. 4. contra Iulianum, agens de illa beatitudine, quæ in visione, & fruitione Dei cōsistat, *omnes*, affirmat, *naturali instinctu velle esse beatos:* Ergo Creatura rationalis Deum videre potest. Probatur Consequentia: alioquin vanum esset in illa desiderium hoc naturale; quòd est absurdum asserere, cùm natura nihil frustrà operetur.

Tertiò: Angeli beati *desiderant in Deum prospicere*, vt inquit Petrus epist. 1. cap. 1. idemque dici debet de beatis hominibus, quibus à Christo promittitur Angelorū æqualitas,

 iuxta

iuxta illud Matth. 22. *Erunt sicut Angeli Dei in Cælo*. & Lucæ 20. *Aequales enim Angelis sunt, & filij Dei sunt:* Ergo Angeli, alijque Beati Deum videre possunt, immò de facto vident. Probatur Consequentia; nam, si Deum ita desiderarent videre, vt non viderent, beati non essent; vt optimè ratiocinatur Gregor. lib. 18. Moral. cap. 28. dicens: *Si Angeli ita videre desiderant, vt effectu sui desiderij minimè perfruantur; desideriũ sine fructu anxietatem habet, anxietas pœnam: beati verò Angeli ab omni pœna anxietatis longè sunt; quia nunquàm simul beatitudo, & pœna conueniunt.*

Nec dicas: si Angeli desiderāt in Deum prospicere; ergo nec in illum prospiciunt, nec sunt beati: Nam ideò desiderare dicuntur, quia ita Deum vidēt, vt nunquàm videre fastidiant. id enim sine desiderio possidetur, quod cũ fastidio possidetur. Beati autē, quamuis Dei visione satientur; nunquàm tamen illam fastidiunt: ideò & actu vidēt, & semper eodem modo videre desiderant.

Quartò: Anima Christi videt Diuinam essentiam: immò propter vnionem cum Verbo vidit illā à primo instanti suæ creationis: ergo potest intellectus creatus (qualis erat Christi intellectus humanus) videre Deum. Antecedens probatur, primò ex illo Ioann. 1. *Vidimus gloriā eius, quasi gloriam Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis:* ergo, sicut ex eo, quòd Christus dicitur plenus gratia, intelligitur habuisse om-

Է 5 [illegible]

Զ 6 [illegible]

Է 7 [illegible]

[illegible]

[illegible]

Ը omnem plenitudinem gratiæ; ita pa-
8 riter ex eo, quòd dicitur plenus veritate, intelligitur habuisse omnem plenitudinem veritatis, seu scientiæ; atque adeò veritatem, & scientiam beatificam diuinæ essentiæ. Adde quòd neque fuisset plenus gratia, nisi habuisset beatificam visionē, quę est formaliter gratia consummata: Secundò, ex illo Apostoli ad Colossenses 2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi:* ergo etiam erat in illo scientia intuitiua
Թ Dei. Tertiò, ex capite Ioan. 5. *Qui*
9 *misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem eius vnquàm audistis, neque speciem eius vidistis, & verbum eius non habetis in vobis manens:* ad quod profectò manifestè subintelligitur: sicut ego & vocem eius audio, & speciē eius video, & verbum eius in me manēs habeo. Quartò, quia natura humana Christi fuit capax vnionis hypostaticę ad Verbum diuinum; ergo multò magis fuit capax beatificæ visionis eiusdem. Probatur Consequentia: tum
Ժ quia visio Dei necessariò sequitur ad
10 illam hypostaticam vnionem, tanquàm proprietas ad naturam: tum etiam, quia maius quid est, hominē fieri Deum hypostaticè, quàm videre illum intuitiuè; seu mirabilius est, quòd anima Christi fuerit vnita Verbo substantialiter, & intrinsecè per vnionem hypostaticam, quàm quòd illi vnita fuerit accidentaliter, & extrinsecè, ac solùm obiectiuè per visionem beatam.

Quintò: Deum intuitiuè cogno-

scì

ſci ab intellectu creato, non repugnat; ergo, cùm ſacræ Paginæ hoc apertè teſtentur, negari non debet. Conſequentia patet, quia ex doctrina communiter recepta, S. Auguſtini lib. 3. de Doctrina Chriſtiana, verba Scripturæ ſunt propriè intelligenda, nec aliter explicanda, cùm non obſtat ratio euidens in oppoſitum: alioquin nihil certi ex ſacris Scripturis hauriri poſſet, ſi liceret cuilibet verba illarum pro libito explicare. Cùm igitur Scriptura dicat: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: &, Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei: &, Videbimus eum ſicuti eſt: & alia huiuſmodi: dummodò id nō repugnet, nemini licet aliter explicare, ac dicere: Beati videbunt quidem, non Deum, nec faciem Patris, ſicuti eſt, ſed claritatem quandam illius.

Antecedens patebit infrà ex reſponſione ad obiectiones: ac prætereà, quia intellectus noſter de facto cognoſcit Deum naturaliter abſtractiuè, & de illo conceptum format, quòd ſit ens independens, infinitū, immenſum, immutabile, &c. ergo ſignū eſt, quòd Deus ſit intra ſphęram obiecti intellectus noſtri; alioquin nec abſtractiuè, & mediatè poſſet is in illum tendere: igitur poterit etiam illum cognoſcere intuitiuè, ſaltem ſupernaturaliter, lumine aliquo ſupernaturali adiutus. Probatur hæc conſequentia: quia cognoſcibilitas abſtractiua, & intuitiua obiecti, hoc eſt, obſcura, & clara, ſeu mediata, & immediata, non ſunt diuer-

ſæ

11
12
13

[illegible]

[illegible]

Ժդ 14

Ժե 15

Ժզ 16

sæ rationes formales, specificantes diuersas potentias cognoscitiuas; sed solùm diuersæ rationes materiales, contentæ sub vnica ratione formali, specificatiua eiusdem potentiæ, vt patet Inductione: Nam idem numero intellectus, qui cognoscit obiectum aliquod abstractiuè, cùm est absens, cognoscit etiam illud intuitiuè, cùm est præsens: & Angelus potest idem obiectum modò cognoscere intuitiuè per propriam speciē, & modò abstractiuè per effectum: & intellectus hnmanus omnia obiecta creata, quæ nunc cognoscit abstractiuè in statu coniunctionis cum corpore, cognoscet posteà intuitiuè in statu separationis. Adde insuper, quòd quælibet alia potentia vitalis potest immediatè versari circa obiectum suum; vt patet de potentia visiua, auditiua, olfactiua, &c. ergo multò magis intellectiua, quæ cæteris est nobilior: sed obiectum potentiæ intellectiuæ est ratio entis, seu veri, quæ maximè reperitur in Deo; ergo potest hæc potentia immediatè percipere ipsum Deum, & sic etiã intuitiuè, non abstractiuè solùm.

[illegible]

SOLVVNTVR Obiectiones.

ա 1

§. V.

OBijciunt primò: Inter Deum & intellectum creatum est infinita distantia, & sic nulla proportio; cùm ille sit ens à se, increatum, & infinitè perfectum; hic verò creatum, dependens, & finitum: ergo impossibile est, quòd ille ab hoc videatur. inter potentiam enim, & obiectum aliqua requiritur proportio.

բ 2 Respondetur primò per instantiã ad hominem: Inter claritatem Dei, & intellectum creatum est etiam infinita distantia, & sic nulla proportio; quia claritas Dei est ipsamet natura Dei, vt suprà ostendimus: vel estò sit quid à Deo distinctum, vt ipsi per inscitiam putant; nihilominùs est claritas infinita, æterna, immensa, &c. vtpotè claritas æternæ, immensæ, & infinitæ essentiæ:

գ 3 vel esto sit etiam, per impossibile, quid finitum; saltem est proprietas naturæ increatæ; intellectus autem est proprietas naturæ creatæ; ergo adhuc inter ipsa est infinita distãtia: eadem enim proportio, quæ concipitur esse inter naturas, erit etiam inter proprietates illarum; quia tantũ proportionaliter crescit in perfectione proprietas, quantùm crescit natura, cuius est illa proprietas. Igitur quomodocunque sit, inter claritatem Dei, & intellectum creatum nulla quoq; erit proportio secũdùm com-

ԼՈՒԾԱՆԻՆ առարկութեանց:

Պրակ. Ե.

Ընդդէմ առարկեն. զի ՚ի մէջ այ, և մտաց մերոց ոչ գոյ համեմատութիւն ինչ. այլ առաւել առատահայեցութիւն անբաւ. զի նա է՛ անեղ անեղծ, անչափ, և անհունապէս կատարեալ էակ. իսկ սա՝ էակ ստեղծեալ, բաւականան, և սպականելի: ապա ուրեմն ոչ կարէ զօրութիւն մտաց մերոց տեսանել զնա ծայրին երանականի. վն զի ՚ի մէջ զօրութեան և ներգործութեան պարտ է՛ գոյ համեմատութիւն ինչ:

Նախ պատասխանի շրջելով զնոյնանմանութիւնն ընդդէմ նոյա. զի ՚ի մէջ պայծառութեան այ, և մտաց մերոց ոչ գոյ համեմատութիւն ինչ. այլ առատահայեցութիւն անբաւ: զի պայծառութիւն այ է՛ նոյն բնութիւն այ. որպէս ՚ի վերոյ ցուցաք: Նա և զի թէ կակէ ադա նազանեսցի յայնմանէ էութենէն. որպէս և նոքա տգիտութեամբ կարծեն. սակայն է՛ պայծառութիւն անբաւ, անչափ, յաւիտենական, և այլն. զի անբաւ, անչափ, և յաւիտենական էութեան է՛ պայծառութիւն.

Նա զի թէպէտ և լինի, որ չլինելուն է և բաւականան ինչ. սակայն է՛ յատկութիւն անստեղծ բնութեան. իսկ միտք մեր է՛ յատկութիւն ստեղծելոյ բնութեան: ապա ուրեմն ՚ի մէջ նոցա գոյ անհաւասար անբաւ տարաբակայութիւն. վն զի նոյն համեմատութիւն, որ գտանի ՚ի մէջ բնութեանց, գտանի և ՚ի մէջ յատկութեանց նոցա. զի որչափ բակատարելութ-ն յաւելու բնութիւն, նոյնչափ համեմատաբար յաւելու և ս յատկութիւն նորա: ապա ուրեմն, զի արդ.

[illegible] Դ 4

[illegible] Ե 5

[illegible] Զ 6

[illegible]

commenſuratione perfectionis; atq; adeò nec illa poſſet ab hoc videri, contra id, quod ab ipſis aſſeritur.

Reſpondetur ſecundò; inter obiectum intelligibile, & potentiam intellectiuam nõ requiri proportionem in ratione entis, ſeu perfectionis: alioquin nec poſſet potentia intellectiua creata, quæ eſt accidens, quidditatiuè cognoſcere ſubſtantiã vllam; neque Angelus inferior ſuperiorem; immò nec Deus ipſe cognoſcere creaturam, cùm vtrinque infinita ſit illa diſtantia, & nulla proportio. Et ratio huius eſt; quia intellectus, cùm cognoſcit obiectũ, non tendit ad illud intrinſecè afficiendo, ſed tantùm extrinſecè repręſentando; ad quod ſufficit proportio quædam ordinis, ſeu ſpecificationis, hoc eſt, vt potentia cognoſcitiua reperiat in ente cognoſcibili rationem ſui obiecti formalis, à qua ipſa tantùm, & non alia ſpecificetur potentia. Cùm igitur obiectũ formale potentiæ intellectiuæ ſit ratio veri, quæ maximè reperitur in Deo; non eſt, cur hæc potentia non poſſit ſupernaturaliter eleuari ad Deum ipſum clarè videndum.

Confirmatur hæc reſponſio: Nã etiam inter intellectum, & obiectũ cognoſcibile abſtractiuè; inter cauſam, & effectum; inter relationem, & terminum aliqua requiritur proportio; & tamen intellectus noſter de facto naturaliter abſtractiuè cognoſcit Deum; & creatura immediatè pendet à Deo, vt à cauſa; & immediatè refertur ad Deum, vt ad terminum

minum. Quarè hoc? nisi quia non requiritur inter hæc proportio in ratione perfectionis, quæ vtique nulla potest esse inter Deum, & creaturas; sed sufficit alia quædam proportio, per quam Deus secundùm diuersas rationes formales siue obiecti, siue causæ, siue termini, specificat extrinsecè diuersas ad ipsum tendentias. ita similiter in casu nostro.

Instát; Quamuis intellectus creatus sit sufficienter proportionatus ad Deum cognoscendum abstractiuè, & mediatè, videlicet per effectus; tamen non est proportionatus ad illum cognoscendum intuitiuè, & immediatè in seipso: non quòd desit in Deo ratio obiecti formalis potentiæ cognoscitiuæ, nempè ratio veri; sed propter maximum excessum talis obiecti, & imbecillitatem potentiæ. Quemadmodùm etiam contingit in oculo vespertilionis, qui licèt sit proportionatus ad videndum Solē mediatè, hoc est, in tenui lumine vespertino; non tamen potest illum videre immediatè in seipso; idque nō ex defectu sui obiecti formalis, quod est ratio colorati, seu luminosi, quæ maximè reperitur in Sole; sed propter excessum talis obiecti, & imbecillitatem suæ potentiæ.

Respondetur primò per instantiam, vt suprà: Ergo neque intellectus creatus posset intueri claritatem essentiæ diuinæ propter eundem excessum, &c. Respondetur secundò; ex hac improportione, orta nimirū ex naturali imbecillitate potentiæ creatæ, & excessu obiecti diuini, sequi-

ցից, որպէս զործ՝ ի պատճառէ. և այն
Է 7 միջնորդէս առընչականայ առ ած, որպէս
առ երր առընչութեան իրոյ: Այլ որ՝
պիտանէր է՛ այս, եթէ ոչ, զի զի համեմատ
առութիւն այն ոչ պատշաճ է՛ զոլ ըստ բա-
նի կատարելութեան. զի այս ոչ կարէ
զոլ՝ ի մէջ այ և արարածոց. այլ
միայն բաւէ այլազանայ համեմատու-
թիւն ինչ ըստ բանի առընչութեան: զի
ած, որպէս նաթանաց, որպէս պատճառ,
և որպէս երր՝ առանձնական որոշողութեանէ
արտաքսապէս զզանազան առընչու-
թիւն առ ինքն իրոյ:

Այլ որ՝ կրկնեալ ասելով համառօտ
Ը 8 կորովացն՝ ընդդէմ բանականն տեսլեամբ. զի
թէպէտ միայն մեր բաւական համառօտ հա-
մեմատութեան առ՝ ի ճանաչել զած առաջ-
նորդաբար և միջնորդաբար. այսինքն՝ ի
արարածոց ճանաչելեաց. սակայն
ոչ համեմատութեան առ՝ ի ճանաչել զնա հա-
յեցողապէս և անմիջաբար. այսինքն զած
զինքն յինքեան. ոչ թէ զի չգոյ՝ ի նմա
բանն ճշմարիտ էակի, որ է՛ առանձնակա-
նութեան միայն. այլ զի անբաւ-
ականութեան առաջին ճշմարտութեան,
և զի մեծի տկարութեան մտաց մերոց:
Թ 9 զոր օրինակ. աչք չղջիկանն՝ թէպէտ
և համեմատութեան առ՝ ի տեսանել զարե-
գակն միջնորդաբար. այսինքն՝ ի յաղջամուղջ
աղօտ լուսոյ երեկոյին. սակայն ոչ
կարէ զարեգակն տեսանել անմիջաբար
՝ ի յինքեան. ոչ թէ վասն չգոլոյ՝ ի
նմա ճշմարտութեան այնորիկ, որ է՛ բանն լու-
սաւոր գունաւորին. այլ վասն մեծի
առաւելութեան առարկային ճշմարտութեան,
և վասն տկարութեան աչաց իւ-
րոց:

Հասեն պատասխանի՝ չդիմեալ վասն ձեռ-
նարկութեան ընդդէմ ասոյս: Թէ ապա
ուրեմն ոչ և ս կարէ միտք մեր տեսա-
նել

Ժ 10 [illegible]

ԺԱ 11 [illegible]

[illegible]

ԺԲ 12 [illegible]

quitur certè, quòd non possit intellectus creatus suis tantū viribus naturalibus intueri diuinam essentiam; secùs verò, quòd hoc non possit etiā supernaturaliter, adiutus scilicet, ac eleuatus ab ipso Deo lumine aliquo supernaturali (quòd Theologi vocant lumen gloriæ), per quod sufficienter proportionatur ad visionem illam Dei supernaturalem promendam. Simile quid dicimus de oculo Vespertilionis; qui licèt nequeat solis naturæ viribus intueri Solē; posset tamen supernaturaliter, si qualitate aliqua supernaturali à Deo confortaretur. Sicut è contrario, quia oculus quilibet corporeus non reperit in ente spirituali rationem sui obiecti formalis, scilicet colorati, aut luminosi corporei; non potest, nō modò naturaliter siue mediatè, siue immediatè videre spiritum, sed nec etiam eleuari supernaturaliter, & per diuinam potentiam ad illum videndum.

Obijciunt secundò: Cognitio intuitiua diuinæ essentiæ esset cognitio obiecti infiniti, sicuti est in se: ergo adhuc ipsa esset infinita, quia cognitio sumit suam speciē, & perfectionem ab obiecto cognito: vndè quò perfectius est obiectum, eò perfectior est cognitio: V. G. cognitio substantiæ perfectior est, quàm cognitio accidentis; & cognitio substantiæ spiritualis perfectior est cognitione substantiæ corporeæ; & sic deinceps: igitur cognitio intuitiua obiecti infinitè perfecti, esset infinitè perfecta: infinitum autem crea-

tum non datur, saltem de facto, immò nec etiam de possibili secũdùm communiorem sententiam: ergo nec datur in Beatis visio Dei.

Confirmatur primò; quia hæc visio esset perfectior infinitis alijs visionibus perfectioribus, & perfectioribus, quæ possent esse ad infinita obiecta creata, perfectiora, & perfectiora in infinitum, successiuè possibilia per totam æternitatem: ergo esset infinitè perfecta; quia cresceret super illas in infinitam perfectionẽ.

Confirmatur secundò: quia Beatus per hanc visionem intuitiuam videret in Deo infinitos gradus perfectionis, virtualiter saltem, si non actu, distinctos: ergo talis visio, quę omnes illos repræsentaret, contineret in se infinitos gradus repræsentatiuos illorum, atque adeò infinitatẽ.

Respondetur primò, has obiectiones etiam procedere contra visionem diuinæ claritatis, quæ est etiã infinita, vt supra dictum est. Respondetur secundò ad obiectionem principalem; non requiri tantam perfectionem in cognitione, quanta est in obiecto cognito: alioquin cognitio obiecti substantialis deberet esse substantia. Et ratio est; quia cognitio specificatur quidem ab obiecto, sed geometricè, non arithmeticè; hoc est, quò perfectius specie est obiectum, eò specie perfectior est cognitio, tendens ad illud; non autem, vt quanta est perfectio in obiecto, tanta sit in cognitione illius. Hinc porrò solùm sequitur, quòd visio obiecti diuini, seu infiniti, sit

in

Ժգ 13 [illegible]

[illegible]

Ժդ 14 [illegible]

[illegible]

Ժե 15 [illegible]

[illegible]

in ſuperiori ſpecie ad omnes alias vi-
16 ſiones cuiuſlibet obiecti creati; non
autem, quod ſit in ſe etiam infinita,
quale eſt obiectum: maximè cùm
tendat ad Deum infinitũ finito mo-
do, non infinito, id eſt, comprehẽ-
ſiuo, & adæquato. Nam licèt vnus
Beatus perfectiori modo videat Deũ,
quàm alius, iuxta menſuram lumi-
nis gloriæ, quod Beati in intelle-
ctu recipiunt ad menſuram gratiæ,
impertitæ animabus ipſorum magis,
vel minùs intenſæ pro diuerſitate
meritorum: nullus tamen videt, nec
17 videre poteſt Deũ modo adæquato,
& comprehenſiuo. Patet exemplum
in amore ad ipſum Deum, & vnio-
ne hypoſtatica ad Verbum diuinũ;
quæ duo, etiam ſi terminentur ad
Deum infinitum, in ſe tamen finitũ
quid ſunt, licèt in ſuperiori ordine,
ac ſpecie ad quemlibet alium amo-
rem, & vnionem ad res creatas.

Ad primam Confirmationem re-
ſpondetur; ex eo, quòd viſio Dei
ſit perfectior infinitis alijs viſionibus
obiectorum poſſibilium, perfectio-
ribus, & perfectioribus in infinitum,
18 non ſequi, ipſam eſſe infinitæ per-
fectionis; ſed tantùm, vti diximus,
eſſe in ſuperiori ſpecie, & ordine ad
omnes illas: vt patet in amore Dei,
& vnione hypoſtatica; immò & in
alijs rebus: nam etiam homo eſt per-
fectior infinitis brutis animalibus,
quæ poſſent à Deo ſucceſſiuè creari
ſpecie diuerſa, perfectiora, & perfe-
ctiora in infinitum; & tamen nõ eſt
infinitè perfectus, ſed ſolùm in ſpe-
cie ſuperiori ad illa. idem dico de
quo-

quolibet ente ſpecie ſuperiori reſpectu inferiorum. Et ratio eſt, quia huiuſmodi non creſcunt in perfectione ſuper inferiora diuiſibiliter per additionem partis ad partem intra eandem ſpeciem; ſed indiuiſibiliter in ſuperiori ſpecie, vel ordine. Hinc eſt, quòd quælibet vel minima ſubſtãtia ſit ſimpliciter perfectior quouis perfectiſſimo accidente, etiam infinitè perfecto, ſi daretur; iuxta philoſophicum axioma illud: *Infimum ordinis ſuperioris eſt perfectius ſupremo ordinis inferioris*. Vndè, etiã ſi daretur viſio infinitè perfecta ad obiectum creatum infinitum, adhuc viſio Dei finita eſſet ſimpliciter perfectior illa.

Ad ſecundam Confirmationem reſpondetur; quòd viſio, qua Beatus videt in Deo infinitas perfectiones, non continet in ſe infinitos gradus expreſſiuos illarum; ſed eſt omnium vnica tantùm expreſſio, quãuis finita, in ſpecie tamen adeò ſuperiori, vt poſſit infinitum exprimere. Et ratio eſt, quia huiuſmodi viſio non repræſentat omnes illas perfectiones modo diuiſibili, ſed indiuiſibili; ita ut exprimendo quamlibet ſolùm illarum, exprimat neceſſariò alias omnes, quæ in illa eſſentialiter imbibuntur: Vndè multiplicatio perfectionum cognitarum in Deo, non arguit multiplicationem expreſſionum, & ſic infinitatem in cognitione; ſed ſolùm arguit, hanc eſſe indiuiſibiliter in ſpecie poſitam nobiliori.

Obijciunt tertiò Scripturas: Ad Rom.

ԺԹ 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

ԻԱ 21 [illegible]

[illegible]

[illegible] Իբ 22
[illegible]

[illegible] Իգ 23
[illegible]

[illegible] Իդ 24
[illegible]

Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur.* Et ad Coloss. 1. *Qui est imago Dei inuisibilis.* Et 1. ad Timoth. 1. *Regi seculorum immortali, & inuisibili.* Item cap. 6. *Rex Regum, & Dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucē inhabitat inaccessibilem; quem nullus hominū vidit, sed nec videre potest.* Et 1. Cor. 2. *Nemo nouit ea, quæ Dei sunt, nisi Spiritus Dei.* Simili quoque modo loquuti sunt Patres nonnulli.

Respondetur, omnia ista, & similia Scripturæ loca posse, salua nostra veritate, multipliciter explicari; quin etiam explicāda esse, ne videatur Scriptura sibimetipsi contradicere. Dicitur ergo Deus esse inuisibilis, &c. primo visione oculi corporea, non autem visione intellectiua spirituali: sic explicat Augustinus in epist. 112. Secundò in hac vita secundùm legem Dei ordinariā, secùs verò in alia: ita Gregorius lib. 18. Moral. cap. 28. Tertiò visione comprehensiua, id est, tam perfecta, quàm est illa, qua Deus videt seipsum; de qua loquens Apostolus ad Rom. 11. ait: *Quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius*: sic idem Gregorius in eodem loco. Quartò demùm ab intellectu creato per solas vires naturales; secùs autem ab eodem, eleuato per lumen supernaturale: sic explicant Epiphan. hæres. 70. & Ambrosius lib. 1. in illud Lucæ: *Apparuit ei Angelus Domini.* & sic etiam intelligitur illud Isaiæ 64. *Oculus*

non Vidit Deus absque te, quæ præparasti expectātibus te. & illud Mat. 11.
ԻԵ 25 *Neque Patrem quis nouit, nisi filius, & cui Voluerit filius reuelare.* hoc est, per diuinum subsidium, eleuationē, & reuelationem supernaturalē posse videri, & cognosci, quæ per naturalem potentiam videri non possunt. Quòd si non explicaretur his modis Scriptura; nec ipsam quidem Dei lucem, quæ adhuc à Paulo *inaccessibilis* dicitur, adspicere possent Beati, contra Aduersariorum sententiam. Ijsdem quoque modis intelligendi sunt Patres, quandò similibus verbis vtūtur: quippè, cùm ex-
ԻԶ 26 pressa sint sacrarum Scripturarū testimonia, quæ asserūt, Deum ab hominibus, & Angelis videri posse; non est putandum, ex orthodoxis Patribus aliquem omnibus id modis negare voluisse.

Obijciunt denique S. Dionysium Areopagitam, cui suam ipsi adscribunt sententiam: primò, quia sępissimè in scriptis suis affirmat, *Deum esse inuisibilem, incognoscibilem, occultum, inuestigabilem,* &c. Secundò,
ԻԷ 27 quia in lib. de Cælesti Hierar. loquēs de beatifica Angelorum visione, asserit, *Angelos Videre*, modò *radium Deitatis*, modò *claritatem diuinæ lucis*, modò *percipere diuinam illustrationem, illuminationem*, &c. Vndè videtur inferre, Angelorum beatitudinē in visione diuinæ claritatis solùm consistere. Tertiò deniq; quia in eodem lib. cap. 13. & alibi docet, quòd *Diuinæ illuminationis participatio non detur inferioribus Angelis,* nisi

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ԻԸ *nisi per superiores*: at non potest cla-
ra visio diuinæ essentiæ ab vna crea-
28 tura tradi alteri creaturæ: igitur ad
mentem Sancti Dionysij Angeli nō
vident diuinam essentiam, sed solùm
claritatem illius.

Ad primam Dionysij assertionē
respondetur, vocari ab ipso Deum
inuisibilem, &c. ijs modis, quibus
nunc suprà in Resp. ad 3. obiect.
explicuimus; præsertim in hac vita à
nobis viatoribus, qui Deum cogno-
scere non possumus, nisi ab effecti-
bus, & cognitione obscura, deducta
ԻԹ nimirùm à sensibus; non autem in
29 alia vita, vt idem Sanctus exponit in
lib. de Diuin. Nomin. cap. 1. vbi
postquàm dixit, esse nobis in hac
mortali vita Diuinitatem abscondi-
tam, subdit: *Cùm autem immortales
erimus, & ad statum, conditionemq;
Christi similem, beatissimamque perue-
niemus; tum semper cum Domino eri-
mus, aspectabilis quidem eius, Vt ita
dicam, apparitionis sanctissimis contē-
plationibus pleni, quæ nos splendidissi-
mis radijs illustrabit.* Adde, quòd
Լ ipse adhuc diuinus radius, qui à Dio-
30 nysio videri dicitur ab Angelis, in
alio loco inintelligibilis, & inacces-
sibilis ab eodem asseritur. nam in
eodem libro de Diu. Nom. cap. 1.
Diuinus, inquit, *radius nec cogitari,
intelligique potest, nec dici, neque peni-
tus vllo modo cognosci; quòd ab omni-
bus rebus secretus sit, & incognitus.*
Et cap. 4. *Anima*, inquit, *Deiformis
facta per vnionem incogniti inaccessibi-
lis luminis*. Eodem igitur modo Dei-
loquus Vir de visione Diuinæ essen-

tiæ, ac de visione diuini radij loquitur; sensitque, in hac vtique vita secundùm legem Dei ordinariã clarè cognosci à nobis illa non posse, quę alioqui à Beatis in Cælo clarè videntur.

Ad secundam respődetur primò; Dionysium ex eo, quòd affirmet, Angelos videre claritatẽ diuinæ lucis, non negare, eosdem videre Deitatem ipsam, sed potiùs affirmare; cùm hæc ab illa non distinguatur. Secundò, quòd pro radio, seu claritate, aut luce Deitatis, expressè intelligit ipsam Diuinitatis substantiã. Nam in lib. de Cælesti Hierar. cap. 13. ait sic: *Omnibus igitur, qui illuminantur, percipiendæ lucis principium est Deus quidem per naturam, & omninò propriè, vtpotè substantia lucis, ipsiusque visionis autor*. Et cap. 1. vocat eundem radium, *lumen primigenium, principioque superiùs*. Et cap. 3. *Thearchicum, principaliter lucidum*. Et in lib. de Diuin. Nomin. cap. 4. *Vnum lumen æternũ, inprincipiatum*, &c. quod nihil aliud esse potest, nisi Diuina substantia. Ac denique in lib. de Myst. Theol. cap. 4. asserit, *Deum non egere luce*. Cur autem; nisi quia ipsamet eius substantia lux ipsa est?

Ad tertiam respondetur; quòd duplex Angelorum illuminatio considerari potest: Altera, per quam reuelatur illis diuina essentia, seu, quod idem est, essentiæ diuinæ radius, lux, aut claritas: & de hac illuminatione non loquitur ibi Dionysius, cùm hæc non detur inferioribus

Հա 31 [illegible]

Հբ 32 [illegible]

Հգ 33 [illegible]

[illegible]

ԼԴ 34 bus Angelis per superiores: sed omnes Angeli per eam à Deo ipso immediatè illuminantur; essentiam eius intuitiuè conspicientes. Altera, per quam erudiuntur Angeli de mysterijs supernaturalibus, ad gratiam, & gloriam pertinentibus; non quidē quoad ipsa mysteria absolutè (siquidem hæc ferè omnes norunt beneficio beatificæ visionis); sed quoad aliquas illorum rationes, & circūstantias: & huius diuinæ illuminationis participationē, intelligit Dionysius, dari inferioribus Angelis per superiores: vt docet cap. 7. de Cæ-
ԼԵ 35 lesti Hierar. dicens: *Istud Theologi apertius indicāt; inferiores scilicet Cælestium Spirituum ordines à superioribus diuinorum operum scientiam honestissimè discere: qui verò celsiores omnibus sunt, à Deitate ipsa, vt fas est, seorsim sacratius erudiri.*

Cæterùm idem Dionysius in omnibus suis Opusculis, ac præcipuè in lib. de Cæl. Hier. catholicam nostrā sententiam disertissimè docet. Inquit enim cap. 7. *At verò sanctorū*
ԼԶ 36 *Cherubin appellatione significatur illorū eximia scientia, Deiq; speculatio, summaque, & exuberantis lucis capacitas, atque contemplatio, qua diuinam speciem, non per traduces vllos, sed primaria vi sua intuentur.* Et iterùm paulò post: *Contemplatrices item pari ratione indicanda sunt; non quasi illæ sensibilia, vel spiritualia contemplentur signa; neque vt quæ tradita in diuinis litteris speculationis ad Deū varietate ferantur; sed vt totius spiritualis sciētiæ celsiore luce repletæ, prin-*

cipalisque, atque pulchra cuncta facientis speciei supernaturali; ac liquidissima contemplatione, plenitudineque beatæ. Dum igitur asserit, quòd Angelicæ substantiæ diuinam speciem, non per traduces vllos, sed primaria vi sua intuentur; quódq; beatæ sint ex supernaturali, ac liquidissima contemplatione speciei principalis, atque pulchra cuncta facientis: quid aliud apertè docet, nisi easdem immediatè diuinam essentiam intueri; earumque supernaturalem beatitudinē in clara Dei visione consistere?

Item in eodem lib. cap. 8. *Scientiam*, inquit, *Virtutum nomen significare, puto, virilem quandam, inuictamque fortitudinem ad diuina omnia obeunda munera, quæ eas attingunt: nam ad nullam diuinam illustrationē eorum, quæ eis offeruntur, & quasi inseruntur, imbecilles sunt, magnisq; viribus ad Diuinitatis imitationem nituntur, nec diuino motui, atque impulsui ignauia sua desunt, sed magna contentione cælestem illam, virtutisque effectricem Virtutem intuentur*. Et infrà: *Sic ego etiam, ex Angelicis Ordinibus eorum, qui primo loco Deū spectant & ad eum contendunt, participationē, quæ nullius interiectu procuratur, euidentiorem, clarioremq; ijs, quę aliorum opera efficiuntur, esse arbitror.*

Item cap. 15. explanans, cur Angelis competat Aquilæ figura: *Porrò, ait, Aquilæ effigiē signare putamus vim illam singularem speculandi, atq; intendendi liberè, & directè (in nullam partem inclinando aciem luminū) in radium illum vberrimum, & lucidissi-*

լինելոյ գեղանկարգին գիտութեան, որ է
ԼԷ 37 ու. ամենեւին՝ ի գիտել ած-այինն. այլ զի
գեղեցկին լուսով ամ. հոգեւոր գիտու-
թե. են լցեալք. և կատարելապէս երա-
նացեալք՝ անսանեն գերբնաբար և յայ
տնապէս զնախատիպականին գեղեցկու-
թեանն զայն, որ զամենայն լինչ գե-
ղեցկացուցանէ։] Եւ հասանելով յայս
ուսուցանէ մեզ. եթէ հրեշտակացն ան
սանեն զած-ային գեղեցկութիւն. զի
զած-ային էութիւն. ոչ թէ միջնորդու-
թեամբ. այլ անմիջապէս։ և թէ նոցա երա-
նութիւն յայտնապէս տեսութեան կայանայ։

Դարձեալ յ. Ը. երր՛ գլխն ասէ։ Իմանեմ
ԼԸ 38 սրբոց զօրութեանցն անուանս նշանակէ
զարիական զօրութիւն ու. ՝ի կատարել
զամ ած-այնաշնորհութիւն ձեռնարկսն. զի
ոչ տկարանան ներքինոյականին զամ լինչ
լուսաւորութիւն, որ հանդերձ կոչեցեալ
և ոչ յանկարծութէ առաջնորդեալն առ ած-այ
ին ազդեցութեան և շարժման։ այլ բազմա
թէ մեծաւ հայելն 'ի յայն երկնայինն
և հզօրեցուցիչ զօրութեան։] Եւ 'ի
ներքոյ գ՛րլ ասէ։ Հրեշտակաց առաջնոյն
որք յառաջնոյն առնելով անդրանիկ
կամ. առնելով անմիջապէս զսկիզբն
գոյն և առաջնորդին հաղորդութեն ած-
ԼԹ 39 այլն խորհրդոց, քան զայլոց, որք առ
նոսա զնան միջնորդաւորապէս։]

Դարձեալ 'ի. ԺԵ. երր. գլխն ասէ
ցանէ, թէ վասնէր հրեշտակաց յարմար
է ած-ու ի պատկեր. և ասէ։ Զարծ
ւեքին ած-ու ի նշանակէ զայն զօրու-
թիւն հայելոյ հանդերձականապէս և ուղ
ղաբար յայն լուսածին և յառատա
բուխ ճառագայթին ած-ութե. ոչ թէ
ծռելով զաչս մասն 'ի յայլ կողմ յանհեռանի։]
Եւ զնոյն և ս բացայայտ երկնէ 'ի
յայլ գլուխս։ Ուսանի յայսմ զանազանա
մէ. թէ զի՛ առն. կարողին տեսանել կա
ծել.

[illegible] Խ 40

[illegible] Խա 41

[illegible] Խբ 42

[illegible]

dissimum Deitatis. In alijs denique locis hæc eadem, aut similia verba sæpè repetit. Vndè valde miramur, quomodò Armeniorùm Magistri aliqui sanctum hunc Doctorem pro sua possint citare sententia.

Ex dictis sequitur, corrigenda esse verba illa, quæ in Cantico Dominicę Natiuitatis Armena canit Ecclesia, dicens: *Qui Calestibus Choris incognoscibilis es, hodiè occultum mysterium manifestasti Terrestribus: benedictus Dominus Deus Patrum nostrorum, qui, cùm esses perspicacissimis illis Cherubin inuisibilis, sub nostra forma è sancta Virgine prodijsti.* Et iterùm: *Qui in throno gloriæ à Superis non videtur, hodie de sancta Virgine carnem sumpsit.* Et rursùs: *Ob Angelicum nuncium abeuntes, viderunt paruulum factum, quem Seraphim videre non possunt.* &c. Optimè verò corrigentur, si vbi dicitur, *Incognoscibilis*, &, *inuisibilis*, dicatur, *incomprehensibilis*: & vbi, *non videtur*, &, *videre non possunt*, dicatur, *non comprehenditur*, &, *comprehendere non possunt*.

Dicent fortasse: De hac visione cõprehensiua loquitur ibi nostra Ecclesia. Sed estò recta id mente à vestra proferatur Ecclesia, vt puto proferri: quia tamẽ simpliciter sic prolatũ & scandalũ alijs prębet Ecclesijs, & locum arguendi illã erroris, ac etiã confirmare videtur, quod aliqui Armenij peruersè docuerunt, hæreticũ dogma; emendandũ omninò est tũ in Cantico supradicto, tum in alijs eiusdẽ Ecclesiæ precibus, & lectionibus, vbi non semel verba eadem vsurpantur.

VT-

ՄԻ՞ ԹԷ ՚Ի ՀԱՆԴԵՐՁԵԱԼ ԿԵԱՆՍ ԻՑԷ

Հոգւոց ոմանց քաւարան,

ԽՆԴՐՈՅ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Յառաջբերին երկու կարծիք, և լուծումն վիճաբանութեան;

Գլուխ. ա.

VTRVM IN ALIA VITA SIT Purgatorium Animarum.

QVAESTIO INTER ARMENIOS VLTIMA.

Proponitur duplex sententia, & resolutio Quaestionis.

§. I.

Անուամբ քաւարանի՝ ա
իմանամք զտեղի ինչ, I
ներքուստ մաքրագործական
տանջանօք քա
ւին հաւա
տացելոց հոգիք ոմանք, որ ՚ի մարմնոյ
ելանեն ներելի մեղօք յաղագանցեալք.
և կամ ոչ լիացեալ ապաշխարութ. վր
ճարեալք զմահացու մեղաց խոստո
վանելոց: որպէս զի յետ վճարելոյ և
մաքրելոյ անդ կատարելապէս ՚ի ձեռն
տանջանաց իւրեանց, կամ աղօթից
և օժանդակութեանց այլոց կենդանեաց
հաւատացելոց. երթիցեն ՚ի փառս
արքայութեան երկնից:

NOMINE Purgatorij locum aliquem intelligimus, in quo fideliũ animæ, quæ vel reatu culpæ venialis, vel debito pœnæ alicuius tẽporalis ob peccatum mortale remissum, adhuc obstrictæ, migrauerunt ex corpore; vt diuinæ iustitiæ satisfaciant, crucientur, donec ab ejusmodi reatibus siue per suas pœnas, siue per Viuorum suffragia omnino expiatæ, Cœlestem beatitudinem consequantur.

Negant Armeniorum Magistri nonnulli: vt Vanachanus, in tract. de

ՀԱՅՐ՝

de loc. anim. dicens: *Qui ſentiunt, eſſe in alia Vita Purgatorium, ex quo animæ aſcendant in Cælum, cõſentiunt Platoni, qui aſſerebat, animas de Vno corpore migrare in aliud, hoc eſt, de homine in brutum, de bruto in arborẽ, de arbore denique in Cælum. ſimiliter iſti, animas in ignem tranſmigrare, dicunt, & ab igne in Cælum.*

Vartanus; qui in Confut. epiſt. Rom. Pont. num. 14. *Error eſt*, inquit, *dicentium, eos, qui nondum expleta pœnitentia moriuntur, ingredi poſt mortem in tormenta, & excruciari in loco, quem Vocant Purgatorium*. & in Monitis ad Armenios, cap. 5. idem Purgatorium ex inſtituto refutans, tandem concludit: *Iure ergo mendaces ſunt Purgatorij Aſſertores; quibus, cùm contraria prædicet ijs, quæ Apoſtoli docuerunt, nolite credere. ait enim Paulus: Licet nos, aut Angelus de Cælo euangelizet Vobis præterquàm quòd euangelizauimus Vobis, anathema ſit.*

Gregorius Dattieuenſis; qui in lib. Interrog. vbi agit de Purgatorio, temerè illud reſpuit, ac deridet. Alijque Armenij: qui hac in re maluerunt peruerſam exterorum hæreticorum ſententiam ſequi, ſcriptiſq; propagare, quàm orthodoxam Eccleſiæ ſuæ traditionem, de qua infrà.

Primus autem omnium, qui cõtra Purgatorium olim ſenſit, traditur fuiſſe Aerius; qui (vt teſtatur Epiphanius hæreſ. 75. & Auguſtinus hæreſ. 53.) docuit, non eſſe pro defunctis orandum. vnde ſequitur, aut eos

բ 2 ...Հրդ՝ բացատրեն յիմանք 'ի վարդապետացն հայոց. Յո գաղիցն վանականն որ 'ի ճառն յղղս հոգեկեալացն այսպէս գրէ: Որք ասեն լինել զքաւարան, յոր մէ հոգիքն եւ լանեն 'ի յերկինս, նմանք են պղատոնին. որ ասէր զմարմնափոխութիւն հոգւոյն. որ 'ի բանական մարդոյն 'ի զգայական. եւ անտի 'ի տունկս ասէր. եւ 'ի անկոցն 'ի յերկինս վերափոխել: այսպէս եւ սք 'ի հուրն ասեն մտել. եւ անտի 'ի յերկինս վերափոխել:]

Նոյնպէս վարդապետն վարդան. որ 'ի պատիժն Թղթոյն պապին հռոմմայ. 'ի. Ժդ. բրդ" Թիւն, այսպէս գրէ:
գ 3 Մոլար է այնոցիկ. որք ասեն, զհոգիս անապաշխար մեռելոցն 'ի ներքոյ տանջանաց մտանել եւ չարչարիլ. զոր կոչեն քաւարանութիւն. յո. քաւարան:] Եւ 'ի գիրս խրատուց 'ի. Ե. երդ" գլխ յաճախապէս զքաւարանն յանդիմանէ. եւ 'ի վերջն ասէ: Յիրաւի սուտ է քաւարանութիւն: արդ մի հաւատայք նոցա. որ հակառակ քարոզեն առաքելոցն: զի ինքն առաքելն հրամայէ. եթէ մեք, կամ հրեշտակք յերկնից, կմ այլ ոք այլազգ ինչ աւետարանէ քան զոր աւետարանեցաքն. նզովեալ լիցի:]

դ 4 Նոյնպէս եւ տաթեւացին զքաւարանն ծիծաղէ: Եւ սոքա լաւ ագոյն համարեցին զարտաքսմանն զխոտ եր թալ աղանդոյն այլասեռ հերձուածողաց. քան զհոգեմանաւորն ուղղափառ առ անցող Թէ ոչ Թէ մնայն մի եկեղեցականաց եկեղեցւոյն քի ներքին եկեղեցւոյն հայոց. որ զքաւարանն ոչ մերժէ, որպէս 'ի ներքոյ յայտ ճենեցի.

Բայց առաջինն ամենեցուն. որ զքաւարանն յանդիմանեաց, եղեւ այիղծ ոմն այերիոս կոչեցեալ: զի սա, բար

դոռով

ղութ. մ. զանն որ՝ն խափիան, և որ՝ն օգնու
անիւ ՚ի գեհենն յիշու հերձուածոց.
ուսուցանէր ոչ աղօթել վն՝ ննջեցել
լոց. զի ոչ գոյոյլ քաւ՝ արանին., ոչ և ա
օգնուն և զեծ ուծն լինելոց ննջեցելոց սոր
Թէ՝ն մեր. Եւ զկնի սորա զքաւ՝ ա
րանն հերքեցին վալդեցիքն, որպէս պա
տմէ սբն Անտոնինոս ՚ի. դ̄. մասն՝ հա
մառօտին աստուածաբանութե. և և այլ հեր
ձուածողք ոմանք յարևելից և յարև
մտից կողմանն. մանաւանդ ամ՝ լու
թերականք և քալվինականքն. յո
րոց յոյժ գարշի օրհնեալ ազգն հայ
ոց:

Իսկ ասացեալ ամ ուղղափառ
ւաց որ է եկեղեցին. և սահմա
նեաց. լինել յետ աստի կենացս քա
ւարանն, նախ ՚ի լատերանոյի ժողո
վն՝ որ է ժողովն. որ եղև հրամանաւ
Իննոկենտեսի երրորդի: Եւ յետոյ
զկնոյն հաստատեաց ՚ի ֆլորենդիական
որ է ժողովն բլորենցիոյ. որ եղև հրա
մանաւ եւգենեանն չորրորդի. և գու
մարեցան առաջ ամ եպիսկոպոսունքն
յունաց, և լատինացւոց, և եւս ՚ի
հայոց ոմանք. որպէս ասացաւ ՚ի. Է.
հոդ." վերջնաբանութեանն, Եւ բանք ժո
ղովոյն բլորենցիոյ են այսոքիկ: Եւ
դարձ̄լ սահմանեմք. զի եթէ ճշմարտա̄
զղջացեալքն ՚ի սէր այ վախճանեսցին նախ
քան զառնել զարժանի պտուղ ապաշ
խարութե վն՝ յանձնառականն և հր
զանցառականն մեղաց նոցունց. հոգիք
այնպիսեացն յետ մահուանն մաքրո
ղականն տանջանօք քաւ՝ րին: Եւ զի յայն
պիսի տանջանացն զերծանիցին նշ̄.
օգնու-ա են նոցա կենդանեաց հաւ՝ ատա
ցելոց բարեգործութիւնք. այս. պատա
րագաց մատուցմունք, աղօթք, ողոր
մութիւնք, և այլ բարեգործութիւնք բա
րեպա

ե 5 eos nō egere precibus, aut precibus iuuari non posse; quod utrumq; Purgatorio repugnat. Post hunc apertè Purgatoriū negauerunt Valdenses (vt refert S. Antoninus in Summa Theologica, parte 4. tit. 11. cap. 7. §. 2.); alijque Hæretici, tum Orientales, tum Occidentales, Lutherani videlicet omnes, & Caluinistæ, quos alioquin Armena Gens præ cæteris execratur.

Affirmant verò Catholici cum Vniuersali Ecclesia, quæ, post
զ 6 hanc vitam Purgatorium esse, definiuit non solùm in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. 66. verùm etiam in Concilio Florentino (quod fuit ab vtraque simul Ecclesia, Orientali scilicet, & Occidentali celebratum) sub Eugenio IV. sessione vltima, præsentibus, & consentientibus Armenis Legatis: cuius quidem Concilij verba sunt hæc: *Item definimus, si verè pœnitentes in Dei caritate decesserint, antequam dignis pœnitentiæ fructibus de commis-*
է 7 *sis satisfecerint, & omissis, eorum animas pœnis purgatorijs post mortem purgari: & Vt à pœnis huiusmodi releuentur, prodesse eis fidelium viuorum suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, orationes, eleemosynas, & alia pietatis officia, quæ à fidelibus pro alijs fidelibus fieri consueuerunt secundùm Ecclesiæ instituta.* Quam denique Definitionem confirmauit etiam Concilium Tridentinum sessione 25.

ESSE PIARVM ANIMARVM PVRGATORIVM,

Probatur primò ex Armena Traditione.

§. II.

NIhil certè aut clariùs, aut vberiùs prędicat in Codicibus suis Armena Traditio, quàm in alia vita Purgatorium esse. Et primò Armenicum Menologium sub die 18. Septembris, referens acta S. Gregorij, primi Armeniorum Episcopi, sic habet: *Dixit Angelus Diuo Gregorio: Efficax nimiùm est Missæ Sacrificium ad animam liberandam: velut enim Aquila, desuper delapsa, illam, in manu Dæmonis existentem, liberat, & antè Diuinitatem constituit.* Quænam verò anima, in manu Dæmonis existens, Missæ Sacrificio liberatur, & ante Deum in Cælo constituitur? non illa quidem, quæ culpæ mortali obnoxia, & Deo inimica decessit: hæc enim vnà cum alijs damnatis *ignis æterni pœnam substinet*, ex Catholica Iudæ. neque illa, quæ aut nunquàm peccauit, aut per condignam pœnitentiam ab omni reatu culpæ, & pœnæ in hac vita perfectè purgata est: siquidem tales non in manibus Dæmonum, sed *sine macula sunt ante thronũ Dei*, Apoc. 14. Superest igitur, vt ea solùm sit, quæ vel peccato veniali obstricta, vel antequam de mortali remisso plenè per pœnitentiam satisfecerit, in Dei gratia migrauit ex corpore; & in Purgatorio detenta, vt à pœnis illis tẽpora-

րնդըլթութեն . զոր հանապազորդակայըն ա
վին մնջեցելոցն առնել են առնելոյ րստ 1
պատարագին ամէն եկեղեցւոյ :] Եւ այ-
պա՛ պարոյն աստուածպաշտութեան հա-
տատեալ եւ ընթացանոյ սէ ժողովն
ուղղութեան :

ԵԹԷ ԳՈՅ
քաւարան .

Նախ ցուցանի վկայութեամբ
աւանդութեան
Հայոց :

Գլուխ . Բ .

Յայսմաւուրս արդեօք եւ բացի բ
բանիցն բանին յամ ուրեք բա- 2
րոզէ եւ ճոխաբանէ ՚ի գիրս իւրս Հայ
կազմեան աւանդութիւն . Թէ գոյ քա-
ւարան Հոգւոց մարդկանն քաւա-
րան իմն : Եւ նախ Հրատարակէ զայս
այսմաւուրքն Հայոց ՚ի . ԺԸ . Սեպ"տե-
մբերին անկանեմբերի. ու ասէ ՚ի պատ
մութիւն սրբոյ լուսաւորչին գրիգորի
այսպ . ասէ Հրեշտակն . ասիքանն զօ-
րաւոր է պատարագն ՚ի փրկութիւն Հո-
գւոյ . որպէս արծուի խուսայեալ ՚ի
բարձանց . եւ զՀոգին , որ լինի ՚ի ձեռն
սատանայի , կորզէ , եւ առաջի աստ- գ
ուածութեանն կացուցանէ :] Ասրդ՝ որն 3
է այն Հոգին . որ ՚ի ձեռն սատանայի
կայցեալ . զերծի օգնութեամբ սրբոյ պա-
տարագին. եւ յերկինս առաջի աստու-
ծոյ կացուցանի : ոչ արդեօք է՛ այն .
որ մեղուցեալ մահու չափ մեղօք Թշնա-
մի սատանայի : զի սա ընդ դատապարտե-
լոց եւ չարչարեալս կայ առաջի որդւ-
ւոյն. ըստ կաթողիկեայ Հաւատոյն ընկալեալ
դատապարտեալն. որոց ասէ սուրբ առա-
քեալն յուդա : Եւ ոչ եւս է՛ այն. որ ոչ
մեղաւ երբեք. եւ կամ՝ եթէ մեղաւ եւ

բեւմն

[illegible]

դ 4

[illegible]

ե 5

[illegible]

զ 6

[illegible]

poralibus liberetur, & ad Cælestem gloriam introducatur, indiget Missæ Sacrificio, aut alijs viuorum suffragijs.

Secundò: Idem Menologium sub die 30. Iunij, S. Philippi Apostoli obitum commemorat, dicens: *Philippus obijt Hierapoli: & quia Ciuitatem illam exeeratus fuerat, & in profundum demerserat, mansit corpus eius suspensum quadraginta dies; anima verò eius cruciata fuit extra Paradisum; donec, oblatis pro ea quadraginta Missarum Sacrificijs, erepta est à cruciatibus ignis, eique ostium Regni Cælestis apertum est.* Quæ quidem verba nō ad Purgatorium ipsū, sed ad Armenam de Purgatorio traditionem ostendendam, nunc adducuntur: nam, cùm à nullo alio Historico in huius Apostoli vita referatur, non dubito, quin fabulosa sint. Haud enim credibile est, Sanctum Apostolum (quem, narrat Metaphrastes, *in patibulo suspensum, postquàm Hierapolim terremotu collabentem, & in profundum penè demissam, ab illa denique ruina suis supplicationibus liberauerat, in manu Dei animam suam deposuisse*: & de quo ait Chrysostomus: *Philippus Hierapolim conseruat miraculis*) eandem Ciuitatem ita imprecationibus affecisse, vt ex hac culpa indigeret post mortē pœnas luere purgatorias.

Metaphrast. apud Suriū, tom. 3. sub die 1. Maij.

Chrysostom. homil. in 12. Apostolos.

Tertiò: In Armenico Giarrentir sæpè adducitur Diuus Chrysostomus, de animabus Purgatorij loquens: præsertim cap. 23. hisce verbis: *Non opus est, mortuos lacrymis,*

Chrysostom. homil. 41. in prior. ad Corinth.

 &

& gemitu prosequi; sed precibus, oblationibus, & eleemosynis placatum cum illis reddere Deum. non sunt hæc enim temerè excogitata; neque frustrà eorū, qui excesserunt, in diuinis Mysterijs meminimus, & pro eis rogamus Agnū propositum, qui Mundi peccata tulit: sed vt inde eis aliqua sit consolatio. neque abs re is, qui astat Altari, dum veneranda peraguntur Mysteria, clamat pro omnibus, qui in Christo obdormierunt. nam si talia propter illorum expiationem non fierent, ne hæc quidem dicta essent. non igitur frustrà, sed ordinatione Spiritus sancti hæc fiunt. nam si filios Iob expiabat Patris Sacrificium; quantò magis hoc ipsum animabus illis præstabit sanguis Christi? ne fatigemur ergo Sacrificia pro illis offerre, eleemosynas erogare, vt cum eis Deus concilietur.

Item cap. 38. Postquàm anima è corpore demigrauit, multa nobis precū, & operum bonorum auxilia necessaria sunt. vt enim per aërem sursum deducamur, egemus multorum Angelorum ope. nam si hìc, in regionem longinquā profecturi, indigemus ductorum opera; quantò magis opus nobis erit auxilij, & comitatus, vt tuti deduci, ac transire valeamus per Principatus, ac Potestates, & Mundi rectores tenebrarum harum, spiritus nequitiæ? in eius quidem via periculis indigemus ijs, qui opem, & auxilium ferentes, valeant vsque ad Cæli ianuam incolumes nos deducere.

Item cap. 58. Ne mittamus ergo gemitus, & lacrymas post defunctos, sed potiùs preces, supplicationes, & Sacrifi-

Է 7 մուԹեն վասրուց տեռոն · զի այլ պատա
մեցը ամեն . Թէ ուԸն վկելնոպարա ոչ ա_
ռէծ- զեղասպոլեն · այլ աղօԹս պատար վն
ռոցա . և աղքատաց ղողորմութեամբն ՚ի
վերահատումալ Հանանց ընծեցեմանն. և Հա
զի Համօ ոչ շարժարեցան աղօԹս են
կելց . այլ ՚ի փառս աղքատութեն փաս
Թով զնաց · քանզի ոք ամբերեն ոչ ա_
սան ՚ի քնէ անձեռնեալ · այլ օրհնել զՀաւա
ծիշս ևւ այլ . և աղօԹս առնել վն նց:
Որպէսև Հայոց Նաւաբրեանսն բան_
զուամ ուղղ առաքեալ զԲանս ու յխա
ռակեբելարանեն. որ խօսի վն Հողոց քա
Հարանեն : Եւ նաև ՚ի Խաւարանգեն.
Ը 8 են . բոռ՛՛ զկեն առէ այսմ : Ոչ պարտ
է՛ սգալ և ողբալ զննջեցեալսն · այլ ա_
ղօԹից և պատարագօք և ողորմու_
Թեք Հաշտեցուցանել ընդ նոցա զԱծ:
քանզի ոչ ընդ վայր ենչ Հաստատեցաւ
այս . կամ ՚ի զուր ենչ յիշեմք ՚ի յԱմե-
այենս խորՀրդոյ պատարագին զհետ
ննջեցելոյն . և աղաչեմք վն նոցա զգառ_
ինն որ առաւելեալ, որ բառնայ զմեղս
աշխարհի: այլ զի առնել լինին մխիԹա
րուԹին ենչ : Ղեկ ոչ ընդունայն ենչ է՛որ
առաջի սեղանոյն կայ . և զառաջին և
սոսկալի խորհրդոյն պատարագին կա
Թ 9 տարի, և կոչէ վն ամենեցուն ՚ի քն ննջե
ցելոցն : զի եԹէ վն նց քաւուԹեն չէր.
առնլոմ և ոչ առնէր զայնպէս : քանզի
զի ոչ ընդ վայր . այլ Հոգւոյն սրբոյ Հր
րամանաւ է՛ . որ կատարեսլն այսպէսի : զի
եԹէ զորդիսն յոբայ սրբեցին Հօրն
ողջակէզք . որչափ առաւել և ս առաքեալ
արեանն քն . Եւ արդ՝ մի ենչ ձանձրա
ցուք մատուցանել վասն նոցա պատա_
րագս . և տալ վասն նոցա զողոր
մուԹիւն . զի Հաշտեսցի ընդ նց ած :]
Եւ երկրորդ՝ ՚ի . լը . գլ՝՝ զկնի ելանե
լոյն ոգւոյն ամն ՚ի մարմնոյ ակըշեքելեանեն: Ի կար

զել

զել ՚ի մատուցմանն զենըլեն. ամենայն աղաչանս Ֆ
ենչ այնպիսի ակնալ են մեզ յայտնեաւ 10
քաղցում օգնականութեն աղօթից և
զործոց բարեաց : քանզի օգնականու-
թեց հրեշտակաց յուսալեց մեզ ակնար
են առաջնորդութեց առ ՚ի յօգս համ
բարձմանց. զի եթէ ասա յաշխարհ ու-
րեք հեռաւոր եթերայն կարօտ լինի
զինէ առաջնորդաց. ո՞րչափ ևս առա-
ւել այնքան ունիցի օգնականութեց
և առաջնորդութեց առ ՚ի վտանգել և
անցուցանել զմեզ ընդ երկնամուտութիւ,
և ընդ աշխատութիւ, և ընդ աշխար-
հական խառնարանս յօդոյն այնորիկ,
և ընդ այլս չարութե: կասեւ որ է մեզ Ֆա
անդ ՚ի ձանապարհորդութիւնն որոց 11
մութեան և բարեգործութի. որ կա-
րող են անաշխատաբար տանել զմեզ
՚ի դուռն երկնից :]

Երրորդ ՚ի. ԿԱ. երդ" գլխոյն դէղ-
կանէ : ևՁրդ՝ մի՛ առաջնորդութե զօրէս
և զօրհնութեանս զինի ննջեցելոցն. այլ
զաղօթս և զպատարագս. զի կարա-
ցուք հաշտեցուցանել զնա ՚ի ձեռն
աղօթից և պատարագաց: զայս ամ
իմացեալ գործեսցուք զբարիս մինչ դեռ
ժամանակ ՚ի ձեռս է: զի եթէ երեք
մանկունքն ապրեցան ՚ի հնոցէ հրոյն Ֆբ
՚ի ձեռն աղօթից, որք ասէին՝ մի՛ 12
՚ի բաց առնէր զողորմութիւ քո ՚ի մէ-
նջ վսն աբրահամու, սահակայ, և յա-
կովբայ: Եւ միայն յիշատակաւ ա-
նուանց սրբոցն արդիւնքն կատարե-
ցան. որչափ ևս առաւել կարողն մեք կա-
րող եմք քաւանակնայլես զբազում օգ-
նութիւն ընձեռել մեռոց ննջեցելոցն
(. ՅՊ. ներելի մեղօք) ՚ի ձեռն մարմնոյ
և արեանն քի, խնկօք, ժողովրդովք,
և քահանայական աղօթիւք, սրբոց
բարեխօսութե, և աղքատաց տրօք,

առ-

crificia, ut per hæc placatum erga illos Deum reddere valeamus. hæc autem intelligentes, operemur bonum, dum tempus habemus. quoniam si tres pueri per orationẽ de fornace ignis liberati sunt, dum dicebant: ne auferas Domine misericordiam tuam à nobis propter Abraham, Isaac, & Iacob: ita ut sola Sanctorum nomina recolentes, digni, & benemeriti inuenti sint: quãtò magis valemus nos animabus, quæ in peccatis (hoc est venialibus) *decesserunt, multum præbere auxilium, ac veniam remissionis impetrare per oblationem corporis, & sanguinis Christi, per supplicationes Sacerdotũ, & Populorum, per intercessiones Sanctorum, & largitiones eleemosynarum.*

Denique cap. 61. *In ipsa Sacrificij oblatione memoriam agimus eorũ, qui in Christo obdormierunt: multum enim lucrum, & vtilitatem illis affert oratio, quam in sancto, ac tremendo illo Sacrificio pro eis offerimus.* Dum hæc igitur omnia Armenij in suis libris legunt, & credunt; atque à Diuo Chrysostomo, aureo ore illo, eloquentia, & Cælesti sapientia referto, tradita esse, prædicant: Missæ videlicet Sacrificium, aliaque fidelium viuorum bona opera, veniã remissionis impetrare animabus, in culpis venialibus decedẽtibus; quòd illas cum Deo conciliẽt; quòd illis afferãt lucrum, vtilitatem, consolationem, expiationem; negare profectò non poterunt, esse in alia vita animarum aliquarum Expiatorium, seu Purgatorium.

Chrysostom. homil. 69. ad Populum Antiochenum.

Quartò: In eodem Giarrentir, capite

pite

pite 58. S. Ephræm Syrus hæc tradidisse refertur: *Ossa mortuorum, quorũ commemoratio agitur in sacris Mysterijs, rorem vitæ bibunt. nec solùm mortui sic iuuantur; sed vnà cum illis iuuabimur etiam nos viuentes: plurima namque bona impetrabit mortuus illi, qui eleemosynis, aut precibus recordatus fuerit ipsius; & exultans benedicet eum, illique gratias aget in conspectu Angelorum.*

Quintò: Nierses Lampronensis, Armeniorum Episcopus, qui in eorum Menologio sub die 18. Iulij inter Sãctos commemoratur, in tract. de Traditionibus Patrũ inquit: *Magnus Athanasius scribit in vita Sancti Antonij; quòd hic Sanctus viderat monstrum tantæ altitudinis, vt ad extremam vsq; aëris regionem pertingeret: animas verò defunctorum, sursũ ascendentes, extensis arripiebat manibus; dentibusque stridebat in eas, quas arripere non poterat. Patres autem hanc Dæmonis cum animabus pugnam aduertentes, tradiderunt nobis, orationibus iuuari posse defunctos in gressibus suis post mortẽ, vt à prauis Angelis liberentur: quemadmodùm orauit Ioannes, dicens: in aduentu meo ad te, Domine Iesu, confundantur praui Angeli, cedat Satanas, obmutescat Tentator. Propter has igitur animarum angustias, quas Patres omnes aduerterunt, preces fundimus in auxilium ipsarum.* Et rursùs infrà: *Omnis Sãctorum deprecatio ad requiem animabus illis impetrandam instituta fuit: vt Deus nimirùm eos, qui rectè in hac luce vixerunt, à Dæmonum vexationibus*

առնուլ զխնդրուածս Թողութեան հոգւոց
13 ննջեցելոցն :]

[illegible]

14 [illegible]

15 [illegible]

[illegible]

16

17

18

nibus liberet, atque de tenebrarum potestate eductos, cum Sanctis suis splendescere faciat; quibus Christus ipse, Patrem deprecatus promisit, dicens: *Volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum.* Et rursùs paulò post, explicãs, qualis sit ista requies, ait: *Neque Christum à nobis sacrificari, fas est, pro vna duntaxat anima, sed pro multis; earumque è Diabolica vexatione liberationem peti, & requiem in gloria.* Hæc subdidi propter eos, qui concedunt quidem, animas illas per viuentium suffragia requiem adipisci, sed extra gloriam, dicunt, & celestem beatitudinẽ, quoad vniuersale Iudicium peragatur.

Sexto: Ipsi adhuc Vartanus, & Vanachanus, qui, vt suprà vidimus, Purgatorium oppugnarunt, illud tamen, vel inuiti, aliquo modo confiteri coacti sunt: quamuis, vt in multis, ita in eo errent, quòd illas animas non ingredi Cælum, dicunt, ante diem Iudicij. *Animæ illorum Peccatorum*, inquit Vartanus, *qui post culparum confessionem mortui sunt, timore, ac mærore solùm excruciantur, quia seipsas agnoscunt; iustificãtur autem per Ecclesiæ Sacramenta, atque purgantur, & expiantur per viuorum commemorationes, preces, & sacrificia. timor autem, & mæror ille imputatur eis, vt cruciatus.* Vanachanus autẽ, *Animæ*, ait, *fidelium, qui non reliquerunt omnia, nec omninò sequuti sunt Christum, sed communicauerunt operibus Satanæ, & passionibus huius seculi, Diuina iustitia non permittit, vt in Cælum ascendant, sed permanent sub*

Vart. in cõfutat. epistol. Rom. Pont. num. 14.

Vanach. de locis Animarum.

Cælo

Cælo vsque ad extremum Iudicium, sperantes, fore vt miseratione Dei expientur, & reddantur misericordia digna.

Septimò tandem: Armena ipsa Ecclesia, sicut & aliæ, orat pro defunctis tum in Liturgia, in qua sic precatur: *Dona eis requiem, illumina eos, & colloca inter Sanctos tuos in Regno Cælorum;* tum in libro Canticorum, dicto Sciarachàn, vbi in Cātico pro defunctis has passim preces modulatur: *Deus, qui es indulgētiarum largitor, defunctorum nostrorū peccata dimitte.* Item: *Rex gloriæ, omnia continens, omnipotens, dimitte defunctis nostris peccata, & requiem dona eis in tabernaculo tuo, in requie Regni Cælorum.* Item: *In Ordines Primogenitorum conscriptorum in Cælis excipe Domine Iesu Christe animas famulorum tuorum: suscipe pro eis hoc rationabile Sacrificium nostrum.* Item: *Concordes petimus à te Viuificator sāctè Spiritus, vt per intercessionem Beatæ Dei genitricis defunctos nostros in sanctum Thalamum tuum introducere digneris.* Et similes alias, quas adduximus in quæst. 7. §. 4. ergo Armena Ecclesia fatetur Purgatoriū; quod sic ostendo:

Deum rogat illa primò, vt animabus ijs peccata dimittat: igitur peccatorum vinculis obstrictæ sunt; non quidem mortalium quoad debitum culpæ: alioquin essent damnatæ, nec illis nostra prodessent suffragia, vt etiam optimè docent Magistri Armeni communiter cum Episcopo Lampronensi, sicut infra videbi-

Ժը 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

Իա 21 [illegible]

[illegible] ԻԲ 22

[illegible] ԻԳ 23

[illegible] ԻԴ 24

[illegible]

debimus in Responſ. ad 3. obiectionem : ergo obſtrictæ ſunt, inquam, vinculis peccatorum, vel mortalium (aliàs remiſſorum) quoad debitum pœnæ tantùm, vel etiam venialium quoad debitum culpæ, & pœnæ. Secundò Deum rogat, vt eis requiem concedat: ergo nõ ſunt ibi in requie, ſed in pœna, & vexatione, vt ſic à ſordibus peccatorum purgentur, & debito ſatisfaciant. Tertiò, vt eas indè transferat in Regnum Cælorum, vbi ſunt alij Sancti; ſed non vtique priùs, quàm perfectè à maculis purgatæ ſint, ac debitũ ſoluerint; quoniam in illud Regnum *nihil coinquinatum intrabit*, Apocal. 21. neque differendam hanc cenſet tranſlationem vſque ad diem Iudicij, vt Aduerſarij putant: primò, quia Deum precatur, vt requies illa, quam ipſa animabus ijs ſtatim donari deſiderat, non extra, ſed intra Cælorum Regnum donetur, dicens: *Requiem dona eis in Tabernaculo tuo, in requie Regni Cælorum*. Secundò, quia addit: *Colloca eas inter Sanctos tuos in Regno Cælorum:* ergo, ſicut Sancti nunc in Cælorum Regno locantur, ita pariter eas, petit, in eodem nunc Regno inter ipſos cõſtitui. Tertiò, quia loquitur de animabus, à corpore ſeparatis, dicens: *Excipe Christe animas famulorum tuorum in Ordines primogenitorum conſcriptorum in Cælis:* ergo intelligit, ante diem Iudicij: cùm poſt Reſurrectionem non animæ ſeparatæ, ſed homines in Cælũ intrabunt. Quartò denique, quia fruſtrà Deum rogaret, vt defunctos tũc

in Cælum admitteret, quando infallibiliter (siue pro eis oratum sit anteà, siue non) omnes homines, qui in Dei gratia decesserunt, audient: *Venite benedicti Patris mei; possidete paratum vobis Regnum*, &c. & qui in peccato mortali: *Discedite à me maledicti in ignem æternum.* Ergo Armena Ecclesia vnà nobiscum Purgatorium confitetur.

PROBATVR SECVNDO
Ex sacris Scripturis.

§. III.

IN lib. 1. Reg. cap. vlt. habetur, quòd habitatores Iabes Galaad, audita morte Saul, ieiunauerunt septem diebus. Et 2. Regum, cap. 1. Dauid ieiunauit pro Saule, & Ionata, alijsque occisis, & cap. 3. idem quoq; fecit pro Abner. quod vtiq; nō fecissent, nisi sciuissent, animas aliquorum defunctorū egere suffragijs, atque adeò in Purgatorio detineri.

Tobiæ 4. *Panem tuum, & vinū super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus.* Sensus est, quem tradunt communiter Expositores: Instrue conuiuium, & voca fideles pauperes; vt ipsi post acceptam eleemosynam orēt pro anima defuncti. Hinc orta olim erat in Ecclesia consuetudo illa, quæ adhuc in Oriente, ac precipuè inter Armenos, viget; quod affines defuncti conuiuium faciant pauperibus, & Religiosis, vt orent pro anima illius.

Psal.

Մտ 25 [illegible]

Թ 1 [illegible]

Բ 2 [illegible]

ԵՐԿՐՈՐԴ

Յաղագս վկայութե՛ ան՝ աստուածային գրոցն.

Պրակք. Գ.

Ի Յառաջնում գիրս Թագաւորաց 'ի վերջին գլխն

[illegible]

Գ 3

Psal. 65. *Transiuimus per ignem, & aquam: & eduxisti nos in refrigerium*. Ambrosius, per aquam exponens Baptismum, & per ignem Purgatorium: *Hic*, ait, *per aquam, illic per ignem: per aquam, vt abluantur peccata; per ignem, vt exurantur.* Ambr. in Psalm. 36. & Serm. 3. in Psal. 118,

Isaiæ 4. *Abluet Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauabit de medio eius, in spiritu Iudicij, & spiritu combustionis*. Hic locus exponitur ab Augustino de pœna Purgatorij, animas à peccatorum sordibus purificante.

Դ 4

2. Macabæor: 12: (tales enim libros etiã Armenij pro canonicis habent); *Fortissimus Iudas, facta collatione, duodecim mille drachmas argenti misit Ierosolymam offerri pro peccatis mortuorum Sacrificium*. Et posteà: *Considerabat, quòd ij, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur*. Ex hac Macabæorum historia manifestè colligitur, pias aliquorum animas post mortem peccatorum reatu aliquo obstrictas teneri, donec diuinæ iustitiæ satisfaciant vel per ipsarum pœnas, vel per viuorum suffragia, vt ita demùm ab illo peccatorũ reatu soluantur. Quarè potest homo sanctè, pièque mori, & tamen habere debitum aliquod soluẽdum vel propter peccata venialia, non remissa in vita, vel propter satisfactionẽ pro mortalibus remissis non plenè expletam.

Ե 5

Matth. 12. Dominus dicit, esse

quoddam peccatum, nempè in Spiritum sanctum, quod *non remittetur, neque in hoc seculo, neque in futuro.* Quibus planè verbis significauit, alia peccata, vel remitti in hoc seculo quoad culpam, & in alio interdum quoad pœnam, vt mortalia; vel remitti hic, & ibi quoad culpam, & pœnam, vt venialia. Et quidem si in futuro seculo nullum remitteretur peccatum, faceremus Dominũ ineptè loquutum, cùm dixit, tale peccatúm neq; in hoc seculo remittetur, neque in futuro: sicut ineptè loqueretur, qui diceret: Rex Turcarum neque in Tribunali Constantinopolitano, neque in Spahanensi (apud Persas) te absoluet; cũ in hoc Tribunali non soleat ille ius reddere. Non autem loqueretur ineptè, si diceret: neque in Tribunali Constantinopolitano, neque in Trapezuntino; cùm in vtroque hoc Tribunali ille soleat reos absoluere. Vndè Magnus Gregorius lib. 4. Dial. cap. 39. *De quibusdam,* inquit, *culpis leuibus esse ante Iudiciũ purgatorius ignis credendus est, pro eo quòd Veritas dicit; quia si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit; neque in hoc seculo remittetur, neque in futuro. in qua sẽtentia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse relaxari. quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur.*

Lucæ 12. & Matth. 5. *Esto consẽtiens aduersario tuo citò, dum es cum eo in via; ne fortè tradat te aduersarius Iudicij, & Iudex ministro; &* mit-

Զ 6 [illegible]

Է 7 [illegible]

Ը 8 [illegible]

[illegible]

mittaris in carcerem. Amen dico tibi,
9 *non exies inde, donec reddas nouissimũ*
quadrantem. Significatio huius parabolæ, vt ex communi Patrum expositione colligitur, hæc est: *Esto consentiens aduersario tuo*, nempe Diuinæ legi, aut tuæ conscientiæ: *dum es cum eo in via*, hoc est, in hac vita: *Ne fortè tradat te aduersarius* Christo *Iudici*, cui Pater omne iudicium dedit: *& Iudex ministris*, nimirùm Angelis siue bonis, siue malis: *& mittaris in carcerem*, Infernum scilicet locum, in quo multæ sunt mansiones, aliæ pro damnatis, aliæ pro
10 his, qui purgantur. *Amen dico tibi, non exies inde*, id est, de Purgatorij loco: *donec reddas vltimum quadrãtem*, vsque ad completam solutionẽ totius debiti, aut pœnæ pro peccatis mortalibus, in hac vita quoad culpam remissis; aut culpæ, & pœnæ pro venialibus non remissis.

1. Corinth. 3. *Si quis superædificat super fundamentum hoc, aurum, argẽtum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; Vniuscuiusque opus manifestum erit.* Et posteà subditur: *Vnius-*
11 *cuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet: si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem.* Explicatur hoc Pauli dictum: *Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet*: id est, si cuius opus bonum, simile auro, argento, & lapidibus pretiosis, non indigebit expurgatione per cruciatũ ignis; reliquum tantummodò erit,

vt

vt pro eo mercedem quis accipiat.
12 at, *si cuius opus* leuiter peccaminosũ, simile ligno, fœno, & stipulæ, *arserit; detrimentum patietur* is, cuius opus indigebit expurgatione illa ignis: quia retardabitur à Beatitudine, & ignis cruciatu punietur: *ipse autem saluus erit, sic tamen, quasi per ignem:* id est, ita quidẽ punietur, vt fiat deniq; saluus per eiusmodi cruciatum ignis. Dicitur, *quasi per ignẽ*; quia nõ saluabitur absolutè per ignẽ, sed per gratiam Dei; per ignem verò, vt per instrumentum diuinæ iu-
13 stitiæ. Quòd autem nomine ignis hoc loco intelligatur pœna aliqua temporalis Purgatorij, asserunt Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius Papa, alijque Patres, ac præterea Concilium Florentinum, in quo post accuratam disputationẽ, à Græcis, & Latinis hac de re habitam, conuenit inter vtrãque Ecclesiam, verba illa D. Pauli posteriora omninò de igne purgatorio post hanc vitam intelligi debere.

14 Alia scripturarum testimonia adduci possent; sed hactenùs adducta, quia sunt alijs clariora, sufficient.

[illegible]

Բա

[illegible]

[illegible] ա
1

PROBATVR TERTIO
Ex Patribus, quos suscipit Armena Ecclesia.

[illegible]

§. IV.

[illegible] բ
[illegible] 2

DIonysius Areopagita in lib. de Eccles. Hierarch. par. 3. c. 7. *Accedens*, inquit, *venerandus Antistes, precem suam super mortuum peragit: precatur oratio illa Diuinam Clementiam, vt cuncta dimittat per infirmitatem humanam admissa peccata defuncto, eumque in luce statuat, & regione Viuorum.*

Origenes hom. 6. in Exod. *Qui saluus fit*, inquit, *per ignem saluus fit: vt, si quid fortè de specie plumbi habuerit admistum, id ignis decoquat, & resoluat; Vt efficiantur omnes aurum purum.*

Cyprianus lib. 4. epist. 2. *Aliud est*, inquit, *pro peccatis longo tempore cruciatum purgari, & emēdari diu igne; aliud, peccata omnia passione purgasse.*

[illegible] գ
3

Eusebius Emesenus homil. 3. de Epiphania: *Hæc pæna*, inquit, *infernalis illos manebit, qui amissa, & non seruato Baptismo, in æternum peribunt. hi verò, qui temporalibus pænis digna gesserunt, per fluuium igneum, per vada feruentibus globis horrenda transibunt.*

Hilarius in illud Psal. 118. *Concupiuit anima mea desiderare iudicia iustitiæ tuæ*, ait: *Nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt*

sunt grauia illa expiãda à peccatis animæ supplicia .

Basilius in cap. 9. Isaiæ: *Si igitur,* ait, *per Confessionem detexerimus peccatum, iam succrescens gramen arefecimus; dignum planè, quod depascatur, ac deuoret purgatorius ignis* . Et infrà: *Non omnimodam internicionem, & exterminium comminatur; sed innuit expurgationem, iuxta Apostoli sententiam: ipse autem saluus erit, quasi per ignem* .

Nazianzenus Orat. in sancta lumina circa finem ait: *In altero suo igne baptizabuntur, qui postremus est Baptismus, nec solùm acerbior, sed & diuturnior; qui crassam materiam instar ferri depascitur, vitijque omnis leuitatem absumit* .

Nyssenus in Orat. pro Mortuis: *Vel*, inquit, *in præsenti vita precibus, sapientiæque studio purgatus; vel post obitum per expurgantis ignis fornacem expiatus, ad pristinam vellet redire fœlicitatem* . Et infrà; *Non poterit à corpore egressus Diuinitatis particeps fieri, nisi maculas animo immixtas purgatorius ignis abstulerit* . Et iterùm posteà: *Alijs post hanc vitam purgatorio igne materiæ labes abstergentibus*; &c.

Ambrosius in illud Psalmi 36. *Gladium euaginauerũt peccatores*, inquit: *Etsi saluos faciet Dominus seruos suos, salui erimus per fidem, sic tamen salui, quasi per ignem: etsi non exuremur, tamen vremur. quomodò tamen alij remaneant in igne, alij pertranseant, alio loco nos doceat Scriptura diuina: nempè in mare rubrum demer-*

mer-

պհուրն այն. որով մաքրեն հոգիք սաս-
Դ 4 տկանոյ տա՛ի քաւութիւն մեղաց իւրոց :]
Այլ բարսեղիոս՛ի մեկնութե. Թ. եսայ՛
գլխոյն յեսայեայ ասէ: զի եթէ՛ի ձեռն
խոստովանութե՛ն զմեղս յայտնեսցուք, ա-
հա չորացուցաք զխոտն բուսեալ. որո՛վ
զի կիզեսցէ զնա հուրն քաւարանին :]
Եւ՛ի ներքոյ դձլ ասէ: ոչ սպառնայ զա-
մենևին կորուստ. այլ ցուցանէ զմաք-
րութիւն, ըստ բանին առաքելոյն. բայց ինքն
ապրեսցի. այլ այնպէս. իբրև՛ի հրոյ :]
Այլ գրիգոր աստուածաբանն՛ի ճառն
յղղս սուրբ լուսոյն ասէ: Մկրտեսցին
Ե 5 միւս անգամ հրով իւրով. որ է՛ յետին
մկրտութի, ոչ թէ միայն դառնագոյն,
այլ և ևս երկարագոյն. որ զնիւթն իբրև
երկաթ թանձրացեալն այրէ. և զթե-
թևութի ամ չարութե կիզէ.]
Այլ գրիգոր նիւսացին՛ի ճառն
յաղագս ննջեցելոցն ասէ: Կամ՛ի ներկայ
կենասն մաքրեալ՛ի ձեռն աղօթից և ա-
խատասիրութե. և կամ զկնի
մահուն՛ի ձեռն մաքրողական հրոյ բա-
ղձալ. կամիցի՛ի յառաջագոյն երանու-
թիւն դառնալ:] Եւ՛ի ներքոյ դձլ ասէ:
Ոչ կարէ, ելեալ՛ի մարմնոյ, հաղո-
Զ 6 րդ լինել աստուածութե. եթէ մաքրողա-
կան հուրն ոչ կիզիցէ զաղտեղութիւն
հոգւոյն :] Եւ զկնի դձլ ասէ: Այլ-
ոմանք յետ աստի կենացս մաքրեն զաղ-
տս նիւթոյն մաքրողական հրով :]
Այլ ամբրոսիոս՛ի մեկնութի. ԼԶ.
սաղ՛մոսին ասէ: Եւ թէ ապրեցուցա-
նիցէ տէրն զծառայս իւր. ապրեալ լինի-
ցիմք հաւատով. այլ այնպէս. իբրև՛ի հը-
րոյ: և թէպէտ ոչ ամենևին կիզիցիմք. սա-
կայն այրեսցիմք: իսկ թէ որպ ոմանք՛ի մէջ
հրոյն մնասցեն. և որպ այլ ոմանք անցա-
նիցեն. յայլ տեղւոջ ուսուսցանէ մեզ սբ
գիրքն: զի՛ի կարմիր ծովն ընկղմեցաւ

ծո

[illegible Armenian text]

[illegible Armenian text]

[illegible Armenian text]

[illegible Armenian text]

mersus populus est Ægyptiorum; tran-
է 7 *siuit autem populus Hebræorum: Moy-*
ses pertransiuit, præcipitatus est Pha-
rao; quoniam grauia eorum peccata
merserunt; eo modo præcipitabuntur
sacrilegi in lacum ignis ardentis.

Chrysostomus homil. 69. ad Popul. Antioch. *Non temerè*, ait, *ab Apostolis hæc sancita fuerunt, Vt in tremendis Mysterijs defunctorum agatur commemoratio. sciunt enim, illis multum contingere lucrum, vtilitatē multam.* Et idem sæpè repetit alibi.

Hieronymus in fine Commenta-
ը 8 rij in Isaiam: *Sicut*, inquit, *Diaboli, & omnium negatorum, atque impiorum, qui dixerunt in corde suo, non est Deus, credimus æterna tormēta; sic Peccatorum, & impiorum, atq; tamen Christianorum, quorum opera in igne probanda sunt, moderatā arbitramur, & mixtam clementiæ, sententiam Iudicis.* Item libro 1. contra Pelagianos vltra medium: *Si autem Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non esse perdendas, & Diabolo tribuit pœnitentiam; quid ad nos, qui Diabo-*
lum, & satellites eius, omnesque im-
թ 9 *pios, & præuaricatores dicimus perire perpetuò; & Christianos, si in peccato præuenti fuerint, saluandos esse post pœnas?* Intelligit de probis Christianis, qui in peccatis venialibus moriuntur.

Augustinus lib. 21. de Ciu. Dei, cap. 24. loquens de fidelibus, qui cum leuibus peccatis decedunt: *Tales*, inquit, *constat ante Iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum spiritus patiuntur, purgatos, æterni ignis*

supplicijs non tradendo. Itē homil. 16. ex lib. 50. homiliarum: *Qui temporalibus pœnis digna gesserunt, per ignē quendam purgatorium transibunt, de quo Apostolus inquit: salvus erit, sic tamen, quasi per ignem.* Item lib. 2. de Genesi, contra Manich. cap. 20. *Qui fortè agrum non coluerit, & spinis eum opprimi permiserit, habet in Vita maledictionem terræ suæ in omnibus operibus suis; & post hanc Vitam habebit Vel ignem purgationis, Vel pœnam æternam.*

Theodoretus in Scholijs Græcis, in 1. Corinth. 3. *Hunc ipsum ignem,* inquit, *purgatorium credimus, in quo animæ defunctorum probantur, & repurgantur, sicut aurum in conflatorio.*

Gregorius Papa in Psal. 3. pœnitentialem, in ipso initio: *Scio,* ait, *futurum esse, Vt post huius Vitæ exitū alij flammis expientur purgatorijs; alij sententiam æternæ subeant damnationis.* Item lib. 4. Dial. cap. 39. *De quibusdam lenibus culpis esse ante Iudicium purgatorius ignis credendus est.*

Præterea Tertullianus in lib. de Monogamia, & alibi; Athanasius quæst. 34. ad Antiochum; Ephræm in suo Testamento; Cyrillus Ierosolymitan. Catechesi 5. mystagogica; Epiphanius in fine operis contra hæreses; & reliqui Patres ferè omnes, docent, animas quorundam fideliū egere refrigerio, ac iuuari orationibus viuentium. quin etiam in omnibus Liturgijs, Iacobi Apostoli, Basilij, Ambrosij, Chrysostomi, &c. fit oratio pro defunctis.

PRO-

Ժ 10 [illegible]

ԺԱ 11 [illegible]

ԺԲ 12 [illegible]

Գլուխ. Ե.

[illegible]

PROBATVR QVARTO *Rationibus.*

1

§. V.

ET primò: quia in Regno Cælorum *nihil coinquinatum intrabit*, Apocal. 21. & ad æternas Inferni pœnas non descendet anima Deo grata, etiamsi aliqua leui culpa sit maculata: non enim credibile est, quòd verbum otiosum V. G. ex natura sua dignũ sit perpetuo Dei odio, & pœnis æternis: Sed potest quis è
2 vita decedere in Dei gratia, licèt maculatus verbo otioso, vel alijs leuibus culpis, de quibus dicitur Prou. 24. *Septies in die cadit Iustus*: ergo talis post mortem non ibit Deo amicus in ignem æternum; nec intrabit inquinatus in Regnum Cælorũ; igitur in Purgatorio eum detineri, sustendũ est, donec per illas pœnas purgatus in Cælum ingredi valeat.

Secundò: Cùm peccatores per confessionem Deo reconciliantur, non remittitur semper illis cum pec-
3 cato tota pœna temporalis; vndè cũ Dauid 2. Regum, cap. 12. dixisset; *Peccaui Domino*; respondit Natan Propheta: *Dominus quoque trãstulit peccatum tuũ: Veruntamen filius, qui natus est tibi, morte morietur*. Ecce remittitur tota culpa peccati, sed nõ tota pœna: At multi in vita non plenè satisfecerunt pro illa temporali pœna, maximè peccatores, qui conuertuntur ad Deum tempore mortis, quando nullam possunt agere pœnitentiã: ergo remanet, vt post hãc vitam satisfacere debeat pœnis purgatorijs.

 Nec

Nec dicas, per ipſam mortem ab hominibus ſatisfieri pro qualibet culpa veniali, & pro debito luendæ pœnæ etiã de mortali remiſſa: quia mors eſt pœna peccati originalis, non actualis, & eam luunt etiam infantes baptizati, & homines ſancti, qui Purgatorio non indigent: ergo pro peccatis actualibus inueniri debet alia pœna. Tum quia ſic eandem pœnã mortis ſolueret pro peccatis, qui nimiæ ſatisfactionis debitor eſſet, & qui paruam, vel nullam ſatisfactionem deberet: quod videtur eſſe contra ordinariam Dei prouidentiam, & iuſtitiam.

Tertiò probatur vel ex lumine naturali: Nam ſi homines valdè boni, vità functi, æterna præmia conſequuntur; & valdè mali pœnis puniuntur æternis: igitur mediocriter bonis, & mediocriter malis temporariæ pœnæ debẽtur, & per has ad præmia tranſitus. Tum quia id, in quo omnes ferè gentes conueniunt, vix poteſt aliundè prouenire, quam à lumine naturali: atqui Purgatorium confitentur, non ſolùm Chriſtiani, verùm etiam & Hebræi, vt habetur ex lib. 2. Machab. cap. 12. & Mahometani, vt oſtendit Alcoranus; & ipſi quoque Gentiles, vt patet ex Platone in Gorgia, & Phœdone, ex Virgilio lib. 6. Æneidos, & Cicerone in Somnio Scipionis: igitur illud eſſe, naturali quoque lumine noſcitur.

Quartò demùm ex apparitionibus animarum; quæ viuis fidelibus apparentes, ſe in pœnis purgatorijs eſſe, & ope ſuffragij indigere, renũcia-

Դ 4

[illegible]

Ե 5

[illegible]

Զ 6

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ciarũt; de quibus vide Gregor. lib. 4. Dial. cap. 40. & 55. Bedã lib. 3. hist. Angl. c. 19. & lib. 5. c. 13. & alios.

SOLVVNTVR Obiectiones.

§. VI.

AD tollendum Purgatorium aliqua in suis Codicibus effutiũtur à suprà relatis Magistris, quę partim ex dictis, partim ex infrà dicendis in responsione ad sequentes obiectiones, facilè resoluuntur.

Obijcitur primò: Remissa à Deo peccati culpa peccatori, remittitur etiam pœna: nam remissio culpæ fit, per meritum Passionis Christi, quod est infinitum, & sic sufficiens ad tollendam nedum omnem culpam, verùm etiam pœnam: sed per Confessionem remittitur peccatori culpa peccati: ergo remittitur etiã pœna; atq; adeò post iustificationem nihil purgandum superest in Purgatorio.

Et Confirmatur: nam pœna pendet à culpa; vndè crescente, aut decrescente culpa, crescit, aut decrescit pœna: ergo, remota tota culpa, tota remouetur & pœna.

Respondetur, quòd etiã si Christi meritum sit per se sufficiens ad omnem culpam, & pœnam tollendã; voluit tamen Deus, vt nobis non applicetur, nisi dependenter à nostra libera cooperatione; alioquin omnes homines saluarentur, & nullus esset, qui damnaretur: at licèt applicetur meritum Christi fidelibus ad tollendam culpam peccati mortalis

talis, & pœnam æternam, per contritionem, & confessionem cum absolutione Sacerdotis; applicatur tamen ad tollendam pœnam tēporalem per opera satisfactoria; quæ nisi in hac vita præcesserint, luenda superest pœna illa temporalis in Purgatorio. Nec mirum est, quòd per Sacramentum Confessionis à Deo remittitur nobis tota culpa peccati, & non tota pœna: nam exercetur Sacramentum illud ad modum iudicij; in quo sæpè reo, licèt à crimine absoluto, imponitur tamē pœna, vt solutio denariorum, &c. Et affertur instantia: nā Christus redemit nos ab omni peccato; & tamen post remissā culpā peccati originalis per Baptismū, adhuc luimus illius peccati pœnam, vt mortē, & alias infirmitates.

Ad Confirmationem respondeo, quòd pœna, licèt pendeat à culpa in fieri, & ideò quò maior, vel minor committitur culpa, eò maiorem, vel minorem generat pœnam: non pendet tamen à culpa in facto esse: vndè etiam ob culpam præteritam, quæ nunc non est, sed fuit, debetur pœna. quarè remissa culpa, potest remanere debitum luendæ pœnæ; sicut de facto remanet debitum pœnæ pro peccato originali remisso, vt modò suprà dicebamus.

Instant: Si cum remissione culpæ mortalis remittitur necessariò pœna æterna; cur non remitti etiam potest pœna temporalis?

Respondetur ab aliquibus, quòd remissa culpa peccati, pœna æterna commutatur in temporalem. & ratio

Գ Պատասխանի. Եթէ արդիւնն հաշտարա-
3 նացն զի թէպէտ ըստ ինքեան բաւա-
կան իցէ բառնալ զա̃մ մեղսն եւ զա̃մ
պատիժս. սակայն կամեցաւ Ա̃ծ, զի
մեղաւորաց ոչ լիցի նոյն հաշտարարանքն,
Եթէ մեղք գործակիցք ոչ եղիցին նմա:
զի եթէ ոչ էր այսպէս. ապա ա̃մ մարդ
փրկեալ լինէր նովաւն. եւ ոչ ոք կորնչէր:
այլ արդ՝ նոյն բառնայ ՚ի մէնջ զմեղսն
եւ զպարտաւորութիւն յա̃տենական պատ-
ժոյն որ է խորհրդովքն խոստովանութեան,
եւ զղջմամբ մեղաց: իսկ բառնայ եւս ՚ի
մէնջ զպարտաւորութիւն ժամանակա-
ւոր պատժոյն ՚ի ձեռն ապաշխարա-
Դ կան գործոց մերոց: եւ յորժամ այսպի-
4 սի գործս ոչ լնումք առաքինանամք ՚ի կեանս
այսմիկ. պարտ է մեզ վճարել զնա ժա-
մանակաւոր պատժոյն առանձնականօք քա-
ւարանին: Եւ ոչ է զարմանալի. Եթէ
խորհրդով խոստովանութեան թող
լինի մեզ բոլոր մեղքն, եւ ոչ բոլոր պա-
տիժ: վն̃ զի այն խորհուրդն կատարի
ըստ նմանութեան աշխարհօրէն դատաստա-
տանին. յորում եթէ չարագործն
արձակի ՚ի մեղաց եւ ՚ի չարագործու-
թեանց իւրեանց. սակայն դնի ՚ի վ̃ր նո-
րա պատիժ ինչ վճարելոյ դահեկանօք
Ե եւ կամ այլ ինչ իրօք: Առարկ. եւ Եթէպէտ
5 Քս̃ փրկեացն զմեզ յա̃մ սկզբնականն եւ
ներգործական մեղաց. սակայն յետ
թողութեան սկզբնական մեղացն ՚ի ձե-
ռն մկրտութեան, տակաւին կրեմք
պատիժ նորին մեղացն. որպ̃. զմահ եւ
զայլ հիւանդութիւնս:

Եւ առ հաստատութիւնն ձեռնարկու-
թեան պատասխանի. թէ մեղքն է՛ միայն պատճառ
ներգործական պատճառ պարտաւորու-
թեան պատժոյն. վասն որոյ ըստ աւելի
մեղացն՝ աւելի եւս պատիժն: բայց ոչ է՛
եւս պահպանողական պատճառ նորին. վն̃

որոյ

Զ 6 [illegible]

Է 7 [illegible]

[illegible]

Ը 8 [illegible]

[illegible]

tio est; quia per remissionem culpæ, quæ fit per susceptionem gratiæ iustificantis; peccator fit amicus Dei; vndè acquirit ius ad gloriam, ad quā tamen nunquam peruenire posset, si in æternum esset puniendus: & ideò remissa culpa tollitur æternitas pœnæ; vt aliquando gloriam consequi valeat. mutatur autem pœna illa æterna in temporalem; quia iustitia exigit, vt peccatum aliquo puniatur modo. Hæc quidem responsio optima est. Sed ad maiorem huius rei explicationem,

Respondetur secundò, quòd per peccatum mortale contrahitur duplex debitum pœnæ; alterum pœnę æternæ, alterum pœnæ temporalis, & ratio est; quia cùm duo reperiantur in peccato, nempè auersio à Deo, & conuersio ad creaturas; secundùm quod homo per peccatum mortale auertitur omninò à Deo, contrahit debitū pœnæ æternæ: peccāti enim grauiter contra bonum infinitum, debetur pœna, quæ finem nō habeat: secundū quod homo per idem peccatū inordinatè cōuertitur ad creaturas, bonum finitū, contrahit debitum pœnę temporalis, quę scilicèt finē habeat, sicuti finitum est bonū, ad quod inordinatè conuertitur; iuxta illud Apoc. 18. *Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit; tantum date illi tormentum*. Quando igitur peccator ad Deum conuertitur in Confessione, & remissa culpa fit illi amicus; vel conuertitur ad illū contritione perfectissima, quæ simul fit perfecta conuersio ad Deum, & tota-

totalis auersio à creaturis; & tunc consequens est, vt remaneat omninò solutus à debito pœnæ æternæ, & etiam temporalis: vel conuertitur ad Deum contritione imperfecta; seu attritione, quæ non tollat penitùs conuersionem ad creaturas; & tunc virtute Sacramenti solutus à debito culpæ, & pœnæ æternæ, remanet obstrictus debito pœnæ temporalis; ad quod plenè in hac vita soluendum hortabatur nos Præcursor Ioannes, dicens Matthæi 3. *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ*; hoc est, post conuersionem ad Deum, & remissionem culpæ, & pœnæ æternæ, satisfacite per condignā pœnitentiam debito pœnę temporalis. Et 2. Cor. 6. dicebat Apost: *Exhibeamus nosmetipsos in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in vigilijs, in ieiunijs*, &c. Quòd si peccator in hac vita cōdignis pœnis debitam pro suis culpis satisfactionem ex æquo reddiderit, nulla remanebit ei pœna in Purgatorio soluenda post mortem; sed statim patebit illi aditus ad gloriam Paradisi. Si autē, antequàm hic plenè satisfecerit pro debito pœnæ temporalis, obierit; reliquum est, vt ibi Purgatorijs pœnis satisfactionem perficiat; vt deindè omni soluto debito, ac perfectè purgatus, ad æternam gloriam possit admitti.

Vrgent: In Baptismo hominis adulti, simul cū culpa peccati mortalis remittitur etiam semper omnis pœna, tum æterna, tum temporalis: ergo

Ը յետոյ . Եթ . յաւիտենից բառնի-ոյն . պարտապանու-
է որ լինի յաւիտենից պատժոյն . զի մեղաւ
9 նչելով ծանուցեալ ընդ դէմ ամենակալին
բարերարին , պարտապանութիւն պատժոյն առ
վաղճանականն : Իսկ ըստ որում ’ի ձեռն ’նո
րա մեղաց դառնայ անկատարութեան առ բա
ակեղծուածն վաղճանականին բարձեալ զար
չէ պարտապանութեան վաղճանականին և
ժամանակաւոր պատժոյն . բայց այնմ
որ սակս ’ի անեղեան . Յով . Մտթ . գլուխ .
Թէ արդ արարէք պտուղ արժանի և նե-
ղութեան . այսինքն հատուցէք զամենայն
ամենայնին :] Եւ Հռով . յորժամ մեղաւորն
Ժ դառնայ կենդանի ամենայն առ Աստծ . խոստո
10 վանութեամբ և զղջմամբ . և ընդ թողու-
թեան մեղացն լինի բառնեալ այս . Նոյն
դառնայ առ նոյն ամենակալ թողութիւն
և ամենազօրութեան զղջմամբ , որ լինի
հաւատալով կատարեալ դառնալու մեղ
ան Աստ , և կատարելով հրաման պտուղ
’ի սակեղծութեան . յայնժամ լինի թո
ղութիւն մեղացն արձակեալ լինի և ’ի
պարտապանութենէ յաւիտենից և ժա
մանակաւորին պատժոյն : Իսկ եթէ
դառնայ առ Աստ անկատար զղջմամբ .
Եթ . որ ոչ լինի և ո կատարեալ հրաժա
ԺԱ րումն ’ի սակեղծուածոյն . յայնժամ
11 զօրութեամբ խորհրդոյն արձակեալ լինի
’ի մեղաց և ’ի պարտապանութենէ յա-
ւիտենից պատժոյն . բայց մնայ տակա
ւին կապեալ պարտապանութեամբ ժա
մանակաւոր պատժոյն , զոր պարտ է ’ի
վճարել ամենայն ’ի կեանս այս , յորդորէր
զմեզ մկրտիչն Յովհաննէս . ասելով ’ի
Մատթ . Գ . որդ" գլուխ . Արարէք այսու
հետև պտուղ արժանի ապաշխարու-
թեան :] Եթ . յետ դարձման առ
Աստ , և յետ թողութեան մեղաց և
յաւիտենից պատժոյն , արարէք լիապէս
զհատուցումն ապաշխարութեան ըստ
ժա-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ergo idem similiter dici potest de Sacramento Pœnitentiæ; ac proindè
12 nihil post tale Sacramentum remanet purgandum.

Respondetur, quòd in Sacramento Baptismi Deus nobiscum liberaliùs agit, quàm in Sacramento Pœnitentiæ, applicando scilicet Christi meritum per vnam illam actionem ablutionis ad tollendam omnẽ culpam, & pœnam futuri seculi, id est, tam Gehennæ, quàm Purgatorij, (nam pœnas naturales huius vitæ nẽ Baptismus quidem aufert; vt suprà dictum est); tum quia semel tantũ
13 vsurus est ea liberalitate; cùm Baptismus à nobis iterari nõ possit, quẽadmodùm iteratur Pœnitentia: tum etiam quia in prima reconciliatione hominis cum Deo, quæ fit in Baptismo per accessum ad fidem, meritò indulgentia pleniori remittũtur illa peccata, quæ homo ante fidei lumen, & gratiam Baptismalem extra Ecclesiam perpetrauit: cùm tamen post primam illam reconciliationem qui peccat, tantò grauiùs peccat, quantò est magis ingratus, & maius lu-
14 men, & auxilium habuit; & ideò non ita facile, sed duriùs illi remedium adhibetur, hoc est, Pœnitentiã, quam Patres vocant Baptismum laboriosum lacrymarũ, aut ignis, & secundam tabulam post naufragiũ.

Obijcitur secundò: In Purgatorio non possunt animę mereri; ergo neque satisfacere: cùm omnis satisfactio sit meritoria.

Respondetur, quòd in Purgatorio nequit esse meritũ; quia ad me-

Ee ritum

ritùm requiritur status viæ, qui in hac solùm vita reperitur; & libertas, quam sequitur laus: quæ duo ibi anima non habet. At potest esse satisfactio, ad quam neutrum illorum requiritur: sufficit enim huic, si sit opus pœnale, etiamsi non liberum: nam, qui à Iudice cogitur soluere debitum, verè satisfacit, tametsi coactus. Et animæ in Purgatorio neque sunt omninò in via, neque omnino in termino, sed in statu medio inter Viatores, & Beatos, vel Damnatos; in quo etiam statu benè satisfacere possunt. Non itaque omnis satisfactio esse meritoria debet.

Ժե 15

Obijciunt tertiò: Purgatorium constituitur etiam ad remissionem culpæ venialis: sed post hanc vitam nulla remittitur culpa; vt tradit Episcopus noster Lampronensis in lib. de Traditionibus Patrum, dicens: *Neque peccatorum remissionē fieri posse defunctis, non credimus: nam hoc precibus postulare, nunquàm à sāctis didicimus; cùm sit impossibile: immò contra Dei Voluntatē certè talis fiet oratio.* Et ratio est, quia ille potest à culpa resurgere, qui potest in culpam incidere: sed animæ, quæ decedunt in Dei gratia, nulla possunt committere venialia peccata, vtpotè confirmatæ in bono: ergo neque à culpis venialibus possunt ibi resurgere. Adde, quòd culpa vniuscuiusque peccati remittitur per pœnitentiam, quę cùm sit actus meritorius, nequit esse in alia vita.

Ժզ 16

Respondetur primò, quòd etiā si daremus, nullum peccatū in futuro

Ժէ 17

Secu-

բարւոյ մնացական խոստացմանն լինել։ Նաև և
զի միջնորդութիւն է՝ զորն ոչ այլոց խոստելոյ
գործոցն կենդանեաց, հոգւոց մարդոյն ննջեցելոյ
պակասաւորութեան զհատուցմունս, և առաջնոյ զհատ_
ուցանէ որ է. Սակայն այսպիսի կերպն ի մեծ
կեանքումն թողութիւն թողութե 'ի միջոց
ութեան զմեղս գնոյն, զորս մարդիկ աղաւ
թելով էր սարսափեալ կենդանեացն և յաղ_
թութեան հատուցմամբ. բայց յետ առաջ
ջին հատուցութեան աստուածային՝ մնացեալ հոգւոյն
րացի ծառայութեան վճարեն մեղուցեալ։ որ
չարիս ունել կարէ կենդանութեամբ յետ կենացն։
էջն արդ դժուարացուցին քաղցրութեան
պատահմանց և զմահն. Ըստ. խոստովանութեան արդար
խոստովանութեանն. որ կայէ 'ի սրբոց հարցն
մխիթարութիւն աշխատութեանց, և սրբու
թեան, և հրոյ, և երկրորդ պախարակ
զինի դատաստանութեան։

Երրորդ առարկեն։ Ոչ կարեն
ներելոյ զարթութեան զործ զործեալ
'ի քաւարանին. յը. առաւել զգործ ար
ժանի քաւելոյ։ այլ ու րենէ և ոչ կա
րեն ինչ վճարել և հատուցանել. զի
ամենայն վճարութիւն է՝ արդարութեան ար։

Պատճառ. Թէ 'ի քաւարանն ոչ կարէ
զոք արդարեն. յը. ներգործութիւն ար
ժանի շնորհի և փառաց. զի անդ հա
ւանեն ոչ են 'ի ճանապարհի ասան կենա
ցս, և ոչ ունին զանձնիշխանութիւն 'ի
գործել. նոյ երկուքն այսոքիկ են հաւ
կանեն ար 'ի յարդարութեան որպէս նոր
գործել։ սակայն կարէ զոյլ անդ վճա
րութի և հատուցանել. զի առ այս
աչոք 'ի յերկուցն այսոցիկ խնդրի։ այլ
քաւարանն է՝ վճարութեան, եթէ լինի
գործ պատժական, թէպէտ ոչ անձնի
շխանական կամօք։ քանզի որ ուժով
բռնադատի 'ի դատաւորէն հատուց
անել զպարտսն իւր. Ճշմարտապէս վճա
րէ, թէպէտ ակամայ և բռնութ։

Եւ

եւ հոգիք քաւ՝արանին ոչ են ամենեւին ԺԸ
՚ի ճանապարհի, եւ ոչ ամենեւին ՚ի վախ- 18
ճանական կէտն . այլ են ՚ի միջակային
կացութեան ՚ի մէջ ճանապարհորդաց եւ
՚ի մէջ երանելեաց եւ դատապարտելոց .
յորում կացութեան կարեն քաւութիւն վը
ճարել :

Երրորդ՝ առարկեն այսմ : քաւ՝արանն հաստատեալ եղեւ վասն թողութեան ներելի մեղացն . յորժամ ոչ թողեալ եղեն ՚ի կենսս այս : այլ արդ՝ յետ աստի կենացս ոչ լինի մեղաց թողութիւն . որպէս գրէ ներսէս լամբրոնացին ՚ի հաստատութեան հաւատոյն առ՝անդուլութեանց այսպիսի բանիւ : Ոչ , որպէս կարծիքն է՝ ոմա- ԺԹ
նց , թողութիւն մեղաց հաւ՝ատամք մեք 19
լինել ննջեցելոցն . եւ ոչ զայն ուսաք ՚ի սրբոցն խնդրել . քանզի ոչ լինի . եւ զինչ դէմ է՝ այսպիսի աղօթս կատարելոյն :] Եւ պատասխանն է՝ այս . զի հոգիք քաւ՝արանին ոչ կարեն առնուլ ՚ի ներելի մեղաց անկանել . այլ ուրեմն եւ նոյնպէս ոչ կարեն առնուլ ՚ի ներելի մեղաց ներողութեանց կանոնել : Նաեւ զի մեղքն թողեալ լինին ՚ի ձեռն ապաշխարութեան . որ է՝ ներողութիւն արդիւնաւոր .
զոր որոյ ոչ կարէ գալ ՚ի հանդերձեալ Ի
կենսանս : 20

Նաեւ պատճառն . զի թէպէտ եւ այս ռաքէ զուշիկ մեղաց թողութիւն լինել ՚ի հանդերձեալ աշխարհին . որ է՝ յայտնի ասու : սակայն ոչ այնու ՚ի մէջ քաւութ քաւ՝արանին : զի նա ստակա՝ինքն գոյր հանդէ՝ որ առ ՚ի վճարելոյ ժամանակաւ՝ որ պատժոց մի մեղացն թողելոց . բայց ոչ լինել ապաշխարելոց ՚ի կենսս աստ :

Երկրորդ՝ պատճառն . զի թէ կարող այլ լինել ներելի մեղաց թողութիւն ՚ի հանդերձեալ աշխարհին . յայսմ լինի վը

կայ

Seculo remitti posse (quod falsum est); non proindè Purgatorium tolleretur: esset enim saltem necessariũ, vt animæ luerent ibi pœnas temporales pro peccatis, in vita remissis quoad culpam, de quibus tamen non plenè satisfecerunt per pœnitētiam.

Respondetur secundò: Quòd in alia vita remitti possit culpa venialis, non modò constat ex sacra Scriptura, præsertim ex cap. 12. libri 1. Machab., & cap. 12. Matthæi, ac præterea ex sāctis Patribus, vt suprà visum est: verùm etiam Armena ipsa Ecclesia, dum orat pro defunctis, id fatetur, dicens: *Deus, qui es indulgentiarum largitor, dimitte peccata defunctorum nostrorum.* Et iterùm: *Rex gloriæ, omnia continens, omnipotens, dimitte defunctis nostris peccata*, &c. Vndè liquet, Episcopum Lampronēsem Armenum, virum sanè doctissimum, & Romanę fidei propugnatorem acerrimum, loqui in illo loco de remissione peccati, non venialis, sed mortalis. Ad rationes autem adductas respondetur cum Diuo Thoma in 4. distin. 21. quæst. 1. art. 2. quòd animæ in Purgatorio, cùm nō sint omninò in termino, possunt à culpis venialibus resurgere per actũ dilectionis, displicentiæ peccati, & patientię. nam acceptatio illa pœnę, à Deo inflictæ, cùm ex caritate prodeat, dici potest virtualis quædam pœnitentia, quæ licet non sit propriè meritoria gratiæ, cùm non exerceatur omnino in via; est tamen remissoria culpæ venialis. Nec proindè se-

Ee 2 qui-

quitur, quòd possit ibi anima in peccatum veniale incidere; quia est in bono confirmata, & caret fomite: Sicuti, quia Damnati sunt obfirmati in malo, non possunt post hanc vitã agere pœnitentiam de mortalibus.

Instat Vartanus in Monitis ad Armen. c. 5. Ex sacris Scripturis habetur, quòd in alia vita non relinquitur locus bonis operibus: ergo post mortem neque satisfieri potest pro poena peccati, neque culpæ venialis remissionem per actus vllos bonos impetrari. Propria ipsius verba inter alia sunt: *Inquit Christus in Euangelio: Venit nox, in qua nemo potest operari: nox autẽ mors est: igitur post mortem nequit homo siue bonum, siue malum aliquod operari. & ratio est, quia anima, solùm dum est vnita corpori, bonum operari potest, aut malũ; & non, dum à corpore separatur: ergo qui Purgatorium confitentur, diuinis aduersantur Scripturis.*

Respondetur, Scripturas intelligere de bonis operibus, quæ sint meritoria gratiæ, & gloriæ; quæ quidem in hac solùm vita, dum sumus in via, exercere possumus. non autem intelligunt de operibus poenanalibus, quæ sint solùm satisfactoria pro peccato; neque de actibus dilectionis, & patientiæ, qui sint solùm remissorij culpæ venialis. hæc enim opera benè etiam in Purgatorio exerceri possunt, vt modò suprà probatum est. Cæterùm, qui Purgatoriũ profitemur, idcircò profitemur, vt diuinis Scripturis, sanctisq; Patribus, & vniuersalis Ecclesię traditioni neutiquàm

Իա կայութ թէ ամ աշուանց գրոցն. մանաւանդ
21 նդ 'ի · Բ · մակաբայեցւոց , ԺԲ . գլուխ
գլխոյն , և 'ի մատթէի · ԺԲ . գլուխ գլխոյն .
Նմա և և 'ի սրբոց հարցն , որք 'ի վերայ
ցուցանէ բան ակնածութեամբ : Եւ այս թէ
ոչ լինէր ննջեցելոց մեղաց թողութիւն 'ի
հանդերձեալսն, ընդէր հայոց եկեղեցին
աղաչէր զմահ վասն թողութեան մեղաց
ննջեցելոցն, առնելով 'ի հանգստեան
կարգն : Որ թողութեան են արժանաւոր
մն. թող զմեղս մեր ննջեցելոցն:] Եւ
դքեզ ասէ: Թէ զէր փառաց, ամենակալ,
ամենակարող, թող զմեղս մեր ննջեցե
Իբ լոցն:] ուստի յայտ է . եթէ ամենի
22 մաստ և ուղղափառ եկեղեցին ներքոյ
լամբերանացն խոստացան առ զն թող
ղութեան մահուչափ մեղացն . և ոչ զն
ներելի : Եւ առ այլ պատմութեան պա
տասխանելով ընդ որոյն թէ այլ առ զի
հատուցին . թէ հարկէր բան առաւելն ոչ
զոյլով ամենայնին 'ի վարձատրական հե
տև, կարեն 'ի ներելի մեղացն կատարել
'ի ձեռն ներգործութեան սիրոյ, զղջման
և համբերութեան ; զի յանձնականութեն
և համբերութեան մաքրողական տան
ջանացն , եղեալ 'ի սիրոյ, ուստի զգոյշ
Իգ թեն ենչ աղաչանութե , որ թէպէտ
23 ոչ է արդիւնաւոր և արժանի շնոր
հի, զի ոչ լինելոյ արարեալ 'ի ճանապար
հի աստ . սակայն է՛ արձակիչ ներելի
մեղացն; [ ] յայտնի ոչ հնարեն . թէ
կարեն առնել հոգիքն անսկանելով 'ի նորին
մեղքն ներելի. զի հաստատեալ են 'ի
բարին = որոյ և ոչ կարեն դառնալ յար
առնել հոգիքն դժոխոցն կատարելով 'ի
մահուչափ մեղացն 'ի ձեռն զղջմանն.
զի են հաստատեալք 'ի չարն:

Բայց ընդդիմախօսն վարդանն.
և ասէ. թէ սուրբ գիրքն ուսուցանեն,
յետ աստի կենաց ոչ գոյ տեղի և ժա

մա

մասնաւոր քաւրի ներգործութեց ։ ուրեմն ԻԴ
ապա ոչ կարէ ոք զինի մահուան վճարել 24
պարտաւորութեանն պատժոյ զհն մա-
հուչափ մեղաց արձակելոց . և ոչ ընդ-
ունիլ զթողութի ներելի մեղացն ՚ի
ձեռն քաւրի ներգործութեցն սիրոյ և
համբերութե ։ Եւ ընաբան խօսէն
վարդապետաց ՚ի գիրսն խրատուց .Ե. երր՝
գլխն են այս ։ ասէ. ունէին յաւետարա
նին. թէ գայ գիշեր . յորում ոչոք կարէ
գործել ։ զի գիշեր մահն է՝. և յետ մա
հու՝ մարդ ոչ կարէ գործել բարի, և
ոչ չար ։ քանզի մարդ հոգւով և մար
մնով գործէ զբարին և զչարն ։ և յոր ԻԵ
ժամ արձակի հոգին ՚ի մարմնոյն, ոչ 25
չար կարէ գործել, և ոչ բարի ։ ապա
ուրեմն քաւարանն ոչ հնարի ՚ի տծայ
ին առաւելոյն ։]

Պատճառն . թէ մէ զերքն խօսի զն քաւ
րի գործոյն . որք են արդիւնաւորք և
արժանի շնորհի և փառաց . զոր մե
այն ՚ի կենդանի աստ, մինչ դեռ եմք ՚ի մար
նաւորութե, կարեմք գործել ։ և ոչ խօ
սի զն պատժապարտական գործոցն, որք
իւրեանց միայն հատուցումն զն մեղաց . և
ոչ և ո խօսի զն ներգործութեցն սի
րոյ և համբերութե, որք իւրեանց միայն ԻԶ
արձակիլ ներելի մեղացն ։ զի զայսպի 26
սի գործս բարութ կարեմք գործել ՚ի
քաւարանն. այսպէս ՚ի վերոյ հաւատալի
ցուցաք ։ Իսկ՝ այսուհետև պահաս
տարին զքաւարանն մեք խոստովանի
մք . զի հետևեւզուք տծայն տաւ
ցն, և սէրոյ հարցն, և աւանդութե
ընդհանրական սբ եկեղեցւոյն ըստ որմ
ոչ առնէ վարդապետն, որ հակառակ ընդդէ
ոչ թէ միայն տծայն տաւնեցն, այլ
և ս ենթաղոդն հարցն ։ քանզի և ենթա
գրեալ է ՚ի պատճեն թղթոյն պապին
՚ի .Ժդ. թուր՝ թեն աստ։ Հոգիք մեղա
ւոր

tiquàm aduersemur; quemadmodũ facit Vartanus, qui in hac re non solùm Scripturis sacris, sed etiam sibimet ipsi ad pertinaciā contradicit. nam in Confutatione Epist. Rom. Pontif. nu. 14. dixerat: *Anima Peccatorum, qui post culparum confessionem obierunt, &c. purgantur, & expiantur per Viuorum suffragia*. Illic igitur post mortem expiari, atque purgari affirmat animas, quibus hìc purgatorium negat. Contradicit prętereà sacris Scripturis, quia, cùm Ioannes clamet Apoc. 5. omnes pias animas, tam Beatorū in Cælo, quàm Purgantium sub terra, benedicere, & glorificare Deum: *Et omnẽ*, inquit, *creaturam, quę in Cælo, & super terrā, & sub terra, &c. omnes audiui dicentes: Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in secula seculorum:* ipse tamen vel dormiens, vel suas obturans aures, ne audiat, easdem asserit animas nihil operari, & in mortis nocte quasi somniculosas, à bonis etiam actibus abstinere. Vndè de Vartano eadem dici possunt, quæ D. Hieronymus de Vigilātio (quem iocosè vocat *Dormitantiū*; eoquòd *animas interfectorum propter Verbum Dei, sub Altare* à Ioanne visas *clamare voce magna*, &c. diceret ipse, dormire ibi, & requiescere): *Tu*, inquit, *vigilās dormis, & dormiens scribis*. Hieronymus contra Vigilantium. Apocal. 6.

Obijcit quartò idem Vartanus loco cit. dicens: *A Christo, Apostolis, & sanctis Patribus nulla de Purgatorio mentio facta est, vsque ad Gregorij Pontificis Romani tempora, qui protulit*

tulit

tulit illud in suo libro: *Veteres ergo sancti Patres, Athanasius, Cyrillus, Gregorius Nazianzenus; Siluester Papa, ac reliqui Sancti omnes, qui Purgatorium nescierunt, nunquid Deo non accepti fuere?*

Respondetur, ad hanc obiectionẽ satis esse factum suprà; vbi non solùm ex antiquis sanctis Patribus, & Nouo Testamento, verùm etiam ex Veteri, testimonia, quæ Purgatorij assertionem probarent, produximus, si non omnia, multa tamen, & quæ erant alijs clariora. Sed ad Vartani impudentiam confundendã sufficere potuisset vel vnius Magni Gregorij authoritas; quippe cujus sanctitas, ac diuinitùs illi tradita per Spiritum sanctũ doctrina, & sapientia armenis quoque litteris in eorum Menologio laudibus commendatur. Ratio autẽ, cur de Purgatorio recentiores sancti Patres magis disertè, quàm prisci, disseruerũt, ea est; quia hæresis, tollens Purgatorium, recens fuit; cùm anteà nulla de eo inter Christianos quæstio esset, aut dubitatio.

Obijcit tandem Vanachanus in tract. de loc. anim. dicens: *Qui sentiunt, esse in alia Vita Purgatorium, ex quo animæ ascendant in Cælum, consentiunt Platoni, qui asserebat, animas de Vno corpore migrare in aliud; hoc est, de homine in brutum, de bruto in arborem, de arbore deniq; in Cælũ. Similiter isti, eas in ignem transmigrare, dicunt; & ab igne in Cælum.*

Respondetur, quòd ad huius obiectionis ineptiam Obiector ipse respon-

ճորոյ խոստովանելոց քաւեն և սըր-
ԻԷ 27 բեն յիշատակօք հեծութեամբ, աղօթիւք,
և պատարագօք :] Ահաւասիկ խոստո-
վանի աստ զքաւարան՝ ինչ վս հոգւոց
խոստովանելով մեղաւորաց: և 'ի մէ-
րոյ զմեծ քաւարանն ուրացաւ : Եւ
դ-Ճ՝ հակառակ լինի ամենայն առաքելոյն .
զի երբ յոհաննէս 'ի տեսլեանն. Է. երր
գլխոյն աղաղակէ և կոչէ . Թէ բարեկա
շտ հոգւոցն երանելոցն 'ի յերկինս, և
քաւելոցն 'ի ներքոյ երկրի , օրհնեն և
փառաւորեն զԱծ . ասելով : Եւ ամ
արարածք , որ են յերկինս , և 'ի յերկ-
րի, և 'ի ներքոյ երկրի, լուայ զի աս-
ԻԸ 28 էին . որ նստի յաթոռն և գառն՝ օհնել,
բարձրացելոյ և փառաւորելոյ յաւիտեա-
յաւից :] բայց վարդանն՝ Թէ ուրացեալ,
Թէ խցեալ զականջս իւր զի մի լուիցէ,
գրեաց . եթէ նոյն հոգիքն ոչինչ գոր-
ծեն . այլ 'ի գիշերի մահուն երեւի. քը-
նածք հրամայելոյն յամ բարի ներգոր-
ծութեան :

Զարդարէ՝ առաքելն նոյն վարդանն.
և ասէ 'ի գիրսն խրատուց . Է . երր
գլխոյ ասացեալ : քնն, և առաքելն, և սէ-
հրեշտակքն՝ ոչ են տեսեալ զքաւարանն,
մինչ և 'ի գրեալ ըստ սոյն . որ ասաց զայն
ԻԹ 'ի գիրքն իւր : ասացի այն առաքելն սըրբն,
29 որ զքաւարանն ոչ գիտէին, ոչ եւս հա-
ձոյ էայ : աստուածս, և կիրքն, բարուեալ,
և գրեալ ամենայն , և սեղբեան
ըստ , և այլ ամ սրբն զքաւարան ոչ են
տեսեալ :]

Պատասխանի . Թէ առաքելոյ Թէ այս
մինչ վճարեցաւ 'ի վերայ . յորժամ զքա-
ւարանն ցուցանէ ոչ Թէ մինչ վկայու-
Թեան սրբոց հայոց առաքելոց . այլ և ս
ամենայնուց գիրս նոր և հին կտակա-
րանացն . և ես աւանդութե եկեղե-
ցւոյն իսկ հայոց : զի երբ վարդանն ոչ

ու-

ունէր թափանցանան ՚ի հոգւոյ զմարմինն
քն հոգւոյ որք հարցն . զմիջակ հոգին զեր
թեւնուլ զերկնից արանն ՚ի գերագոյն
քայց առ ՚ի նորա լրումն թեան ասացէ_
ցուցանել՝ քառ.ական էր զկայութին
մեծին գրիգորի հոգւոյ հայրապետ_
տին . զի առ անձինք նորա հոգին որ
առաքինական քաղումանգամ երևե_
ցաւ խօսիլ, և լցուցանել զմեծ եղելոյ
նն իմաստութեամբ : զմ որոյ ոչ թէ
յոյնքն միայն . այլ և նոքեանց հայք
՚ի յայսմանէ ուրքն իւրեանց յիշատա_
կէն և գովաբանեն զնորա սքանչութին
և զանծային իմաստութին; խնկնոր որ
հարքն յայտապոյնաբար և անխառն_
պէս, քան զատ.ասինսն, ուսուցին մեզ
զքաւարանն . զմ զի հերձուածողու_
թին, որ ընդդէմ քաւարանին, նորաք
բուսեալ էր . զի ՚ի կանուխ ժամանա_
կին ոչ էր զմ նորա ապախտութին
և հակառակութին ինչ :

Հինգերորդ՝ առարկէ վանականն ;
և ասէ ՚ի ճառն հոգեկանն. ՄԲ
ասեն լինել զքաւարան . յորմէ հոգիքն
եղանեն ՚ի յերկինս . նմանք են պղատո_
նին . որ ասէր զմարմնափոխութիւնս
հոգւոցն . որ ՚ի բանական մարդոյն ՚ի
զգայականն . և անտի ՚ի տունկն ասէր.
և ՚ի անկոցն ՚ի յերկինս վերափոխեալ :
այսպէս և ոսքա ՚ի հուրն ասեն մտեալ . և անտի ՚ի յերկինս վերափոխեալ :]

Լ spondere tenetur, ait enim ibidem:
30 *Animas mediocriter iustas commorari, dicimus, sub octaua sphæra Cælorum, vbi expectant in futuro iudicio Dei misericordiam*. Ac priùs dixerat, *easdē sperare, fore vt miseratione ipsius Dei expiatæ, reddantur misericordia dignæ*: hoc est, in Regnum Cęlorum introducantur. Cur ergo non etiam ipse Platoni consentiat, dum vult, tales animas è corpore migrare ad Cælorum concauum habitandum, atque inde demùm post Iudicium in Re-
Լա gnum Cælorum? Sed miranda non
31 est Obiectoris insipientia; dum etiā Platonicum asserit, quod Pythagoricum fuit, ac præterea Gnosticorū, & Manichęorum figmentū de transmigratione animarum ex vno corpore ad aliud informandum; quod sanè, quantùm eruditio à Vanachano, tantùm longè distat ab Ecclesiastico dogmate, docente, aliquas animas, antequàm in Cælestem Patriam introducantur, pœnis purgatorijs expiari post mortem à reliquijs
ԼԲ peccatorum; & non transmigrare de
32 vno corpore ad aliud informādum.

Պատասխանի , թէ առ այսպիսի առարկութե յիմարութիւն պարտաւոր է և ինքն վանականն տալ պատասխանի : քանզի և ինքն ասէ ՚ի նմին տեղւոջ . եթէ հոգիք կիսամասնեայ արդարոցն ՚ի մարմնոյն վերափոխին ՚ի յութերորդ կամարն երկնից. և յանտի ՚ի դատաստանի օրն վերափոխին ՚ի յերկինս : ապա և ինքն նման է պղատոնին , ասելով զմարմնափոխութիւն հոգւոցն. ՐԻ յիմարութե մեծի ; նախ զի ոչ պղատոնին , այլ պիւթագոր փիլիսոփայն , և մանիքեցիքն զհոգւոց մարմնափոխութիւն ուսուցանէին: երկրորդ՝ զի որչափ հեռանայ իմաստութի ՚ի վանականէն . այնչափ հեռու է՝ չարկարծիքն մարմնափոխութեց հոգւոցն ՚ի յուղղափառ վարդապետութենէս քաւարանին : զի այլ ինչ է ասել . թէ հոգիք եղանեն ՚ի միոյ մարմնոյ առ ՚ի զմիւսն կենդանացուցանել : և այլ ինչ է՝ ասել . թէ հոգիք կիսամասնեայ

արդա_

[illegible]

ՎԵՐՋ ԵՐԿՐՈՐԴ ՃԱՌԱՍՈՒԹԵԱՆ

FINIS SECVNDI TRACTATVS.

ՀԱՅԿԱԿԱՆ
ԴԻՄԱԲԱՆՈՒԹԵԱՆՑ
ԵՐՐՈՐԴ [illegible]

Յաղագս գլխաւորին . և
[illegible]
Եկեղեցւոյ ։

ARMENARVM QVÆSTIONVM
TRACTATVS TERTIVS
DE MILITANTIS ECCLESIÆ CAPITE
Ac noua Lege.

ՅԱՌԱՋԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ

[illegible]
՚ի գիրսն հայոց
[illegible]

PRÆFATIO

ETsi Armenorum Pseudomagistrorum errores varietate multiplici distrahuntur; visũ tamẽ est, eos omnes, ne indigestè, atq; inconditè tractaremus, in tres duntaxàt Tractatus (quod fieri vix posse videbatur) redigere. Quarè, postquàm eorum nonnullos, qui de Christo, Deo, & Homine iactabantur, in primo iã Tractatu ad confutationem selegimus; alios etiam, qui de rationalis animæ statu, in secundo; reliqua

nunc

nunc farrago, quæ refellenda superest, in hunc tertium, quem, *de Militantis Ecclesiæ Capite, ac noua Lege*, inscribimus, intrudenda vtcunque est. Hic ergo Quæstiones, paucas quidem, sed multiiuges, inter Armenos catholicos, & hæreticos iamdiù agitatas, ijs de rebus, quę vel ritum diuini cultus, vel Sacramēta, vel supremam Romani Pontificis in totā Ecclesiam potestatem attingūt, proponimus resoluendas: idque, vt eas pręsertim hęreses opprimamus, quas Seductores prædicti, ad Hebraicos inducendos ritus, Sacramentaque Euangelica peruertenda, & contumaciam in Christi Vicarium suscitādam, erroneis suis scriptis per Armeniam euulgarunt.

[illegible]

ՄԻ ԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ ՀՌՈՄԱՅ

Հովիւ և գլուխ իցէ ընդհանուր
Եկեղեցւոյ էր:

ԱՌԱՋԻՆ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

VTRVM ROMANVS PONTIFEX

Sit Caput, & Pastor totius Ecclesiæ
Militantis?

QVAESTIO INTER ARMENIOS PRIMA.

ԱՅՍ ամ վարդապետաց ա̄ 1
Հայոց յայտ է, և առաւ
պայծառ ծանուցեալ.
Եթէ ոչ ամէնքն
առաքեալն Եղև
Եպիսկոպոս Հռոմայ Պետրոսն մինչ
և ի մահ. և թէ որք զկնի նորա նստան ա
ջորդք պետութեան ի վերայ նորին աթոռոյն,
ժառանգեցին զնոյն իշխանութիւն նորա ա
ռաւաց եկեղեցոյ թէ ինչ. ապայ ժամ է՝ խօս
նորիրք և եկեղեցոյ թէ մեծոյն ի մէջ նոցա.
մի՛ թէ նոյն նախկին հռոմայ որ էր առա
քեալ եղև գլուխ առաքելոցն, և հովիւ
ամենայն ընդհանուր եկեղեցւոյ, և հա
նմանապէս յաջորդեն փոխանորդք էին նորա
ամ

CERTVM est apud omnes Armenios Doctores, Petrum Apostolum fuisse vsque ad mortẽ Romæ Episcopum, eique in Ecclesiastico regimine reliquos Romanos Pontifices successisse. Quæstio tantùm est inter eos, an idem Petrus, Romæ Episcopus, fuerit insuper Vniuersalis Ecclesiæ Caput, ac Rector, seu in terris Christi Vicarius; vt in hoc etiam succedere ipsi debuerint Romani Pontifices? Quidam enim eorũ hoc negant: quidam autem affirmant: quo

fit

sit, vt Armenus Populus hac de re dubius maneat.

NEGATIVA *Sententia.*

§. I.

NEgant Armeniorum Pseudo-magistri, Vartanus, Mehkitarius, Gregorius Dattieuensis, & reliqui; docentes, Christum omnibus Apostolis ita æqualem in Ecclesiastico regimine potestatem attribuisse, vt post eorum mortem Patriarchę singularum Prouinciarum, in quibus Apostolorum aliquis vel prædicauerit, vel Ecclesiam constituerit, vel denique diem suum obierit, illis in eadem potestate æquali ratione successerint. Negant proindè, siue Petrum, siue Apostolum alium quempiã vniuersalis Ecclesiæ Caput, aut Rectorẽ à Christo in Terris relictũ esse: sed solùm huius Ecclesiæ Caput esse dicunt in Cęlis ipsum Dominum Iesum Christum.

Vartanus ergo totum hoc suasisse se putat paucis verbis; quæ in eius epistola ad Haytonẽ, Armenię Regem, num. 1. huiusmodi sunt: *Asserunt Latini, Romanam tantummodò Sedem potestatem in terris habere ligãdi, atque soluendi, aliasque omnes Ecclesias illi subiectionem debere. Ac miror equidem, quomodò factum sit, vt minus aduerterint, quòd Christus Apostolorum contentionem illam,* quis eorum videretur esse maior, *acriter reprehendit, dicens:* Principes gentium

Matth. 20.

ամ ապացոյց բերանաստատութեան նոցա, Թէ ա
ոչ, այսր զի եւ յայս արարողի յէջս անդր 1
զինի եւ այս հաւանեալ հայրապետացն ։ Եւ
նորա այսպիսի անունս ՚ի նոյն վարդապետ
ազգ քաղաքին. եւ անունս սուտ քաղաքին.
ուստի եւ հայոց ժողովուրդն ՚ի մէջ
այսր երկբայութեան գտանի ։

ՈՒՐԱՑԵԼԻ ԿԱՐԾԻՔ

Բացասողաց.

Գլուխ. Ա.

Ուրանան սուտ վարդապետքն, Վարդան, Մխիթար, Գրիգոր Տաթեւացին, եւ այլք ամենեքեան, որ ուսուցանեն, եթէ տէրն մեր Յիսուս Քրիստոս հաւասար իշխանութիւն ամ առաքելոցն ետ. եւ յետ վախճանելոյ նոցին ամ պատրիարգութիւնքն գաւառացն այնոցիկ յորս առաքեալքն քարոզեցին, կամ միաբանութիւն կառուցին, համառօտ ժառանգեցին զիշխանութիւն նոցա։ Ուրանան եւ այսն, Թէ քի ոչ եթէ զպետրոս իմն երկիր զլուխ եւ հրամանահան հովիւ ամ եկեղեցեաց եւ քրիստոնէից փոխանորդ իւրեան. այլ Թէ միայն զլուխ կաթուղիկէ եկեղեցւոյն ասեն միայն Յիսուս Քրիստոս ՚ի յերկինս ։

Եւ ասէ Վարդան ՚ի Թուղթն իւր առ Հեթում թագաւորն Հայոց զայս այսպէս ։ Ասեն Լատինքն, Թէ հռովմայ աթոռն միայն ունի իշխանութիւն իսկ երկրի կապելոյ եւ արձակելոյ. եւ ծառայութիւն պարտին նմա ամ եկեղեցիք։ Զայս զարմանք ինձ Թէ զիարդ աչառու ոչ կարեն իմանալ, Թէ ի հանդիմանէ Քրիստոս առաքելոցն անմիաբանութեանն, Թէ ո՞ ՚ի նոցանէ իցէ մեծ. սաստկեալ ասէ. իշխանք ազգաց տիրեսցեն նոցա. եւ մեծամեծք իշխեսցեն նոցա. ոչ այսպէս իցէ եւ ՚ի ձեզ. այլ որ կամիցի ՚ի ձէնջ մեծ լինել, եղիցի ձեր

բ 2

գ 3

[illegible]

Է 4

dominantur eorum; & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos: non ita erit inter vos; sed quicunque voluerit inter vos; maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. *sed potiùs arrogantia sua mendacem velint facere Redemptorẽ. Qui præterea, cùm post resurrectionem, teste Euangelista Ioanne, in omnes Apostolos insufflauerit, dicens:* Accipite Spiritum sanctũ; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt: *quid aliud verbis istis ostendere voluit, nisi se Apostolis omnibus ligandi, atque soluendi potestatẽ tribuere? Iam verò, cùm ex duodecim Sedibus vna sit Petro data; ex duodecim autem Apostolis tres in Armenia fuerint, alijque tres ex septuaginta discipulis: isti nihilominùs superbè dicere non verentur, à se Armenios ligari posse. Et Petrus quidem primùm Cæsareæ Philippi firmauit Ecclesiam; deindè Antiochiæ; postremò Romæ: cur ergo Romana Sedes primatum habeat? forsasse, quòd ipsi Romæ Petrum occiderint: at etiam Ierosolymis Petri Dominum crucifixere Iudæi: cur non idcircò Ierosolymitana potiùs Sedes super omnes Ecclesias obtineat principatum?* Hæc pauca Vartanus. Ioann. 20.

Ե 5

Զ 6

Mehkitarius autem contra Diui Petri, ac Successorum eius primatum Volumen integrum exarauit, similibus plenum ineptijs; quæ tamen Armenijs, duntaxàt imperitis, inexpugnabilium rationum speciem exhibent. Initium huius Voluminis habet sic: *Apostolus inquit:* Consilia destrui- 2. Cor. 10.

destruimus, & omnem altitudinem, extollentem se aduersùs scientiam Dei: & in captiuitatem redigimus omnem intellectum in obsequium Christi. *Ecce vt procul ab ouili Dominico dominationis superbiam abigit, ne quis, proprio captus amore, sibi gloriam aucupetur: quemadmodùm & in præsentia propter Ecclesiasticæ Sedis primatum magnam in Ecclesia contẽtionem videmus eorũ, qui Sedes alias Apostolicas, & hanc præcipuè Armeni Patriarchatus, suæ ipsorum Cathedræ non æquales quidem, vti reuera sunt, sed inferiores esse, contendunt. Vndè quæso habeat Romana Ecclesia potestatem hanc, vt ipsa Sedes alias Apostolicas iudicare possit, nec ab aliqua ipsa iudicetur? Et verò probè scimus, fuisse tamen ab alijs Apostolis iudicatũ Petrum: itaut opus ei fuerit ascendere Ierosolymam, & respondere de se, cùm Corneliũ baptizauit, sicut narrat Lucas in Actibus, dicens:* Audierunt

Act. 11. Apostoli, & fratres, qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Cùm autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabat aduersùs illum, qui erant ex circumcisione, dicentes: quarè introisti ad viros, præputium habentes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, dicens, &c. *Vide, vti non modò non habebant illum vt principem; sed etiã cum imperio disceptantes, iudicabant eum.* Hæc, & alia plura Mehkitarius; quibus infrà, vbi eius, & aliorum obiectiones opportuniùs audiemus, satisfiet.

Inte-

է 7 [illegible]

ը 8 [illegible]

թ 9 [illegible]

[illegible]

[illegible Armenian text]

[illegible Armenian heading]

[illegible Armenian text]

Է 10 Interim nota Lector furorem insaniæ istorum hominũ. Quòd enim Latini reddendum esse docenpt Cathedræ Petri ius suum, nempè Primatum illum, quem, à Christo sibi collatum, semper in Ecclesia tenuit: propterea superbos, atque contentionis, & gloriæ cupidos eos esse, tunc dicunt; quando ipsi, contra veritatem, Christique decretum pugnaciter decertantes, atque in suam ipsorum Cathedram illud prærogatiuæ, quod à nemine ei tribuitur, nec debetur, ingerere vi studentes, omnem superbiam, arrogantiam, ambitionem, contentionisque pertinaciam præseferunt.

Ա 1

AFFIRMATIVA Sententia.

§. II.

AFfirmant, nihilominus reliqui Armeni Patres: qui sancti Petri, & Romanæ Sedis primatum, ab Ecclesiæ suæ primordijs vsque ad extremum non modò semper professi sunt; verùm etiam, cùm res, & occasio postulauit, sunt experti sæpissimè, ad Romanum Pontificẽ, tanquàm ad Christi Vicariũ, & Vniuersalis Ecclesiæ Caput, ac Pastorẽ in omnibus recurrendo, quæ vel ad fidei res, vel Ecclesiasticam iurisdictionem, vel reliquum officium Pastorale spectarent. Talis autẽ ipsorum sententia triplici ex parte desumi, ac demonstrari potest; primò ex Ecclesiasticis eorum libris, ac diplo-

Բ 2

plomatibus: secundò ex Concilijs, apud eos habitis: tertiò ex suis scriptis, vel epistolis, ac legationibus, quas ad Romanos Summos Pontifices transmiserunt.

ARMENIORVM Testimonia primi generis DE PRIMATV Romani Pontificis.

QVamuis Aduersarij Primatus Romanæ Sedis memoriam omnẽ ex Armenis libris delere percuperent, & conati sint: haud tamẽ ita accuratè in omnes partes aciem intendere potuerunt, quominùs aliqua sacrilegas, & corruptrices ipsorum manus effugerint. Vt igitur ab Ecclesiasticis libris petamus initium, est apud Armenios vetustissimum quoddã diploma, communiter dictũ, *Tughten tascians, Epistola fæderis*, hoc est, concordiæ, quondã initæ inter S. Siluestrum Papã, & S. Gregorium, Armeniorum primum Episcopum, quem ipsi vocant *Illuminatorem*; quod nos, ex Armeno in Latinum idioma translatum, produximus in 1. Parte. In eo igitur hæc leguntur: *Iussu nostro Maximi Romanorum Pontificis Siluestri, Petri, & Pauli, Apostolorum Principum, Successoris, qui clauibus Regni Cælorum super omnes Christianorum Nationes ab Occasu ad Ortum ligandi, atque soluendi in Cælo, & in Terra potestatem habemus, Vniuersæq; Christi Ecclesiæ præsidemus.* Et infrà: *Nos autem Siluester, supremus Romæ, & totius*

1. par. c. 2. num. 57.

[illegible]

Գ 3 [illegible]

Դ 4 [illegible]

Ե 5 [illegible]

թեն . դնելով նմա արժանաւոր գլխոյ
զաջն սրբոյն պետրոսի , և զխաչաշ-
մանկս քի . և արարաք զսա պատրիարգ
հայոց մեծաց զինքն և զամենայն աթ-
ոռակալսն նորա . ինքնագլուխ
եղիցին առնելով ձեռնադրութիւն ։
Եւ հայոց հայրապետսն ձեռնադրես-
ցէ զկաթուղիկոսն վրաց աշխարհին ։
և ուր լիցին հայ ազգ սփռեալք ՚ի յըն
դհանուր աշխարհս ՚ի մէջ այլալեզու-
քրիստոնէից . իշխանութիւն ունիցի
հայոց պատրիարգն ձեռնադրել նոցա
կաթուղիկոս ։ և և ս աշխարհին աղու-
անից եղիցի ընդ իշխանութե հայրա-
պետին . և առաջակութեամբ աղու-
անից թագաւորին հայրապետին հա-
յոց ձեռնադրեսցէ նոցա կաթուղիկոս ։]
Եւ յետոյ դրձլ . ըստ որոյ և յետ
մեր վեհագոյն հրամանացս հայոց հա-
յրապետին կայ իշխանութի , զոր ինչ
կամեսցի ըստ առաքելոյն կանոնացն կա-
պել և արձակել յերկինս և յերկրի .]

Այս յոյժ գրեալ եղև ՚ի թուղթն դա-
շանց ։ և ունիմք ՚ի լատին վարդապետ-
աց գլխաւոր առնելն զնորին թղթոյն
՚ի գիրսն իւրեանց . որոյ վկայութեան զբա
վէն ՚ի գիրսն յիշէս հայոց աշխարհին .
և Թոմաս դեկապոլսեցին ՚ի գիրսն իւր .
և այլք ումանք ։ և ՚ի կանոնսն աւա
դութէ հայոց նախնեացն կայր և ս
ցուցանել ճշմարտութիւն նորին թղ
թոյն . թէպէտ և կարծիք կայ , մի թէ
ըստ իրաց ինչ անձնական և այլայլեալ
իցէ ՚ի հայոց շարադրողաց ։ Այլ որ ՚ի
վերոգրեալ քանից թղթոյս կարծեն հայք
յայտնապէս ճանաչել զվեհագոյն իշ
խանութիւն , զոր ետ քս իւրում փոխա
նորդին սրբոյն պետրոսի , և աթոռա-
կալի նորա հռովմայ հայրապետին ։
քանզի սա կարող էր տալ հայրապետին
հայոց

Զ 6 *tius Mundi Pontifex &c. animo lubẽtissimo inclinauimus ad honorem strenui Confessoris Iesu Christi, & Coepiscopi nostri Gregorij amplificandum.* Et post alia: *Vndè ipsum Gregorium in nomine sanctissimæ Trinitatis benediximus, imponentes capiti eius venerando dexteram Diui Petri Apostoli, & sacrum linteum Iesu Christi; atque constituimus eum, vnàque cum illo suos etiam Successores, summum Armeniorum omnium Patriarcham: Volumusque, vt in posterùm Pontifex Armeniæ ordinet Patriarchā Georgianorum, & potestatem habeat alios*

Cùm olim Georgiani cũ Armenis communicabant, Ordinationē sui Patriarchæ ab Armeno recipiebant.

Է 7 *Instituendi Episcopos super illos Armenios, qui inter alias Christianorũ Nationes vbique dispersi reperiuntur: nec non, quòd Albanensium Regio sub peculiaris Patriarchæ obedientiam redigatur, qui ex Albanensi Rege promotus, ab eodem Armeniorum Pontifice consecretur.* Ac tandem: *Quamobrem ex hoc sublimi nostro mandato potestas Pontifici Armeniorum tribuitur ligandi, atq; soluendi in Cælo, & in Terra quemcumque iuxta Canones Apostolicos ipse voluerit.* &c.

Albanensiũ Patriarcha cõsecratur hactenùs ab Armeno.

Ը 8 Hactenùs diploma; quod Armenij ex vetusta suorum Patrum traditione adeò verum esse ostendunt, vt ipsimet Aduersarij suis in libris eius citare memoriam neutiquàm dedignentur. Ex cuius quidem verbis satis liquidò constat, non solùm suprema Pontificis Romani potestas in omnes Ecclesias; verùm etiam (quod nec ipsi inficiantur) primum Armeniæ Illuminatorem Gregoriũ (qui à Leontio, Cesareæ Cappado-

ciæ

ciæ Archiepiscopo, post annos tercentos circiter à partu Virginis, ordinatus fuerat Episcopus) constitutũ deindè fuisse Armeniorum omnium Patriarcham, ac priuilegijs multis ditatum à Siluestro, Romano Pontifice, ad quẽ ipse personaliter Romam vsque accesserat. Vndè sequitur, eos Armenios, qui Romani Põtificis primatum oppugnant, Ecclesiæ suæ Patriarchatum, ac potestatẽ omnem penitùs, funditùsq; euertere; dum non alia ipsi ratione illam probare possunt (vt infrà §. 12. clariùs ostendetur), nisi ex institutione S. Siluestri Papæ.

Secundò, in Rituali, dicto *Ziernatruthiàn*, id est, *Manuum impositionis*, quo vtitur Armena Ecclesia in consecratione Episcopi, sic habetur: *Interrogat Patriarcha oblatum ad Episcopatum: Vis ne tu Beato Petro, cui potestas à Deo tributa fuit ligandi, atque soluendi, nec non sancto Illuminatori nostro Gregorio, eorumq; Successoribus, pro tempore sedentibus, obedientiam, & fidelitatem præstare? Respondet oblatus: Volo*. Ibidem, post Episcopi consecrationem, hoc præter alia monitum dat Patriarcha Oblato: *Frater dilecte, cùm ad ordines promoueris alios, fac, vt iuxta Canonum decreta, & tempora ab eis definita, Ordinationem perficias, prout rectæ constitutiones Ecclesiæ Romanæ præscribunt*. Talis autem Episcopalis Cõsecrationis forma (si Ioanni, Armeno Patriarchæ, aliàs *Surdo Magistro*, credimus) instituta fuit ab ipso eorum Illuminatore Gregorio.

Թ 9 հայոց զպատրիարքութիւն, և զիշխանութիւն ձեռնադրելոյ զայլ եպիսկոպոսս հայոց, և զկաթողիկոսս այլոց ազգաց: Ուստի եթէ ոչ ասիցէ սուտ լինելն խաղաղութեան հռոմայ սր̄ աթոռոյն. պարտ է՛ և նմին սուտ դոլ ասել զպատրիարքութիւն և զձեռնադրութիւն կաթողիկոսին հայոց. զի սորա իշխանութիւն ոչ յայլմէ ուրեքէ եկեալ է՛. եթէ ոչ յաթոռոյն հռոմայ:

Երկրորդ. ՚ի գիրս ձեռնադրութե հայոց հայրապետն ՚ի ձեռնադրել զեպիսկոպոս հարցանէ զնա այսպէս. Կամիս

Apocal. 12. dicitur: *Diabolus, & Angeli eius. Michael, & Angeli eius:* ita similiter dicitur Marc. 1. *Et prosequutus est eum Simon, & qui cum eo erant.* Luc. 8. *Dixit Petrus, & qui cũ illo erant.* Luc. 9. *Petrus verò, & qui cũ illo erant.* Act. 2. *Stans Petrus cum vndecim.* Et infrà: *Dixerunt ad Petrũ, & ad reliquos Apostolos.* Immò etiã aliquandò, vt clariùs intelligatur esse Petrus Apostolorum, & discipulorum Princeps; ita cum illis comparatur, vt extrà eorum ordinem, ac numerum videatur esse. Vndè dicitur Marc. 16. *Dicite discipulis eius, & Petro.* Act. 5. *Petrus, & Apostoli dixerũt.* 1. Cor. 9. *Nunquid non habemus potestatem sororem mulierem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres Domini, & Cephas?* Huc etiam spectat, cur Petrus nomine omniũ sæpè loqueretur: vt Mat. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Luc. 12. *Ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes.* Ioan. 6. *Domine, ad quem ibimus?* Et infrà: *Et nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei.* In quem locum Cyrillus: *Per vnum, inquit, qui præerat, omnes respondent.*

Quartò, quia Paulus 1. Cor. 1. sic loquitur: *Vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi.* Vbi progreditur ascendendo, & Petrum proximũ sub Christo ponit. Et rursùm ad Galat. 1. de se scribit: *Post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum.* Cur autem ad Petrum potiùs, quàm ad alios visen-

Իդ
և. ԺԲ. երդ" գլուխս: Եւ 'ի մրկոսի. Ա:
24
Ը. և. Թ. րդ" գլխոյ: Եւ 'ի ղուկասու. Ը.
Ը. և. Ժբ. կրդ" գլխոյ: Եւ 'ի յՀով. Ա:
նամ և 'ի գործոցն. Ա. գլխոյ: Եւ այս ոչ
եթէ պետրոս է' ծերագոյն համանակաւ
կամ յառաջագոյն կոչեցել, քան զայլսն.
զի անդրէաս էր ծերագոյն և յառա
ջագոյն կոչեցեալ, քան զպետրոս:

Ութերորդ. զի 'ի սբ գիրս բազում
անգամ առաջագրի պետրոս որպէս ա
ռաջնորդ և իշխան այլոց առաքելոցն:
Քանզի որպէս 'ի մատթէոս. Ժբ. րդ"
գլխոյ ասի. Սիմոն և հրեշտակք նորա:
քնզզզեցուց և հրեշտակք նորա:] նոյն
Իե
պէս ասի 'ի մրկոսի. Ա. գլխոյ. Եւ զհետ
25
գնաց նորա սիմոն, և որ ընդ նմայն
էին:] Եւ 'ի ղկաս. Ը. երդ" գլխոյ.
ասաց պետրոս; և որ ընդ նմայն էին:]
Եւ 'ի ղկաս. Թ. իսկ պետրոս, և որ
ընդ նմայն էին:] Եւ 'ի գործոցն. Բ.
Յարուցեալ պետրոս հանդերձ մետա
սանիւքն:] Եւ յետոյ դարձեալ: ասէ
ին ցպետրոս, և ցայլ առաքեալսն:]
Ասել և երբեմն' զի յայտագոյն ցուցց
ցի, թէ պետրոս էր իշխան առաքելո
ցն. ընդ նմա աշակերտաց կարգի և թուոյ
նոցա: Ուստի ասի 'ի մրկոսի. Ժզ.
Իզ
երդ" գլխոյ. Երթայք, ասացէք ցաշա
26
կերտսն նորա, և ցպետրոս:] Եւ 'ի գո
րծոցն. Ե. Պատասխանի ետ պետրոս
և առաքեալքն, և ասեն: Եւ 'ի յառա
ջին կրնթ. Թ. Միթէ ոչ ունիցիմք
իշխանութիւն զքոյր կանայս շրջեցու
ցանել ընդ մեզ. որպէս և այլ առաքե
ալքն, և եղբարքն տեառն, և կեփաս:]
Ասել այս ևս պատկանի. թէ ընդէր
պետրոս բազում անգամ խօսէր 'ի կող
մանէ ամենեցուն: վասն որոյ ասի 'ի
մթէոսի. ԺԹ. երդ" գլխ. Ասաց պետրոս
ցնա. ահաւասիկ մեք թողաք զամե
նայն:]

[illegible]

ԻԷ 27

[illegible]

ԻԸ 28

[illegible]

ԻԹ 29

[illegible]

visendos Apostolos, præsertim Iacobum Ierosolymitanum Episcopũ, illuc Paulus ascendit, nisi quia solum Petrum omnium Apostolorum principem fuisse à Domino constitutum, agnouerat? quarè Chrysostomus homil. 87. in Ioan. inquit: *Petrus os erat Apostolorum; & Princeps; propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit.*

Quintò demùm ostenditur Petri primatus ex praxi, hoc est, ex ijs, quæ ipse Petrus in Ecclesia patrare cœpit. Nam Actor. 1. statim post Christi Ascensionem, vt is, cui præsidẽtia discipulorum commissa fuerat, collecto eorum coetu, concionem habet, docetque, vnum eligẽdum esse in locum Iudæ: *Exurgens Petrus in medio fratrum, dixit: Viri fratres oportet*, &c. quem locum exponens Chrysostomus, ait: *Quàm agnoscit Petrus commissum sibi gregem! quàm in hoc choro princeps est!*

Act. 2. post acceptum Spiritum sanctum, primus omnium promulgat Iudæis Euangelium, & conuertit hominum tria millia: *Stans autẽ Petrus cum vndecim, leuauit vocem suam, & loquutus est eis: Viri Iudæi*, &c.

Act. 3. primus omnium patrat miracula in testimonium fidei, & dicit Claudo: *Aurum, & argentum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do*, &c.

Act. 4. primus omnium respondet pro se, & socijs, Principibus Iudæorum, in Concilio congregatis, eisque strenuè resistit annunciando

Kk Chri-

Christum: *Tunc repletus Spiritu sancto Petrus dixit ad eos: Principes populi, & Seniores, si nos hodiè diiudicamur*, &c.

Act. 5. primus omnium in Ecclesia iudicat, ac decernit. Cùm enim Ananias, & Saphira, vendentes agrum suum, ac fraudantes de pretio, partē illius ante pedes Apostolorum constituissent; solus Petrus, tanquàm summus Iudex, eorum dānauit hypocrisim, eosque morte punivit: *Dixit autem Petrus: Anania, cur tentauit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto?* &c.

Act. 8. hæresim Simonis Magi, quæ prima in Ecclesia fuit, primus detexit, ac damnauit: *Petrus autem dixit ad eum: pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri*. Eundem posteà Simonem Magum, hæresiarcham, & omnium patrem hæreticorum, Romæ diuina virtute superauit; ac planè extinxit: quod & Armenij in lib. de diuisione Prouinciarum, inter Apostolos facta ob prædicandum Christi Euangelium, sic relatum accipiunt: *Petrus, postquàm Antiochenam fundauit Ecclesiam, & Ordinationem manuū impositionis toti Syriæ, Ciliciæ, Galatiæ, alijsque Regionibus tradidit vsque ad Pontum; Romam profectus est propter Simonem Magum: Vbi eodem profligato Simone, tum Romæ, tum Italiæ vniuersæ, nec non Hispaniæ, Galliæ, alijsq; finitimis Regionibus, manuum impositionem tradidit; fundatisque vbique Ecclesijs, ac Sacerdotibus, & Ministris institu-*

tis

[illegible]

30 [illegible]

[illegible]

31 [illegible]

[illegible]

32 [illegible]

[illegible]

[illegible] Լգ 33

[illegible] Լդ 34

[illegible] Լե 35

[illegible]

tis, permansit ibi Caput, & Præsul.

Act. 9. *Factum est, vt Petrus, dum pertransiret vniuersos, deueniret ad sanctos, qui habitabant Lyddæ.* vbi Chrysostomus: *Quemadmodùm,* inquit, *Dux in exercitu obambulans, considerabat, quæ pars sit coadunata, quæ ornata, quæ suo aduentu egeat: vide, vbique illum circumcursare, & primum inueniri.* Ibidem, primus Apostolus, qui mortuum suscitauerit, Petrus fuit: *Petrus, conuersus ad corpus, dixit: Tabitha surge. &c.*

Act. 10. primus omnium incipit prædicare Gentilibus, eosque ad fidem conuertere: *Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum: & obstupuerunt ex Circumcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in Nationes gratia Spiritus sancti effusa est:* quod & ipse Petrus testatur, dicens Act. 15. *Viri fratres, vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere.* Primus ergo pater, non solùm Iudæorum, sed etiam Gentiliũ Petrus fuit. Nam Eunuchus ille Æthyops, à Philippo anteà conuersus Act. 8., natione tantùm, non religione, gentilis erat: *venerat enim adorare in Ierusalem, & super currum Isaiam prophetam legebat.* Sic etiam, cùm Act. 9. dicitur, quòd Paulus in Ierusalem *loquebatur Gentilibus, & disputabat cum Græcis;* Græci vocantur, non Gentiles, sed Iudæi in Græcia nati: cum Gentilibus autem loquebatur tunc Paulus, fortasse, non

non vt eos ad fidem conuerteret, sed vt fidem ab eorum calumnijs defenderet. vndè neminem istorum memorat Lucas ad fidem tunc esse conuersum.

Act. 12. pro Petro, Hierosolymis in carcerem truso, *oratio fiebat sine intermissione ab Ecclesia:* id quod factum ab illa non legimus, nec anteà pro Stephano, & Iacobo, in vitæ periculo constitutis, & deindè etiã interfectis; nec posteà pro Paulo, ibidem vincto, cæso, & ad mortem à Iudæis quæsito. quarè hoc? nisi quia plùs corporis interest conseruatio capitis, quàm alterius mẽbri: quod innuere videtur Chrysostomus in hunc locum, dum inquit: *Magni amoris indicium oratio: patrem omnes quærebant.*

Denique Act. 15. Petrus in Concilio de circũcisione, & lege Moysi seruanda, primus loquitur, & suã profert sententiam; quam Iacobus, alijque omnes sequuntur: *Conuenerunt Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos,* &c.

Et hæc hactenùs de sacris Scripturis: ex quibus disertissimè demõstratum est, Petrum primò à Christo Domino Præsidem totius Ecclesiæ constitutum fuisse; secundò ab Apostolis, ac discipulis, vt eiusdem Ecclesiæ Præsidem, descriptum, & acceptum; tertiò, vt Præsidem, eandem Ecclesiam gubernasse. Nunc ad Patrum testimonia, hoc idem confirmantia, animũ transferamus.

PRO-

ԼԶ 36 [illegible]

ԼԷ 37 [illegible]

ԼԸ 38 [illegible]

[illegible]

[illegible] ա
1 [illegible]

[illegible]

Բ
2 [illegible]

[illegible]

Գ
3 [illegible]

Պարագ. Դ.

[illegible]

PROBATVR SECVNDO

Ex Patribus Græcis, & Latinis, quos suscipit Armena Ecclesia.

§. IV.

CLemens Romanus in epist. 1. ad Iacobum inquit: *Simon Petrus veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu, fundamentum Ecclesiæ esse, definitus est: qua de causa etiam Domini ore cognominatus est Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus, cui & primò Deus Pater filium reuelauit.* Et infrà: *qui obscuriorem Mundi plagam Occidentis, velut omnium potentior, illuminare preceptus est; quique & integrè potuit implere præceptum.*

Dionysius Areopagita, de Diu. Nom. cap. 3. *Aderat Petrus, supremũ decus, & antiquissimum Theologorum columen.*

Theophilus Antiochenus, lib. 2. Allegor. in Euang. Marci: *Socrus Petri Synagoga est, filiaque eius Ecclesia, quam Petrus regendam accepit.*

Tertullianus, de Pudicitia c. 21. *Super te, inquit, ædificabo Ecclesiam meam: &, tibi dabo claues, non Ecclesiæ: & quæcunque solueris, vel alligaueris; non quæ soluerint, vel alligauerint. Sic enim & exitus docet: in ipso Ecclesia extructa est, id est, per ipsum.*

Origenes homil. 17. in Lucam: *Ergo scandalizati sunt vniuersi, in tãtum, vt Petrus quoque Apostolorum prin-*

princeps tertiò denegarit.

Դ 4 Cyprianus, in epist. 40. *Deus Vnus est, & Christus Vnus, & Vna Ecclesia, & Cathedra Vna, super Petrum Domini Voce fundata. aliud Altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter Vnum Altare, & Vnum Sacerdotium, non potest.* Item in libro de vnitate Ecclesiæ Catholicæ: *Primatus Petro datur, Vt Vna Christi Ecclesia, & Cathedra Vna monstretur.*

Ե 5 Petrus Alexandrinus, Serm. de Poenitentia: *Petrus quoque, Apostolorum Princeps, in mentem reuocetur; qui iam in custodiam erat reiectus.*

Eusebius Cæsariensis, hist. Ecclesiast. lib. 2. cap. 13. *Benigna Dei prouidentia fortem, ac præpotentem, & reliquorum Apostolorum omnium propter Virtutis amplitudinem facilè principem, Petrum Romam Versùs, ad eiusmodi pestiferam Vitæ humanæ corruptelam delendam* (hoc est, Simonem Magum) *quasi manu deduxit.* Item in Chronico anni 44. à Christo nato: *Petrus Apostolus natione Galilæus, & Christianorum Pontifex primus.*

Զ 6 Iulius Papa primus in epist. 1. ad Episcopos Orientales: *Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio potestatis: & cùm omnium par esset electio, Vni tamen datum est, Vt cæteris præemineret.*

Basilius Magnus, Serm. de Iudicio Dei: *Ille beatus appellatus, qui cæteris prælatus discipulis fuit, cui claues Regni cælestis commissæ sunt.* Item Orat. 3. de peccato: *Administer talis,*

ac

[illegible] :]

[illegible] :]

[illegible] :]

[illegible] :]

[illegible] :]

[illegible]

Է 7 [illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

Ը 8 [illegible]]

[illegible]]

Թ 9 [illegible]]

[illegible]

ac tantæ sententiæ est Beatus Petrus, qui omnibus alijs discipulis antepositus fuit.

Ambrosius in caput vlt. Lucæ: *Christus Petrum interrogabat: amas me? non ut disceret, sed ut doceret, quem eleuandus in Cælum sui amoris nobis velut Vicariũ relinquebat.* Item in cap. 2. ad Galat. *Soli Petro gratia primatus inter Apostolos est concessa.* Item in cap. 12. posterioris ad Cor. *Prior secutus est Andreas Saluatorem, quàm Petrus: & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus.*

Cyrillus Hierosolymitanus, Catechesi 2. *Nemo desperet de sua salute: Petrus, Princeps Apostolorum excellentissimus, coràm ancilla ter negauit Dominũ: sed ad se rediens, fleuit amarè.* Item Catechesi 11. *Petrus, Princeps Apostolorum, & supremus Ecclesiæ præco.*

Ephræm Syrus, in Panoplia, siue Armatura Spirituali: *Princeps Apostolici ordinis Petrus, cùm filium Dei viui Christum Iesum confessus esset, claues Regni cælestis accepit, potestatemque cælestium, & terrestrium omnium obtinuit.* Item Serm. de Transfiguratione Domini: *Sicut Moyses societatis illius, & cõiunctionis Hebræorum iussu Dei princeps fuit; ita Petrus Ecclesiæ Christianorum: atque, vt ille veteris, ita hic noui Testamenti princeps.*

Damasus Papa in epist. 4. *Princeps Apostolorum Petrus, solus, & præ omnibus creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claues Regni cælorum, ad aperiendum fideli-*

fidelibus, & beneuolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus, & maleuolis.

Nazianzenus, Orat. 26., quæ est de moderatione in disputationibus seruanda: *Vides, quemadmodũ ex Christi discipulis, magnis vtique omnibus, & excelsis, atque electione dignis, hic petra vocetur; atque Ecclesiæ fundamẽta fidei suæ credita habeat; ac reliqui discipuli eum sibi præferri trãquillo animo ferant.*

Epiphanius hæresi 51. *Deus Petrum elegit, vt dux esset discipulorum.* Item in Ancorato: *Hic est, qui audiuit, Pasce agnos meos; cui creditum est Ouile.*

Chrysostomus, Orat. 5. in Iudæos: *Petrus fleuit amarè; ideò abluit illam abnegationem, vt etiam primus Apostolorum fuerit factus, ac terrarũ Orbem totum subiecerit.* Item homil. in Petrum Apostolum: *Petro Orbis terrarum Ecclesiæ, & populorum multitudines eius fidei committendæ erant.* Et infrà: *Permissus est peccare is, cui Ecclesia credenda erat.* Item homil. 87. in Ioann. *Petrus os erat Apostolorum, & princeps, & vertex ipsius Cætus.* Et infrà: *Cùm magna Christus Petro communicasset, Orbis terrarum curam demandasset,* &c. Item homil. 80. ad populum Antiochenũ: *Post illum grauem casum, rursùs Petrum ad priorem reduxit honorem pœnitentia, & ei per totum terrarum Orbem Ecclesiæ præsidentiam tradidit.* Item homil. 11. in Matth. *Petrum Ecclesiæ futuræ pastorem constituit.* Et infrà: *Deus concedere solus potest, vt futura Ecclesia*

Ժ 10 զալեալրաս . մինչև զնա . ոչ զնա ուսանելոյ . այլ զնա առաւ առաւ յանձնելոյ . Թէ ո՞վ էր ասն , զոր հոգին ի ձեռն համբարձմանն իւրոյ յերկինս Թողոյր մեզ հերև զեր էափոխման մերոյն եւ յետ այն :] Եւ դրձլ հոգի եկեղեցւոյ գլխոյն առ գիրոց ասէ . Տե՛ս մէջ առաքելոցն միայն պետրոսի առաւել շնորհեր առաջնորդութե :] Եւ դրձլ նոյն . Ժբ . որ գլխոյն եկեղեցւոյ Թղթոյն առ կորնթացիս ասէ . առաջնորդեալ առաջնորդին զնոյն զենել փրկչին , բայց զալեալրա . այլ առաւելայն զառաջնորդութիւնն ոչ անարգեաս , այլ պետրոս էառ :]

Ժա 11 Սբն կիւրեղ Երմացն ՚ի յերկրորդ կատեկեսին ասէ . Ոչ որ կայ յուսահատ փրկութե իւրոյ . զի և պետրոս գերագոյն իշխան առաքելոյն առաջի միոյ աղախնոյ երիցս ուրացաւ . ըզ ա՞նէրն : խոկ եկեալ ՚ի միտս իւր եղաց դառնապէս :] Եւ ՚ի . Ժա . կատեկեսին դձլ ասէ . Պետրոս իշխան առաքելոյն , և վերին քարոզօղն եկեղեցւոյ :]

Սբն եփրեմ ասորի ՚ի պանծալիկայ ասէ . Իշխանն առաքելականն դասուն պետրոս՝ հերև խոստովանեաց զքն քն

Ժբ 12 որդի այ կենդանւոյ , էառ զփակսն արքայութե երկնից և զիշխանութի հիլերայ . ամ երկրայինն և երկնայինն իրայ :] Եւ դձլ ՚ի ճառն յղգս այլակերպութե տն ասէ . Որպէս մովսէս ածային հրամանաւ եղև իշխան ժողովրդեն հրէից . նոյնպէս և պետրոս իշխան եղև եկեղեցւոյ քրիստոնէից : և որպէս նա հնոց կտակարանացն . նոյնպէս և սա նորոց կտակարանաց իշխան :]

Սբն դամասոս պապն ՚ի չորրորդ Թուղթն ասէ . Պետրոս միայն ՚ի մէջ ամենայն իշխան առաքելոյն համառաստեցաւ . և արժանի եղև անուանել ՚ի Թղթեն

sia Թղթայ

ԺԳ 13 [illegible]

[illegible]

ԺԴ 14 [illegible]

[illegible]

ԺԵ 15 [illegible]

sia, tot, tantisq; fluctibus, impetu irrumpentibus, immobilis maneat; cuius Pastor, & Caput homo piscator, atq; ignobilis. Et rursùs infrà: *Hieremias Vni genti Pater, hunc autem Vniuerso terrarum Orbi Christus præposuit.*

Hieronymus in Psalm. 13. *Nullus de discipulis, neque Petrus, qui Caput est Ecclesiæ,* &c. Item lib. 1 aduersùs Iouinianum, cap. 14. *Inter duodecim Vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.*

Augustinus in lib. quæstionũ veteris, & noui Testamenti, quęst. 75. *Petrum Christus constituit caput Apostolorum, vt pastor esset gregis Dominici.* Et infrà. *Rogans Christus pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur: semper enim in Præposito populus aut corripitur, aut laudatur.* Item tract. 56. in Ioan. *Quis nescit, primum omnium Apostolorum esse beatissimum Petrum.* Et rursùs tract. 124. *Beatus Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum, Ecclesiæ gerebat figurata generalitate personam.*

Nilus in epist. ad Eusebium. *Hoc cerni potest in Petro, primo lapide Ecclesiæ, qui positus est post pœnitentiam vertex, caput, & fastigium chori Apostolorum.*

Ioannes Cassianus lib. 3. de Incarn. Domini, cap. 12. *Petrus, Romanæ Ecclesiæ gubernaculum regens, sicut fidei habuit, ita & Sacerdotij principatum. Dic nobis ergo, dic nobis Princeps Apostolorum Petre; dic, quemadmodum Ecclesiæ credere Deum debeant.*

Cyrillus Alex. lib 10. in Ioann.

cap. 41. *Beatus Petrus, discipulorum omnium princeps*, &c. Et libro 12. cap. 64. *Petrus, vt Princeps, caputque cæterorum, primus exclamauit: Tu es Christus filius Dei viui.* Item in Thesauro: *Sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ gentium, dux ex Israël egrediens, super omnem principatum, & potestatem, super omne quodcunque est, vt ei cuncta curuentur: sic & Petro, & eius Successoribus plenissimè commisit; & nulli alij, quàm Petro Christus, quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit.*

Deniq; Gregorius Magnus lib. 4. epist. 32. ad Mauritium Augustum: *Cunctis Euangelium scientibus liquet, quòd beatissimo, & omnium Apostolorum Principi Petro Dominica voce totius Ecclesiæ cura commissa est.* Et infra: *Ecce claues Regni cælestis accepit; potestas ei ligandi, atque soluendi tribuitur: cura ei totius Ecclesiæ, & principatus tribuitur.* Et hæc satis de Petri primatu. Superest, vt deinceps, Romanum Pontificem in totius Ecclesiæ regimine Petro successisse, ostendamus.

Ժզ 16 [illegible]

Ժէ 17 [illegible]

Ժը 18 [illegible]

[illegible]

Ութ

Սբն կիւրեղ աղեքսանդրացին 'ի .Ժ. եւ ." գիրս իւր յՅոհ , 'ի .Խա ." գլխոյն ասէ . Երանելին պետրոս , իբր աշակերտացն առ իշխանն . և այլն :] Եւ դարձեալ 'ի .Ժբ . րդ" գիրս , և .Կը .րդ" գլուխն ասէ . Պետրոս , որոյ իշխան և գլուխ այլոցն առաք_ հեալոյն աղաղակեաց . դու ես քս որդին այ կենդանւոյ :] Եւ դարձեալ 'ի գիրս գանձուց ասէ . Որպէս քս եառ 'ի հօրէ զգահ_ազան եկեղեցւոյ ազգաց , նոյնպէս յետ իւր իշխան իւր ամ պետրոսի , և զօրութն , և իւր ամենայնի որ 'ինչ իւր . զի նմա ամենեքեան են հնազանդեսցեն : Նոյնպէս և պետրոսի և հետևողաց նորա լինելոյ յանձնեաց քս զխ[illegible] . և ոչ այլում ումեք [illegible] . եթէ ոչ միայն պետրոսի :]

Սբն գրիգոր հռովմայ հայրապետն 'ի թուղթն առ մօրիկ կայսրն ասէ . ամենայն ոք . որ ընթերցան զաւետարանն , գիտէ . եթէ երանելոյն պետրոսի ամ առաքելոց իշխանին յանձնեալ եղև 'ի քէ հոգ ընդհանուր եկեղեցւոյ] Եւ զկնի դարձեալ ասէ . [illegible] ատին զփականս արքայութեան երկնից եառ . իշխանութին կապելոյ նմա պարգևի . հոգ և պետութին ընդհանրական եկեղեցւոյ նմա առաքել լինի :] Եւ մանաւանդ զկայ են այլ ոչ է հարկն ամ : ամենայն պատմել այսուհետև ցուցանել . թէ հայրապետն հռովմայ ժառանգեաց զնորա զգերագոյն իշխանութին պետրոսի :

ԵԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ

ա̄ I

Հռովմայ ժառանգեաց զիշխանու_
թիւնն սրբոյն պետրոսի 'ի կա_
ռավարել զընդհանուր
եկեղեցին .

Նախ ցուցանի պատճառօք :

Պրակք .Ե .

ԱՌաջին պատճառն առնանի 'ի հնոյն աւանդութէ և սովո_ րութէ ոչ թէ միայն ընդհանուր եկե ղեցւոյ . որպէս ցուցանելոց եմք 'ի յե_ տակայ պրակին . այլ և ս ինքեան իսկ եկեղեցւոյն հայոց : քանզի այդ եկեղեցի 'ի սկզբանէ սովոր էր ճանաչել զհայր ապետն հռովմայ՝ գլուխ և հրամանա տու ամ եկեղեցեաց աշխարհի . և այսպէս ա_ ւանդեն գիրքն հայոց . և այսպէս հաստա տեցին ժողովքն նց . որպէս ցուցաք յեր կրորդ պրակին : մանաւանդ զի ոչ կա րէր օտար ազգ հայոց սաորադրել զինքն հայրապետին հռովմայ . եթէ

Բ̄ 2

ոչ

QVOD ROM. PONTIFEX Petro successerit in Præfectura totius Ecclesiæ,

OSTENDITVR PRIMO

Rationibus.

§. V.

PRima ratio, quæ Aduersarios ad hanc assertionem cogere possit, deducitur ex traditione, atq; etiam ex praxi, non solùm Vniuersalis Ecclesiæ, vt ostendemus §. 6. verùm etiam Ecclesiæ ipsius Armenæ in particulari. Hæc enim, vt visum est §. 2. ita diù credidit, professa, & experta est à principio, atque in suis etiam Nationalibus Concilijs definiuit. Cùm cæteroquin credibile non sit, exteram Nationem fuisse vnquàm Romano se Pontifici subiecturam, si plenè compertum non

 ha-

habuisset, hunc solum Pontificem, vt Petri successorem, Ecclesiæ vniuersæ Principem esse.

Secundò probatur: Præcipua ratio, propter quam Armeniorum Pseudomagistri, asserunt, non esse Papam totius Ecclesiæ Præsidem, est, quia nec talem fuisse autumant ipsum Petrū, cuius est ille successor: sed hæc ratio, vt suprà ex sacris Scripturis, & sanctis Patribus demonstratum est, penitùs corruit, & ab Armena ipsa Ecclesia improbatur: ergo &c.

Tertiò probatur: Oportuit Petro vnum aliquem succedere in Ecclesiastico totius Orbis regimine: primò, quia Ecclesia non minùs eget nunc vno Pontifice, quàm tempore Apostolorum: ergo moriente Petro interire non debuit talis Pōtificatus, qui vtiq; in Ecclesiæ vtilitatem, non in Petri commodū, institutus fuerat. Secundò, quia Ecclesia Christiana vnà & eadem semper fuit, & erit vsque in finem seculi: quarè in Symbolo canimus cum Armenijs: *Credimus in Vnam, sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam*: ergo, si vni, eidemque Ecclesiæ vnus erat rector tempore Apostolorum, hoc etiam tempore esse debet; nec ratio est, cur mutari nunc debeat eius forma regiminis, cùm à Christo maximè instituta fuerit. Tertiò, quia cùm Dominus dixit Petro, *Pasce oues meas*, non solùm ouium tunc præsentiū illi curam commisit, sed etiam futurarum: non enim minùs nobis, quā antiquis prospicere debuit: sed Petrus

ոչ լինելոյ և յաջորդաբար ճանաչեալ
Գ էր, զի այս հայրապետս, որպէս աթոռ
3 ժառանգաւորդ պետրոսի, էր հովիւ և
գլուխ ամ եկեղեցեաց։

Երկրորդ՝ ցուցանի ։ քանզի սահս այնր պատճառի ուսուցիչն հայկականս ասեն, թէ հայրապետն հռոմայ ոչ է գլուխ եկեղեցւոյ. զի զնա կարծեցին, թէ ոչ և պետրոս, որոյ աթոռոյ է յաջորդն, էր գլուխ առաքելոց ։ իսկ այսպիսի կարծիք է սուտ. որպէս ի վերոյ ցուցաք՝ ի սուրբ գրոց, և ի սրբոց հարցն, և ի սրբոյն հայոց ։ այսպէս ուրեմն. և այլ ։

Երրորդ՝ ցուցանի. քանզի հարկ
Դ է, եթէ մի ոմն հայրապետ՝ հետևող
4 լիցի պետրոսի ի կառավարութիւն ամենայն ընդհանրական եկեղեցւոյ. նախ՝ զի այս եկեղեցին ոչ առաւել կարօտանայր միում հայրապետի ի ժամս առաքելոց, քան թէ ի հետևեալ ժամանակս. արդ ուրեմն յետ մահուն պետրոսի ոչ պարտ էր կորնչել այնպիսին հայրապետութիւն, որ հաստատեալ էր ի քէ վա օգտութեան եկեղեցւոյ, ոչ վա պիտոյից պետրոսի ։ Երկրորդ՝ զի քրիստոնէական եկեղեցին միշտ և հանապազ մի և նոյն եղև և լինի մինչև ի կատարած աշխարհի. վա
Ե որոյ երգեմք ի դաւանութեան. Հա-
5 ւատամք ի մի սբ կաթողիկէ և առաքելական եկեղեցի ։ այսպէս ուրեմն եթէ այս մի եկեղեցին զմի գերագոյն հովիւ ունէր ի ժամս առաքելոց. պարտ է և այժմ զմի գերագոյն հովիւ ունել ի սմա ցեալ ժամս և ոչ փոփոխել կերպին կառավարմանն նորա, որ մանաւանդ ի քէ հաստատեցաւ ։ Երրորդ՝ զի յորժամ քն ասաց պետրոսի. արածեա զոչխարս իմ. յանձնեաց նմա ոչ միայն զոչխարս նորին ժամանակին, այլ և զապագայից ժամանակաց. զի ոչ պակաս

տէր առաքել խնամել պետրոսից առա-
Զ 6 ջին ոչխարաց, քանզի Թէ յետնոց: արդ՝
պետրոս ոչ կարէր միշտ արածել զոչ-
խարս քն մանաւանդ զապագայսն . զի
ոչ միշտ կենալոց էր յաշխարհին: ա-
պա ուրեմն ասելովն ցնա տէրն, արա-
ծեա զոչխարս իմ, զնոյն եւս ասաց
ամ յաջորդացն նորա : Եւս առաքել
զի յայնչափ ժամանակ պարտ էր մնալ
զհովուապետութիւն, յորչափ ժամա-
նակ մնայր հօտն . եւ հօտն մնալոց է՛
մինչ եւ ՚ի վերջն աշխարհի . ապա ու-
րեմն եւ նոյնպէս մնալոց է՛ հովուապետու-
թիւն ՚ի յաջորդս պետրոսի: Եւ չորրո
Է 7 րդ՝ զի ՚ի հին օրէնսն մի քահանայա-
պետ հետեւէր զկնի միւսոյն . որպէս
եղէազար զկնի ահարոնին . եւ փենեհէս
զկնի եղէազարու, եւ նմանապէս զայլոցն:
ապա ուրեմն նոյնպէս պարտ է՛ լինել ՚ի
նոր օրէնս . զի քահանայապետութիւն
հին օրինացն էր նշան եւ օրինակ քհնյա-
պետութեան նոր օրինացս :

Իսկ՝ արդ՝ այս մի հայրապետն, որ
պարտն հետեւել զկնի պետրոսի, եւ
հովուել զեկեղեցին քն, ոչ կարէ լինել այլ
ոք, եթէ ոչ հայրապետն հռոմայ:
քանզի յայնժամ մի հայրապետ իրա-
Ը 8 ւաբար մտանէ ՚ի տեղի միւսոյն, եւ ժա-
ռանգէ զիշխանութիւն նորա . յորժամ
միւսն մեռանի, կամ հրաժարի յիշխա-
նութենէ իւրմէ: Իսկ պետրոս յորչափ
ժամանակ կենդանի մնաց, ոչ երբեք
հրաժարեցաւ յիշխանութենէն, զոր ա-
ռեալ էր ՚ի քէ, հովուապետելոյ զընդ-
հանուր եկեղեցին . այլ ունէր զնա մինչ
եւ ՚ի մահ: Բայց մեռաւ յորժամ նստէր
եպիսկոպոս ՚ի մեծն հռոմ: ապա ու-
րեմն եպիսկոպոսն հռոմայ եղեւ ժառանգ
իշխանութեան նորին:

Առ այս ընդդիմանայ վարդանն,

եւ

trus non poterat ſemper Chriſti oues paſcere, præſertim futuras, quia non ſemper victurus erat in Mundo: ergo, cùm dixit illi Dominus, *Paſce oues meas*, omnes etiam eius Succeſſores in illo eſt alloquutus. Tum quia tamdiù durare debet paſtoris officium, quamdiù durat ouile; ſed hoc durabit vſq; ad Mundi conſummationem; ergo neceſſariò in Succeſſoribus Petri. Quartò denique, quia in veteri lege ſummi Pontifices alter alteri ſuccedebant, vt Eleazarus Aaroni, Phinees Eleazaro, & ſic de reliquis: ergo ſimiliter in noua; ſiquidem Sacerdotium veteris legis figura fuit Sacerdotij legis nouæ. (Num. 20. Iudic. 20.)

At verò is vnus, qui Petro ſuccedere debuit in vniuerſali eo regimine, alius eſſe non poteſt, niſi Pontifex Romanus. nam tunc vnus alteri ſuccedit in aliquo munere, cùm hic vel moritur, vel eo munere abdicatur: Petrus verò, quamdiù vixit, nunquàm abdicatus eſt ſuprema poteſtate illa, quam à Chriſto acceperat, vniuerſam regendi Eccleſiã; ſed eam tenuit vſque ad mortem: mortuus autem eſt, dum Romæ, & non in alia Vrbe, ſedebat Epiſcopus, vt ipſi referunt Aduerſarij: ergo non alius illi in rectione totius Eccleſiæ ſuccedere debuit, niſi Romanus Epiſcopus.

Inſtat Vartanus his verbis: *Si Latini Romanæ Sedi primatum tribuunt, eo quòd ipſi Petrum Romæ occiderint; etiam Ieroſolymis Petri Dominum crucifixere Iudæi; cur ergo Ieroſolymitana potiùs Sedes ſuper omnes Eccleſias non*

obti-

obtineat principatum? Quaſi dicat: Si cedenti locum per mortem, legitimè ſucceditur; & Christus, *animarum noſtrarum Epiſcopus*, non Romę, sed Ieroſolymis mortuus eſt: ergo non Romana, ſed potiùs Ieroſolymitana Sedes primatum habebit.

1. Petri 2.

Reſpondetur primò ad hominẽ: quippe nec ipſe Vartanus, nec eius aſſeclæ, nec Armena Eccleſia, vllo vnquam ſubiectionis indicio Ieroſolymitanum Epiſcopum, vt caput totius Eccleſiæ, cognouerunt: cùm è contrario, quotieſcunque Armenij ad totius Eccleſiæ caput recurrere voluerunt, ſemper recurſus is fuit ad Romanum Pontificem.

Reſpondetur ſecundò: Si Ieroſolymitanus Epiſcopus fuiſſet Chriſti ſucceſſor, aut eius Vicarius, certè primus etiam Epiſcoporum ipſe fuiſſet; at Nicænum Concilium can. 7. nec primum, nec ſecundum, nec tertium illi locũ inter Patriarchas concedit, ſed vltimum, quem ſemper à principio habuit; & hunc, quantùm ad honorariam quandam ſeſſionem; nam quantùm ad veram iuriſdictionem nullus ei datus eſt locus; ſed Archiepiſcopo Cæſarienſi, totius Paleſtinę Metropolitano, ſubiectus fuit. Decernitur enim in eo Canone, vt Epiſcopus Ieroſolymæ honorem habeat poſt Romanum, Alexandrinum, & Antiochenũ; ſed tamẽ nihil propterea detrahatur de auctoritate Metropolitani, qui erat Cæſarienſis Epiſcopus.

Reſpondetur tertiò, Chriſtum non fuiſſe Epiſcopum vllius particu-

laris

Թ 9 և ասէ . [Ընդէ՞ր եղև հովիւ առաջին:
զի եթէ զպետութիւն գտանիցէ սպասնին ՚ի
հովիմ . զպետութիւն ածն յետ իմ խաչե_
ցին հրեայքն . եթէ ընդէր ոչ է հռոմա
նստաւ ամ եղեր :] Իբր թէ ասէր . զի
եթէ ՚ի ձեռն մահու լինի ժառանգու_
թի . և քն հոգւոց մերոց եպիսկոպոսն մե_
ռաւ ոչ ՚ի հռոմ, այլ յԷմ . ապա ոչ
աթոռն հռոմայ , այլ աթոռն Էմայ
ունի զառաջնորդութի :

Նախ պատասխանի . զի եթէ եպիսկոպոսն
Էմայ զոյր առաջնորդ . զի էր հայք, և
այլ ազգք քրիստոնէից ոչ երբէք ճանա_
Ժ 10 չեցին զնա իբրև զառաջնորդ : այլ յոր
ժամ կամեցան ապաստան լինել և ա_
ղաղակել առ գլուխն եկեղեցոյ . միշտ
եկին առ աթոռն հռոմայ :

Երկրորդ պատասխանի . զի եթէ եպիսկոպոսն
Էմայ զոյր աջորդ քի, կամ երեսփոխանն
նորա . զոյր և առաջ էր առաջին ՚ի մէջ
պատրիարգաց : բայց նիկիոյ ժո_
ղովն ոչ ետ նմա զառաջին տեղի . և ոչ
զերկրորդ , և ոչ ևս զերրորդ . այլ ըզ
յետինն , զոր և ՚ի սկզբանէ ունէր : և
զայս յետին տեղի ետ նմա ըստ պատ
ուոյ նիստ միայն ՚ի ժողովս . այլ ոչ ևս
ԺԱ 11 ըստ իշխանութեան . զի եպիսկոպոսն Էմայ
ենթայր յառաջ ՚ի ներքոյ իշխանութե
արքեպիսկոպոսին կեսարիոյ պաղեստինեան ,
որ էր մետրոպոլիտ ամ պաղեստինայ:

Երրորդ պատասխանի . թէ քն ոչ եղև եպ
իսկոպոս քաղաքի ուրուք , և ոչ Էմայ.
այլ էր և է այժմ յերկինս հոգևոր և
հայրապետ ընդհանուր եկեղեցոյ երկ
րաւոր և երկնաւորաց : վասն որոյ ոչ ոք է
աջորդ կամ աթոռակալ նորա . զի
ինքն միշտ կենդանի է յերկինս : Եւ
քանզի աներևոյթ է մեզ . սակս այսո_
րիկ կամեցաւ ՚ի ժամանակին համբար_
ձման իւրոյ կացուցանել յերկիր զմի

երև

Ժբ 12 [illegible]

Ժգ 13 [illegible]]

[illegible]

Ժդ 14 [illegible]

[illegible]

laris Vrbis; sed fuisse, & esse Pontificem totius Ecclesiæ; nec yllum ei succedere, cùm *semper Viuat*. Cur autem post ejus ascensionem in Cælum Petrus, & non Iacobus (qui fuit Ierosolymitanus Episcopus), aut alius Apostolus, fuerit eius in terris Vicarius; ea nunc sufficit ratio: quia ita Christus & voluit, & mandauit, vt § 3. demonstratum est; maximè cùm post Resurrectionem, ad Patrē iturus, soli Petro dixerit, & non Iacobo, aut cuipiã alij: *Pasce oues meas*. Decuit autem, vt talis eius Vicarius alibi potiùs sederet, quã Ierosolymis; quia, sicut per Christi aduentũ Lex, & Sacerdotiũ mutabatur, ita cõueniens erat, vt sũmi etiã Sacerdotis mutaretur locus, & noua omnia fierent. Cęterùm, æquè piget Latinos, à suis Maioribus Petrũ, & Paulũ occisos esse; ac pudet Armenos sæuiori martyrio Bartholomeũ decorticasse, suisq; discruciasse Illuminatorē Gregoriũ. Hebr. 7.

Instat rursũ Vartanus: *Petrus primò Cæsareæ Philippi firmauit Ecclesiã, deindè Antiochiæ, postremò Romæ: cur ergo Romana Sedes primatũ habeat?*

Respondetur primò ad hominē: Si Romana Petri Sedes primatum non habeat, eo quòd fuerit postrema; certè iuxta Vartani verba vel Cęsariēsis, vel Antiochena, quę fuerint antiquiores, habere debuit: cur ergo nec ipse, nec alius quispiã vlli ex duabus his Sedibus dat primatũ?

Respondetur secundò, quòd Cæsareæ Philippi Petrus per seipsum nō firmauit Ecclesiam, sed tantummodò inchoauit, Cornelio, eiusque do-

mo

mo, & amicis ad fidem conuersis; vbi etiam vix paucis diebus mansit rogatus, vt habetur ex Actorum cap. 10. Sed esto Ecclesiam illam firmauerit, certè sedem suam Episcopalem ibi non posuit, vt omnibus liquet: ergo ex hac etiam parte Vartanus delirat. Cæterùm Antiochiæ quidem priùs sedit Petrus Episcopus: at postea, ea sede relicta Euodio, suscepit Romanum Episcopatum, quem tenuit vsque ad mortẽ annos 25. Cùm ergo reliquerit Petrus Euodio solùm sedem Antiochenam, & non etiam summum Pontificatum; quem sanè, cùm in propria persona iussu Domini accepisset, nec poterat, quãdiu viuus foret, alteri cedere; superest, vt hunc Põtificatum illi soli reliquerit, qui ipsi Petro post eius mortem successerit, hoc est, Romano Episcopo. Adde, quòd Nicenum Cõcilium can. 6. ne secundũ quidem locum Antiocheno Patriarchæ attribuit, sed solùm tertium, vt constat Armenis: & hunc tertium semper is à principio tenuit, nec vnquàm altiorem locũ quęsiuit.

Quartò probatur: Non decet, vt sint in Ecclesia Christiana plures rectores, seu capita, quorum vnusquisque independenter ab alio (vt Aduersarijs placet) suam portionem gubernet; sed vnus debet esse rector supremus, cui reliqui subsint: atqui constat ex dictis, nullum alium assignari posse, cui debeat summum hoc regimen iurè competere, præter Romanum Pontificem: ergo &c. Maior, quam ipsi negant, probatur: Pri-

Յէ տան՝ ի նմ եպիսկոպոսս ամս եւԹն: իսկ
15 յետոյ Թողեալ է՝ զաԹոռն զայն եւո-
դիոսի. եւ գնաց ՚ի մեծն Հռոմ. եւ անդ
առ յաԹոռն Հռովմայ ամս . իե.
մինչեւ ՚ի մահն իւր : Արդ՝ եԹող այն
որոշ եւ առնուլ միայն զաԹոռն ան-
տիոքայ, եւ ոչ եւս զգերագոյն զգլխա-
ւոր ՀովուապետուԹիւն իւր. զի երկու-
առեալ էր զնա յանձն իւր ՚ի Տէ, ոչ կարէր
այլում մանաւանդ տալ զնա մինչ դեռ կեն-
դանի մնայր : ապա ուրեմն ՚ի Հռոմէ-
յեա մահու եԹող զնա Հռովմայ հայ-
րապետին աԹոռակալին որում: Աւելի
Յզ այսորիկ նիկիոյ սէ ժողովն ոչ եւս ան-
16 տիոքայ Հայրապետին զառաջին տեղի
եւ ոչ եւս զերկրորդ, այլ միայն զերրո-
րդ. ըստ աղէքսանդրական Հայրապետ-
տին : Եւ զայս երրորդ տեղի ՚ի սկզբա-
նէ ունէր անդադար. եւ ոչ երբէք այլ
խնդրեաց զտեղի բարձրագոյն :

Չորրորդ՝ ցուցանի այսպէս մեզ.
բանիւ ոչ կարէն ՚ի մի քրիստոնէական
եկեղեցին գոլ բազում իշխանական գլուխք
եւ առաջնորդք . որոցն իւրաքանչիւր ան-
կախաբար յայլմէ զիւր մասն առաջնոր-
դեսցէ . այլ պարտ է գոլ ՚ի նոսա մի գե-
Յէ րագոյն Հովիւ , որում աստորադասեսցին
17 այլքն ամ: իսկ յառաջաբերելոցն յայտ եղեւ .
եԹէ ոչ գոյ այլ ոք , որում իրաւ-ի պա-
տշաճ իցէ այդպիսի գերագոյն Հովուա-
պետուԹիւն, բայց ՚ի Հռովմայ Հայրա-
պետէն : ապա ուրեմն եւ այլն : Առա-
ջագոյն նախադասուԹիւնն ձեռնարկ-
կուԹեւ ցուցանի :

Նախ՝ զի յերկնային եկեղեցին հրեշ-
տակացն մի կացուցան՝ յոյն ամ հրեշ-
տակաց իշխան յառ էր . որ յառաջ էր
լուսաբերն . եւ այժմ զկնի անկմանն
նորա է մէն միքայէլ , ըստ այնմ տես-
լեանն . Յբ . ԺԵ . Թէ միքայէլ եւ հրեշ-
տակք

անկք իւր կռուէին ընդ վիշապին . և
վիշապն պատերազմէր զօրօք իւրովք :]
ապա ուրեմն և նոյնպէս պարտ է յերկ
րային եկեղեցին , որոյ օրինակ է երկնայ
ինն , ըստ պօղոսի առաքելոյն յութե
րորդ գլխոյն առ եբրայեցիս :

Երկրորդ՝ զի 'ի հին եկեղեցին հրէից,
որ էր օրինակ եկեղեցւոյ քրիստոնէից,
ըստ այսմ . ա . կորնթ . Ժ . երդ" գլխոյն.
Թէ այս ամ օրինակաւ անցանէր ընդ
նոսա :] մի էր գերագոյն քահանայապետ
որ կառավարէր զամ ժողովուրդս : ա
պա ուրեմն նմանապէս պարտ է 'ի նոր
եկեղեցին քրիստոնէից :

Երրորդ՝ զի նախկինագոյն երևելի
կառավարութիւն քրիստոնեան եկեղե
ցւոյն պատկանէր միում առաջնորդի •
քանզի քս մինչ դեռ կայր յերկիր , որպէս
գերագոյն հովիւ , երևապէս առաջնոր
դէր նմա : ապա ուրեմն յետ համբար
ձմանն քի յերկինս նմանապէս պարտ է
լինել : ապա թէ ոչ . եկեղեցին քի փոփո
խելով զառաջնորդին կերպն կառավա
րութեան , փոփոխեալ էր և զառաջնոր
դին անուանն իւր, և ոչ գոյր այժմ այն
պէս . որպէս գոյր յառաջ :

Չորրորդ՝ զի 'ի բովանդակ եկեղեցին
մի պարտ է գոլ ճշմարիտ հաւատ, ըստ
պօղոսի առաքելոյն յեփեսացոց . դ . րդ"
գլխոյն : իսկ անհնարին է պահել 'ի նմա
մի ճշմարիտ հաւատ ; եթէ ոչ գոյ մի
գերագոյն դատաւոր , ընդ որում միա
բանեսցին այլքն ամ, և վս որոյ քս ա
ղօթեսցէ , զի մի պակասեսցին հաւա
տք նորա : քանզի ուր են յոլով դատաւ
որք հաւատոյ դիւրաւ լինի բա
ցակայութիւն 'ի բանս հաւատոց : և
երբեմն ներհակ տեղեկութեան ժողո
վք , յորս ոչ եղև առաջնորդութիւն
գլխաւոր դատաւորին, մոլորեցան . որ
պէս

ԺԸ 18

Primò, quia in cælesti Angelorum Ecclesia vnus à Deo constitutus est Angelorum omnium princeps, qui nunc, post casum Luciferi, est sanctus Michaël, iuxta illud Apoc. 12. *Factum est prelium magnum in Cælo: Michaël, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli eius.* ergo similiter contingere debuit in terrestri hominum Ecclesia, cuius exẽplar, & idea (vt Hebr. 8. inquit Paulus) est illa Cælestis.

ԺԹ 19

Secundò, quia in Ecclesia veteri Iudæorum (quæ nouæ Christianorum Ecclesiæ figura fuit, iuxta illud 1. Cor. 10. *Hæc omnia contingebant illis in figuram*) vnus erat summus Sacerdos, qui Synagogas omnes regebat: igitur ita pariter esse debet in noua.

Tertiò, quia visibile totius Ecclesiæ Christianæ regimen in prima eius institutione fuit monarchicum: Christus enim, cùm in terris degeret, eam visibiliter, vt summus Pastor, administrauit: ergo etiam, post Christi ascensionẽ in Cælum, monarchicum esse debet. alioquin Respublica Christiana, mutata eius forma regiminis, mutauisset priorem speciem; nec esset nunc eadem specie Ecclesia, quæ antè fuit.

Ի 20

Quartò, quia in tota Ecclesia vna debet esse vera fides, vt asserit Apostolus Ephes. 4. at difficilè potest hæc fides in vnitate, & veritate seruari, nisi sit vnus summus Iudex, cui omnes acquiescere teneantur, & pro quo Christus orauerit, *Vt non*

 defi-

deficiat fides eius. Nam, vbi multi sunt pares, facilis est in fidei rebus dissentio, & interdū Generalia ipsa Concilia, in quibus summi huius Iudicis auctoritas defuit, errauerunt; vt experimento Cōcilij Ephesini secundi Armenijs notum est.

Hoc Conciliū ab Armenis reijcitur; quòd in ipso Eutyches absolutus fuerit.

Quintò, quia in sacris Scripturis Ecclesia comparatur vel regno, Danielis 2. vel castrorum aciei ordinatæ, Cant. 6. vel ouili, Ioan. 10. vel humano corpori, 1. Cor. 12. vel domui, 1. Tim. 3. vel naui, seu Arcę Noë, 1. Petri 3. vel similibus. At nullum est regnum, quod non gubernetur ab vno Rege; qui quidem, si præsens sit, per se ipsum id facit; sin absens, per alium vnum, qui dicitur Prorex: alioquin *omne Regnū, in se diuisum, desolabitur*, Luc. 11. Nec Exercitus est ordinatus, vbi inter multos Tribunos, & Centuriones vnus non sit Imperator: quarè Hieronymus, *In quouis grandi*, inquit, *Exercitu Vnius signum expectatur*. Nec vllū reperitur ouile, quod regi non exigat ab vno pastore, iuxtà illud Ioan. 10. *Fiet Vnum Ouile, & Vnus Pastor*. Si prætereà in vno corpore multa sint capita, id Monstrum erit; sin autem vnum sit caput, tunc, vt inquit Paulus 1. Cor. 12. *id ipsum pro inuicem solicita erunt membra, Vt non sit schisma in corpore*. Item domus quælibet vnū requirit dominū, & vnum œconomū, iuxtà illud Lucæ 12. *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituet dominus super familiam suam?* alioquin, vt dicitur Matth. 12. *Domus, diuisa*

Hieron. in epist. ad Rusticū Monachū.

con-

ԻԱ որպէս յայտ եղև յերկրորդ ժողովումն եփե-
21 սոսի որ արձակեաց զեւտիքէս, և հաս-
տատեաց զմոլորութիւն նորա.

Հինգերորդ՝ զի եկեղեցին ՚ի սբ̃ գիրս
նմանի թագաւորութեան. որպէս ՚ի դանիէլի.
Բ. րդ" գլխն: և կամ կարգաւորեալ զօ-
րաց. հիբեար ՚ի յերգոց. Զ. երդ" գլխն:
և կամ հօտի. որպէս ՚ի յհով. Ժ. երդ"
գլխն. և կամ մարդկային մարմնոյ.
հձկէն. ա. կորնթ. ԺԲ. րդ" գլխն: և
կամ տան. որպէս. ա. տիմոթէոսի. Գ.
րդ" գլխն և կամ նաւու և տապանին
նոյի. որպէս. ա. պետրոսի. Գ.
րդ' գլխն: Եւ բ̃դ՝ ոչ որ թագաւորութի գոյա-
ԻԲ նի, որ ոչ իցէ առաջնորդեալ ՚ի միոջէ
22 թագէ. որ եթէ ներկայ լինի, ինքն ա-
ռաջնորդէ զնա. և եթէ բացակայ,
՚ի ձեռն փոխանորդի իւրոյ, որ ասի
երեսփոխան թագի զի ամ̃ թագաւո-
րութի բաժանեալ յանձն աւերի: Եւ
ոչ գոյ զօրք կարգաւորեալ. յորում ՚ի
մէջ բազում հարիւրապետաց և հա-
զարապետաց ոչ իցէ մի վերագոյն զօ-
րագլուխ. ուստի ասէ սբ̃ն Ճերոնիմոս.
թէ ՚ի զօրս զիաւրդ և իցէ մեծ՝ միոյ զօ-
րավարին նշանին սպասեն ամենեքեան.
ԻԳ Եւ ոչ գտանի հօտ ինչ, որ ոչ պահան-
23 ջիցէ առածիլ ՚ի միոջէ հովուէ, ըստ
այնմ թէ մի հօտ և մի հովիւ: Եւ դ̃լ
եթէ ՚ի միում մարմնի բազում գլու-
խք իցեն. նա՛ զարշելի ցոյց լինի: ա-
պա թէ մի գլուխ. յայնժամ ըստ պօ-
ղոսի յ. ա. կորնթ. ԺԲ. գլխն, ՚ի նոյն
զմիմեանս հոգայցեն անդամքն. զի մի
լիցին հերձուածք ՚ի մարմնի անդ:]
Եւ դ̃լ՝ իւրաքանչիւր տուն զմի տէր
խնդրէ, և զմի տնտես ըստ այնմ ղկու.
ԺԲ. րդին. ով իցէ հաւատարիմ տըն-
տես և իմաստուն. զոր կացուցէ տէր
իւր ՚ի վերայ գերդաստանի իւրոյ:]

զի

[illegible] 24

[illegible] 25

[illegible] 26

[illegible]

contra se, non stabit. hinc Ambrosius, *Domus Dei*, inquit, *est Ecclesia, cuius hodie rector est Damasus*. Et quis denique nesciat, si nauis vna à multis rectoribus gubernetur, fieri in tempestate naufragium? vndè, *In naui*, ait Hieronymus, *Vnus est gubernator.* Ergo idem procul dubio dicendum est de Christi Ecclesia, quæ his omnibus comparatur.

Ambr. comment. in cap. 3. ad Timoth.

Hieron. in ep. ad Rustic.

Sextò tandem, quia qua ratione asseritur, in vna Ciuitate vnum requiri Episcopum, qui Parochis præsit; in vna Prouincia vnum Metropolitanum, seu Archiepiscopum, cui subsint Episcopi; in vna Natione vnum Primatem, seu Patriarcham, qui Archiepiscopis præsit: nimirùm, vt ab vno Præsule superiore contineantur inferiores in vnitate, dissoluantur eorum lites, ad Synodum conuocentur, & cogantur munere fungi suo: eadem prorsùs ratione asserendum est, in vna Ecclesia vniuersa, vnum requiri summum Pontificem, cui Patriarchæ, & Præsules omnes obediant.

Respondet ad hæc omnia cum consectaneis Mekhitarius, capite 1. his verbis: *Verum, & vniuersale totius Ecclesiæ Caput est Christus, vti testatur Apostolus Ephes. 1. dicens: Ipsum,* nempe Christũ, *dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus ipsius. Audi, vt Ecclesia, Christi corpus esse dicitur, & nõ Petri. Et rursùs cap. 5. Vir caput est mulieris, sicut Christus Caput est Ecclesiæ, & ipse Saluator corporis eius: sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris*

suis in omnibus. Et iterùm ad Colos. 1. *Ipse est caput corporis Ecclesiæ: qui est principium, primogenitus ex mortuis. Vt sit in omnibus ipse primatũ tenens. Non decet ergo, Vt nos ipsos ab hoc Vno Capite Christo separemus.* Sic ille.

Sed contrà primò ad hominem: quia Christus est etiam caput Ecclesiæ Armenicæ; & tamen Mehkitarius, hoc capite non contentus, aliud ad Ecclesiam illã regendam Caput, & Patriarcham assignat, cui reliquos Armeniorũ Archiepiscopos, & Episcopos subesse, necessarium ostendit. Quod ergo ipse de Prouinciali, seu Nationali, idem ergo dico de vniuersali Ecclesia; & quo ipse mihi responso satisfaciet, eodem ego satisfecerim Mehkitario.

Contrà secundò: quia si ex eo, quod dicitur Colos. 1. *Christus est caput corporis Ecclesiæ*; sequeretur, Ecclesiæ corpus, præter Christum, Caput aliud non habere, quod Christum repræsentaret: ergo etiam ex eo, quod ibidem subditur: *Corpus Christi est Ecclesia*: sequeretur Ecclesiam præter Christi corpus, corpus aliud non habere, quod Christi corpus repræsentaret: ac præterea ex eo, quod dicitur Ephes. 1. *Ecclesia est corpus Christi*; sequeretur, Christum aliud corpus non habere præter Ecclesiã. At hæc sunt falsa: ergo & illud.

Contrà tertiò: quia Ecclesia non est corpus Christi reale, sed mysticum: hoc est, repręsẽtat mysticè corpus Christi reale, nempe omnia mẽbra Christi: nam, vt idem docet Apostolus 1. Cor. 12. *Corpus non est*

Vnum

ԻԷ 27 [illegible]

ԻԸ 28 [illegible]

ԻԹ 29 [illegible]

գի

[illegible]

vnum membrum, sed omnia mem-
Է bra: & in hoc mystico sensu dicitur
30 1. Cor. 6. *Corpora vestra membra sũt Christi*: atq; corpus Christi reale, præter alia membra, habet etiam vnum caput, quo illa reguntur: ergo Ecclesia, præter alia membra, vnum quoque caput habere debet, quod mysticè Christi caput significet.

Contrà quartò: quia Ephes. 5. Christus, & Ecclesia comparantur sponso, & sponsæ; ac dicitur: *Vir caput est mulieris, sicut Christus est caput Ecclesiæ*: sed mulier, præter ca-
Ըա put virum, habet etiam caput suum,
31 quo ipsa regitur, licèt dependenter à viro: ergo similiter Ecclesia, sponsa Christi, præter caput Christum, habere debet suum caput, quo regatur, licèt Christo subiectum. & ideò Cant. 7. inter alia huius spõsæ membra caput etiam numeratur; *Caput tuum*, inquit sponsus ad sponsam, *sicut Carmelus*. & sponsa de sponso Cant. 5. *Caput eius*, inquit, *aurum optimum*. Vbi caput Sponsæ comparatur monti Carmelo, quia sum-
Ըբ mus Pontifex, licèt mons altus sit,
32 tamen nihil aliud est, quàm terra, id est, homo: caput autem sponsi comparatur optimo auro, quia caput Christi Deus est.

Contra quintò: quia Rom. 12. inquit Apostolus: *Sicut in vno corpore multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo; singuli autem alter alterius membra, habentes donationes secundùm gratiam, quæ data est nobis, diffe-*

rentes: & mox explicans eos differentes actus singulorum membrorũ, inter alia subijcit: *Qui præest, in solicitudine*. Quibus verbis apertè indicat, esse in hoc Ecclesiastico corpore, prӕter Christum, alterum caput, quo scilicèt loco Christi cæteris præsit membris: tum quia affirmare videtur, fideles in hoc corpore esse omnia membra, ac proindè eorum aliquem esse caput: tum etiam quia proprium huius capitis actum exprimit, dicens: *Qui præest, in solicitudine*: præesse enim solius est capitis. Adde, quòd 1. Cor. 12. postquàm dixit, Ecclesiam esse vnum corpus, addit: *Non potest caput dicere pedibus, non estis mihi necessarij*: quod quidẽ non conuenit Christo: ipse enim potest dicere nobis omnibus, non estis mihi necessarij: ergo de quodam altero capite Apostolus hoc intelligit, quod Christum in Ecclesia repræsentet.

Contrà denique (& est communis Catholicorum responsio): Nã, etsi Christus est principale huius Ecclesiæ Caput, Rex, & Monarcha, qui eam spiritualiter, & inuisibiliter moderatur: quia tamen visibilis eius præsentia abest ab Ecclesia; quæ cũ corporalis sit, & visibilis, eget etiã visibiliter gubernari: ideò necessariò requiritur aliquis alius, qui sit eius caput post Christum; atq; vt Christi Vicarius, eam visibiliter regat, & in vnitate contineat. Quemadmodùm, cum Rex abest à Regno, datur vnus aliquis Prorex, qui loco Regis illud gubernet. Alioquin non

so-

ԼԳ 33

ԼԴ 34

ԼԵ 35

[illegible]

խանն՝ նոյնպէս հովուեսցէ զնա, և
պահեսցէ ՚ի միաբանութեան ։ Զոր օրի- ԼԶ 36
նակ․ յորժամ Թգր մի գնայ ՚ի տար աշ-
խարհ, յանձնէ զԹգրութիւն իւր ու-
մեմն իշխանի, որ փոխանակ Թգրին
հովուեսցէ զնա։ Նմանապէս և Քն արար
պետրոսի և աշակերտաց նորին ։ ապա
թէ ոչ․ ոչ էին պիտոյ եկեղեցւոյ՝ ոչ պա-
տրիարքք, ոչ եպսկպք, ոչ վարդապետք
և այլ հովիւք․ քանզի Քն տակաւին
է՝ հովիւ, վարդապետ, և եպիսկ հո-
գւոց մերոց ։

Դարձեալ ընդդիմաբանէ մխիթարն,
և ասէ․ Եկեղեցին ասի մարմին Քի, և ոչ
պետրոսի, կամ այլոյ մարդոյ ։ ապա ԼԷ
ուրեմն Քն միայն է՝ գլուխ նորա․] 37

Պատասխանի․ եթէ ասի այսորիկ եկեղեցին
ասի մարմին Քի, և ոչ պետրոսի, կամ
պապին․ զի միայն Քն է՝ սկզբնական
և մշտնջենաւոր գլուխ նորա։ իսկ պա-
պն է՝ գլուխ նորա փոխանակ Քի, և
առ ժամանակ մի․ զի կառավարէ զնա
որպէս երեսփոխան Քի առ ժամանակ մի ։
Զոր օրինակ․ Թգրութիւն ոչ է՝ և ոչ
ասի երեսփոխանին Թգրին, որ հովուէ
զնա․ այլ նորին Թգրին։ Եւ տուն
ոչ է՝ տնտեսին, այլ տեառն ։ Նմանա- ԼԸ
ևանդ՝ զի Քն ոչ է՝ միայն գլուխ եկեղեցւոյն․ 38
այլ է՝ և ս բովանդակ խորհրդաւոր
մարմին նորա, բաղկացեալ ՚ի բազում
հաւատացելոց, որպէս ՚ի պէսպէս ան-
դամոց․ ՚ի ձեռն որոց ինքն Քն սկզբնա-
բար առնէ յեկեղեցին զգործս ամ։ քանզի
զի առաջնորդէ զբոլոր այս մարմինն
իւր ՚ի ձեռն պապին, իբրև գլխով․
ուսուցանէ ՚ի ձեռն վարդապետաց․ մկրտէ
՚ի ձեռն պաշտօնէից․ պահէ ՚ի թշնա-
մեաց ՚ի ձեռն բարեպաշտ Թգրաց․ մու-
րանայ և խնդրէ ողորմութիւն ՚ի ձեռն
աղքատաց․ և ՚ի ձեռն ամենեցուն զամ

ինչ

solùm Papa, sed etiam alij omnes Pastores, Episcopi, & Magistri, superuacanei in Ecclesia essent; siquidem est etiam Christus, *Pastor, Magister, & Episcopus animarum nostrarum.* Ioann. 11. Matth. 23. 1. Petri, 2.

Instat Mehkitarius: *Ecclesia dicitur esse corpus Christi, & non Petri,* nec alterius hominis: ergo præter Christum nullus alius dici potest Caput ipsius.

Respõdetur; Ecclesiam ideò dici corpus Christi, & non summi Põtificis; quia Christus est eius caput principale, & perpetuum; summus autem Pontifex est Caput Ecclesiæ loco Christi, & ad tempus: illam enim, vt Christi Vicarius, per tempus aliquod administrat. sicut propter eandem rationem Regnum nõ dicitur esse Proregis, sed Regis; & domus non est Oeconomi, sed Domini. Addo aliam rationem: siquidem Christus non solùm est Caput huius Ecclesię, verùm etiam est totum eius mysticum corpus, constans, tanquam ex varijs membris, ex multis fidelibus, per quos ipse omnia in Ecclesia principaliter operatur. Regit enim totum hoc corpus suum per Papam, vt per caput; docet per Magistros; baptizat per Ministros; defendit per Catholicos Principes; eleemosynam petit per pauperes; ac denique per omnes omnia facit. talis autem non est summus Pontifex, qui solùm per se, aliosque Præsules inferiores, huic corpori præest.

QVOD

QVOD ROM. PONTIFEX Petro successerit in Præfectura totius Ecclesiæ. ա 1

OSTENDITVR SECVNDO Testimonijs Conciliorum Generalium, quæ suscipit Armena Ecclesia.

§. VI.

TRes tantummodò sunt Synodi
Generales, quas Armeni omnes, vel ipsimet suscipiunt Aduer- բ
sarij: Prima, Secunda, & Tertia; 2
videlicet Nicæna, Constantinopolitana, & Ephesina: porrò sub nomine Nicænæ Synodi comprehendunt etiam Sardicensem; quæ licèt fuerit & ipsa Synodus Generalis, vt notum est; semper tamen habita fuit, vt appendix quædam Nicænæ.
De quarta, nempè Chalcedonensi, aliisque subsequentibus Synodis nõ loquor, cùm à Pseudomagistris reijciantur. Iam verò, quòd, præter alia
Concilia Generalia, hæc, quæ ab գ
Armenis omnibus recipiuntur, prin- 3
cipatũ Romanæ Sedis confessa sint, & experta, breuiter ostendamus: quippè cùm Ecclesię Romanę potestas nõ ab hominibus, sed à Deo sit; nihil propriè circa illam Generalia Concilia statuere debuerunt.

Per Nicænam ergo Synodum primatus Romani Pontificis declaratur primò, eoquòd hæc Synodus ex mandato Siluestri Papæ coacta fuit, vt Menologium ipsum Armenum die

ինչ գործէ : Իսկ պապն ոչ նոյնպէս առնէ . այլ միայն անձամբ իւրով , և եւս միջնորդութեամբ այլոց փայրապետն հայրապետաց ընկն վերակացու մարմ նոյն այդմիկ :

ԵԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ

Հռովմայ ժառանգեաց զիշխանութիւնն սրբոյն պետրոսի ՚ի կառաւարել զընդհանուր եկեղեցին .

ՑՈՒՑԱՆԻ ԵՐԿՐՈՐԴ

՚Ի տիեզերականն սբ ժողովոյն, զորս ընդունին հայոց եկեղեցին :

Գլուխ . Զ .

Երեք են տիեզերականս սբ ժողովքն , զոր միաբանեալ հայք ընդունին . Ա. երեք առաջինքն , որք են ժողովքն նիկիոյ , և կոստանդնուպօլսի , և եփեսոսի : Բայց անուամբ նիկիոյ ժողովոյն զերկու տիեզերական սբ ժողովս իմանան . Ա. զնիկիոյն , և զդ սարդիկայն . քանզի ՚ի սարդիկայ ժողովքն մանին նոյն սուրբ հարքն նիկիոյ ժողովոյն , և եւս այլք յոլովք : ուստի և չորք լինին : Արդ՝ վկայութեամբ չորից ժողովոցս այսոցիկ մեր ցուցանիցեմք զիշխանութիւն , զոր ՚ի վերայ ընդհանուր եկեղեցւոյ էառ իսկ՚ի յԱյ և ոչ ՚ի մարդկանէ սուրբ աթոռն հռովմայ : Ցիգս այլոց հետևեալ սուրբ ժողովոցն ոչ խօսիցեմք . զի ոմանք հակառակորդք ոչ կամին ընդունել զվկայութիւն նոցա :

Նախ և առաջին՝ վկայեսցէ սբն ժողո-

ժողովքն Նիկիոյ վն՟ առաջնորդութեն
հռովմայ սէ՟ աթոռոյն. զի այս ժողո- Դ
վս գումարեցաւ հրամանաւ սեղբես- 4
տրոսի հռովմայ հայրապետին. որպ՟
յայտ է՝ ամենեցուն. և ինքն յայտնա-
ճոռքն հայոց խոստովանէ զայս ՚ի
յունվարի. Բ. ասելով այսպ՟. Պատուե-
րեալ սէ՟ն սեղբեստրոս ամ՟ քրիստո-
նէից. զի պատիկին ՚ի միաբանն տօնիցեն.
փոխեաց զանուանս աւուրց շաբա-
թոյ. և գնիկիայ ժողովն արար. և
այլն:] Երկրորդ՝ զի ՚ի նոյն ժողովն
վերակացու եղև երեսփոխանն սեղ-
բեստրոսի ոսիոս սպանիացի, եպիսկն
կորդուբայ: Երրորդ՝ զի նոյն ժողովն Ե
՚ի թուղթն զոր գրեաց առ սեղբեստ- 5
րոս, աղաչեաց զնա հաստատել զոր
ինչ սահմանեալ էր ՚ի ժողովն: Եւ չոր-
րորդ՝ զի ՚ի կանոնս իւր խոստովանի
զայս յայտնապէս:

Հորդ՝ գիտելի է. զի կանոնքն նի-
կիայ ժողովոյն ոչ ամենեքեան գրեա-
նին ՚ի գիրս ազգաց ամենց քրիստոնէ-
ից, այլ միայն սակաւք ինչ: քանզի
բազումք նոցա թարգմանեցան ՚ի գը-
րոցն արաբացւոց, և ՚ի թղթոյն զոր
գրեաց առ եպիսկոպոսն յարևելից սէ՟ն
յուլիոս պապն ՚ի ժամանակս արդ եկայ Զ
ժողովոյն. զի ՚ի թղթին այնմիկ յիշա- 6
տակէ զայնմիկոն կանոնս: Եւ պատ-
ճառ կորուստեան կանոնացն եղև. զի
արիոսականն աղանդոյն եպիսկոքն այրե-
ցին զնա, և զայլ սակաւս ինչ թաքու-
ցեալ պահեցին. որպ՟ և հին պատմիչ-
քն ճառեն. և եւս վկայեցին եպիսկոպոսն-
քն եգիպտացւոց ՚ի թուղթն առ փե-
լիքս պապն, ասելով այսպ՟. Գիտե-
մք, եթէ ՚ի մեծ սէ՟ ժողովն նիկիայ հա-
մաձայնութ՟ բ՟ ամէն կանոնեցաւ. թէ
ոչ է՝ արժան առնել զժողովս և դատաս-
տար

die 2. Ianuarij per hæc verba testatur: *Sanctus Siluester Nicænum Cōcilium fieri iussit*. Secundò, quia in ea præfuit Hosius Episcopus Cordubensis ex Hispania, vt Vicarius Apostolicæ Sedis. Tertiò, quia idē Concilium in Epist. ad Siluestrum, rogat illum, vt Nicæna statuta confirmet. *Quicquid constituimus*, inquit, *in Nicæno Concilio, precamur, vestri oris consortio confirmetur*. Quartò denique manifestè id indicant Canones ipsi Nicæni.

Quocircà sciendum est, non omnes Nicænæ Synodi Canones inueniri in libris vulgatis, sed tantùm aliquot, quorum nonnulli sunt etiā mutili: reliquos verò colligi ex Textu Arabico, atque ex epistola Iulij 1. Papæ ad Orientales, alijsque priscis Auctoribus. Ratio huius est, quia eius acta Concilij ab Arrianis Hæreticis magna ex parte incensa, & occultata fuerunt; vt præter alios Episcopi Ægyptij in epist. ad Felicē II. Papam testati sunt: *Scimus*, inquiūt, *in Nicæna magna Synodo 318. Episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum, non debere absque Romani Pontificis sententia Concilia celebrari, nec Episcopos damnari: licèt hæc, & alia quamplura necessaria ab Hæreticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, vt faciliùs nos capere possint, sint Synodica capitula incensa, nobisque sublata*. Et infrà: *Similiter & à prædictis Patribus Nicænis est definitum consonāter, vt si quisquam Episcoporum, aut Metropolitanorum Comprouinciales, vel Iudices*

Nn suspe-

suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet Sedẽ, cui ab ipso Domino potestas ligandi, & soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. &c.

At è Canonibus, in epistola Iulij repertis, duo sunt huiusmodi: Canon 1. *Non debent præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari.* qui quidem Canon apud Armenicũ Giarrentir, in vita S. Athanasij, his verbis citatus inuenitur: *Iulius summus Romæ Pontifex, ad Concilium Sardicense venit* (nempè per suos Legatos). *Non enim licebat, iuxtà Orthodoxorum decreta, præter ipsius voluntatem, Concilia celebrari.*

Canon 2. *Vt omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quoties necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent Sedem; atque ad eam, quasi ad matrem, confugiant, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, defendantur, & liberẽtur; cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia, antiqua Apostolorum, eorumque successorum, & Canonum auctoritas reseruauit: quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiusdem Sedis Papæ fieri placuit.*

Ex Arabico verò translatus, Canon 39. sic habet: *Quamuis sit Archiepiscopus inter Episcopos frater maior, qui curam habet fratrum suorum; & ei debent obedientiam, qui præest: est tamen Patriarcha ijs omnibus, qui sub potestate eius sunt, sicut ille, qui tenet Sedem Romæ, Caput, & Princeps est omnium Patriarcharum; quando-* qui-

է 7 պատրաստել զեպիսկոպոսս առանց կամաց
հայրապետին հռովմայ: բայց հերձուա-
ծողքն, որք յամ ժամ նենգաւորութեանն
զմեզ և զմանաւանդ սատակել, այրեցին, և
՚ի բաց բարձին ՚ի մէնջ զայնպիսի կա-
նոնս, և զայլ բազում սահմանադրու-
թիւս սբ ժողովոյն այնորիկ. որք զի դի-
րաւ կարիցեն զմեզ ըմբռնել: նոյնպէս
և ՚ի մէջ հարցն նիկիոյ ժողովոյն հա-
ստատեցաւ. զի եթէ ոք յեպիսկոպոսաց հա-
մարիցի հակառակս ինքեան զդատաս-
տան եպիսկոպոսնորին զաւառին. բո-
ղոքեսցէ առ սբ աթոռդ հռովմայ. որ-
րում յառաջագոյն շնորհեցաւ ՚ի քէն իշ-
ը 8 խանութի կապելոյ և արձակելոյ ՚ի վե-
րայ այլոց:] Մինչև ցայս նք:

Եւ արդ՝ երկու կանոնք նիկիոյ ժո-
ղովոյն ՚ի նոցանէ. որ գտանին ՚ի մեծի
գրեալ թուղթն սրբոյն յուլիոսի, ասեն
այսպէս: Կանոն. ա. Ոչ է արժան
առնել զժողովս առանց կամաց հայրա-
պետին հռովմայ:] Եւ այս կանոնս
գտանի ևս յիշատակեալ ՚ի ճառընտիր
հայոց ՚ի վարս սրբոյն աթանասի այս-
պիսի բանիւք: Յուլիոս եպիսկոպոսա-
պետն հռովմայ գայ ՚ի ժողովն. սր. սար-
դիկայ՝ անձամբ երեսփոխանին նորա.
թ 9 զի ոչ էր արժան առանց նորա կամա-
ցն ժողով լինել՝ ըստ սահմանի ուղղա-
փառաց:

Կանոն. բ. Սահմանեմք, զի ամ
եպիսկոպոսք, որ ծանրագոյն ամբաստա-
նին յորժամ պիտոյ իցէ, բողոքեսցեն
համարձակութբ առ առաքելական
սբ աթոռն հռովմայ. և ապաստան
լիցին նմա որպէս առ մայր. զի ՚ի նմանէ
որպէս միշտ սովորեցաւ, ողորմաբար պա-
տեսցին, պահեսցին, և ազատեսցին:
քանզի հնագոյն աւանդութիւն առա-
քելոյն և հետևողաց նոցին սովոր էր
յան

յանձնեալ նմա զա̃մ դատաստանաւն եկեղեցւ
ոյ , և զծանրագոյն վիճմունս եկեղեցա
կանս ։ վա̃ որոյ ընդդիմաղաւորանօք նո
եպիսկոպոսք այսորիկ , որ ընդ եղբարս իւ-
րեանց ոչ վարեցեն այնպէս . որպէս
հաւատոյ թուեցի նմին սբ̃ աթոռոյն ։]

Իսկ՛ . լԹ . երդ" կանոնն նորին ժո-
ղովոյն , որ Թարգմանեցաւ ՚ի գրոցն
արաբացւոց , ասէ այսպ̃ . Թէպէտ
արհեպիսկոպոսն ՚ի մէջ եպիսկոպաց առա-
ջագոյն եղբայր իցէ . որ զհոգս ունի
եղբարցն իւրեանց . որք և պարտին
հնազանդ լինել նմա ։ սակայն պատրի
արք՝ վերակացու է՛ այնց ամենեցուն , ԺԱ
որք և ընդ իշխանութե̃ նորա մնան ։ 11
որպ̃ և այն , որ նստի ՚ի վերայ աթոռոյն
հռովմայ , է՛ գլուխ և իշխան ա̃մ պատր
իարքաց . վա̃ զի նա է՛ առաջնորդ իբ
րև զպետրոս . որում տուաւ իշխանու-
թի̃ ի վերայ ա̃մ քրիստոնէի̃ց իշխանաց
և ժողովրդոց , և ՚ի վերայ ընդհա-
նուր եկեղեցւոյ քի̃ ։ Եւ որ ոք ընդ դէմ
սորա ասիցէ , նզովի ՚ի սիւնհոդոսէս ։]

Այլ և ս վեցերորդ կանոնն նիկիայ
ժողովոյն . որոյ սկիզբն ասէ այսպ̃ ։
Եկեղեցին հռովմայ միշտ կալաւ զառա-
ջնորդութի̃ն ։] Եւ Թէպէտ այսպիսի ԺԲ
սկիզբն ոչ գտանի ՚ի գիրս այլոց ազ- 12
գաց . սակայն գտանի ՚ի գիրս արաբա-
ցւոց և զայն Թարգմանեաց ՚ի յունաց
քարբեառս դիոնէսիոս աբբայ առաջ
քան զամս հազար . և ևս նոյն սկիզբն
յիշատակեալ եղև ՚ի ժողովն քաղկէ-
դոնի ՚ի . ԺԶ . երդ" ժողովմանն ։ ուստի
յետ ընԹերցմանն նորա ասացին դա-
տաւորքն ժողովոյն . Կշռեմք , ե-
Թէ ա̃ծասէր արհեպիսկոպոսին հին հռովմայ
ունի զամենայն առաջնորդութիւն
զգերագոյն պատիւն ըստ կանոնա-
ցն ։]

Եւ

quidem ipſe eſt primus, ſicut Petrus ; cui data eſt poteſtas in omnes Principes Chriſtianos , & omnes populos , & vniuerſam Eccleſiam Chriſtianam. Et quicunque contradixerit , à Synodo excommunicatur .

Extat prætereà ſextus Canon eiuſdem Nicæni Concilij , cuius initium ita continet: *Eccleſia Romana ſemper habuit primatum* . Et quamuìs ei Canoni hoc initium deſit in libris vulgatis ; tamen extare reperitur in Textu Arabico; & ita ex Græco vertit Canonem illum ante annos mille Dionyſius Abbas ; ac etiam ita citatus inuenitur in Concilio Chalcedonēſi, act. 16. quarè poſt lectum hunc Canonem Iudices reſponderunt : *Perpendimus , omnem primatū, & honorem præcipuum , ſecundùm Canones , antiquæ Romæ Deo amantiſſimo Archiepiſcopo conſeruari .*

Nec obſtant reliqua eiuſdem Canonis verba illa : *Mos antiquus perduret in Aegypto , vel Lybia , & Pentapoli , vt Alexandrinus Epiſcopus horum omnium habeat poteſtatem; quādoquidem & Epiſcopo Romano parilis mos eſt .* Nam vera horum verborū expoſitio, vt colligitur ex prędictis, alia eſſe non poteſt, niſi quam adduxit Nicolaus I. in epiſt. ad Michaēlē Imperatorem : debere ſcilicet Alexandrinum Epiſcopum tres illas Prouincias gubernare ; quia Romanus Epiſcopus ita conſueuit , hoc eſt , per Alexandrinum Epiſcopum eaſdē Prouincias regere, vel ei committere regimen illarum Prouinciarum. Aut ad ſummum, ſi, vt volunt Hæretici,

ſen-

ſenſus eorum verborum alius ſit, certè diſcrepare non poterit à ſequente: Mos ille antiquus perduret, vt Alexandrinus Epiſcopus protrahat ſuã poteſtatem extra Alexandrinã Prouinciam, gubernando ſcilicet Ægyptum, Lybiam, & Pentapolim; quia durat etiam ſimilis mos, hoc eſt, pariter antiquus, vt Romanus Epiſcopus protrahat ſuam poteſtatem, ac regimen extrà finitimas Prouincias, nempè per totum Orbem. quod eſt dicere: quia Romanus Epiſcopus retinet morem illum antiquum regendi non ſolùm Romanam, ſed etiam vniuerſalem Eccleſiam; non debet Alexandrinus amittere ius, quod antiquitùs habuit, gubernandi tres illas Prouincias.

Et, quòd non aliter ſenſerit Synodus, patet prætereà ex eo, quòd licèt ipſa can. 6. & 7. ac etiam deindè Conſtantinopolitana can. 2. terminum, ac ſtatum conſtituerint aliarum Eccleſiarum; nullum tamen certum finem aſſignare auſæ ſunt Romano Epiſcopo. ſciebant enim, huic, ante omnem Conciliorum definitionem, non ab hominibus, ſed à Deo omnium curam Eccleſiarum fuiſſe commiſſam. ſiquidem multò ante Nicænum Concilium, vt refert Epiphanius hæres. 42. Marcion in Ponto excõmunicatus ab Epiſcopo ſuo, anno Chriſti 142. Romam venit, vt à Pio I. ſummo Pontifice abſolueretur. & anno 242. Felix, & Fortunatus in Africa, à Cypriano depoſiti, accedentes Romam, ad Cornelium Papam appellarunt, vt idem

Դգ 13 Եւ թէպէտ հետագայ բանքն նորին
վեցերորդ կանոնին այսպէս ասեն : Հին
սովորութիւնն մնասցէ ՛ի յեգիպտոս ,
և ՛ի լիբեայ , և ՛ի պընտապօլիս . թէ
եպիսկոպոսն աղեքսանդրու ունիցի զիշխա_
նութիւն ի վերայ ամ̅ գաւառացս այսո_
ցիկ . զի և եպիսկոպոսն հռոմայ այսպէս
սովոր էր :] սակայն ոչ են հակառակէ
սասցելոցն ՛ի վերոյ : քանզի մեկնիչքն
այսպէս իմանան զմիտս ժողովոյն . թէ
եպիսկոպոսն աղեքսանդրու կառավարեսցէ
զերիս գաւառսն զայսոսիկ . վ̅ս զի և
եպիսկոպոսն հռոմայ այսպէս սովոր էր . յ̅ր.
Դդ 14 կառավարել զնոյն գաւառսն ՛ի ձեռն
աղեքսանդրու եպիսկոպոսին : և կամ սովոր
էր թողուլ զկառավարութիւն գաւառա
ցն այսոցիկ ՛ի ձեռն աղեքսանդրացւոյ
եպիսկոպոսին : Եւ կամ եթէ նշանակութի
բանիցն այլ իցէ . ոչ արդեօք հեռանայ
ցէ յայսմանէ , որ հետևի . յ̅ր . մնասցէ
հին սովորութիւն աղեքսանդրիայ եպիս
կոպոսին տարածելոյ զիշխանութիւն իւր
՛ի յերիս գաւառսն . վ̅ս զի և հին սո_
վորութիւնն հռոմայ եպիսկոպոսին
տարածելոյ զիշխանութիւն իւր ընդ_
ամ̅ տիեզերս՝ նոյնպէս ամբողջ մնայ :
Դե 15 Եւ թէ ոչ այլ կերպիւ իմացա_
նիկիոյ ժողովն , յայտ լինի ՛ի յայլոց
նախասացելոց բանիցն նորա . մանա_
ւանդ՝ զի թէպէտ նոյն ժողովն , և ա_
պա և կոստանդնուպօլսի ժողովն ,
կացուցին զեզերս և զսահմանս իշխա
նութեան և բազմանչիւրոց պատրիարքա
կան աթոռոյ . սակայն ոչ իշխեցին երբ
էքէ կացուցանել զսահմանս իշխանու
թեան հռոմայ սրբ աթոռոյն . զի գիտէ_
ին , եթէ սորա իշխանութիւն ի վերայ
ամ̅ տիեզերաց՝ ոչ էր ՛ի մարդկանէ ,
այլ , կամ ՛ի սահմանադրութէ ժո_
ղովոց . այլ միայն ՛ի ք̅է յիսուսէ : Քանզի յա

ռաջ

Ժզ 16 առաջ քան զժողովն նիկիոյ. որպէս պա-
տ. սէն եպիփան 'ի. ԽԷ. թղ" գլն հեր-
ձուածոց. մարկիոնն 'ի պոնտոսէ նզո-
վեալ յեպիսկոպոսէն իւրմէ 'ի յամի ծննդեան
քն. ՃԽԵ. եկն 'ի մեծն հռովմ ապաւի-
նել 'ի պետրոսեան պապն : Եւ դարձեալ յամի
տեառն. ՄԽԵ. փիլիքս և փորտու-
նատոս 'ի կիպրիանոսէ ընկեցեալք յա-
ստիճանէ իւրեանց 'ի յաշխարհն ափ-
րիկայի. եկին 'ի հռովմ, և ապաւինե-
ցան առ կոռնելիոս պապն. որպէս և
նոյն կիպրիանոս գրէ յ. գ. թղ" թուղ-
թն առաջին գրոցն իւրոց : Որ և դարձեալ
ասէ ի. դ. թղ" թուղթն նորին գրոցն.
Ժէ 17 եթէ սակաւ ինչ յետոյ՝ բասիլիդէս
լուծեալ յեպիսկոպոսութենէ 'ի սպանիայ աշ-
խարհին, բողոքեաց առ ստեփաննոս
պապն : Եւ դարձեալ գրէ սէրն աթանաս.
եթէ ամս. Կ. յառաջ քան զնիկիայ ժո-
ղովն՝ դիոնէսիոս աղէքսանդրոյ պատ-
րիարքն ամբաստանեալ եղև առ հայ-
րապետն հռովմայ անուանեալ նմա-
նապէս դիոնէսիոս. և ընկալաւ 'ի նմա-
նէ զդատաստանն : Եւ դարձեալ յառաջ
քան զսարդիկայ ժողովն՝ նոյն սէրն ա-
թանաս պատրիարքն աղէքսանդրու,
Ժը 18 և պօղոս եպիսկոպոսն կոստանդնուպօլսի, և
մարկելլոս եպիսկոպոսն անկիւրայ, նզովեցան
'ի ժողովոյն անտիոքայ. և բողոքեցին
առ յուլիոս պապն. յորմէ արձակե-
ցան, և հաստատեցան յաթոռս իւ-
րեանց. որպէս յայտ է ամենեցուն :
Եւ այսքան յաղագս նիկիայ մէ ժողո-
վոյն :

Յետ այսորիկ եղև մէ ժողովն սար-
դիկայ հրամանաւ յուլիոսի պապին.
որպէս վկայէ կայսրն կոստանդիանոս 'ի
թուղթն զոր գրեաց առ միանձնս. յոր
ում ասէ այսպէս : Եպիսկոպոսն հռովմայ յու-
լիոս հրամայեաց լինել ժողով յուրու-
րեք

idem testatur Cyprianus lib. 1. epi-
stola 3. qui præterea in eodem lib.
epist. 4. scribit, non diù post, Basili-
dem, in Hispania depositum, ad
Stephanum Papam appellasse. itẽ,
vt Athanasius refert in lib. de sen-
tẽtia Dionysij, Patriarchæ Alexan-
drini, annis circiter 60. ante Nicæ-
nam Synodum idem Dionysius Pa-
triarcha, apud Romanum Pontificẽ
Dionysium accusatus, iudiciũ illud
non recusauit, neque Romanus Põ-
tifex iudicem se esse negauit. Et post
Nicænam, ante verò Synodum Sar-
dicensem, Athanasius ipse, Alexan-
drinus Patriarcha, Paulus Constan-
tinopolitanus, & Marcellus Ancy-
ranus, Episcopi, ab Orientalibus de-
positi, ad Iulium Romanum Ponti-
ficem appellarunt, à quo denuò re-
stituti sunt, vt scribit Gelasius in
epist. ad Episcopos Dardaniæ: & So-
zomenus lib. 3 cap. 7. *Cùm*, inquit,
*propter Sedis dignitatem cura omnium
ad ipsum spectaret, singulis suam Ec-
clesiam restituit.* Et infrà: *Athana-
sius, & Paulus ad suas Sedes reuertũ-
tur, litterasque Iulij Episcopis Orien-
tis mittunt.* Et hæc de Nicæno Con-
cilio.

Accedit post Nicænam Synodus
Sardicensis, quæ nõ solùm Iulij Ro-
mani Pontificis iussu coacta est, vt
testatur Constantinus Cæsar in epist.
ad solitariam vitam agentes, his ver-
bis: *Episcopus Romanus Iulius Sy-
nodum iussit fieri vbicunque vellemus,*
&c. verùm etiam præfuit in illa si-
militer Hosius, Episcopus Cordu-
bensis, loco Iulij Papæ; sancitique
sunt

ſunt duo canones infraſcripti, quorum poſterior legitur etiam in Armeno Codice, qui *liber Canonum* dicitur.

Canon 4. *Cùm aliquis Epiſcopus depoſitus fuerit eorum Epiſcoporũ Iudicio, qui in Vicinis locis commorãtur; & proclamauerit agendum ſibi negotiũ in Vrbe Roma; alter Epiſcopus in eius Cathedra, poſt appellationem eius, qui Videtur eſſe depoſitus, omnino non ordinetur, niſi cauſa fuerit in Iudicio Epiſcopi Romani determinata.*

Canon 7. *Placuit, Vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint Epiſcopi Regionis ipſius, & de gradu ſuo eum deiecerint: ſi appellauerit qui deiectus eſt, & confugerit ad Epiſcopum Romanæ Eccleſiæ, & Voluerit ſe audiri: ſi hic iuſtum putauerit, Vt renouetur Iudicium, ſcribere ijs Epiſcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua Prouincia ſunt, Vt ipſi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem Veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat, cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanũ, Vt è latere ſuo Preſbyterũ mittat; erit in poteſtate Epiſcopi quid Velit, & quid æſtimet. Et, ſi decreuerit, mittendos eſſe, qui præſentes cum Epiſcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio: ſi Verò crediderit, Epiſcopos ſufficere, Vt negotio terminum imponant; faciet, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo indicauerit.*

Cæterùm idem Sardicenſe Concilium in ſuis epiſtolis perſpicuè etiã indicauit ſupremam auctoritatem, qua ſolebat Romanus Pontifex Ec-

cle-

ԺԹ րեք մեք կամիմք ։] Նոյն և վերակացու
եղև 'ի նոյն ժողովն ասիոս եպիսկոպոսն դէ
19 դրուբայ փոխանակ յուլիոսի ։ Եւ 'ի
կանոնաց, որք 'ի նմին հաստատեցան ;
երկու են այսպիսի ։

Կանոն .Դ. Յորժամ մի ոք եպիսկո
լուծեալ եղև դատաստանաւ եպիսկոպոսաց
որք 'ի մերձաւոր տեղիս բնակեն . եթէ
բողոքեսցէ առ աթոռն հռովմայ. մի
ոք իշխեսցէ նստել յաթոռն լուծելոյ
եպիսկոպոսին, մինչ դեռ ոչ իցէ կատարեալ
նորա դատաստանն 'ի յատենի եպիս
կոպոսին հռովմայ ։]

Կանոն .Է. Հաճոյ թուեցաւ. զի
Ի եթէ ոք եպիսկոպոս ամբաստանեսցի.
20 և ժողովեալ եպիսկոպոսքն նորին գա
ւառին յետ ումէ աստիճանէն շարժես
ցեն զնա ։ և որպ 'թ բաց կալով 'ի նո
ցա դատաստանէն, ապաւինեսցի առ
երանելին հռովմայ եպիսկոպոսն. և ամ
կամեսցի լսել զնորա նորայն հարցումն
և քննելն . գրել արժանի առասցէ առ
եպիսկոպոսս այնոսիկ, որ մօտ են յայն
գաւառն . զի նոքօք զգուշութ և հե
զութ մի ըստ միոջէ քննեսցեն. և ըստ
ճշմարտութե հաւատարմութե դա
ԻԱ տավճիռ 'ի վերայ նորա յարարելոց աւ
ցեն ։ ապա թէ ոք դարձեալ աղաչե
21 սցէ և միւս անգամ զիւր իւր լսելի առ
նել . և իւրով խնդրուածովն զհռով
մայ եպիսկոպոսն շարժիցէ . որպ զի յետ ումէ
կողմանէ զերիցունս առաքեսցէ ;'ի ձե
ռն իշխանութե նորին եպիսկոպոսն է. թէ
պարտ իցէ առաքել ։ Եւ եթէ հարկա
ւոր համարեսցէ առաքել զնոսա, որք
համեմատ եպիսկոպոսքն դատեսցեն, ունե
լով զիշխանութիւն նորա, յորմէ առա
քեցան . իցէ 'ի ձեռն կամաւորութե
իւրոյ ։ ապա թէ կարծիցէ բաւական
լինել զեպիսկոպոսս վն կատարելոյ զիրսն .

առաս

արարացէ որոց և իմաստուն խոհեմու-
թեան իւրում թուեսցի ։] Իբ 22
Եւ դարձ՝ նոյն սբ ժողովն սարդիկեայ
ես՝ ի թուղթս իւր յայտ առնէ զնե-
հազոյն իշխանութիւն, որով հայրա-
պետն հռովմայ տիրէր եւ կառավա-
րել զտիեզերական եկեղեցին։ քանզի
գրեաց ՝ի թուղթն առ ամ եպիսկոպոսս այս
պէս ։ Իբրև եւսեբիոսականքն առա-
քեցին զթուղթս իւրեանց մեղադրու-
թեանց վս աթանասի, և մարկեղոսի, և
ասկլեպայ, գործակցաց մերոց, առ յու-
լիոս հռովմայ եպիսկոպոսն. հանդիպեցաւ
թէ այլ ևս եպիսկոպք առաքեցին յայլոց Իգ
տեղեաց զթուղթս իւրեանց առ նոյն 23
յուլիոս. և վկայեցին վս անմեղութեան
աթանասի, և չարութե եւսեբիոսա-
կանացն. զոր և նոքեանք իսկ յայտնե-
ցին. վս զի իբրև կոչեցան ՝ի սիրելւոյ
գործակցէն մերմէ յուլիոսէ. ոչ կա-
ցին ՝ի դատաստանն ։ և ՝ի թղթոցն նո-
րին յուլիոսի երևեցի լինել չարութիւն
իւրեանց. քանզի եթէ ճշմարտախօսք
էին, և ապաւինէին ՝ի գործեալ իրս
իւրեանց ընդ դէմ գործակցացն մե-
րոց. արդեօք մնայինն ՝ի դատաստա-
նան ։] Եւ ՝ի յայլ թուղթն գրեալ Իդ
առ նոյն յուլիոս, այսպէս ասէ ժողովն. 24
Յոյժ արժան և բարի իսկ է. եթէ քա-
հանայք տեառն յիւրաքանչիւր գաւա-
ռաց առաքեսցեն գիրս առ գլուխն
իւրեանց. այս. առ աթոռ առաքելոյն
պետրոսի ։]

Առ պայ կոստանդնուպոլսի սբ ժո-
ղովն և ինքն ՝ի թուղթն առ դամասոս
պապն ասէ. թէ գումարեալ լինէր ՝ի
քաղաքն կոստանդնուպոլիս վս հրա-
մանաց նորա ։ և բանքն ժողովոյն են
սոքա ։ Ժողովեցաք ՝ի կոստանդնու-
պոլիս. վս զի հրամանաւ թղթոյն, որ
առա-

clesiā regere vniuersam. scribit enim in epistola ad omnes Episcopos sic: *Cùm igitur iampridem litteras suas accusatrices de Athanasio, & Marcello, & Asclepa, comministris nostris, Eusebiani ad Iulium Romanæ Ecclesiæ Episcopum misissent; contigit, Vt etiam alij ex alijs locis Episcopi ad eundē Iulium litteras suas mitterent, quibus & Athanasij innocentiam, & Eusebianorum sycophantiam contestabantur: etsi, id ita esse, ex eo præcipuè cognosci potuit, quòd accersiti à dilecto nostro comministro Iulio, Iudicio non steterunt; & ex ipsius Iulij litteris manifesta illorum sycophantia apparuit: accessissent enim, si sui, actorumque suorum in Comministros nostros fiduciam habuissent.* Et in altera, ad Iulium ipsum directa, sic habet: *Hoc enim optimum, & valdè congruentissimum esse videbitur; si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli Sedem, de singulis quibusque Prouincijs, Domini referāt Sacerdotes.*

Circa Constantinopolitanum Cōcilium, & hoc in epistola ad Damasum Papam dicit, se apud Vrbem Constantinopolim cōuenisse ex mādato ipsius Damasi: *Constantinopolim, inquit, conuenimus, propterea quòd mandato litterarum, superiore anno à vestra Reuerentia ad sanctissimum Imperatorem Theodosium missarum, ad iter dumtaxat Constantinopolim vsque faciendum nos præparauimus.* Et ibidem fatentur Concilij Patres, se membra esse Romanæ Ecclesiæ: *Nos, inquiunt, velut membra propria, per Deo amantissimi Impe-*

rato-

ratoris litteras accersiuistis. Et Canone 3. Constantinopolitanũ Episcopum Patriarchis alijs præponentes, subijci eum nihilominùs declararunt Romano Pontifici: *Constantinopolitanæ Ciuitatis Episcopum*, inquiunt, *habere oportet primatus honorem post Romanum Episcopum; propterea quòd sit noua Roma*. Ad summàm, tantę æstimationis in hac Synodo fuit auctoritas Romanæ Sedis; vt quicquid contra Macedonium ibi à Patribus actum fuerat, duntaxàt per Damasum Papam, & Theodosium Imperatorem, tanquàm per duo culmina, alterum Ecclesiæ, alterum Imperij, actum fuisse, sexta deindè Synodus conclamauerit hisce verbis: *Macedonius denegabat Spiritus sancti Deitatem; sed Damasus, & Theodosius protinùs obstiterunt*.

Sexta Synodus act. 18.

Idem præterea Damasus, teste Theodoreto lib. 5. hist. cap. 23., Flauianum Patriarcham Antiochenum, deposuit; pro quo & Theophilus * Alexandrinus Patriarcha, & Ioannes Chrysostomus, Constantinopolitanus, apud Romanum Pontificem per Legatos intercesserunt. Et quamuis Imperator Theodosius niteretur, Flauianum in Episcopatu stabilire; tamen iussit, eum Romã pergere ad causam dicendam; nec anteà suæ Sedi restitui potuit, quàm Romanus Pontifex placatus consensit, & Flauiani Legatos se admissurum promisit: qui propterea multos mox Episcopos ad Papam legauit. Nec multò post, Chrysostomus ipse à Theophilo depositus, ad Innocentium

* Socrates lib. 5. hist. c. 5. & Sozomenus lib. 8. cap. 3.

ԻԵ 25 առաքեալ եղեւ հերու 'ի պատուական նուաթէ ձերմէ առ սրբազան կայսրն մեր Թէոդոս, պատուաստեալ էաք ըղ մեզ 'ի Ճանապարհս կոստանդնուպօլսի:] Եւ 'ի նոյն Թուղթն խոստովանին ոք հարքն ժողովոյն. Թէ կինքե անքն էին անդամք հռովմայ եկեղեցոյն ատեալով. 'ի ձեռն Թղթոց ամ̃ ծանէր կայսերն կոչեցեր զմեզ 'ի ժողովս իբրեւ զանդամս ձեր:] Եւ 'ի յերրորդ կանոնն իւրեանց՝ առաջարկելով զեպիսն կոստանդնուպօլսի ի վերայ այլոց պատրիարգաց. սորոգորեցին զնա 'ի

ԻԶ 26 ներքոյ հռովմայ հայրապետին, ասելով. Եպիսկոպոս կոստանդնուպօլսի ըղըէն ունիցի զառաջնութե պատիւ յետ եպիսկին հռոմ. զի կոստանդնուպօլիսն է նոր հռովմ.] Եւ այնքան մեծ եղեւ իշխանութին պապին 'ի ժողովս այսմիկ. մինչ զի որինչ արարեալ եղեւ 'ի ժողովոյս ընդ դէմ մակեդոնի, համարեցաւ՛ն արարեալ միայն 'ի դամասոս պապէն, եւ 'ի Թէոդոսէ կայսերէն իբր Թէ 'ի յերկուց գլխոց, որոց մինն էր գլուխ եկեղեցականի աւերութե, եւ միւսն աշխարհականին: Վ֊ն որոյ վեցե

ԻԷ 27 րորդ ոք ժողովոյ յետոյ 'ի. ԺԸ. երգ" ժողովմանն ասաց այսպէս: Մակեդոն ուրանայր զԱստուածութին հոգւոյն սրբոյ. իսկ չուառով ընդդիմակայ եղեն նմա դամասոս, եւ Թէոդոսիոս:]

Նա եւ նոյն պապն դամասոս. որպէս գրեն սոկրատէս, եւ սոծոմենոս, եւ այլ պատմիչքն յունաց. շարժեաց յաԹոռոյն իւրմէ զփլաբիանոս պատրիարքն անտիոքայ. եւ վ֊նի բարեխօսեցին յետոյ առ նոյն դամասոս ոքն ուղէքերան պատրիարքն կոստանդնուպօլսի, եւ Թէոփիլոս պատրիարքն աղէքսանդրու, եւ նոյն իսկ Թէոդոսիոս

կայսր, 'ի ձեռն հրեշտակաց իւրեանց։ Իը
և այսպէս հաստեցաւ դատաստան լսել ե- 28
պիսկոպոսացն առաքելոցն առ նմա 'ի
միլաբիտանոսէ մն տալոյ պատճառ. զոր
ծոցն իւրոց. և վերստին հաստատեա
աց զնա 'ի յաթոռն իւր։ Եղև և ս այ
կաւ ինչ յետոյ նոյն ոսկեբերանն 'ի թե-
ոփիլոսէ ամբաստանեալ, և շարժեալ
յաթոռոյն, բողոքեաց առ ատեանն ին-
նովկենթիոսի պապին. որպէս յայտ լինի
յերկուց թղթոցն, զորս ոսկեբերանն
գրեաց առ նոյն ինովկենթիոս.

Իսկ՝ ապա եղև որ ժողովն եփե-
սոսի. յորում սատանակեցաւ նեստոր։
Եւ յառաջ քան զայս ժողովն՝ կելեստին Իթ
անոս պապն հանդերձ հռոմէական 29
սինոդոսիւ դատապարտեաց զնես-
տորն. և յանձնեաց կիւրղի աղեքսանդ-
րացւոյ պատրիարգին. զի նմա որպէս փո-
խանորդ իւրեան հրամայականացէ ընդ
յարևելս զվճիռն դատապարտութեան
և լուծմանն նեստորի, որ էր կոստան-
դնուպոլսի պատրիարք։ և գրեաց 'ի
թուղթն առ կիւրղն այսպէս։ Տարա-
գս որոյ՝ քո եղբայրութիւնդ, առեալ
զիշխանութիւն աթոռոյս մերոյ, և է-
ղեալ մեր երեսփոխան, պինդ սաստ-
կութբ կատարեսջիր զայսպիսի դատաս- Լ
տանս։] Իւստի և կիւրղն 'ի թուղ- 30
թն առ յովհաննէս պատրիարքն ան-
տիոքայ գրեաց այսպէս։ Հրամանէ ին պար-
տիմք հնազանդել վճռոյն հռոմայ
սինոդոսին. զի ոչ կամիմք անկանել
'ի հաղորդութենէ ամենայն յարևմ-
տից։]

Եւ յետոյ՝ գումարեալ ըստ կամա-
ցն կելեստինոսի պապին ժողովն 'ի
յեփեսոս. նոյն կիւրղն վերակացու է-
ղև 'ի նմա փոխանակ նորա. որպէս գրէ
պատմիչն յունաց նիկեփորոս 'ի. Ծդ։
րդ.

tium I. Rom. Pontificem appellauit, vt patet ex epiſtolis eius duabus ad Innocentium.

Denique, quod ſpectat ad Epheſinum Concilium, vbi Neſtorius, Conſtantinopolitanus Patriarcha dãnatus fuit: iam, antequàm illud cogi debere quiſquam meditaretur, Celeſtinus Papa cum Romana Synodo Neſtorium depoſuerat, Cyrilloque Alexandrino Patriarchæ cõmiſerat, vt eius damnationis, ac depoſitionis decretum ipſe, vt Apoſtolicæ Sedis Vicarius, executioni mandaret, ſic ad illum reſcribens: *Quamobrèm noſtræ Sedis auctoritate adſcita, noſtràque Vice, & loco cum poteſtate Vſus, eiuſmodi non ſine exquiſita ſeueritate exequèris.* Vndè Cyrillus in epiſt. ad Ioannem Antiochenũ Patriarcham: *Decreto,* inquit, *Romanæ Synodi modis omnibus parendum eſt illis, qui à totius Occidentis communione excidere noluerint.*

Celeſtin. in epiſt. ad Cyrillum.

Deindè coacto pro Celeſtini ſententia Epheſino Concilio, idem Cyrillus non ſine Apoſtolicæ Sedis mãdato illi præfuit: quod Nicephorus lib. 14. hiſt. cap. 34. ſic refert: *Celeſtinus, Romæ Epiſcopus, propter nauigationis pericula, ipſe Synodo adeſſe detrectauit: ad Cyrillum tamen, Vt locum ibi ſuum obtineret, ſcripſit.* id quod etiam ex verbis illis epiſtolæ ſecundæ eiuſdem Epheſini Concilij ad Imperatores* colligitur: *Et hæc quidem etiam, antequàm ſanctiſſima hæc Synodus conueniret, Celeſtinus, sãctiſſimus magnæ Romæ Epiſcopus, per litteras ſuas indicauerat; Cyrilloque,*

*Theodoſiũ; & Valentinianum.

Oo ſan-

sanctissimo, Deoque dilectissimo Magnæ Ciuitatis Alexandrinæ Episcopo, Vt suas Vices subiret, commiserat: sed & nunc denuò alijs etiam litteris, sanctæ Synodo, quam Vestra Maiestas in Ephesiorum Metropoli conuenire præcepit, hæc significauit.

Cæterùm ipsa Synodus Ephesina professa est, se deposuisse Nestorium ex mandato Celestini Papæ; vt habetur apud Euagrium lib. 1. hist. cap. 4. & etiam Firmus, Cæsareæ Cappadociæ Episcopus, palàm in eadem Synodo testatus est, dicẽs: *Apostolica, & sãcta Sedes Celestini de præsenti negotio sententiam, regulamque præscripsit, quam nos sequuti, formam illam executioni mandauimus.*

Apud Syn. Ephes. act. 2.

Et in epistola ad eundem Celestinum idem Concilium scribit, se causam Ioannis Antiocheni Patriarchæ, quæ magis dubia erat, quàm causa Nestorij, non fuisse ausum iudicare, sed reseruasse illam ipsius Celestini Iudicio: *Verùm,* inquit, *quo Ioannis Antiocheni temeritatem longanimitate Vinceremus, etiamsi illam iustissimè, legitimèque subiuisset; pietatis tuæ Iudicio hoc reseruauimus.* De alijs quoq; Celestini decretis circa Pelagianos, aliosque hæreticos, sic in eadẽ Epistola subijcit: *Quæ à pietate tua decreta, & constituta sunt, iudicauimus & nos, ea solida, firmaque permanere debere; & idem omnes tecum statuimus.*

Quæ quidem omnia quid aliud indicãt, nisi supremam in totam Ecclesiam Romani Pontificis potestatem? qua etiam immediatè post Celesti-

րդ" գերյան պատամազրութէ. առաջնորդ.
ԼԱ 31 Կելեստինոս, եպիսկոպոսն Հռոմայ, ոչ
կարաց գալ ՚ի ժողովն Եփեսոսի վասն
դութեցն ամա՛ արկութէ։ վն որոյ գրե
աց առ Կիւրեղն. զի նմ ունիցի յանդ
գանեցի իւր։] Եւ զայն ցայս գրէ ժո
ղովն Եփեսոսի ՚ի Թուղթն առ Թգրս
այսպէս։ Չհամբ քան զզուամարումն ոչ
ժողովոյս այսորիկ՝ սրբազան Կելեստի
նոս եպիսկոպոսն մեծին Հռոմայ յանձնե
աց սրբազան Կիւրղի աղեքսանդրացւոց ե
պիսկոպոսին. զի նմ նիւ փոխանորդ նորին։
Եւ այժմ վերստին վն հաստատութէ
ԼԲ 32 նորին նոյնպէս գրեաց առ այս սուրբ ժո
ղովս։]

Եւ դարձեալ նոյն ժողովն Եփեսոսի խոս
տովանեաց դատապարտել զՆեստորն
հրամանաւ Կելեստինոսի պապին.
որպէս և Փիրմոս եպիսկոպոսն Կեսարիոյ Կապա
դովկեցւոց վկայեաց առաջի ժողո
վոյն, այսպէս. Առաքելական սբ աթո
ռն Կելեստինոսի գրեաց մեզ զդա
տավճիռն իւր վն այսր իրի. և զկնի
նորա մեք երթեալ՝ կատարեցաք զնոյն
կերպն վճռոյն։]

Այլ և ՚ի Թուղթն առ Կելեստի
ԼԳ 33 նոս գրեաց նոյն ժողովն, Թէ զգոր
ծն Յոհաննու Անտիոքայ պատրիար
գին ոչ համարձակեցաւ ժողովն դատել. այլ
յանձն առնէր զայն դատաստանի Կելե
ստինոսին։ Եւ բանք ժողովոյն են
այսպիսի. Զի որ՝ զի երկայնամիտ լի
ցուք ՚ի յանդգնութեն Յոհաննու Ան
տիոքացւոյն, յանձնեցաք զնմ առ դա
տաստան քոյին գթութեդ։] Եւ յե
տոյ ՚ի վերայ պելագեանական հերձու
ածոյն այսպէս ասէ։ Զոր ինչ հաստա
տեաց գթութիւնքո վն գործոյս այսո
րիկ. զնոյն և մեք սահմանեցաք
անշարժ և հաստատուն մնալ. և ամե

lesti-

նե

[illegible] ԼԴ 34

[illegible] ԼԵ 35

[illegible] ԼԶ 36

[illegible]

lestinum vsus est Sixtus III., cùm, S. Leone Archidiacono in Ierusalē misso, Polychronium, * Patriarchā Ierosolymitanum, deposuit. Et post Sixtum, idem S. Leo, in summum Pontificatum succedens, non solùm Eutychem, Constantinopolitanum Archimandritam, verùm etiam Dioscorum, Alexandriæ Patriarcham, eadem auctoritate damnauit; vt Gelasius in epist. ad Episcopos Dardaniæ scribit dicens: *Dioscorum, secundæ Sedis Præsulem, sua auctoritate Sedes Apostolica damnauit:* præterea Synodum Ephesinam secundam, in qua Hæretici vtriusque blasphemia de vna Christi natura cōfirmata fuerat, dissoluit: sanctum Flauianum, Cōstantinopolis Patriarcham, & Theodoretum, Cyri Episcopum, ab eadē Pseudosynodo depositos, ac damnatos, absoluit: & de Theodoreto quidem (nam propediem vitā excesserat Flauianus) ita legimus in Concilio Chalcedonensi, Act. 1. *Ingrediatur & reuerendissimus Episcopus Theodoretus, vt sit particeps Synodi; quia restituit ei Episcopatum sanctissimus Archiepiscopus Leo:* Synodum denique Chalcedonensem, vt Orientalis Ecclesiæ lapsum hunc repararet, & cogi iussit; & coactam, per Legatos, & Epistolas suas ad orthodoxam de duabus Christi naturis definitionem per semitas veritatis deduxit.

* Ex tom. 3. Concilior. in act. Sixti III.

At video iam, Magni Leonis, & Concilij Chalcedonensis memoriam stomacho Armenorū Pseudomagistrorum mouere fastidiū; eosq;

ne ſuum cogātur reprobare Dioſcorum, nulla deinceps ab Eccleſia Catholica ſuſcipere velle neq; Concilia, neq; ſanctos Patres, neq; Romanos Pontifices: quos equidem oſtendere faciliùs poſſem, maiori exinde imperio totum ouile Dominicum gubernaſſe; niſi fruſtrà ſermonem obturantibus aures effunderem. Sufficit, eos de ſummo hactenùs Pontifice audiuiſſe, quæ ipſimet ad Chalcedonenſis vſque Synodi tempora ſuſceperunt.

QVOD ROM. PONTIFEX Petro ſucceſſerit in Præfectura totius Eccleſiæ,

OSTENDITVR TERTIO Teſtimonijs veterum Patrum, quos ſuſcipit Armena Eccleſia.

§. VII.

EX his, omittamus eos, qui fuere Romani Pontifices; ne, quorum res agitur, ſuæmet rei teſtes producere Aduerſarijs videamur. Ireneus lib. 3. c. 3. inquit: *Maximæ, & antiquiſſimæ, & omnibus cognitæ, à glorioſiſſimis duobus Apoſtolis, Petro, & Paulo, Romæ fundatæ, & conſtitutæ Eccleſiæ eam, quā habet ab Apoſtolis, traditionem, & annunciatam omnibus fidē, per ſucceſſiones Epiſcoporū prouenientem vſq; ad nos, iudicantes; cōfundimus eos, qui quoq; modo vel per ſui placentiam, & vanā gloriam,*

vel

զոքէ հաւրս, և ոչ զհայրապետսն Հռով-
լէ 37 մայ: Ո՞վ եթէ կամէին լսել, պատմու-
առ էի յոլովագոյն զիշխանութիւն սրբոց
հարց և ժողովոց ցուցանել նոցա. եւ
թէ Հռովմայ սուրբ աթոռն յամ ժա-
մանակս կառավարեաց զբովանդակ
եկեղեցին Քի: Բայց շատ է, զորինչ լսե-
ալն մինչև ՚ի ժամանակս Քաղկեդոնի
ժողովոյն ՚ի սրբոց հարցն, և ժողո-
վոցն. զոր ինքեանքն ընդունեցին:

ԵԹԷ ՀԱՅՐԱՊԵՏՆ ՀՌՈՎՄԱՅ

ա 1 Յաջորդեաց զիշխանութիւն սրբոյն պետրոսի ՚ի կառավարել զընդհանուր եկեղեցին.

ՑՈՒՑԱՆԻ

Վկայութեամբ հին սրբոց հարցն, զորս ընդունի եկեղեցին հայոց:

Պրակք. Է.

է 2 ԹՈղումք զվկայութիւնս նոյն սրբոց հայրապետացն Հռովմայ. զի մի համարիցեն հակառակորդք զմեզ հաստատել զիշխանութիւն աթոռոյն այդորիկ ՚ի ձեռն բանիցն իւրեանց ինքեանց: Իրենոս՝ ասէ երրորդ ՚ի յերրորդ գիրսն իւր, և ՚ի յերրորդ գլուխն ասէ այսպէս: Մեծ՝ առաքելական զայն աւանդութիւն, զոր եառ յառաքելոցն սրբոց մեծ, և հին, և ամենայն ծանօթ լեալ եկեղեցին Հռովմայ. որ յերկուց փառաւորեալ առաքելոցն պետրոսէ և պօղոսէ հիմնեալ հաստատեցաւ. Եւ ուսուցանելով զայն հաւատս, որ ՚ի

նոյն

նոցին առաքելոցն քարոզեցաւ աւանդն , Գ
և տուաւ նմին եկեղեցւոյն հռովմայ . և
հետևութէ եպիսկոպաց հաւատն միոյ և 3
'ի մեզ . ամաչեցուցանեմք զայսոսիկ որ
ինքնահաճութէ և սնափառութէ, կամ
կուրութէ և չար խորհրդով ուսուցա
նեն զոր չէ՛ արժան : Անաև որոյ առա
ւել եկեղեցիս վն հզօրագոյն իշխանութե
նորին՝ վայելէ՛ ամ եկեղեցեաց գալ . յդ . ամ
հաւատացելոց : որ միշտ 'ի նմա պահե
ցաւ որ 'ի յառաքելոցն է՛ աւանդութի :]

Որոգինէս . զորմէ գրէ սբն Ճերոնի
մոս 'ի Թուղթն առ պամմաքիոս . Թէ առ
կեալ 'ի պէսպէս մոլորութիւնս, զղջացաւ,
և գիտաց, զի պարտ էր պատասխանատու Դ
տալ վն նորա հաւատոյ հայրապետին հռովմայ . 4
ապա այսորիկ գրեաց զԹուղթն առ
փլաբիանոս պապն, մեղադրելով զանձն
մարդ ամբրոսիոս անուն . և ասելով,
Թէ նա հրատարակեալ էր հրապարակա
կան , զոր ինքն ինքն գրեալ էր 'ի ծա
ծուկ :

Սբն կիպրիանոս 'ի Թուղթն առ
կոռնելիոս պապն խօսի յաղագս հերձո
ածոյն նովատիանոսաց . որք ոչ կա
մէին հնազանդ լինել կոռնելիոսի . և
ասէ այսպէս : Անաև այսորիկ բուսան մո Ե
լորութիք և հերձուածք . վն զի ոչ հը 5
նազանդին քահանայապետին այ . և ոչ
ճանաչի յեկեղեցւոջ մի քահանայապետ, և
մի դատաւոր փոխանորդ քի : որում եթէ
ըստ ածային վարդապետութեան հնա
զանդեր ամ եղբայրութի . ոչ ոք հակ
առակ գտանիւր ժողովոյն քահանայ
եց :] Եւ դարձեալ յետ այլոց բանից ասէ .
Հերետիկոսքն՝ յետ կացուցանելոյ
ինքեանց զմի սուտ եպիս . տանին
իշխեն նաւարկել . և 'ի պետրոսի հերձո
ածողաց Թուղթս տանել՝ բերեն 'ի
մէ աԹոռ պետրոսի , և 'ի պետա

Vel per cæcitatem, & malam conscientiam, præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim Ecclesiam, propter potentiorem principalitatem, necesse est, omnem conuenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt vndique, fideles; in qua semper ab his, qui sunt vndique, conseruata est ea, quæ ab Apostolis est, traditio.

Origenes in Græcia (teste Hieronymo in epist. ad Pammachium & Oceanum) cùm in varios errores incidisset, ob eamque rem sciret, se debere Romano Pontifici suæ fidei rationem reddere; ad Flauianũ Papam scripsit epistolam, in qua pœnitentiam agit, quòd talia scripserit; & causam temeritatis in Ambrosiũ quendam refert, quòd secretò edita in publicum protulisset.

Cyprianus, lib. 1. epistola. 3. ad Cornelium Papam, loquẽs de schismate Nouitianorum, qui nolebant Cornelio se subijcere, ait sic: *Neq; enim aliundè hæreses obortæ sunt, aut nata sunt schismata, quàm indè, quòd Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus Sacerdos; & ad tempus Iudex vice Christi cogitatur: cui si secundùm magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersùs Sacerdotum collegium quidquam moueret.* Et rursùs ibidem: *Post ista adhuc insuper, Pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto, nauigare audent; & ad Petri Cathedrã, atq; ad Ecclesiam principalem, vnde vnitas Sacerdotalis exorta est, à Schismaticis, & profanis litteras ferre, nec cogitare, eos esse Romanos, quorum fides, Apostolo prædicãte, laudata est, ad*

quos perfidia non possit habere accessu.

Զ 6 Idem, lib. 2. epist. 10. ad eũdem Cornelium: *Miseramus nuper collegas nostros, vt ad Catholicæ Ecclesiæ vnitatem scissi corporis membra componerent: sed diuersæ partis obstinata, & inflexibilis pertinacia nõ tantum radicis, & matricis sinum, atq; complexum recusauit; sed etiam adulterũ, & cõtrarium caput extra Ecclesiam fecit.*

Է 7 Romana Synodus, sub Siluestro facta ante Nicænam, Can. 20. *Nemo iudicabit primam Sedem; quoniã omnes Sedes à prima Sede iustitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni Clero, neque à Regibus, neque à Populo Iudex iudicabitur. Et subscripserunt Episcopi 284. & 45. Presbyteri, & 5. Diacones, & duo sequentes, & Augustus Constantinus, & mater eius Elena.*

Ը 8 Epiphanius hæres. 68. loquens de Vrsacio, & Valente, Episcopis Oriẽtalibus: *Vrsacius*, inquit, *& Valens, pænitentiam agentes, vnà cum libellis profecti sunt ad Beatum Iulium, Romanum Episcopum, pro ratione reddẽda de suo errore, ac delicto.*

Athanasius, in epist. ad Marcum Papam, Iulij prædecessorem: *Domino sancto, & Apostolici culminis venerando, Marco, sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Sedis, atque vniversalis Ecclesiæ Papæ, Athanasius, & vniuersi Aegyptiorum Episcopi salutem, &c. Optamus, vt à vestræ sanctæ Sedis Ecclesiæ auctoritate, quæ est mater, & Caput omnium Ecclesiarum, ea ad correctionem, & recreationem fideliũ orthodoxorum percipere per præsentes legatos*

կան եկեղեցի . յորմէ բաժանեալքն մեա ճշմարտութեանն ծնունդ : և ոչ զմտանել ածեն . եԹէ հռովմայեցւոց հաւատն 'ի պաղտաւէ զովասաւանել եղև . և ոչ կարէ առ նոսա մատել մոլորութի :]

Նոյն կիպրիանոս 'ի միւս Թուղթն առ նոյն կոռնելիոս ասէ . առաքեցաք զեղբարս մեր առ 'ի միաբանեցուցանել զանդամսն հերձեալ մարմնոյն ընդ ուղղափառ եկեղեցւոյ : բայց խըստապատուԹի և չարուԹեան հակառակորդացն ոչ միայն զանդամոյն 'ի գրկէ մօրն և արմատ եկեղեցւոյ . այլ և ս զպառնիկ և զհակառակ գլուխ արտաքոյ եկեղեցւոյ արար:]

Հռովմէական ժողովն հռովմայ , որ եղև 'ի ժամանակին սբոյն սեղբեստրոսի յառաջ քան զնիկիոյ մէծ ժողովն. 'ի Ի . կարգ" կանոնն ասէ: Ոչ ոք դատեսցէ զառաջինն աԹոռն . զի ամ աԹոռքն ցանկան 'ի յառաջին աԹոռոյն առնուլ զիրաւունս: Ոչ ոք դատաւորն նորին աԹոռոյն ոչ դատեսցի, ոչ 'ի կայսերէ , ոչ յամ եկեղեցականաց, ոչ 'ի Թագաւորաց, և ոչ 'ի ժողովրդենէ: Եւ ըստորագրեցին 'ի նորայ եպիսկոպոսք . մԴ և դ . երէցք . և . ԽԵ . քահանայք. և հետոց սարկաւագք. և երկու հետևողք կայսր . և կայսրն կոստանդիանոս. և մայրն նորա հեղինէ:]

Եպիփանոս 'ի . ԿԸ . հերձ" գլխոն յաղագս հերձուածողին ուրսակիոսի և վաղենտիանոսի յարևելեան եպիսկոպոսացն ասէ: Ուրսակիոս և վաղենտիանոս ապաշխարութի գնացին առ երանելին յուլիոս եպիսկոպոսն հռովմայ տալ պատասխանի վն մոլորութեց և յանցանաց իւրեանց:]

Աթանասիոս 'ի Թուղթն առ մարկոս պապն , որ նախ յառաջ քան

զյու-

զլուծեալս , ասէ ։ Ստուգապէս սրբոյ և
առաքելական բարձրութեան պատուա-
կանին , մարկոսի , որ և առաքելական
աթոռոյն համայնից և ընդհանուր եկ-
եղեցւոյ պապին . աթանաս , և ամենայն
կողմն եգիպտացւոց , ողջոյն ։] Եւ յե-
տոյ ասէ ։ Քաղձամք արժանի լինել 'ի
ձեռն առաքինեաց հրեշտակաց մերոց
առնուլ 'ի յիշխանութենէ սրբոյ աթո-
ռոյդ ձերոյ , որ է' մայր և գլուխ ամե-
նեցունց , զայն , որ եղիցի առ յօգ-
նութիւն և մխիթարութիւն ուղղափառ
հաւատացելոց ։ Հզօրագոյն գիտեմք
թէ սիրտ առաքելութեան ձերոյ այն-
քան վառեալ է' շնորհօք հոգւոյն սրբոյ
մինչ զի օգնական լինիք ամ զրկելոց ,
որքան ևս առաւել մեզ , որք թէպէտ
նուաստագոյն դասու , սակայն ձեր
եմք . և հնազանդ կամիմք հանդերձ
ամենեքումբք , որ մեզ յանձնեցան ,
հնազանդ լինել ձեզ ։]

Եւ դարձեալ նոյն սրբն աթանաս հանդե-
րձ ամ եպիսկոպոսօք եգիպտացւոց , և թէ-
բայիդացւոց , և լիբէացւոց , 'ի թղթն
առ երկրորդ փելիքս պապն ասէ ։ Վս
զի , մի՛ հայր երանելիդ , առաքինիքն
մեր , և մեք միշտ ընկալաք զօգնութիւն
'ի ձերմէ առաքելական սբ աթոռոյդ .
և ճանաչեցաք զձեզ հոգս ունել զմէնջ .
սակս այսորիկ ըստ կանոնաց սահմա-
նադրութեան ապաւինիմք 'ի գերագոյն
և առաքելական աթոռդ ։ զի յայդմ մա-
նէ զօգնականութիւն ընկալցուք . յորմէ
և առաքինիքն մեր առին զբարեկարգու-
թիւս , զբանս հաւատոց , և զպաշտօ-
նս ։ Առ որ՝ առ նոյն աթոռդ , որպէս
առ մայր , և մեք ընթանամք . զի 'ի
ստեանցն նորա սնանիցուք ։ քանզի ոչ
կարէ մայր մոռանալ զմանուկն իւր .
նոյնպէս և դուք մի մոռասջիք զմեզ .
որ

gatos mereamur. Verè nouimus, Apo- Թ̅ 9
stolatus Vestri cor gratiâ sancti Spiritus in tantum esse accensum, Vt omnibus oppressis succurratis, quātò magis nobis, qui licèt exigui ordinis, tamen Vestri sumus, Vobisque obedientes cum omnibus nobis commissis, esse semper Volumus.

Idem Athanasius, & vniuersi Ægyptiorum, Thebaidorum, & Lybiorum Episcopi, in epistola ad Felicem II. Papam. *Ideò, Pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à Vestra Apostolica sancta Sede auxilium hausimus, & nostri Vos curā* Ժ
10 *habere agnouimus; præfatam Apostolicam, & summam expetimus, iuxta Canonum decreta, Sedem; Vt indè auxilium capiamus, Vnde prædecessores nostri ordinationes, & dogmata, atque subleuationes ceperunt; ad eam quoque, quasi ad Matrem, recurrimus, Vt eius Vberibus nutriamur: quoniam non potest mater obliuisci infantem suum; sic & Vos nolite obliuisci nos, Vobis commissos.*

Ambrosius, Orat. funebri in Satyrum: *Aduocauit ad se Satyrus Epi-* Ժա
11 *scopum, nec Vllam Veram putauit, nisi Veræ fidei gratiam; percontatusque est ex eo, Vtrumnam cum Episcopis Catholicis, hoc est, cum Romana Ecclesia, conueniret?* Et in epistola 81. ad Siricium Papam: *Recognouimus litteris Sanctitatis tuæ boni Pastoris excubias, qui fideliter commissam tibi ianuā serues, & pia solicitudine Christi Ouile custodias, dignus, quem oues Domini audiant, & sequantur. Et ideò, quia nostis ouiculas Christi, lupos facilè deprehēdes; & occurres,*

quasi

quasi prouidus Pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ, feralique Vlulatu Dominicum ouile dispergant. Ac tandem in caput 3. Primæ ad Timotheum: *Cùm totus Mundus Dei sit; tamen domus eius Ecclesia dicitur, cuius hodiè Rector est Damasus.*

Basilius in epist. 52. ad Athanasium: *Visum est consentaneum, scribere ad Episcopum Romanum, Vt videat res nostras, & Iudicij sui decretũ interponat: Vt, quia difficilè est, aliquos indè de Cõcilij sententia mitti, ipse auctoritatem rei tribuat delectis Viris, qui laborem quidem itineris perferre possint, lenitate Verò, ac facilitate morum, tum commoda, & prudenti oratione eos, qui à recta Via deflexerunt, monere; quique acta Ariminensis Concilij secum ferant, ad ea rescindenda, quæ illic Violentè acta sunt.*

Hieronymus, in epist. ad Damasum Papam de nomine hypostasis: *Quanquàm tui me terreat magnitudo, inuitat tamen humanitas: à Pastore præsidium ouis peto: cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor. Ego nullum primum, nisi Christum, sequens, Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio Quicunq; extra hanc domũ agnum comederit, profanus est. Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluuio.* Et paulò post: *Non noui Vitalem; Meletium respuo; ignoro Paulinum*. Quicunque tecum non colligit, spargit; hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.*

*Antiochenum Patriarchã, & proprium Hieronymi Episcopum.

Gregorius Nazianzenus, orat. 52. ad

որ ձեզ յանձնեալ եղաք ։]

Ժբ 12 Սբն ամբրոսիոս ՚ի բանն ողբու-
ման եղբ. սատիրոսի ասէ։ Սատիրոս
կոչեաց առ ինքն զեպիսկոպոսն . և ոչ զայլ
ինչ շնորհս ճշմարիտ համարէր , բայց
միայն ՚ի շնորհաց ճշմարիտ հաւատոյ։
զնա որոյ եհարց ՚ի նմանէ . մի՞ թէ ընդ
ուղղափառ եպիսկոպաց .ՅՐ. ընդ հռովմէ-
ական եկեղեցւոյ միաբանն էր։] Եւ ՚ի
թուղթն առ սիրիկիոս պապն դ՟ձ՟ լա-
սէ։ Ճանաչեցաք ՚ի թղթոյն քոյոյ սուր-
բութեան զզուարթութիւն բարձ հովուա-
կի . որ պահանջեայն ձեզ զդուռն հա-
ւատարմաբար պահես . և զհօտն քրի
Ժգ 13 փութով մեծաւ արածես։ արժան է,
զի ոչխարք ան ձեզ լուիցեն , և զհետ
երթիցեն։ Եւ բանզի ճանաչես զոչխա-
րս քո . դիւրաւ զգուշանայցես ՚ի գայ-
լոց . և ընդ դէմ նոցա ընթանայցես
որ խոհեմ հովիւ . զի մի խածանմամբ
հերձուածողութեանցն իւրոց , և
զարհուրելի աշխարմամբ զամենայն
կան հօտն կործանիցեն] Եւ դ՟ձ՟ ին-
երորդ գլխոյ առաջին թղթոյն առ
տիմոթէոս ասէ ։ Թէպէտ ամ աշխա-
րհ ային այ . սակայն տունն նորա եկե-
ղեցի ասի . որոյ առաջնորդ այսօր է
Ժդ 14 դամասոս ։]

Սբն բասիլիոս ՚ի թուղթն առ ա-
թանաս ասէ ։ Արժանի թուեցաւ գր-
ել առ եպիսկոպոսն հռովմայ . զի նա
քննեսցէ զիրս մեր . և զդատաստանն
իւրոյ վճռին արտասացէ ։ Եւ բան
զի դժուարին է , յանդուսն առաքել
զոմանս ըստ կամաց ժողովոյն . ինքն
տացէ զիշխանութիւն իւրս արանց ընտ-
րելոց . որ կարող լիցեն կրել զաշխա-
տանս ճանապարհին . և մանաւանդ
հեզութեան վարուց և քաղցրութեան խո-
հեմ բանից խրատել զայնոսիկ , որ յա-

զիւր ճանապարհէ խոտորեցին. այլ և ս ԺԵ
քերեցին ընդ նովատեանս զնորոգածու- 15
թիւն արհամարհեալ ժողովոյն՝ առ ՚ի քակե
լոյ զայն, որ ՚ի նմա բանութէ նեղգրոր
ծնցաւ :]

Ասէ Ճերոնիմոս ՚ի թուղթն առ դա-
մասոս պապն ասէ : Թէպէտ ահ ինչ
արկանէ ինձ քո բարձրութիւնդ. սա-
կայն հրաւիրէ քաղցրութիւնդ : ՚ի հով-
ուէդ զպահպանութիւն ոչխարիս խնդր-
եմ : քանզի խօսիմ ընդ աթոռակալին
որսորդին, և աշակերտին խաչին : Ես
զհետ քո երթալով. ընդ քոյին սրբու-
թեդ. այս. ընդ աթոռոյդ պետրոսի ԺԶ
հաղորդութեամբ միաբանիմ: գիտեմ 16
այդր վիմի շինեալ զեկեղեցին : որ
ոք արտաքոյ տանդ այդորիկ ուտիցէ
զգառն, պիղծ է : եթէ ոք ՚ի տապա-
նակին նոյի ոչ գտանիցի. կորիցէ ջրհե-
ղեղին :] Եւ դարձեալ յետ սակաւուց ա-
սէ : Ոչ ճանաչեմ զվիտալիս. մերժեմ
զմելետիոս. ոչ և ս գիտեմ զինչ իսկ կալ
ցան անտեղեայ զպաւղինոս. զի որ ոչ
ժողովէ ընդ քեզ, ցրուէ. այս. որ ոչ քրի
է, նեռինն է.]

Ասէ գրիգոր ածաբան ՚ի. ԾԲ.
բդ" բանն, որ առ կղեդոնիոս, ասէ:
Կարծեմ, եթէ այս եղև պատճառն, ԺԷ
վա՛ որոյ դամասոս պապն՝ յորժամ զե- 17
րն աստուածային ծանեաւ, և լուաւ թէ
նոքա ՚ի յառաջին վարդապետութիւն
հաստատեալ մնային. ձգեաց զնս ՚ի հա-
ղորդութե եկեղեցոյ:] Եւ դարձեալ ՚ի տաղն
որ յաղագս վարուց իւր, ասէ : Եկեղեցին
հռովմայ միշտ պահեաց զճշմարիտ հա-
ւատս զայ. որպէս վայել է քաղաքին, որ
է վերակացու ընդհանուր աշխարհին]
Եւ ոչ խօսի ածաբանն յաղագս աշխար-
հական վերակացութե. որ էր յայն
ժամ ՚ի կոստանդնուպօլիս, և ոչ ՚ի հռ-
ովմ.]   Ըստ-

ad Cledonium: *Quod etiam in causa fuisse reor, cur ipse quoque Damasus Papa, cùm posteà rectiùs edoctus fuisset, simulque in pristinis eos expositionibus perstare audiuisset, eos ab Ecclesiæ cætu abdicarit, fideique libellum cum anathematismo deleuerit*. Et in Carmine de sua vita, dicit: *Romanam Ecclesiam semper conseruasse veram de Deo sententiam, vt decet Vrbē, quæ toti Orbi præsidet*. Nec loquitur de Imperio temporali, quod tunc non Romæ, sed Constantinopoli erat.

Ruffinus, apud Hieronymum in Symboli explanatione ad Damasũ: *Si quid parùm cautè positũ est, emendari cupimus à te, qui & fidem tenes, & Sedem*.

Ioannes Chrysostomus, in epistola 1. ad Innocentium I. Papam: *Obsecro, vt scribas, quòd hæc tam iniquè facta non habeant robur; illi autē, qui iniquè egerūt, pœnæ Ecclesiasticarũ legum subiaceant: nos autem insontes, neq; conuictos, neq; deprehensos, neq; vllius criminis reos comprobatos, Ecclesijs nostris iubete restitui*: Et rursùs in epist. 2. ad eundem: *Perpetuas vobis gratias agimus, quòd paternam erga nos beneuolentiam declarastis*. Et infrà petit ab Innocentio, ne inimicos suos excommunicet, tametsi illi hoc mereantur: *Vestram*, inquit, *oro vigilantiam, vt, licèt omnia tumultibus impleuerint, si tamen curari morbo voluerint, ne affligantur, neq; è cætu eijciantur*.

Augustinus, in epist. 92. ad Innocentium Papam, rogat illum, vt

 pasto-

pastoralem curam adhibeat Ecclesiæ, coarcendo Pelagianos, qui Palæstinam, & Africam præcipuè inficiebant: *Quia*, inquit, *te Dominus gratiæ suæ præcipuo munere in Sede Apostolica collocauit, talemque nostris temporibus præstitit, Ut nobis potiùs ad culpam negligentiæ Valeat, si apud tuā Venerationem, quæ pro Ecclesia suggerenda sunt, tacuerimus; quàm ea tu possis Vel fastidiosè, Vel negligenter accipere. Magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligētiam quæsumus adhibere digneris.* Et in epist. 162. *In Romana*, inquit, *Ecclesia semper Apostolicæ Cathedræ Viguit Principatus.*

Cyrillus Alexandrinus, in epistola 18. ad Celestinum Papam: *Digneris, quid hic sentias, declarare: quo liquidò nobis constet, communicare ne nos cū Nestorio oporteat; an Verò liberè eidem denunciare, neminem cum eo communicare, qui eiusmodi erroneam doctrinam fouet, ac prædicat? Porrò tuæ Integritatis mens, ac super hac re sententia, non modò pijssimis, Deoque deuotissimis Macedoniæ Episcopis, sed totius quoque Orientis Antistitibus perspicuè per litteras exponi debet.*

Idem in libro Thesauri: *Petro omnes iure diuino caput inclinant, & Primates Mundi, tanquàm ipsi Domino Iesu, obediunt.* Et in alio quodam eiusdem Thesauri libro, apud D. Thomam in opusculo cōtra Græcos, & Gennadium in libro de Primatu Papæ: *Debemus nos, Ut qui membra sumus, capiti nostro, Romano*

ԺԸ 18 Բոնիփատիոս 'ի մեկնութեն սրբոյ հաւատամքին առ դամասոս պապն ասէ ։ Եթէ զիս ինչ անհոգգամբար դրեցաք . կամինք, զի 'ի քեն սրբազան այի, որ և զամթոռունին եկեղեցոյ, և զհաւատոս ։]

Մէն ուղերբան 'ի յառաջին Թուղղթն առ Եւնոջենթիոս պապն ասէ ։ Եղղաչեմ զձեզ՝ դրել. զի մի չարագործքս այսպիսի ունիցին զզօրութի . այլ նոքա, որ անհրաժեշտ գործեցին, առաջին կէտ ըստ եկեղեցական կանոնաց ։ և հրամայեսցէք . զի մեծութին հաստատեալ լիցի 'ի մեր եկեղեցին . զի առանց մեզ ասեմք, և ոչ 'ի մեզս ըմբռնեալք, կամ մեկնութե յանդիմանեալք .
ԺԹ 19 և ոչինչ մեղաց պարտակամ 'ի դատաստանի գտեալք ։] Եւ դարձ 'ի յերկրորդ Թուղղթն առ նոյն պապն ասէ ։ Համապատգորդ զոհութիւ ձեզ մատուցանեմք . զի զհայրական բարեկամութին ցուցեր մեզ ։] և զնոյն սակառուց՝ աղաչէ զԵնոջենթիոս . զի մի նզովեսցէ զԹշնամիս իւր . Թէպէտ նոքա արժանի էին նզովման ։ և ասէ այսպէս ։ Աղաչեմ զձեր զուարթութի .
Ի 20 զի նոքա՝ Թէպէտ զամենայն լցուցին խռովութե, սակայն եթէ կամիցին բաժանիլ և դառնալ 'ի միաբ, մի չարչարեսցին, և մի ձգեսցին յեկեղեցոյ ։]

Մէն օգոստինոս 'ի . ղե . րդ" Թուղղթն առ Եւնոջենթիոս պապն, աղաչէ զնա յանդիմանել զպեղագեանական հրձուածոցս, որք մանաւանդ զամերիկայ և զպաղեստինայ աշխարհս ապականէին . և ասէ այսպէս ։ Քանզի տէրն շնորհօք իւրովք նստոյց զքեզ 'ի վր առաքելական աթոռոյդ զարդանաւոր, և զուարթութեն հայրապետդ . պարտ է՛ մեզ, զի մի ընդ մեղադրանօք

mano լիցուք

լինելոց. յայտ առնել զոր ինչ վասն եկեղեցւոյ Նա
օգտութեան լինի ։ Ասաց ոչոյ աղա- 21
չեմք, զի հովուապետական զգուշու-
թեամբ արժանի արտաքսել խնամակալ
լինել վասն ամենայն ազգաց քրիս-
տոսի ։] Եւ դարձեալ ՛ի . ՃԿԲ . թղ" թուղ-
թն ասէ ։ ՛Ի հռովմէական եկեղեցին
միշտ եկաց իշխանութիւն առաքելա-
կան աթոռոյն ։]

Այլ և կիւրեղ աղեքսանդրացին ՛ի
ՃՂ . երդ" թուղթն, որ առ կեղեստի-
նոս պապն, ասէ ։ Աղօթանս առնեմ
յայտ առնել զխնամս քո նըր այսր իրիս.
մի թէ ՛պարտ իցէ հաղորդել ընդ նես- Նա
տորի . կամ համարձակապէս գրել առ 22
նա . թէ ոչ որ ՛ի մէնջ հաղորդի ընդ
այնմ որ զայսպիսի մոլորական վարդապետութիւն պահէ կամ քարոզէ ։ անդ՝ պարտ է, զի միայն և վճիռն քոյոյ սրբութեան ՛ի վե՛ այսր իրիս յայտ եղիցի ՛ի ձեռն թղթոց ոչ միայն առ ԾԺ-անձ եպիսկոպոսս մակեդոնիոյ . այլ և առ ամենայն հայրապետս յարևելից ։]

Եւ դարձեալ նոյն սբն կիւրեղ ՛ի գիրսն գանձուց ասէ ։ Պետրոսի խոստովանութեան նեն զգլուխն առաքելոցն . և իբրև ինքեան ամ մեռում յիշ, հովուապետն իշխանն քո աշխարհի ։] Եւ դարձեալ ասէ . Պարտ է մեզ, որ անդամքս, զհետ երթալ զգլխոյն մերոյ հռովմայ հայրապետին, և առաքելական աթոռոյն ։]

Աղօթեան վկայութիւնք սրբոց հարցն չատ են սիրողաց ուղղափառութեան ։ Յայսմ հետէ պատասխանի տացուք ընդդիմաբանութեանց սուտ վարդապետացն, մանաւանդ սկեսուացւոյն Մխիթարայ . որ զառաջաբանութիւնս ամենայնսն առաջնէ ՛ի գիրսն իւր ։

mano Pontifici, & Apostolicæ Sedi adhærere.

Hi tantùm Patres, vtpotè apud Armenios celebriores, sufficiant. Iam verò ad vanas Pseudomagistrorum rationes, quibus iacula in Ecclesiæ Romanæ primatum passim, & identidem, vt sua inter scripta se offert occasio, torquent, respondeamus: seu potiùs ad vnum respondeamus Mehkitarij librũ, in quo illæ omnes cõgeruntur, & aduersùs ea, quæ hactenùs ex sacris Scripturis, Cõcilijs, & Patribus catholicè dicta sunt, audaciter obiectantur.

ա 1

ԱՌԱՋԻՆ ԸՆԴԴԷՄ ՄԱՔԱՌՆՈՒԹԻՒՆ

Մխիթարայ. արտահանեալ յառաջ-
ջին գլխոյ գրոցն նորա . որ
յաղագս վիճին ։

Գլուխ . Ա .

Ասեն լատինացիքն . թէ ընդ պետրոս միայն ասաց տէր . թէ դու ես վէմ, և ի վերայ այդր վիմի շինեմ

PRIMA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex libro contra Papæ Primatum, cap. 1.

§. VIII.

INquiunt ergo Latini, Christum soli Petro dixisse; Tu es petra, & super hanc petram ædificabo Eccle- Matth. 16.

siam

siam meam. *At sanè falluntur: nam non ei tunc Christus hoc nomen imposuit, quasi ex præcedente illud confessione meruerit: cùm iam anteà sortitus id nomen esset à principio suæ Vocationis; dicente Matthæo;* Vidit Iesus duos fratres, Simonem, vocatum Petram, &c. *Quod etiam confirmat Ioannes, dicens:* Erat autem Andreas frater Simonis Petræ. *Tum quia non dixit illi Iesus, tu eris petra, sed,* tu es petra: *neque subiunxit,* & *super te; sed,* & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; *hoc est, super omnes Apostolos, quos tunc adstantes indicauit; qui quidem æquè sunt, ac Petrus, Ecclesiæ petræ, & fundamenta. iuxtà illud Isaiæ:* Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in sapphyris. *Et Dauid in Psalmo ait:* Fundamenta eius in Montibus sanctis. *Immò nec duodecim solùm Apostoli, sed etiam omnes Prophetæ dicuntur Ecclesiæ fundamenta, iuxta illud ad Ephesios.* Iam non estis hospites, & aduenæ, sed ciues Sanctorum, & domestici Dei, fundati supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum. *Vel saltem fortasse, pro petra, super quam Ecclesia sit fundata, intellexerit Dominus præcedentẽ illam Petri confessionem:* Tu es Christus filius Dei viui. *Cùm alibi dicat Paulus:* Petra autem erat Christus: *Et iterùm:* Fundamentũ enim aliud nemo potest ponere, pręter id, quod positũ est; quod est Christus Iesus: & *rursùs Vocat eum,* lapidem angularem, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum.

Matth. 4. Ioan. 1. Isaiæ 54. Psal. 86. Ephes. 2. Matt. 16. 1. Cor. 10. 1. Cor. 3. Ephes. 2.

[illegible]

ժամ կային ընդ նմա՛ ՚ի նաւին. և ասէ
ին. Թէ արդարև որդի ես դու: Եւս
դնեմ՝ զի վէմն, զոր ասէ, յորոյ վերայ յար
դարեն շինուածն եկեղեցւոյ ըստ օրինա
կին զգալի ձեռակերտաց. ոչ ցուցանէ
գլուխ, քան թէ ոտն յաւելեալ. զի է՛ ըստ
առակին մասն շինուածոյն ամենահն ներք
ագոյն յայսմ եղև. Թէ ոչ ինչ առանձն պատ
ւոյ առաւելութեան վէմ վէմն անուանե
լոյ. այլ հաստատուն է՛ ընդ այլ առաքելոյն
և ընդ մարգարէսն ՚ի հիմունս եկեղե
ցւոյ :] եղ յայտնի ևս քանզի մխիթա
րայ. և ՚ի մէջ առաջի այլք բազումք. զոր
Թողում. զի մի երկար լիցիմ:

Ե 5 *Quòd si ita sit: nonne Apostoli cæteri, dum essent in naui, eandem, quam Petrus, & antequàm ille, confessionem ediderant, dicentes Christo:* Verè filius Dei es. *Addo insuper, quòd Ecclesiastici fundamenti petram esse Simonem, potiùs Ecclesiæ pedem eum esse, quàm caput, declarat: cùm talis petra pars ædificij infima sit. Constat igitur, fratres mei, nullam Simoni, in Ecclesiæ fundamento significando, prærogatiuā supra reliquos Apostolos, aut Prophetas, accessisse per hoc petræ vocabulum.* Matth. 14.

Զ 6

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ:

RESPONSIO.

ՈՉ ուրանան ուղղափառքն. եթէ
վէմն անուն առաւած սիմոնին ոչ
միայն ՚ի սկզբանէ կոչմանն նորին. այլ
առաջ քան զկոչումն, յորժամ նախ
ընդ առաջ քրիստոսի եկեալ. և ըստ յհովհան
նիսի ընդ նմա՛ յիսուս. դու ես սիմոն
որդի յովնանու. դու կոչեսցիս կե
փաս. որ թարգմանի յասորոց բարբա
ռոյ ՚ի մեր պետրոս. այս է. վէմ. և ՚ի յու
նաց բարբառոյ թարգմանի գլուխ:
Բայց ոչ լինի այս հակառակ մերում
առաջեկելոյն. այլ յաւելեալ օգնէ, և առ
ևրն խսկ մեր անկանի: քանզի քրիստոս
առաջնագոյն տեսութեամբ հայեցեալ ՚ի
սիմոնին. նոյն ժամայն սկսաւ անուանել
անուամբն յայտ առնել. թէ նմա լինե
լոց էր հաստատուն և անշարժելի վէմ.
յորոյ վերայ կամէր ՚ի յաւիտենից նախասա
հմանեալ էր շինել զեկեղեցի իւր. վասն որոյ
ասացն նմա. դու կոչեսցիս վէմ: Եւ ա
պա յետ խոստովանութեան զգուշութեան նո
րին. զայն զայս յայտնագոյն հռչակեալ
հրատարակեաց. և խոստացաւ հաս

տու

Է 7

NOn negant Catholici, Petræ nomen Simoni à Christo datum, nō dicam initio vocationis eius ad Apostolatum, sed simul ac primitùs obuiàm Christo venit: quandò scilicet (vt refert Ioannes, & tu ex industria, Mehkitari, silentio prætcristi) *intuitus eum Iesus, dixit: tu es Simon, filius Iona: tu vocaberis Cephas:* Syriacum nomen, quod in latinum vertitur, *Petra:* licèt Textus Grçcus, ex quo Latinus translatus fuit, vt masculinū viro nomen aptaret, verterit, *Petrus*. At hoc quidem haud abs re fuerit, sed commodùm, & è re potiùs nobis: etenim, vt Christus primore aspectu Simonem vidit, statim pro Ecclesia sua fundanda petram fore firmissimam, vt ab æterno præordinauerat, eo nomine declarare cœpit, dicens: *Tu vocaberis petra.* Hoc idem deindè, post auditam eius confessionē, clariùs pa- Ioan. 1.

tefe-

refecit; & se eum, post visibilis præsentiæ suæ abscessum ab Ecclesia, cuius ipse petra principalis, & lapis angularis erat, sui Vicarium in terris relicturum, est pollicitus apertissimè, dicens denuò: *Et ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ Inferi non prævalebũt aduersus eam; & tibi dabo claues regni Cælorũ*, &c.

Exeat nunc Mehkitarius; atque vt ex Ecclesia, etiam sua (quæ sanè nunquàm inficiata hoc est), ita de mente, ac ratione exiens, dicat cũ consectaneis: Nequaquàm soli, & pro solo Petro Christus protulit verba hæc: sed, ad omnes conuersus Apostolos, omnes digito ostendens, omnibus, ac pro omnibus dixit: *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Quæso, quantus sis, Mehkitari; vt contradicere Christo & valeas, & audeas? Certè tot Christus in ea Petri laude testimonia posuit, se vni Petro, & pro eodem vno loquutum esse, probantia; quot copulatiuas ibi particulas, atque demonstratiua pronomina replicauit. Numera: Et *ego* dico *tibi*, quia *tu* es petra, & super *hanc* petram ædificabo Ecclesiam meã; & *tibi* dabo claues regni Cælorum. sed hìc iam quærò dumtaxàt: illud pronomen, *hanc*, ad quid refertur, nisi ad petrã; proximè nominatam? proximè autem dictum fuerat de vno Simone, & nõ de alijs, *tu es petra*: ergo de vno eodem mox dicitur, & non de alijs, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam*.

Nec

Ը տեսանել զնամ նշմարս երկրի երեւմա–
8 նամն իւր զկնի համբարձմանն երկինս
անձին իւրոյ 'ի յեկեղեցւոյ. որոյ նոյն էր
վէմ նախապետական, եւ գլուխ անկիւ–
նն; եւ փոխանորդն առաջ. Եւ ես քեզ ա–
սեմ, զի դու ես վէմ, եւ ի վերայ այդր վիմի
շինեցից զեկեղեցի իմ. եւ դրունք դժոխոց
զնա մի յաղթահարեսցեն. եւ տաց քեզ
զփականս արքայութեան երկնից. եւ այլն:
Ելցէ այժմ Մխիթարն. եւ որպէս ելեալ
ալ ուրացող եկեղեցւոյ ոչ միայն ընդհան–
րականէ, այլ եւ յիւրմէ իսկ հայկակա–
նէ, որ ոչ երբեք ուրացաւ զճշմար–
տութիւն զայս. նոյնպէս ելեալ եւ 'ի մը–
Թ տաց եւ 'ի բանաւորութէ, բարբառես–
9 ցէ, եւ ասասցէ. Թէ ոչ վն միայնոյ
պետրոսի ասաց տէր զբանն զայն. Եւ
ի վերայ այդր վիմի շինեցից զեկեղեցի իմ:
այլ զառաքելոցն ցուցանելով վն ամ–
ենայն առաքելոցն ասաց զայդ: Որչափ մեծ
ես դու Մխիթար. զի կարող լինիս եւ
իշխեսցես հակառակել բանից քրիս–
տոսի: Թուեսցին թէ որքան բազում
վկայութիւնս եդ քն 'ի բանսն իւր, առ
'ի նշանակել միայն զեզականն դէմս պե–
տրոսի, ընդ որում խօսէր: Եւ ես քեզ
ասեմ. ասէ. զի դու ես վէմ. եւ ի վե–
Ժ այդր վիմի շինեցից զեկեղեցի իմ. եւ տաց
10 քեզ զփականս արքայութեան երկնից:
արդ՝ ասա միայն խնդրեմ. թէ այս փո–
խանուանն. այդր. առ ինչ յարաբերի,
եթէ ոչ առ վէմն մերձակայ, որով ան–
ուանել էր միայն զպետրոս: քանզի ի–
վն այդր՝ ասելով. է՛ ասել, ի վերայ քո վիմի,
եւ ոչ ի վերայ այլոց, շինեցից զեկեղեցի իմ:
Վասն զի՝ վասն էր պիտոյ էր ասել.
Թէ դու եղիցիս վէմ, ըստ այսպիսայ
ժամանակի. որպէս եւ ըստ այսպիսայ
ժամանակին ասացաւ, թէ շինեցից
զեկեղեցի իմ: քանզի յառաջ քան զլի–

նել

Նոր Թէ շինուածոյն վէմքն զանն եւ զաստ Յա
ուածն : ասելս այսորիկ ոչ հարկ էր- 11
Թէ պետրոս յայնժամ միայն լինէր
վէմ. յորժամ շինելի էր եկեղեցին ի վերայ
նորա. եւ ոչ յառաջ: Եւ արդ՝ տես,
Թէ որպէս իմաստունն ճարտարապետն
քն ած առ ՚ի յարմարելոյ զպետրոս ՚ի
հիմն եկեղեցւոյ. եւ առ ՚ի կացուցանելոյ
զնա փոխանորդ իւր ի վերայ երկրի, կամ
աց կամաց եւ իբր աստիճանօք յառաջ
ընԹացաւ : քանզի նախ՝ մինչ վէմ
անուանս դնէ նմա. ուստի հայեցեալ ընդ
նա, ասէ. դու կոչեսցիս վէմ: ապա յետ
Էլ ՚ի նմանէ զդաւանութին ուղղափառ Յբ
հաւատոյ հրատարակէ լինել նմա վէմ 12
հաստատուն ոչ միայն անուամբ. այլ եւ
իրօք. եւ Թէ ի վերայ նր շինելոց էր երբեմն
զիւր եկեղեցի. եւ նմա տալոց էր զփական
նս արքայութեն երկնից. եւ ասէ. դու
ես վէմ. եւ ի վերայ վիմի շինեցից զեկ
եղեցի իմ. եւ տաց քեզ զփականս արքայ
ութեն երկնից: Յետոյ՝ սակաւ ինչ
առաջ քան զչարչարանս իւր, գուշակէ
պետրոսի, Թէ ոչ երբեք պակասելոց
էր նորա ուղղափառ հաւատն. եւ յոր
դորէ զնա հաստատել ՚ի նոյն հաւատն
զայլ եղբարսն, ասելով. Սիմոն սի Յգ
մոն ահա սատանայ խնդրեաց զձեզ 13
խարբալել իբրեւ զցորեան. այլ ես աղա
չեցի վն քո. զի մի պակասեսցին հաւ
ատք քո. եւ դու երբեմն դարձցիս եւ
հաստատեսցես զեղբարսն քո: Եւ ա
պա՝ յորժամ կամէր երԹալ առ հայրն
զկնի յարուԹեն. եւ հասեալ էր ժամա
նակ կացուցանելոյ ՚ի հիմն եկեղեցւոյ
վէմն, զլուխ, եւ փոխանորդ իւր զպե
տրոս. հարցանէ զնա. Թէ սիրես զիս
առաւել քան զդոսա: Եւ լուեալ՝ այո
տէր. յայնժամ յարմարեաց զնա ՚ի
հիմն եկեղեցւոյ իբրեւ զվէմ սիրով եւ հա
ւատ

Nec quidē est, cur propterea dici
debuerit: tu eris petra: sicut & in si-
gnificatione futuri temporis dictum
est, *ædificabo*. Nam, cùm petra ad
ædificium præexistere supponatur;
non est necesse, vt tunc solùm sit Si-
mon petra, quando actu super eum
ædificatur Ecclesia, & non antè. At
vide, quæsò, vti diuinus ille, ac sa-
pientissimus Architectus, ad Petrū
in Ecclesiæ fundamento aptandum,
suique Vicarium in terris constituen-
dum, pedetentim, & gradatim pro-
gressus est. Primò eum, antequàm
ad Apostolatum vocet, vult petræ
nomine insigniri: vndè vix *intuitus*
eum, dixit, tu vocaberis petra. Tum
accepta ab Apostolo recta fidei pro-
fessione, petram iam re etiam esse,
atque super eum Ecclesiam aliquan-
dò ædificandam, Cælique claues ei
tradendas, renunciat, dicens: *Tu es*
petra, & super hanc petram ædificabo
Ecclesiam meam: & tibi dabo claues
Regni Cælorum. Deindè, paululùm
antè, quàm pateretur, prædicit Pe-
tro, à vera fide ipsum non defecturū;
vtque cæteros eàdem in fide confir-
met, hortatur his verbis: *Simon, Si-* Luc. 22
mon, ecce Satanas expetiuit vos, vt
cribraret, sicut triticum: ego autem ro-
gaui pro te, vt non deficiat fides tua:
& tu aliquando conuersus, confirma
fratres tuos. Denique, cùm ire ad
Patrem post Resurrectionem vellet;
& iaciendi in Ecclesia, sui loco, vi-
carij fundamenti tempus maturum
esse, atque instare, iam planè co-
gnosceret, Petrum interrogauit, v-
trùm plùs Apostolis alijs ipsum di-
lige-

ligeret? auditisque illis, *etiam Domine:* &, *tu scis*; tunc eum, vt reliquis in fide, & caritate præstantem, ac proindè ad Ecclesiasticam sustinendam molem petram firmissimam, in fundamento aptauit: tunc Terris sui Vicarium dedit: tunc Ecclesiæ Vniuersæ rectorem, ac pastorem constituit, ter illi dicens, *Pasce oues meas*.

Ioan. 21.

Sed instat Mehkitarius: Illud, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, referri etiam potest, vel ad ipsum Christum, qui vocatur ab Apostolo *petra*, *fundamentum*, & *lapis angularis* Ecclesiæ; vel ad Petri, & aliorum Apostolorum confessionẽ, ac fidem, supra quam fundatur Ecclesia: igitur vel solus Christus erit Ecclesiæ fundamentum; vel, si per fidei confessionem etiam Petrus, nõ vtique solus: omnes enim tum Apostoli, tum Prophetæ dicuntur in sacris Scripturis Ecclesiæ fundamenta; & omnes antequàm Petrus, illam confessionem ediderant.

Verùm Christi verbis nihilominùs repugnat hæc alia explanatio. non enim dictũ anteà fuerat à Christo, Ego sum petra: neque, tua, vel aliorum Apostolorum confessio est petra: sed, *Ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: igitur pronomen illud, *hanc*, referri non potest ad Christum, neque ad Petri, vel aliorum Apostolorum confessionẽ: sed solùm ad eum, qui petra fuerat proximè nominatus, nempè Simonem, qui facta fuerat peculiaris illa reuela-

Ժդ Հաստել հաստատագոյն քան զայլսն, և հզօ-
14 զօրագոյն առ ՚ի տանել զշինուածն նորա:
յայնժամ տայր զնա երեսփոխան իւր
իւրոյ երկրի: յայնժամ կացոյց զնա գլ-
լուխ, իշխան, հովիւ, և նախիր ընդհա-
նուր եկեղեցւոյ. ասելով նմա երիցս. ար-
ածեա զոչխարս և զգառինս իմ:

Բայց՝ տակաւին ընդդիմաբանէ
Մխիթարն. և ասէ. Թէ բանքն այնո-
քիկ. և ի վերայ այդր վիմի շինեցից զեկեղեցի
իմ. յարաբերին առ դաւանութիւնն
առաքելոյ. զի քանզի՝ ի առաքելոյ դաւա-
նեալ, է՝ վէմ և հիմն եկեղեցւոյ ըստ ա-
Ժե ռաքելոյն: այդ՝ և ս և մասնաւորքն,
15 առաւել քան զայլեսս, վերոյն դաւա-
նութիւն արարին: այլ ուրեմն կամ
Քն միայն է՛ հիմն եկեղեցւոյ. կամ թէ և ս
ամ առաքելայքն ՚ի ձեռն դաւանու-
թեն. այլ և ս մարգարէքն. զի և դոքա ՚ի
սբ գիրս ասին հիմունք:

Իսկ՝ այդ երկրորդ մեկնութիւն
առաւել հակառակի բանիցն Քի: քանզի
յառաջ ոչ ասաց Քն. թէ ես եմ վէմ:
և ոչ. թէ քո կամ այլոցն դաւանու-
թիւն է՛ վէմ: այլ ասաց. թէ ես քեզ ա-
սեմ. զի դու ես վէմ. և ի վերայ այդր վիմի
շինեցից զեկեղեցի իմ: ապա ուրեմն այն
Ժզ դերանունն, այդր, ոչ կարէ յարա-
16 բերիլ առ Քն. և ոչ առ դաւանութիւն
առաքելոյ, կամ այլոցն. այլ միայն առ
այն, որ յառաջ վէմ անուանեցաւ. Պտ.
առանձին առաքելոյ. որում յատկապէս
արարեալ եղև ՚ի հօրէ այն զարմանալի
յայտնութիւն: քանզի՝ որպէս ի վերոյ ա-
սացաք ըստ միաբանութ̅ մեկնչաց սրբոց
հարցն, այլ առաքելայքն դաւանեալ
էին յառաջ զՔն՝ որդի այ. բայց ոչ զոր-
դի բնական. որպէս յետոյ ՚ի հօրէ յայտ-
նեալ եղև առաքելոյն: Մանաւանդ՝
զի այն բանն. այդր. եթէ վերաբերի

ւր առ քո, կամ առ հաւատոյն առաքե- Ժէ
լոցն. ոչ ասէր քո, թէ ի վերայ այդր 17
վիմի շինեցից. այլ ասէր, թէ շինեմ, կամ
շինեցի զեկեղեցի իմ: վասն զի քո միոյ և յայն
ժամանակին զբազում մարդիկս շինեալ
էր ի վերայ հիմանն, և ի վերայ մէ հա-
ւատոյն. ոչ թէ զառաքելայսն և զա-
շակերտսն միայն. այլ և զսէ կոյսն մա-
րիամ, և զյովսէփ, և շմաւոնէ, և զզա-
քարիա, և զմկրտիչն յովհան, և զայլս:

Ուրեմն ասեմ ասեմք. զի թէպէտ
քո իցէ սկզբնական վէմ, և գլխաւոր
հիմն եկեղեցւոյ. սակայն վասն հեռի և ա-
ներևոյթ լինելոյն ի սմանէ երևելին Ժը
անձն քո. հարկաւոր էր, զի փոխա- 18
նակ քո թողեալ լիցի եկեղեցւոյ այլ միւս
երևելի վէմ և հիմն, որ երևելապէս զնա
ի վերայ իւրեան սանցէ և հովուես-
ցէ: Արդ՝ այսմիկ գործոյ յանձնեցաւ
միայն պետրոսի. զի նմա առաւել քան
զայլսն էր վէմ հաստատութեան վասն զերծա-
ռանացն սորայն հաւատոյ, և վասն առաւելա-
պէսն հաւատոյն, որով պարտ էր նմա
հաստատել զայլսն:

Եւ դարձ՝ թէպէտ և մէ հաւատոյն,
և նորա դաւանութիւն կարէ ասել
կոչել հիմն եկեղեցւոյ: զի նա է սկիզբն
արդարութեան և ամ առաքինութեանց: Ժթ
սակայն՝ վասն զի հիմն և շինուած պար- 19
տին զոյլ համասեռք, և ոչ այլասեռք.
և եկեղեցին ոչ է ժողովարան առաքինու-
թեց, այլ մարդկան, որք ի բոլոր զգեստ
կենդանին են շինեալք բառ առաջելոյն
առաքինութեան թղթոյն պետրոսի: սակս այ-
սորիկ ասացի և խոստովանիլ ոչ
կարեմք ասել, թէ հաւատոյ դաւա-
նութիւն է հիմն եկեղեցւոյ. այլ հարկ է,
զի անձն մարդ իցէ հիմնադրում:

Եւ դարձ՝ եռակերպին կարեմք խօս-
սալ. եթէ առաքելոցն և մարգարէից
եղեն

tio: nam (vt suprà §. 3. num. 13. iuxtà sanctorum Patrum expositionem dictum est) reliqui Apostoli vocauerant quidem anteà Christum, filiũ Dei, sed non naturalem, qualem deindè ex illa reuelatione confessus est Petrus. Tum quia, si referretur ad Christum, vel ad fidem Apostolorũ, nõ diceret Dominus, *super hanc petrã ædificabo*, sed potiùs, ædifico, vel ædificaui, *Ecclesiam meã*. Iam enim in se, & in fide eòusque tẽporis multos ædificauerat, non solùm Apostolos, & reliquos discipulos, sed etiam Beatam Virginem, sanctum Ioseph, Simeonem, Zachariam, Ioannem Baptistam, &c.

Dicimus ergo, quòd, etsi Christus est petra principalis, & primariũ militantis Ecclesiæ fundamentum; tamen, abscedente ab hac Ecclesia, quæ visibilis est, visibili Christi pręsẽtia, necesse fuit, vt aliud loco Christi visibile fundamentum ei relinqueretur, quod illam visibiliter sustẽtaret, ac regeret: soli autem Petro hoc munus promittitur illis verbis, *super hanc petrã &c.*; quia ipse inter alios Apostolos erat petra firmissima, tum ratione indefectibilis suæ fidei, in qua debebat alios confirmare; tum ratione præcipuæ caritatis.

Præterea, etiamsi fides dici possit aliquo modo Ecclesiæ fundamentũ, à quo scilicet, vt à principio iustificationis, & omnium virtutum, dependet Ecclesia: tamen, cùm eiusdem generis esse debeant fundamẽtum, & ædificium; & Ecclesia non sit

1. Petri 2. ſit virtutum, ſed hominum, *tanquàm Viuorum lapidum*, congregatio; ideò, abſolutè, ac propriè loquendo, non ipſa fides, ſed aliquis homo eſſe debet Eccleſiæ fundamentum.

Denique, omnes Apoſtolos, ac Prophetas fuiſſe Eccleſiæ fundamēta, triplici modo poteſt intelligi; vel ratione doctrinæ, vel fundationis, vel gubernationis eiuſdem Eccleſiæ. Si primo modo intelligatur; omnes Apoſtoli, & Prophetæ fuerunt ex æquo Eccleſiæ fundamenta: nam hæc in ea doctrina fundatur, quæ Apoſtolis, & Prophetis à Deo immediatè reuelata fuit; iuxta quod accipitur illud Epheſ. 2. *Superædificati ſupra fundamentum Apoſtolorum, & Prophetarum*. Si ſecundo; etiam Apoſtoli fuerunt æqualiter Eccleſiæ fundamenta; cùm ipſi primi Eccleſias vbiq; fūdarint: alias enim Regiones Petrus ad Chriſtum conuertit, alias Ioannes, alias Iacobus, &c. Vndè Paulus, *Sic, inquit, prædicaui, non* Rom. 15. *Vbi nominatus eſt Chriſtus; ne ſuper alienum fundamentum ædificarem*. Si tertiò, ratione ſcilicet gubernationis; omnes quidem Apoſtoli fuerūt vniuerſæ Eccleſiæ fundamenta, hoc eſt, rectores, ac paſtores; habueruntque à Chriſto pleniſſimam huius exercēdi muneris poteſtatem; verùm alio modo Petrus, alio cæteri. Siquidem Petrus hanc habuit, vt caput cæterorum, & paſtor ordinarius loco Chriſti, atque adeò cui poſt mortem in vniuerſali Eccleſiæ regimine ſuccederetur à poſteris: cæteri verò, vt

ի եղեն հաւասարապէս հիմունք եկեղե-
20 ցւոյ . կամ պատճառաւ վարդապետ-
ութեանն նոցին . կամ վ՟ն հաստատու-
թեան եկեղեցւոյ . և կամ ասեն կառավա-
րութեանն նորին : Եթէ իմանի ըստ վար-
դապետութեան, այսպէս ամ՟ առաքեալքն
և մարգարէքն եղեն հաւասարապէս հի-
մունք եկեղեցւոյ . զի սա է հիմնեալ ի վե-
րայ վարդապետութեան, որ յա՟յ անմի-
ջապէս յայտնեցաւ առաքելոցն և մար-
գարէիցն. Ըստ այսմ իմանի ասացեա-
լն պօղոսի , Թէ շինեալք ի վերայ հի-
մանն առաքելոց և մարգարէից : Եթէ
ըստ հաստատութեան եղիցի . նմին
իա հանգոյն ամ՟ առաքեալքն եղեն հաւասարապէս
21 հիմունք նորա . վ՟ն զի ամենեքեան եղեն
առաջին հիմնիչք եկեղեցւոյ . և ըստ ամ՟
ուրեք հաստատեցին զեկեղեցիս . զի
զայլ գաւառս դարձոյց պետրոս ի ք՟ս,
և զայլս յովհաննէս , և զայլս յակով-
բոս , և նոյնպէս զայլոցն : վ՟ն որոյ ասէր
պօղոս առ հռոմս . Թէ այսպէս աւետա-
ցեալ եմ յաւետարանել, ոչ ուր անուա-
նեցաւ ք՟ս . զի մի ի վերայ յայլոց հի-
մանն վերայ շինեցից : Իսկ՛ եթէ իմա-
նի ըստ կառավարութեան եկեղեցւոյ . առ-
իբ դարև ամ՟ առաքեալքն եղեն հիմունք նորա
22 . իր. հովիւք և կառավարողք . և առ նա
ի ք՟է լի իշխանութիւն առնելոյ զգոր-
ծս պաշտաման . բայց այլով կերպիւ
պետրոս , և այլով կերպիւ մնացեա-
լքն միւս առաքեալք : քանզի պետրոս էառ
ի ք՟է զիշխանութիւն զայս իբրև գլուխ
այլոցն , և ընդհանրական հովիւ փոխանորդ
ք՟ի , և բուռն եդեալ ամ՟ աշխարհի . վ՟ն որոյ
հարկ էր յետ մահու նո՟ա այլ ոք եկեալ
մտանել ի տեղի նո՟ա . և ժառանգել զը-
բովանդակ իշխանութիւն նորին : Իսկ
այլ առաքեալքն առեալ զայն իշխանութիւն
ի ք՟է իբրև առաքեալք և հրեշտակք ,

Apo-

որք

[illegible]

ԻԳ 23

[illegible]

ԻԴ 24

[illegible]

ԻԵ 25

[illegible]

Apostoli, seu Legati, quique in pastorali officio à Petro penderent. idcircò soli Petro dicitur coram alijs: *Et ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Et iterùm: *Tibi dabo claues regni Cælorum*. Et rursùm: *Ego rogaui pro te, Vt non deficiat fides tua; & tu aliquandò cõuersus confirma fratres tuos*. Ac deniq;: *Pasce oues meas*: &, *Tu me sequere*.

Cæterùm, quòd additur vltimò: Petrum, per hoc petræ nomen, Ecclesiæ pedem potiùs, quàm caput existimari debere; eo quòd fundamentalis petra, ædificij pars infima sit: perquàm stultè, ne dicam impiè, dictum est. alioquin etiã Christus per id, quòd in sacris Scripturis petra, & fundamentum vocatur, nõ esset caput, sed pes Ecclesiæ; & Apostoli, qui similiter fundamenta dicuntur, Ecclesiæ partes deteriores essent, non potiores. Itaque fundari Ecclesiam supra Petrum, tanquã supra petram firmissimã, nihil aliud, iuxta communem expositionem sãctorum Patrum, significat; nisi, vt petræ fundamentali proprium est, totum ædificium regere, ac sustentare, ita Petro committi totius Ecclesiæ regimen, præcipuè circa fidem. Hinc etiam radix, licèt pars arboris infima, tamen non pes, sed caput dicitur arboris, cùm ab ipsa vigor omnis in ramos deriuetur: & Nauclerus, quamuis in posteriori nauis parte, hoc est, in puppi, & non in prora sedeat; dux tamen est, & rector nauis: & Imperator dux est, &

caput Exercitus, etiamsi Exercitum non præcedat, sed subsequatur: ac denique Pater familias per id, quòd super humeros suos sustinere domũ dicatur, non existimatur pes esse domus, sed caput. Quod est ergo radix in arbore, Nauclerus in naui, Imperator in Exercitu, & Pater familias in domo; idem esse proportionaliter & fundamentum in ædificio, & Petrus in Ecclesia censendus est. Adde, quòd Christus, cùm Simonem Cepham nominari voluit, tale illi nomẽ dedit, quod simul & *petram* Syriacè, & *caput* Græcè significabat.

Iam verò, vt omni prorsùs ex parte Mehkitarij os obstruatur, accedát veterum Patrum sententiæ, qui verba illa: *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: de solo Petro dicta intelligunt.

Origenes, homilia 5. in Exod. *Vide*, inquit, *magno illi Ecclesiæ fundamento, & petræ solidissimæ, super quam Christus fundauit Ecclesiam, quid dicatur à Domino: modicæ fidei, quarè dubitasti?*

Tertullianus, libro de præscript. *Latuit aliquid Petrum, ædificandæ Ecclesiæ petram dictum.*

Cyprianus, in epist. ad Quirinũ: *Petrum Dominus primum elegit, & super eum ædificauit Ecclesiam suam.* Item in libro de vnitate Ecclesiæ: *super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas.*

Athanasius, in epistola ad Felicem: *Tu es Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ, id*

est,

յառաջ գնայ, այլ զհետ զօրացն երթայ: Ի զ 26
Եւ տանուտէրն՝ այսու զի իւր Թիկանց իւրոց տանել զտունն ասի. ոչ համարի ոտն տանն, այլ գլուխ տանն: Որոյ արդարև որպիսի ինչ է՝ արմատն 'ի ծառն, կամ նաւապետն 'ի նաւն, կամ զօրավարն 'ի զօրս, և կամ տանուտէրն 'ի տան. նոյնպէս համեմատաբար հիմանն որ 'ի շինուածն, և պետրոս յեկեղեցի: Եւ մանաւանդ՝ զի քն տալով պետրոսի կեփաս անուանն զայն պէսն անուն եդ նմա, որ միանգամայն նշանակէր զվէմ ասորերէն, և զգլուխ
Ի է յունարէն:

27 Իսկ՝ այսուհետև՝ ոչ զի յամենայն մասնէ կարկեսցի բերանն մխիթարայ. բերցուք 'ի մէջ զվկայութիւն սրբոց հարցն, որք միայն վն պետրոսի ասացեալ իմացան զբանսն զայսոսիկ. Եւ իվր այդր վիմի շինեցից զեկեղեցի իմ:

Որոգինէս՝ 'ի հինգերորդ ճառն իւրն ելիցն ասէ: Տես՛, Թէ զինչ ասաց քն մեծի հիմանն և հաստատագոյն վիմին, յորոյ վերայ հիմնեաց զեկեղեցի. Թէ Թերահաւատ ընդէ՞ր երկմտեցեր:]

Ի ը Տերտուղիանոս 'ի գիրսն յաղագս առ-
28 անձնութեանց ասէ: Պետրոս վէմ անուանեցաւ վն շինելոյ զեկեղեցին:]

Սքն կիպրիանոս 'ի Թուղթն առ կուրինոս ասէ: Զպետրոս ընտրեաց տէրն զառաջին. և 'ի վերայ նորա շինեաց զեկեղեցին իւր:] Եւ դարձեալ 'ի գիրս յաղագս միութե եկեղեցւոյ ասէ: 'Ի վր միոյն այնմիկ շինէ զիւր եկեղեցին. և նմա յանձն առնէ արածել զոչխարս իւր:]

Սքն աԹանասս 'ի Թուղթն առ փելիքս ասէ: Դու ես վէմ. և 'ի վր հիմանց քոյ սիւնքն եկեղեցւոյ, որք են եպիսկոպոսք, հաստատեցան:]

Սքն

Սբն Հիլարիոս նմ͞ն․ Ժզ․ նոր" գըլ ԻԹ
խոյն մատթէոսի ասէ ։ Ո՜վ ՚ի կոչմանն 29
նորոյ անուանն երանելի հիմն եկեղեցւոյ
և վէմ արժանի շինմանն նորա․ որ զօ
րէնս դժոխոց, և զդրունս տարտա
րոսի, և զամ͞ն բանալս մահու յաղթա
հարեաց ։]

Սբն Բասիլիոս նմ͞ն երկրորդ գըլ
խոյն եսայեայ ասէ․ Մի էր ՚ի լերանցս
այսոցիկ եղև պետրոս․ զոր քն͞ վէմ ա
նուանեաց վս͞ մեծի հաստատութե
հաւատոյ նորա, և վս͞ անխախտ զօ
րութե հոգւոյ նորա ։ և նմ͞ն նորին
վեհի խոստացաւ շինել զեկեղե
ցին ։] Եւ դձ՚լ ՚ի յերկրորդ գիրսն որ Լ
ընդ դէմ եւնոմիոսի ասէ ։ Պետրոս 30
վասն գերազանցութեան հաւատոյն
իւրոց յանձն էառ զշինուածս եկեղե
ցւոյ ։]

Սբն ամբրոսիոս ՚ի․ԽԷ․ նոր" բա
նքն ասէ․ Պետրոս վս͞ հաստատու
թե սիրոյ առ եկեղեցին վէմ ասացաւ․
ո͞րպ ասէրն տէրն, Դու ես վէմ, և
նմ͞ն այսր վիմի շինեցից զեկեղեցի իմ ։
վէմ ասի․ վս͞ զի առաջինն զհաւատոյ
հիմն եդ ՚ի յազգս․ և իբրև զանշարժե
լի վէմ կալեալ ունիցի զբովանդակ Լա
շինուածն քրիստոնէականն իրի ։] 31

Սուրբն գրիգոր ածաբանն ՚ի․ԻԶ․
նոր" բանին ասէ ։ Պետրոս վէմ կոչի․
և զհիմունս եկեղեցւոյ հաւատարմու
թեն իւրում յանձնեալ ունի ։]

Սբն եպիփան ՚ի գիրսն անկորուստ
ասէ ։ Ամէն կացոյց զպետրոս առաջ
նորդ առաքելոցն, և վէմ հաստատուն,
յորոյ վր͞ շինեցաւ եկեղեցին այ ։

Սբն Ճերոնիմոս նմ͞ն․ Ժզ․ դ" գլխոյն
մատթէոսի ասէ ։ Ըստ օրինակի հիման
կան վիմի, բարւոք ասացաւ պետրո
սի․ Թէ շինեցից նմ͞ն քո զեկեղեցի իմ ։]

Սբն

eſt, Epiſcopi, ſunt confirmatæ.

Hilarius, in Matth. cap. 16. *O in nuncupatione noui nominis felix Eccleſiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ Inferorum leges, & Tartari portas, & omnia mortis clauſtra diſſolueret.*

Baſilius, in caput 2. Iſaiæ: *Vnus ex his Montibus fuit Petrus, quem petram appellauit propter firmitatem maximam fidei, propter infractum robur animi; ſuper quam petram promiſit ædificare Eccleſiam ſuam.* Et libro 2. in Eunomium: *Petrus propter fidei excellentiam Eccleſiæ ædificationem in ſe ipſum ſuſcepit.*

Ambroſius, Serm. 47. *Petrus pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã. Petra dicitur, eo quòd primus in Nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquàm ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem, molemque contineat.*

Nazianzenus, Orat. 26. quæ eſt de Moderat. in diſputationibus ſeruãda: *Petrus petra vocatur, atq; Eccleſiæ fundamẽta fidei ſuæ credita habet.*

Epiphanius, in Ancorato: *Dominus conſtituit Petrum primum Apoſtolorum, petram firmam, ſuper quam Eccleſia Dei ædificata eſt.*

Hieronymus, in Matth. cap. 16. *Secundùm metaphoram petræ, rectè dicitur Petro, ædificabo Eccleſiam meam ſuper te.*

Auguſtinus, ſerm. 15. de Sãctis: *Petrum itaque fundamentum Eccleſiæ Dominus nominauit; & ideò fundamen-*

mentum hoc Ecclesia colit , supra quod Ecclesiastici ædificij altitudo consurgit.

Chrysostomus , homil. 55. in Matth. *Dominus ait, tu es Petrus ; & ego super te ædificabo Ecclesiam meam.*

Cyrillus Alex. lib. 2. cap. 2. in Ioan. *Nec Simon fore iam illi nomen, sed Petrus , prædicit: Vocabulo ipso cōmodè significans, quòd in eo, tanquàm in petra, lapideque firmissimo, suam esset ædificaturus Ecclesiam .*

SECVNDA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 2.

§. IX.

Math. 16. ASserunt *secundò , Christum soli Petrō dixisse :* Tibi dabo claues regni Cælorum ; & quodcunque ligaueris super terram , erit ligatum & in Cælis; & quodcunque solueris super terrā, erit solutum & in Cælis . *Verùm præterquamquòd Christus non dedit hìc Petro clauium potestatē , sed tantùm promisit ; tamē quid illi Verbis hisce aut dedit, aut promisit , quo supra nos primatū habere gloriātur ? profectò nihil aliud , nisi claues regni cælorum , quas ipsos etiā Pharisæos habuisse , af-*
Math. 23. *firmat Redemptor , dicens :* Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum Cælorum antè homines : vos enim non intratis , nec introëuntes sinitis intrare. *hoc quidē ad claues pertinet , & Petro promissum videtur . Cæterùm , quod de ligandi, ac soluēdi potestate subijcitur, grauius certè*

Սրբն օգոստինոս 'ի . ԺԵ . նոյ" քա ԺԲ 32
րոզն , որ յաղագս սրբոցն , ասէ ։ Զայն
առոս հիմն եկեղեցւոյ տէրն անուանեց ։
և զհիմն զայս պատուէ եկեղեցին . զի
շինուածն իւր 'ի վերայ նորա բարձ
րանայ ։]

Սրբն ոսկէբերանն 'ի . ԾԵ . նոյ" ճառ
ին իւր մատթէոսի ասէ ։ Տէրն ասաց .
դու ես վէմ . և ես իմ̄ք շինեցից զեկ
եղեցի իմ ։

Սրբն կիւրեղ աղեքսանդրացին 'ի
յերկրորդ գիրս իւր յհնու ասէ ։ Եւ ան
ւան ցուցանոյս . թէ յայսմ հետէ ոչ ա
սիմոնէս , այլ վէմ . յս . պետրոս . կոչես 1
ցես . այսպիսի անուամբն նշանակեալ ,
եթէ իվերայ նորա իբր թէ իվերայ
հաստատահիմն վիմի շինելոց էր զիւր եկ
եղեցին ։]

ԵՐԿՐՈՐԴ ԸՆԴԴԻ ՄԱԽՕՍՈՒԹԻՒՆ

Մխիթարայ 'ի յերկրորդ գլխոյն , որ յաղագս փակա նաց երկնից ։

Պրակք . Թ

Բ
Ասեն երկրորդ . թէ ընդ պետրո 2
սի միայն ասաց քս̄ . թէ տաց քեզ
փականս արքայութե̄ն երկնից . և զոր
միանգամ կապեսցես յերկիր , եղիցի
կապեալ յերկինս , և զոր միանգամ
արձակեսցես յերկիր , եղիցի արձակե
ալ յերկինս ։ Պատասխանի առ այս .
եթէ յայնժամ խոստացաւ միայն , և
ոչ ետ զիշխանութի̄ւն քս̄ . զի ոչ ասաց .
առ , կամ ընկալ . այլ տաց քեզ ։ Իսկ
եթէ ճշդեք իմ̄ մեր , եթէ ետ անդէն .
ասացէք , թէ զինչ է՛ տուեալն . որով

ac ... պար

պարծիք նշխ մեր ։ զի առատ պատկառանս Գ
միայն յիշէ , զորս և կեղծաւորք փարիսե֊ 3
ցիքն ունէին . որպէս ասաց փրկիչն . Թէ
վայ ձեզ դպրաց և փարիսեցւոց . զի
փակէք զարքայութիւն երկնից առաջի
մարդկան . դուք ոչ մտանէք . և որոց
մտանելոցն՝ չտայք թոյլ մտանել ։ Իսկ
քանալին այս միայն է՛, որ յառաջադոյն առա֊
ջնորդութեան ։ իսկ եթէ զկապելն և զարձա֊
կելն ասէք . որ է՛ ճշմարիտ և բարձրա֊
գոյն իշխանութիւն . զայս ոչ միայն պե֊
տրոսի , այլ և ամենայն առաքելոց խոստա֊
ցաւ . Թէ ամէն ասեմ ձեզ . զոր կապի֊
ցէք յերկրի , եղիցի կապեալ յերկինս . Դ
և զոր արձակիցէք յերկրի , եղիցի ար֊ 4
ձակեալ յերկինս ։ Եւ զնոյն ետ նոցա
զկնի յարութեանն ասելով . Խաղաղու֊
թիւն ձեզ . որպէս առաքեաց զիս Հայր ,
և ես առաքեմ զձեզ . և զայս իբրև
ասաց . փչեաց ՚ի նոսա , և ասէ . առէք
Հոգի սուրբ . եթէ ումեք թողուցուք
զմեղս , թողեալ լիցի նոցա . եթէ զու֊
րուք ունիցիք , կապեալ լիցի ։ Եւ դռն֊
քանալիքն արքայութեան երկնից են
եկեղեցական սուրբ խորհուրդք մերս֊
Թն , և այլքն ։ սոցա՝ զայսպիսեաց իշ֊
խանութիւն ետ քն ոչ միայն ՚ի ձեռն պետ Ե
առաքելոցն . և նոքօք մեզ և ամենայն 5
եկեղեցեաց ։ վա֊ որոյ ոչ կարօտանամք եկ֊
եղեցւոյն Հռոմայ . զի ունիմք զիշխօ
զս մեր զառաքեալսն , որք հաղորդեցին
մեզ զիշխանութիւն զայն հաւասար
ձեզ ։]

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ .

Թ Է որչափ չար եղև միտք մխի֊ Թարայ , ցուցանեն փոքր ՚ի շատ֊ ռն քանքն այնոքիկ , որովք ասէ , եթէ կեղծաւորք փարիսեցիքն ունէին զնոյն փականս

ac sublimius quoddã, haud quaquàm soli Petro, sed cunctis Apostolis Christus & promisit, dicens: Amen dico vobis: quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta, & in Cælo: *& dedit, cùm dixit post Resurrectionem:* Pax vobis; sicut misit me Pater, & ego mitto vos: hoc cùm dixisset, insufflauit, & dicit eis: accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. *Præterea claues regni Cælorum sunt Ecclesiæ Sacramenta: horum autem administratio nõ soli Petro commissa est, sed æqualiter Apostolis omnibus, & per eos cunctis Ecclesijs. Non ergo est nobis opus, ab Ecclesia Romana hanc accipere potestatem: habemus enim Apostolos nostros, qui nobis illam communicarunt, haud aliter ac ipsis à Petro communicata est.*

Matth. 18.

Ioan. 20.

RESPONSIO.

QVàm impia fuerit, quàmque peruersa Mehkitarij mens, atq; animus, indicare satis superque possũt Armenijs ea solummodò verba, quibus asserit, hypocritas Pharisæos easdem habuisse claues, quas Christus Petro pollicitus est, cùm dixit: *Tibi dabo claues regni Cælorum*. Etenim quis vnquàm Hæreticus adeò dementare possit; vt, quòd Pharisæi per scelus habebant, non aperire scilicet, sed claudere alijs per falsam doctrinam, aut malum exemplum,

Cælo-

Cælorum regnum; vel, quam illi, vt pœnam sceleris, mulctam subibant, excludi nimirùm se à regno Cælorũ; hoc idem asserat Apostolorum Principi, vt præmium rectæ confessionis, oblatum à Christo esse? tamen nihilominùs hac dementia Mehkitarius laborauit: &, quam clauium Cælestium potestatem tanta verborum, ac laudum circuitione Petro commendare studuit, dicens: *Beatus es Simon Bariona, quia caro, & sāguis non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in Cælis est: & ego dico tibi, quia tu es petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ Inferi non præualebunt aduersùs eam; & tibi dabo claues regni Cælorum,* &c. hanc Hereticus ita ponit in minimis, vt tanti æstimanda ipsi videatur hęc laus, *Beatus es*; quanti vituperatio illa, *Væ Vobis*: nec vereatur, si (vt ipse affirmat) claues regni sunt Ecclesiæ Sacramenta, illas in Pharisæorum etiam manibus collocare. An non hæ tantùm blasphemiæ ad nequitiam peruicacis animi aperiendam suffecerint?

Dicimus ergo, claues regni, quæ singulariter Petro promissæ fuerant per illa verba: *Tibi dabo claues regni Cælorum:* tunc esse illi datas, cùm dictum fuit: *Pasce oues meas:* &, sicut per hanc pascendi metaphoram intelligitur, soli Petro, vt ordinario Pastori, commissa gubernatio, præsidentia, & cura omnis Ecclesiæ, etiam Apostolorum fratrum suorũ; ita per metaphoram illam clauium intelligi, eidem soli, vt ordinario Præ-

փականս, զոր քն խոստացաւ տալ պե-
Դ 6 տրոսի. յորժամ ասաց, Թէ տաց քեզ
զփականս արքայութեան երկնից: քան-
զի ո՛չ ոք 'ի հերձուածողաց այնքան չար
իցէ, որ ասիցէ. եթէ զոր ունէին կեղ-
ծաւոր փարիսեցիքն. ըստ. ոչ զբանալ,
այլ զփակել այլոց զարքայութիւն երկ-
նից մոլորականն վարդապետութբ, և
չար օրինակաւ գործոց իւրոց. և կամ
զորոնքս վն անիրաւութեան իւրեանց
առայժմ վրէժ չմտանելոյ յարքայութիւն
երկնից. զայն զայս, ասիցէ, թէ քն
խոստացաւ առաքելոցն զխոստովանութ
պետրոսի իբրև զփոխարէն բարի դա-
Է 7 ւանութեան նորա: Սակայն այդպիսի
չար մոլորութեամբ ըմբռնեցաւ
Մխիթար. և անարգեալ արհամարհէ
զայն մեծամեծ իշխանութիւն բանալեա-
ցն, զոր և նոքեն քն այնքան չքնաղա-
ութբ բանից ճառեաց գովաբանել և մե-
ծացուցանել առ պետրոս, ասելով.
Թէ երանի է' քեզ սիմոնի որդի յովնա-
նու. զի մարմին և արիւն ոչ յայտնեաց
քեզ, այլ հայր իմ, որ յերկինս է: Եւ
ես քեզ ասեմ. զի դու ես վէմ. և 'ի վե-
րայ այդր վիմի շինեցից զեկեղեցի իմ. և դրու-
նք դժոխոց զնա մի յաղթահարեսցեն:
Ը 8 Եւ տաց քեզ զփականս արքայութեան եր-
կնից. և զոր միանգամ, և զայլն: Իսկ
մխիթարն միայն հանդերձ համարէ զերա-
նի քեզն պետրոսի. որոց և զվայ ձեզն
փարիսեցւոցն. և ոչ եւս ամաչէ դնել 'ի
ձեռս փարիսեցւոցն զփականսն պետ-
րոսի, որք ըստ նորա ասացելոյն են սբ
խորհուրդք մկրտութ, ապաշխարու-
թե, և այլն:

Ուրեմն ապա ասեմք. եթէ փական-
քն, զոր խոստացաւ տէրն պետրոսի
միայնում, ասելովն. տաց քեզ զփակա-
նս արքայութեան երկնից, և այլ. յայն
ժամ

ձամ տնտեսին եղև նմա, յորժամ տաս-
ցան. առանձին զօրութիւն են: և Թէ ոչ
՚ի ձեռն օրինակին առանձին՝ ինման,
եԹէ միայն պետրոսի, ընդէր ճշմարիտ
հովուի, յանձնեցաւ ՚ի նմէ հովուա-
պետութիւն և կատարելութիւն նմին եկե-
ղեցեաց, և ես առաքելոց եղբարցն
իւրոց. նոյնպէս և ՚ի ձեռն օրինակին փա-
կանաց խմնին, Թէ ոչ նմին միայնում,
ընդէր ճշմարիտ վկայութիւն և ամենայն
սին, առաւ ՚ի նմէ պետրոսին իշխանու-
Թե իւրեանց ընդ հանուր եկեղեցւոյ: զոր
օրինակ, առեալ է՝ ամենայնատեր տաւղոք
փականս այսմիկ, զոր կացուցանէ առն
տան ՚ի տանն իւրում: և այնմիկ, որ
կացուցանի իշխան ՚ի քաղաքի, և սփա
կանս մատուցանեն: Եւ ապա Թէ ոչ, վա
սնէր յառանձնական պետրոսի ասացեալ
լինելն այսոքիկ: և կամ ընդէր ոչ խոստա-
ցեալ եղեն նմա փականքն յառաջ քան Թէ
ինքն զանձնական զդաւանեալ հաւատսն
իւր ՚ի քս: և վասն էր ոչ տուեալ եղեն նմա
նոյն փականքն յառաջ, քան Թէ ինքն
խոստովանեաց սիրել զքս առաւել քան
զայլսն. եԹէ ոչ, զի ճանաչեսցէ. Թէ
պետրոս վա յատուկ հաւատոյն և սի
րոյն իւրոյ զմանաւանդն ինչ առնոյր
՚ի քէ. որ ոչ էր տուեալ այլոց առաքե-
լոցն:

Եւ դարձեալ Թէպէտ զայն իշխանու-
Թիւն, զոր քն խոստացաւ պետրոսի
այնու բանիւն. զոր միանգամ կապես
ցես յերկրի, և այլն. յետոյ խոստա-
ցաւ և ամ առաքելոցն, ասելով. զոր
կապիցէք յերկրի, և այլն. և տուաւ
ետ նոցա, ասելով. որպէս առաքեաց զիս
հայր, և ես առաքեմ զձեզ: որով բա-
նիւն կացոյց զնոսա իբրև դեսպանս
իւր, և զկառավարողս եկեղեցւոյ. և
ետ նոցա զիշխանութիւն կապելոյ ՚ի ձեռն

նոր-

Præfecto, Oeconomo; datam à Domino summam in omnem Ecclesiã potestatem: quemadmodùm & ei, qui in domo œconomus instituitur, claues tradi solent; & Principi, cui Ciuitas deditur, offeruntur claues in signum subiectionis. alioquin cur Petro singulariter hæc dicerentur? aut cur claues non fuerunt ei antè promissæ, quàm singularem suam fidem in Christum testaretur; sicut nec antè datæ per illud, *Pasce oues meas*, quàm interrogatus esset, an plùs cæteris Christum diligeret: nisi, vt intelligeretur, quòd ipse ob singularem fidem, & dilectionem suã aliquid ampliùs à Christo accipiebat, quod alijs non dabatur Apostolis?

Prȩtereà tametsi, quod Petro Christus promiserat per illa verba: *quodcunque ligaueris super terram, &c.* deindè cunctis etiam Apostolis & promisit, cùm dixit: *quæcunque alligaueritis super terrã, &c.* & dedit post Resurrectionem, dicens: *sicut misit me Pater, & ego mitto vos:* quibus sanè verbis constituit eos, quasi Legatos, & nomine suo gubernatores Ecclesiæ, eisque potestatem iurisdictionis attribuit ligandi, atq; soluendi per leges, & censuras Ecclesiasticas: sicut etiam per ea verba; *Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis, &c.* dedit illis potestatem Ordinis ad remittenda peccata: tamen, vt intelligeretur, has potestates collatas esse reliquis Apostolis; non vt Pastoribus ordinarijs, sed vt Legatis, cum subiectione quadam

ad Petrum ; Petro autem, vt ordinario Pastori, ac principali Præfecto ; huic singulariter, antequàm omnibus, dictum est : *Quodcunque ligaueris super terram*, &c. & huic tantùm, & non omnibus, dictum est ; *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meā. Tibi dabo claues regni Cælorum. Pasce oues meas.* &c.

Denique ad vltima illa de Apostolis, qui clauium potestatem Armenis communicauerint, respondebimus infrà, §. 12. Interim, quod de Petri clauibus, ac ligandi, soluendique potestate dictum à nobis est, Patrum testimonijs roboremus.

Tertullianus, libro de pudicitia, cap. 21. sic loquitur: *Tibi, inquit, dabo claues, non Ecclesiæ : & quacunque solueris, vel alligaueris ; non, quæ soluerint, vel alligauerint. Sic enim & exitus docet : in ipso Ecclesia extructa est, id est, per ipsum: ipse clauem imbuit : Vides quam.*

Cyprianus, in epist. ad Iubaianũ: *Nos Ecclesiæ vnius caput, & radicem tenemus*. Et infrà explicans, quis sit hoc caput, & radix, inquit : *Ecclesia, quæ vna est, super vnum, qui claues eius accepit, voce Domini fundata est.* Item in libro de Vnitate Ecclesiæ : *Dominus loquitur ad Petrum : Ego dico tibi, quia tu es Petrus, &c. & tibi dabo claues regni cælorum ; & quæ ligaueris super terram, erũt ligata & in Cælis. Et iterùm post resurrectionem suam dicit: Pasce oues meas. Super illum vnum ædificat Ecclesiam suam, & illi pascendas mandat oues suas. & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem*

ղարձմանաց եւ այլոց եկեղեցականաց պաշտօ-
նէից, եւ արձակելոյ ի տուգանէ : որպէս եւ
այլում քահանին. Եթէ ուսեալ Թագաւո-
րութ զեռոյ. Թագաւոր լինի նոցա ; եւ
այլն. Եւ նոցա զիշխանութիւն կապելոյ
տալ ՚ի Թագաւորութեան : ԻՀ յղարկեալն մի
զպատուհասս զանազանելոյ զնոյն, եթէ ինքն
տայր զիշխանութիւն զայս յառաքելոց
առաւելագոյն, ոչ երբեք ընտանեկան հով-
ւութեան եւ եկեղեցւոյ մեծ եկեղեցւոյ : այլ եւ
ըստ հրեշտակաց եւ առաւելոյ եւ ըստ ուսո-
ւոց պատուէր Կայսերութեան առաքելոցն, որ
եր եպիսկոպոսն Հռոմէ եւ եկեղեցւոյ մեծ աշխարհ
Հի, առնել այսպիսի առաքելոցն յաջորդաց
յատուկ քան Թէ այլոցն առաջ. զոր
միանգամայն կապեսցես յերկրի, եւ այլն
եւ առաքելոց միայնում, եւ ոչ այլոցն
առաջ. Տեղեաց այդ ՚ի վերայ շինեցից զեկ-
եղեցի իմ : Եւ առաջ քեզ զփականս ար-
քայութեան երկնից : Եւ դու հովուեա
անասունս զեղեցկա քո ; Եւ առաքելոյն
զիշխանութիւն իմ : եւ զայլն :

ԻՉ Կիպրիանոս ասէ. զոր ՚ի թղթին առ
միաբանութեան, Թէ առաջին հաստատեցին
զիշխանութիւն փականացն մեծ այլոց
եկեղեցեաց հաւատոյ հաստատեալ եկեղե-
ցւոյ. պատուին առաջնորդ յերկրի ՚ի պատւոյն
Ժբ. բդ": եւ այսու հետեւ հաստատեալ
սրբոյ միաբանութեան հոգւոյ սրբոյ հաւատոյ
զոր ինքն առաջ յաղագս քահանայութեան այն
առաքելոյն :

Թէ Երտուղիանոս ՚ի գիրսն յաղագս պար-
կեշտութեան, եւ ՚ի. ԻԱ. գլխ ասէ.
ՔԵԶ տաց. Թէ քեզ տաց զփականսն
ոչ եկեղեցւոյ: եւ զոր միանգամ կապես-
ցես կամ արձակեսցես, ոչ զոր միան-
գամ կապեսցեն, կամ արձակեսցեն ;
քանզի ելքն ուսուցանեն միայն շինեցաւ
եկեղեցին. այս. ՚ի ձեռն նորա: եւ ինքն մի-
այն զփականսն եառ :]

Ժբ 12

Ժգ 13

Ժդ 14

suam Սէն

15 [illegible]

16 [illegible]

17 [illegible]

[illegible]

ſuam parem poteſtatem tribuat; & dicat: ſicut miſit me Pater, & ego mitto vos: accipite Spiritum ſanctum; ſi cui remiſeritis peccata, remittentur illis; ſi cui tenueritis, tenebuntur: tamen, Vt Vnitatem manifeſtaret, Vnam Cathedram conſtituit, & Vnitatis eiuſdem originem, ab Vno incipientem, ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erant vtique & cæteri Apoſtoli, quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris, & poteſtatis: ſed exordium ab Vnitate proficiſcitur: Primatus Petro datur, Vt Vna Chriſti Eccleſia, & Cathedra Vna monſtretur.

Euſebius Alexandrinus, homil. de Reſurrectione: *Veni, inquit, ne timeas: nihil tibi de gloria Apoſtolici Chori minui: non te à dignitate remoui: non feci te ſecundum infra alterum: non dedi alteri claues: ne timeas: quod promiſi, impleo.*

Iulius I. Papa, in epiſt. 1. ad Epiſcopos Orientales: *Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis: & cùm omnium par eſſet electio, Vni tamen datum eſt, Vt cæteris præemineret.*

Hilarius, libro de Trinitate. *Petrus ſupereminentem beatæ fidei ſuæ confeſſione locum promeruit. hinc regni Cælorum habet claues: hinc terrena eius iudicia cæleſtia ſunt:*

Cyrillus Hieroſolymitanus, Catech. 17. *In eadem Spiritus ſancti virtute & princeps Apoſtolorum, & regni Cælorum clauiger, Petrus, &c.*

Baſilius, ſermone de Iudicio Dei: *Beatus Petrus, qui & cæteris prælatus fuit diſcipulis; cuique magnificentius;*

quàm reliquis omnibus, datum testimonium est; magìsque, quàm reliqui omnes, beatus appellatus; cui claues regni cælestis commissa sunt.

Hieronymus, libro 1. aduersùs Ioniniattum, cap. 14. *At dicis: super Petrum fundatur Ecclesia: licèt id ipsũ alio in loco super omnes Apostolos fiat, & cuncti claues Cælorum accipiant, & ex æquo super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim Vnus eligitur, Vt capite constituto schismatis tollatur occasio.*

Chrysostomus, in homil. in Petrum Apostolum, & Eliam Prophetam: *Petro Apostolo Orbis terrarum Ecclesiæ, & Populorum multitudines eius fidei committendæ erant; Vel potiùs creditæ sunt illi claues regni Cælorum. quid enim ait illi Dominus? quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cælis.*

Ephræm Syrus in Panoplia, seu Armatura spirituali: *Princeps Apostolici ordinis Petrus, cùm filium Dei Viui Christum Iesum confessus esset, claues regni cælestis accepit, potestatemq; cælestium, ac terrestrium omnium obtinuit.*

Augustinus, tract. 50. in Ioan. *Petrus, quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit.* Explicans autem, quam ob causam Petrus Ecclesiam significabat, inquit in Psal. 108. *Ecclesiæ Petrus agnoscitur gessisse personam propter primatum, quem in discipulis habuit.* Quibus verbis, innuere vult Augustinus, Petrum claues à Domino accepisse, non eo modo, quo reliqui Apostoli, hoc est, non

ԺԸ 18 [illegible]

ԺԹ 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

Իա 21 non vt ipse solus illis vteretur; sed vt summus Ecclesiæ Præsul existens, eas alijs etiam Episcopis, & Presbyteris Ecclesiæ communicaret.

Gregorius Magnus (Patrem hunc vnum, ex ijs, quos Concilium Chalcedonense præcessit, afferre nonnúquàm licuit: quippe qui nihilominùs ob singularem eius sapientiam, & sanctitatem, suscipitur etiam ab Armenis) lib. 4. epist. 32. *Cunctis*, inquit, *Euangelium scientibus, liquet; quòd Voce Dominica sancto, & omniū Apostolorum Principi Petro, totius Ec-*
Իբ 22 *clesiæ cura commissa est: ipsi quippè dicitur, Tibi dabo claues regni Cælorum.* Et infrà: *Ecce claues Regni Cælestis accepit: potestas ei ligandi, atque soluendi tribuitur: cura ei totius Ecclesiæ, & principatus tribuitur.*

TER-

TERTIA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 5.

§. X.

Ioan. 21. ASserunt Latini, Dominum soli Petro dixisse: Pasce oues meas: & per hac verba dedisse illi in Ecclesia principatum: sed falluntur: nam oues pascere non significat dominari, ac principem agere; sed cibum ouibus ministrare, hoc est, rationalem gregem, nempè populum, instruere, ac docere: Vt testatur Deus per Ezechielem capite 34. dicens: Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. nōne greges à pastoribus pascuntur? lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat, occidebatis; gregem autem meum non pascebatis. Hinc etiam Paulus ad Corinthios
1. Cor. 3. scripsit: Tanquàm paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, &c. Ecce Verbi diuini prædicatio, seu doctrina, quàm Christus ibi pastionem vocauit, hic potus, & esca dicitur ab
Matth. 4. Apostolo, iuxtà illud: non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Cùm igitur oues pascere significet docere, ac prædicare; manifestum est, non soli Petro iniunctum à Christo fuisse hoc officiu, sed omnibus simul Apostolis: nam om-
Marc. 16. nibus dixit: Prædicate Euangelium
Matth. 28. omni creaturæ. Et, euntes docete omnes gentes, &c. Non vnum ergo Pastorem dedit Christus Ecclesiæ, sed mul-

[illegible]

Գլուխ. Ժ.

[illegible]

[illegible]

դ 4 [illegible]

ե 5 [illegible]

զ 6 [illegible]]

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ.

[illegible]

multos, de quibus Apostolus ad Ephes. Alios, *inquit*, dedit Euangelistas, alios autē pastores, & doctores. *Vide, vtì pastorem agere, nihil aliud sit iuxtà Paulum, nisi docere. Ea propter non fuit Petro dictum, pasce pastores, nempè Apostolos reliquos; sed tantùm*, pasce oues meas. *nam cæteri Apostoli erant quidem Petro æquales in officio pascendi oues Christi. Adde, quòd, dicens Dominus Petro*, pasce oues meas, *non illi pascendos commisit omnes populos. sed tātùm Iudaicum; quem ibi suas oues vocauit, quia ad eum solummodò missus fuerat, iuxtà illud*: Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël. *Cùm autem dixit*: Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere; *intellexit de populo gentili, cuius pascendi cura, non Petro quidem, sed Paulo commissa est: quarè ad Galatas idem scribens Apostolus, inquit*: Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatum circū-cisionis, operatus est & mihi inter gentes. *Igitur Petrus non fuit totius Ecclesiæ pastor, sed cuiusdam eius portionis.*

Ephes. 4.

Matth. 15.

Ioan. 10.

Galat. 2.

RESPONSIO.

QVòd soli Petro, & non alijs Apostolis dictum sit: *Pasce oues meas*; ille negabit, qui Euangelio nequaquàm credit. ibi enim ei dicitur, *pasce oues meas*, cui dictum anteà fuerat, *diligis me plus his?* id est, plùs Apostolis alijs, qui præsentes

ade-

aderant: hoc autem soli Petro dictũ, Euangelium his verbis refert: *Dicit Simoni Petro Iesus, Simon Ioannis, diligis me plus his?* igitur soli Petro, & non alijs dictum est, *Pasce oues meas.*

Pascere autem oues, præsertim in sacris Scripturis, non significat tantùm præbere cibum, seu docere, ac prædicare; verùm etiam præesse, regere, gubernare, ac Principis locum tenere. idque, ne longè abeã, ex eodẽ capite 34. Ezechielis, quod Mehkitarius contra nos obiecit, facilè demonstrabo. Etenim ibi, post supracitata Domini verba, quæ quidem nihil faciunt contra nos, ita subditur: *Suscitabo super oues meas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem: ego autem Dominus ero eis in Deum; & seruus meus Dauid, princeps in medio eorum. Ego Dominus loquutus sum.* Igitur, ex voce Dei, idem est pascere eius oues, ac esse in medio earum Principem, vt erat Dauid in Israël; hoc est, eis præesse, eas regere, iudicare, & gubernare; quæ quidem omnia, etiam ex communi vsu loquentium, actus pastorales dicuntur. Verùm dato, & non concesso, quòd pascere pro eo solùm accipiatur, quod sit cibum alteri procurare, ac prouidere: cuiusnam erit pascendi munus in hoc etiam significatu, nisi eius, qui super familiam constituitur, eique præest? ita certè Dominus inquit, Lucę 12. *Quis, putas, est fidelis dispensator, ac prudens, quem constituit Dominus super*

է 7

[illegible]

ը 8

[illegible]

թ 9

[illegible]

[illegible]

Ժ 10

ԺԱ 11

ԺԲ 12

super familiam suam, vt det illis in tempore tritici mensuram? seu iuxta Matthæum, *Vt det illis cibum in tempore?* Matth. 24.
Itaque, cùm vni Petro sit dictum à Domino: *Pasce oues meas*; manifestè sequitur, esse solum Petrum, Rectorem, Præsidem, ac Principem in Ecclesia constitutum.

Nec obstat, quòd omnibus Apostolis dictum sit: *Docete omnes gentes*: &, *prædicate Euangelium omni creaturæ*: neque quòd Paulus scripserit: *Alios autem dedit pastores, & doctores*. Nam ex hoc tantùm sequitur, à Christo datos quidẽ esse Ecclesiæ alios pastores, sed vt doceant, ac prædicent; Petrum verò datum esse pastorem, vt etiam præsit: & ideò illi soli dictum est, & non alijs, *Pasce oues meas*. Vel ex hoc sequitur, quòd non ita Dominus Petrum constituit Pastorem suarum ouium, vt ipse per se eas omnes pasceret, ac regeret; sed vt partim per se, partim per alios. Vel etiam ex hoc sequitur, quòd ita Dominus Apostolos omnes ad prædicandum, ac pascendũ gregem suũ miserit, vt reliqui hoc munus obire deberent, non vt pastores ordinarij, sed vt Apostoli, ac Legati, & dependenter à Petro, tanquàm à Capite, & Præside suo: Petrus verò, vt Pastor ordinarius, & Caput cæterorum. Et ideò ad hoc declarãdum, quamuis omnibus dixerit: *Docete omnes gentes*, &, *prædicate Euangelium omni creaturæ*; tamen non omnibus, sed soli Petro dixit: *Pasce oues meas*. Quemadmodùm, etsi omnibus dictum est: *Quæcunque al-*

 liga-

ligaueritis super terram, erunt ligata & in Calo, &c. attamen vni Petro dicitur: *Tibi dabo claues Regni Calorum*. Et quamuis omnes Apostoli dicantur in sacris scripturis Ecclesiæ fundamenta; tamen vni Petro dicitur: *Tu es petra, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam*.

Præterea, cùm Christus Petro dixerit absolutè; *Pasce oues meas*; quis dubitare poterit, quin vniuersum gregem suum illi pascendum commiserit, non solùm Iudæorum, sed etiam Gentium? nam pronomen illud, *meas*, ad omnes Christi oues extenditur. Sicut, cùm dixit Ioan. 10. *Cognosco oues meas*; &, *animam meam pono pro ouibus meis*; nemo negare poterit, quin de omnibus sit loquutus. Itaque illud, *meas*, ad omnes oues extenditur, quæ in ouili Dominico erant futuræ non solùm ex Iudaico populo, de quibus dixerat, *non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël*; verùm etiã ex Gentili, de quo ait, *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili; & illas me oportet adducere; & Vocem meam audient; & fiet Vnum ouile, & Vnus Pastor*: immò & ad ipsos Apostolos, ac discipulos suos; quibus ait, Luc. 12. *Nolite timere pusillus grex*: Etenim, quamuis hi respectu aliarum ouium essent pastores; erant tamen oues respectu Christi, qui eas Petro pascendas commisit tum mãdato illo vniuersali, *Pasce oues meas*; tum etiam altero particulari, cùm dixit, *& tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos*.

13

14

15

[illegible]

Ad

[illegible] 16

[illegible] 17

[illegible] 18

[illegible]

Ad testimonium Pauli, ad Gal. 2. scribentis: *Creditum est mihi Euangelium præputij, sicut & Petro circumcisionis: qui enim operatus est Petro in Apostolatum circumcisionis, operatus est & mihi inter gentes*: respondetur, quòd ista inter Petrum, & Paulum distributio non fuit iurisdictionis, sed prouinciarum, ad commodiùs prædicandum Christi Euangelium: scilicet, vt Petrus in conuersionem præcipuè Iudæorum incũberet, nec tamen omitteret conuersionem Gẽtilium; Paulus è contrario Gentilibus potissimùm prædicaret, nec tamen proindè à conuersione Iudæorum prohiberetur: quemadmodùm etiam inter reliquos Apostolos altera similis facta est prouinciarum diuisio.

Cæterùm quantùm attinet ad potestatem, seu iurisdictionem Euangelizandi, nedum Petrus, & Paulus, verùm etiam omnes Apostoli poterant iure diuino cunctis nationibus prædicare; cùm omnibus dixerit Dominus: *Euntes docete omnes gentes*: &, *prædicate Euangeliũ omni creaturæ*; & iterùm Act. 1. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudea, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ*. Et quidem, quòd Petrus etiam Gentilibus prædicare potuerit, constat præterea tum ex eo, quòd ipse ait Act. 15. *Vos scitis, quoniam ab antiquis diebus Deus elegit per os meũ Gentes audire verbum Euangelij, & credere*: tum quia Sedem sui Episcopatus primùm Antiochiæ posuit, deindè Romę, quæ Vrbes erãt Gen-

 tili-

tilium. Et quod licuerit Paulo Iudæis etiam prædicare, habetur ex eo, quod de Paulo Dominus ait Act. 9. *Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coràm Gentibus, & Regibus, & filijs Israël*, hoc est, Iudæis: vndè quocunque Paulus ibat, in Iudæorum Synagogis euangelizabat: quarè & dicebat 1. Cor. 9. *factus sum Iudæis tanquàm Iudæus, vt Iudæos lucrarer*. Immò, quod Petrus principale mandatum de Iudæis habuerit, ac vocetur à Paulo circumcisionis Apostolus, videtur potiùs confirmare, illum totius Ecclesiæ fuisse pastorem, & in locum Christi substitutum: nam Christus, omnium licèt ouium pastor esset, de se tamen similiter ait. Matth. 15. *Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt, domus Israël*: & Paulus ad Rom. 15. *Dico enim*, inquit, *Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis*.

Deindè ad hominem cōtrà Mehkitarium: Si Petrus vnius portionis Ecclesiæ pastor fuit: quæro ab ipso, quænam erat hæc portio? si dixerit, Iudæorum: ergo contra id, quod à primo ad vltimũ vltrò ipse fatetur, non fuit Petrus pastor, & Episcopus Romanorum, qui erant Gentiles. Si dixerit, Gentium: ergo contra id, quod ipse nunc asserit, Petrus Iudęorum pastor non fuit. Itaque aut se delirum Mehkitarius fateatur; aut omnium ouium curā à Christo fuisse Petro iniunctam.

Iã verò, quod diximus hactenùs, ex Patribus confirmetur. Origenes, in cap. 6. Epist. ad Roman. sic ait:

Pe-

19 [illegible]

20 [illegible]

21 [illegible]

[illegible]

[illegible] Եր. 22

[illegible]

[illegible]]

[illegible] Եր. 23]

[illegible]]

[illegible] Եր. 24]

[illegible]]

[illegible]] [illegible]] [illegible]

ուէ:

Petro cum summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum, velut super terram, fundaretur Ecclesia; nullius confessio virtutis alterius ab eo, nisi caritatis exigitur.

Cyprianus, de Vnitate Ecclesiæ: *Super illum vnum ædificat Ecclesiam suã, & illi pascendas mãdat oues suas.*

Ambrosius, in cap. vlt. Lucæ: *Simon Ioannis diligis me? Vtique, tu scis, Domine, quia amo te. dicit ei Iesus: pasce agnos meos. quis est alius, qui de se hoc profiteri possit? & ideò, quia solus profitetur ex omnibus, omnibus antefertur.*

Epiphanius, in Ancorato: *Hic est, qui audiuit, pasce oues meas; cui creditum est ouile.*

Chrysostomus, lib. 2. de Sacerdotio: *Quanam de causa ille sanguinem effudit suum? certè, vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tũ Petri Successoribus committebat.* Item homil. 11. in Matth. *Petrum Ecclesiæ futuræ pastorem constituit.* Et infrà: *Deus concedere solus potest, vt futura Ecclesia, tot, tantisque fluctibus impetu irrumpentibus, immobilis maneat, cuius Pastor, & Caput homo piscator, atque ignobilis.*

Augustinus, in hunc locum: *Oues ipsas pascendas, id est, docendas, regendasque committit.* Et in libro de quęstionibus noui, & veteris Testamẽti, quæst. 75. *Sicut in Saluatore erant omnes causæ Magisterij; ita & post Saluatorem in Petro omnes continentur: ipsum enim constituit caput eorum, vt pastor esset gregis Dominici.*

Gregorius Magnus, Ser. 3. de anni-

anniuersario die suæ assumptionis ad Pontificatum: *Vnus de toto Mundo Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi, & omnibus Apostolis, cunctisque Ecclesiæ Patribus præponatur: Vt, quamuis in populo Dei multi Sacerdotes sint, multique pastores; omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.* Similiter habent reliqui Ecclesiæ Patres vniuersi.

QVARTA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO

Ex capite 3. & 7.

§. XI.

Luc. 22. EX cap. 3. *Asserunt Latini, Dominum Petro dixisse:* Simon, tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos: *ideòque principem eum constituisse aliorum Apostolorum. At sanè falluntur; nam nemo dicitur confirmari, nisi post lapsum: ex Apostolis autem post acceptum Spiritum sanctum, nullum alium cecidisse, scimus, aut indiguisse cõfirmatione, nisi solum Petrum, qui ab Apostolo Paulo correctus, & confirmatus fuit; vt in epist. ad Galatas idem narrat Apostolus, dicens:* Cùm

Galat. 2. venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. priùs enim, quàm veniret quidam à Iacobo, cum gentilibus edebat: cùm autem venissent, subtrahebat, & segregabat se, timens eos, qui ex circumcisione erant; & simulationi eius consenserũt cæteri Iudæi; ita

ԻԵ 25 [illegible]

Ա 1 [illegible]

[illegible] որ և զմ ... հաւատ[illegible] :] [illegible]

Բ 2

ՉՈՐՐՈՐԴ ԸՆԴԴԻ ՄԱԽՈՒԹԻՒՆ

Մխիթարայն ի յ. գ. գ"և. է. գ"գլխոյն, որ վ(ա)ս հաստատութեան [illegible], և վս [illegible] :

Գլուխ. ԺԱ.

Ի Յերրորդ գլխոյն : Ասեն լատինք, թէ [illegible] դու երբեմն դարձցիս, և հաստատեսցես

[illegible]

Գ 3. ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationẽ. Sed, cùm vidissem, quòd non rectè ambularent ad veritatem Euãgelij, dixi Cephæ coràm omnibus: si tu, cùm Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè; quomodò gentes cogis Iudaizare? *Videte, vt Petrus errans confirmatur à Paulo. Nec alios ipse confirmasse videtur, nisi fortassè, postquàm Christum negauerat, exemplo duntaxàt pœnitentiæ suæ: quod indicant illa verba:* Et tu aliquandò conuersus, confirma fratres tuos. *Nam, cùm viderent Apostoli, quòd Petrus, post magnam illã negationem conuersus, in Domini gratiam redierat, in fide confirmati sunt, sperantes, fore vt etiam Christus suum ipsorum remitteret scandalum.*

Դ 4. Huc etiam spectant illa eiusdem Hæretici verba, relata §. 1. num. 8. *Vndè quæsò habeat Romana Ecclesia potestatem hanc, vt ipsa Sedes alias Apostolicas iudicare possit, nec ab aliqua ipsa iudicetur? & verò probè scimus, fuisse tamẽ ab alijs Apostolis iudicatũ Petrum: ita vt opus ei fuerit ascendere Ierosolymam, & respondere de se, cùm Cornelium baptizauit: sicut refert Lucas in Actibus, dicens:* Audierunt autem Apostoli, & Fratres, qui erãt in Iudæa; quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Cùm autem ascendisset Petrus Hierosolymam, disceptabant aduersùs illum, qui erant ex circumcisione, dicentes: quarè introisti ad viros, præputium habentes, & manducasti cum illis? incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem, &c. *Viden, vtì non*

Ե 5 Act. 11.

mo-

modò non habebant illum, vt principē: sed etiam eum imperio disceptantes, iudicabant eum.

Ex cap. 7. *Latini quidem Petri prærogatiuas enumerant; defectus autem inuoluunt silentio: nec cogitant, quòd qui Petro dixerat;* Tu es Petra, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; *paulò post eidem subiecit:* Vade post me Satana, scandalum es mihi. *Et qui dixerat:* Tibi dabo claues regni Cælorum; *deindè subiunxit:* Non sapis ea, quæ Dei sūt, *hoc est, regni Cælorum;* sed ea, quæ hominum. *Et qui iussit:* Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos; *idem loquutus anteà fuerat:* Modicæ fidei quarè dubitasti? *Et qui ter replicauit:* Pasce oues meas; *idem prædixerat;* Antequàm gallus cantet, ter me negabis. *Illas itaque Petri laudes per totidem reprehēsiones, nec sine speciali Dei prouidentia, compensauit: vt nimirùm neo-Latini ex Petri laudibus superbirent; nec alij Petrum, Apostolis reliquis inferiorem ex reprehensionibus æstimarent.*

Matth. 16.

Matth. 14.

Matth. 26.

RESPONSIO.

NVgæ sunt ista, Mehkitari, nugæ prorsùs pueriles, & futilitatis, temeritatisque plenissimæ cantiones. Haud enim quærendum nobis iam est, an Petrus aliquādò ceciderit, nec ne? neque, an si lapsus, obiurgatione Dominica, vel fraterna correptione aliqua indiguerit? scimus quidem, Apostolos omnes & leuiter cadere potuisse post acceptū

Spi-

Զ 6

[illegible]

Է 7

[illegible]

Ը 8

[illegible]

[illegible]

Թ 9

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ.

[illegible]

Ժ 10

ԺԱ 11

Spiritum sanctum, & etiam antequã Spiritus sancti gratia firmarentur, grauiter cecidisse plerosque, vel per externam tantùm negationem, vt Petrus; vel per internam adhuc incredulitatem, vt Thomas; vel per scandalum ex Dominica passione, vt cæteri. Vnum, quod quęritur, est: an Petrus, lapsu non obstante quocunque, aliorum Apostolorum, & totius Ecclesiæ caput, princepsque sit à Domino constitutus? nam, qui nesciat, nemo est, & posse Præsulē, si homo sit, in aliquo labi, & interdũ à subditis etiam fraternè, & debita cum reuerentia corripi. At examinemus, amabo te, quæ tu obijcis, Petri peccata, & aliorum aduersùs illum disceptationes, & iurgia.

Erras imprimis, cùm ais: *Nemo dicitur confirmari, nisi post lapsum.* meliùs certè dixisses: nemo confirmari dicitur, nisi ante lapsum: vt scilicèt ne labatur. etenim postquàm lapsus quis est, erigi debet, non cõfirmari. falsum ergo est, quod hinc inferebas, oportere Apostolos cecidisse, vt à Petro confirmari possent; & Petrum, quòd lapsus sit, ideò cõfirmatum à Paulo. Deinde, si pro tua sententia cecidit aliquo modo Petrus post acceptum Spiritum sanctũ, & à Paulo confirmatus fuit: cur non simili modo labi poterant Apostoli, ac discipuli reliqui, & confirmari à Petro, cui soli à Domino id fuerat iniunctum? Cæterùm nec multùm interest quærere, quo tempore, aut quo modo Petrus Apostolos alios confirmauerit, si per exemplum suę

սուրբ Tt pœ-

pœnitentiæ, vel per verba ad maiorem animi fortitudinem excitantia, siue demùm per alia eius opera, quę primus, & strenuissimè omnium (vt suprà §. 3. num. 28. & seq. visũ est) in summo illo Ecclesiæ nascentis discrimine patrauit: de quibus Chrysostomus homil. 3. in Acta: *Meritò*, inquit, *primus omnium auctoritatem vsurpat in negotio, vt qui omnes habeat in manu: ad hũc enim dixit Christus, & tu aliquandò conuersus confirma fratres tuos.* Nam cõtingere quidem potuit multifariàm, vt eos Petrus pluribus in rebus, ac locis confirmaret, ne vel leuiter post acceptum Spiritum sanctum, vel etiam grauiter antè laberentur. At non de tempore, modo, & actu nostra quæstio est, sed de potestate, ac iurisdictione confirmandi fratres.

Hanc verò ex Apostolis soli Petro à Christo datam, negare non poteris, si meliùs verba illa expenderis: *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquandò conuersus confirma fratres tuos.* Vbi illud, conuersus, non solùm referri potest ad pœnitentiam Petri, vt sensus sit: tu à peccato ad pœnitentiam cõuersus, exindè in posterùm confirma fratres; verùm etiam (quod probabiliùs puto) ad tentationes aliorum; ac si diceret: tu, cuius fides nunquã deficiet, cùm videris alios vacillantes, ad eos conuersus, cõfirma illos: in quo etiam significatu sæpè vox illa, *conuersus*, vsurpatur in sacris Scripturis

Luc. 22.

ուրբ, եթէ մարդ իցէ, կարէ 'ի մեղս
Ժբ 12 ինչ թեթեւ անկանել. և նա երբեմն
'ի հնազանդութեանցն իւրեանց խրատել եզ
քաջաբար և արժանաւոր պատուոյն
եւ Սպր՝ ընծայեցուց զառաքեալսն 'ի քէն
զմեզ պետրոսի, և զայլոցն ընդ դէմ
նր զկողմնակացս, և զմեղադրութիւն:
Նաև և առաջին՝ սուտ առես, թէ
հաստատեսցես զոք՝ չէ՛, քան թէ յետ
զկործման իւրեց: սուրբ գրոցն ասացե
ալդ. էհր. Եւ հաստատեսցես զոք՝ չէ՛,
քան թէ յառաջ քան զգլորումն իւրեց,
զի մի գլորեսցի: քանզի յորժամ գլը
Ժգ րեցաւ, պարտ է՛ կանգնել զնա, ոչ
13 հաստատել: այլա՛ ուրեմն սուտ է՛ և ս
զոր ինչ յառաւ...ս եզրակացուցա
նես. ՃԳ. Թէ պետրոս ոչ կարէր հաս
տատել զայլ առաքեալսն յառաջ քան
թէ գլորէին: Եւ ոչ՝ եթէ բաց քեզ
զայթակղեցաւ պետրոս յետ ընդու
նելոյ զհոգին որ, և հաստատեցաւ
'ի պօղոսէ. այլա՛ ընդ էր ոչ կարէին նը
մանապէս զայթակղել այլ առաքեալքն և աշա
կերտքն, և հաստատել 'ի պետրոսէ,
յորժամ ինքն, և ոչ պօղոս, առաւել էր
զայս հրամանն 'ի քէն: Եւ յորդ՝ անհաւ
տան ինչ է՛ խնդրել. Թէ յորժամ, կամ
Ժդ զի՛ առդ հաստատեսցէ զնա պետրոս:
14 զնն զի կարէր առդ նոք զայս առնել յա
ռաջ քան զգալուստն հոգւոյն սրբոյ:
և կարէր և ս զինի գալստեան նորին,
զի մի թեթեւ անգ զայթակղեսցին, այ
լաւ եղբարցն հաստատել զհաստատու
նն, թէ օրինակաւ, թէ բանիւ յորդո
րելով քաջութեամբ առնել և կրել. Թէ
գործովքն, զոր ինքն առաջագոյն և
հզօրագոյն ճանէ՛ և հոգւով քան զայլ
սն արար 'ի սկզբանն հալածման եկեղ
եցւոյ. որպէս գրէ ոսկեբերանն յերրորդ
ճառն իւրում գործոց առաքելոցն, ասելով այսպէս

Յեր

Տերունի պետրոս առաւելագոյն քան Ժե
զայլսն ՚ի գործ արկանել զհաստատու- 15
թիւն նոր . զի զամենեցունցն բաւական է
ունէր: վասն զի առ նա ասացեալ էր
քեզ . Թէ դու երբեմն դարձցիս, և հաս
տատեսցես զեղբարս քո :] Բայց ա-
նօրութ է՛ խորհել զայդ . քանզի մեր
խորհրդքն ոչ է՛ . մի՛ թէ պետրոս հաս
տատեաց , թէ ոչ . կամ թէ որո՞վ կեր
պիւ և ժամանակաւ հաստատեաց։
այլ է՛ . մի՛ թէ ունէր զհաստատութիւն
հաստատելոյ զնա, թէ՛ ոչ:

Եւ դարձեալ ոչ կարես ուրանալ . թէ
քեզ եւ պետրոսի միայնում զայս ինչխա
նութիւն . եթէ մասնաւորութեամբ խորհրդու Ժզ
զբանն զայն . թէ սկսեալ ակնածեալ առ ամ 16
տասանաւ խորհրդեցն զձեզ խառնեցել ինէ
րե զգործեալն . այլ եւ տրաշեցի վ՟ քո,
զի մի պակասեսցին հաւատք քո . և
դու երբեմն դարձցիս, և հաստատեսցես
ցես զեղբարս քո : Ցորում ասեղանուն
այն բանն . դարձցիս . թէ սկսեալ կարէր
յառաջ եկեալ առ առաջնորդութիւն պետ
րոսի ըստ այսմ միայն . թէ դու ՚ի մե
ղացն առ առաջնորդութիւն դարձեալ
յայնժամ հետէ հաստատեսցես զեղբար
սն . առակաւն իսկապէս իմանի յառաջա Ժէ
րել առ փորձութեան այլոցն ըստ այսմ 17
նշանակութեան . թէ դու, որոյ հաւա
տն ոչ պակասեսցի, յորժամ անկանի
ցես զեղբարսն ՚ի տատանմանէ փորձանաց.
դարձուցես առ նա, և հաստատեսցես
զնա . որպէս և ՚ի աղէն ասի, թէ դարձ
ուէր և փրկեսցէ զանձն իմ. Եւ դարձ.
դու դարձեալ կենդանացես զմեզ. և նա
մանաւանդ: Քանզի յորժամ քո պայս
ասէր պետրոսի, չէ եւ դաշնակեալ
էր նման զանկումն նորա . վասն որոյ ոչ կա
րէր նախ հրամայեալ զառաջնորդու-
թիւն պետրոսի, քան զանկումն նորա; յոր
մէ

pturis; vt in Psal. 84. *Deus tu conuersus viuificabis nos:* & alibi. nam, cùm hæc dixerit Christus ante, quã prædiceret Petro casum suum, non videtur adeò probabile, vt priùs prædicarit eius conuersionem, quã casum. Adde, quòd verbis ijs non modò Petrum Christus est alloquutus, sed in ipso eius etiam Successores, vt suprà, §. 3. num. 9. ostendimus, quorum fratres Episcopos, alios in fide hæsitaturos, alios omninò defecturos, præuiderat.

Ad id autem, quòd subijcis, cecidisse Petrum per simulationem illã abstinendi se à cibis Gentiliũ; ideòque meritò fuisse reprehẽsum à Paulo: dico primò, quòd Patres Græci, quibus etiam subscribit Hieronymus, docent, hoc Petri factũ omni prorsùs peccato vacasse: cùm optimo id animo ille fecerit, ne Iudæis, quorum præcipuè erat Apostolus, scandalum vllum præberet. Quarè idem Hieronymus, alijque complures, volunt, Petrum à Paulo non verè, sed simulatoriè reprehensum, ex conuentione scilicet vtriusq;, ne iudaizantium doctrina confirmaretur. *Et quomodò*, inquit ille in cap. 2. ad Gal. *ausus esset Paulus, Apostolorum maximum, Petrum in publica facie tam procaciter, tam constanter arguere; nisi & Petro sic placuisset argui, & Paulus non ei faceret iniuriam, de quo antè dixerat, Veni Hierosolymam videre Petrum?* Quæ quidem sententia magis confirmatur ex eo, quòd ipsemet Paulus, ne eorundem Iudæorum offensionem

Patres Græci communiter, in hunc locum. Hieron. ibidem, & epist. 99. ad Augustinum.

 incur-

incurreret, in simile aliud, eòque grauiùs factum inciderat, circumcidendo Timotheum, non obstante Apostolorum decreto de circumcisione abolenda: vndè dicitur Act. 16. *Assumens Paulus circumcidit Timotheum propter Iudæos, qui erant in illis locis: sciebant enim omnes, quòd pater eius erat Gentilis.*

Dico secundò: esto Petrus erratum aliquod leuissimum, quod materialiter solùm peccatum fuerit, in eo facto admiserit; & ob id verè à Paulo, vt pleriq; Latini Patres opinantur, reprehensus sit: certè reprehensio ista Pauli non fuit iudicialis censura, qua solent Superiores ex auctoritate subditos iudicare; sed tantùm fraterna correctio, qua licet etiā subditis Prælatos suos interdùm ex caritate corripere: non ergo hinc sequitur, quòd Paulus non agnouerit Petrum, vt suum Superiorem. Quocirca Augustinus in epistola 19. ad Hieronymum: *Rarius*, inquit, *& sanctius exemplum Petrus posteris præbuit, quo non dedignarentur à Posterioribus corrigi; quàm Paulus, quo confidenter auderent Minores Maioribus pro defendenda veritate, salua caritate, resistere.* Et Gregorius Magnus homilia 18. in Ezechielem: *Ecce*, inquit, *à Minore suo Petrus reprehēditur, & reprehendi non dedignatur.*

Præterea falsum est, fuisse Petrū ab Apostolis iudicatum, cùm Cornelium baptizauit. nam, qui aduersùs illum hac de re disceptabant, nō erant Apostoli, sed Iudæi nuper ad fidem

ԺԸ 18 [illegible]

ԺԹ 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

Իա տայն , Թէ պօղոս ճշմարտութ̅ք կշտամբ-
21 եաց զպետրոս . որպէս կարծեն այլք
ոմանք . սակայն կշտամբուԹեն պօղո-
սի ոչ էր դատապարտանական վճիռ , որ
ով սովոր են առաջնորդք դատել զհպ-
ատակեալսն իւրեց . այլ էր եղբայրա-
կան խրատ , որով կարեն երբեմն հնա-
զանդեալքն խրատել ՚ի սիրոյ զառաջ-
նորդս իւրեց : ուստի ոչ հետեւի , Թէ
պօղոս ոչ ճանաչէր զպետրոս երբեւ զա-
ռաջնորդ իւր: յորոյ վր̅ գրէ սբն օգոս-
տինոս ՚ի . ԺԹ . երդ Թուղթն առ ճէ-
րոնիմոս այսպէս: Էարի օրինակ եւս պետ-
րոս հետեւողաց . զի մի հանդգնեսցեն
Իբ խրատել ՚ի հնազանդելոցն իւրեց:] Եւ
22 մեծն գրիգոր հռոմայ հայրապետն ՚ի . Ժը .
երդ" ճառն իւր եղեկեեցի ասէ . Թէ ա-
հա պետրոս խրատեցաւ ՚ի պօղոսէ ,
որ փոքրագոյն էր քան զնքեն. եւ ոչ հան-
դուրժեաց խրատել :]

Եւ դ̅ն՝ յայտնի սուտ է՛ . Թէ պե-
տրոս դատեցաւ եղեւ յառաքելոցն , յոր
ժամ մկրտեաց զկոռնելիոս : քանզի
որք խղճէին ՚ի նմանէ , ոչ էին առաքեալքն,
այլ հաւատացեալքն , որ նորադարձ եկեալ էին ՚ի
սբ հաւատս . որպ գրէ զկս Թէ յորժամ
ել պետրոս յէմ , խղճէին ընդ նմանէ որք
Իգ ՚ի Թլփատութենէ անտի հաւատացեա-
23 լքն էին , եւ ասէին . Թէ ընդ էր եմուտ
առ այրս անԹլփատս, եւ եկեր ընդ նս:]
Իսկ՛ ոչ այսու զրկեցաւ ինչ առաջնո-
րդուԹեն պետրոսի : զի սովոր են եր-
բեմն ստորեաք եւ յանդգնագոյն հնազա-
նդեալքն յանդիմանել զայն, որ ուղղա-
պէս գործեցաւ յառաջնորդէ իւրեց:
վս որոյ ասէ նոյն սբն գրիգոր հռոմ
հայրապետն ՚ի Թուղթն առ Թէոտիստա այս
պէս : ԵԹէ սբն պետրոս՝ յորժամ մի-
զադրեցաւ ՚ի հաւատացելոցն , կամէր
՚ի գործ արկանել զիշխանուԹեն առաք

ալ

fidem conuersi ; vt explicant verba illa, Act. 11. *Cùm autem ascendisset Petrus Hierosolymam , disceptabant aduersùs illum , qui erant ex circumcisione, dicentes; quarè introisti ad Viros præputium habentes , & manducasti cum illis ?* Neque in hoc derogatum est quidquam Petri primatui ; cùm soleant quandoq; subditi audaciores , præsertim imperiti, reprehendere per inscitiam ea , quæ à Superioribus rectè aguntur . Quapropter inquit Gregorius lib. 9. epist. 39. ad Theotistam : *Si Beatus Petrus , cùm à Fidelibus culparetur , auctoritatem , quam in sanctam Ecclesiã acceperat , attendisset , respondere poterat , Vt Pastorem suum oues reprehendere non auderent :* voluit tamen benignè eorũ expostulationibus satisfacere , de suo facto rationem reddendo ; vt exemplum mitis , ac prudentis animi Prælatis alijs relinqueret : vtpote qui debeant subditorum infirmitati, nõ verbis exasperantibus , sed leni satisfactione mederi. sic enim Petrus faciens , temerariam illorum mentem ad obedientiam , & resipiscentiã reuocauit . siquidẽ statim, vt ibi subijcitur , *eius Verbis auditis , tacuerunt , & glorificauerunt Deum , dicẽtes ; ergo & Gentibus pœnitentiam dedit Deus ad Vitam .* Act. 11.

Tandem , quod pertinet ad alios Petri defectus , à Domino reprehensos : respondet Hieronymus in Mat. cap. 16., quòd tunc non adhuc fuerat illi datus à Christo Ecclesię principatus , sed solùm promissus . postquàm autem illum acceperat per ea

ver-

verba: *Pasce oues meas:* nullam aliam à Domino reprehensionem audiuit. *Prudens Lector inquirat,* ait Hieronymus, *quomodò post tantam beatitudinem, Beatus es Simon Bariona, &c. nunc audiat: Vade retro me Satana, scandalum mihi es? aut quæ sit tam repentina conuersio, Vt post tanta præmia Satanas appelletur? sed, si consideret, qui hoc quærit; Petro illam benedictionem, & beatitudinem, ac potestatem, & ædificationem super eum Ecclesiæ, in futuro promissam, non in præsenti datam, intelliget.*

Cæterùm laudat Hieronymus Petri fidem, & pietatem erga magistrũ in illis verbis: *Absit à te Domine, non erit tibi hoc:* & dicit in Matth. caput 14. *In omnibus locis, ardentissimæ fidei inuenitur Petrus. interrogatis enim discipulis, quem homines dicerent Iesum? Dei filium confitetur. Volentem ad passionem pergere, prohibet; & licèt erret in sensu, non tamen errat in affectu, nolens eum mori, quem filium Dei fuerat paulò antè confessus.* Et rursũ in caput 16. *Mihi*, inquit, *hic error Apostolicus, & de pietatis affectu veniens, nunquàm incentiuum Diaboli videbitur.* Et infrà: *Diabolo dicitur; Vade retrò: sed Petrus audit: Vade retro me, hoc est, sequere sententiam meam, quia non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum.* Explicans autem ibidem verbum illud, *Satana*, inquit: *Satanas interpretatur aduersarius, siue contrarius; quia contraria*, inquit, *loqueris voluntati meæ, debes aduersarius appellari.* Itaque nec reprehensio illa tantum ponderis fa-

Matth. 16.

cit

իդ 24 ալ՚ի ամնէ իմըր ոչ էնկղցուոյ . կարէր ա-
սել՚ույ. զինչ իշխեսցէ ոչխարս ըմէ-
րանել զհովիւն իւրեանց :] Բայց կա-
մեցայ՚ բաղդըրութե աաւլ պատմին խըղ
ճմանցույ վն զործոյն իւրոյ. զի ցուցցէ
օրինակ հեզութեան այլոց առաջնոր-
դաց . և թէ պարտ էր ույ երբեմն ոչ
պատուանալեօք, այլ բաղդըրութե բժշկել
զանկարութիս հնազանդելոցն իւրոց:
բանզի և ինքն պետրոս նոյնպիսին բաղ-
դըրութեն վարեալ՝ խաղաղացոյց զխը-
ռովութիւն հակառակօղ հաւատացե-
լոցն, և հնազանդեցոյց զնն. որպ ասի
իե 25 անդ. թէ լուեալ զայս՝ լռեցին, և
փառաւորէր աստուծին զնծ, և ասէին.
ուրեմն և՚ի հեթանոսս եւս ած զապա-
շխարութի կենաց:]

և պա՚ և առաւել, զոր ասէ մեծ
թար յըգս այլոց պակասութեանց պետ-
րոսի, զոր կշտամբեացն քն, պատմէ
ասէն Տերտուղիանոս ՚ի ճառն որ ինըր. ճգ.
երդ" զկայն մթան. թէ յայնժամ չէ-
առուեալ էր պետրոսի ՚ի քէ հոգւոյ ա-
պետութին եկեղեցւոյ, այլ միայն խոս-
տացեալ: իսկ յետ որոյ էառ զայն ՚ի
ձեռն բանիցն այնոցիկ. արած եմ զոչ
իզ 26 խարս իմ. յայնժամ հեռանէ ոչ և ս լուռ ՚ի
անէ զայլ ինչ կշտամբութի: Եւ ճերո
նիմոսի բանքն են այսպիսի: Եթէ խո-
հեմ ընթերցօղ խնդրեսցէ. թէ զի՞ պար-
պետրոս՝ յետ այնքան երանութեն,
թէ երանի է՛ քեզ սիմոնէ, և այլ. այժմ
լուիցէ. երթ յետս իմ սատանայ. զայ
թակղութի իմ ես: զիարդ զայ, եթէ
այն օրհնութին, և իշխանութիւնն,
և շինութին եկեղեցւոյ իւլերայն որում, ոչ
յայնժամ առեալ եղև նմա, այլ միայն
խոստացեալ:]

Բայց՝ յոյժ գովաբանէ նոյն սէրն ճե-
րանիմոս զհաւատս և զսէրն պետրոսի

ցու-

[illegible]
ԻԷ 27
[illegible]
ԻԸ 28
[illegible]
ԻԹ 29
[illegible]

cit, quantum Mehkitarius putat.

Sicut nec illa posterior: *Modicæ fidei quarè dubitasti?* Quoniam Petri factum, quod illam meruerat, expendens sanctus Maximus Serm. 1. de natali Apost. sic ait: *Hic est Petrus, quem Christi esse confidentissimũ, subiecta vestigijs eius maria probauerunt. Nam à Domino suo nouos sibi dari in fluctibus gressus, vt fidelis poposcit, & vt dilectus emeruit: qui ob id solùm trepidasse visus est, vt fragilitas humana cognosceret, quanta esset inter Dominum, seruumque distantia.* Et infrà: *Verè beata Petri, & dum trepidat, mirabilis fides; quem nec perurgentis periculi potuit turbare formido. clamando enim, dum mergitur, Domine libera me, de se diffisus est, nõ de Domino dubitauit. Ne quis ergo timorem hunc gloriosissimi Petri ducat in vitium.* Et Hieroymus in Matt. cap. 14. *Cùm cœpisset,* inquit, *mergi, clamauit, dicens: Domine saluum me fac. ardebat animi fides, sed humana fragilitas in profundum trahebat. paululùm ergo relinquitur tentationi, vt augeatur fides, & intelligat, se non facilitate postulationis, sed potentia Domini conseruatum. Quia paululùm timuit, dicitur: modicæ fidei quarè dubitasti? quid nobis dicendum est, qui huius modicæ fidei ne minimam quidẽ habemus portiunculam?*

Petri quidem negationem, non inficior, magnum fuisse peccatum: sed per eam non excidisse Petrum à fide, pro qua Christus rogauerat, sed tantùm à caritate, manifesta res est. Vndè Augustinus: *Quando*

roga-

Auguſt. lib. de Correptione, & gratia cap. 8.

rogauit, inquit, *Vt non deficeret fides eius; rogauit, Vt haberet in fide liberrimam, fortiſſimam, inuictiſſimã, perſeuerantiſſimam Voluntatẽ*. Et Chryſoſtomus:

Chryſoſtomus hom. 83. in Matth.

Non dixit, ait, *non negabis; ſed; Vt non deficiat fides tua. Curà enim ipſius, & fauore factum eſt, ne omnino Petri fides euaneſceret*. Quomodòcunq; ſit, certè peccatum illud non modò primatum nõ abſtulit; ſed potiùs, ſi dicere liceat, confirmauit. Quarè idem Chryſoſtomus ait:

Chryſoſtom. homil. in Petrũ Apoſt. & Eliam Prophetam.

Permiſſus eſt peccare is, cui Eccleſia credenda erat: illa Videlicet Eccleſiarum columna, & portus fidei, Petrus, Orbis terrarum magiſter, peccare permiſſus fuit, ob eam maximè cauſam, quòd populorum multitudo illi credenda erat; ne ſeuerus, & innocens, à Venia, proprijs fratribus impertienda, eſſet alienus. Et Gregorius Magnus:

Greg. hom. 21. in Euang.

Conſiderandum nobis eſt, inquit, *cur omnipotens Deus eum, quẽ cunctæ Eccleſiæ præferre diſpoſuerat, ancillæ Vocem pertimeſcere, & ſe ipſum negare permiſit? quod nimirum magnæ actum eſſe pietatis diſpenſatione, cognoſcimus: Vt is, qui futurus erat Paſtor Eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter alijs miſereri debuiſſet*.

Itaque tam conceſſio prærogatiuarũ in Petro, quàm peccati permiſſio, fuerunt à Dei prouidentia ordinatæ, nõ quidem, vt Hæreticus blaterat, ad Latinorum ſuperbiam coërcendam, neque ad æqualitatem inter Apoſtolos indicandam, neque demum ad compenſationem; ſed vt Paſtor, & Pontifex toti daretur Eccleſiæ, qui ex vna parte auctoritate ful-

կամելոյ ոչ եւս կարաց խոստովել. քանզի
Լ 30 ետես սկսաւ ընկղմիլ, աղաղակեաց.
ասէր փրկեա՛ զիս. Վն որոյ ոչ երկմտե-
աց զամէն. այլ միայն ի զօրութէն հաւա-
տոյ ասհատակեցաւ. ապա մի՛ ոք այստ-
հեալ մեզ համարեսցէ զայս երկեւղս
պետրոսի:] այսքան սուրբն մաքար-
մա:

Եւ՛րդ՝ ուրացութեան պետրոսի՝ և եւ
եւ աստի, թէ մեծ մեղք եղև: բայց
յայտ է, եթէ վն աղաչանացն տն ոչ
այնու պակաս եղև հաւատն նորա,
այլ ևս միայն: Ուստի սէրն օգոստի-
նոս ի գիրսն յաղս շնորհաց, յութե-
Լա 31 րորդ գլխոյն ասէ. Յորժամ տէրն աղա-
չեաց զի մի պակասեսցին հաւատքն
պետրոսի, աղաչեաց, զի ունիցի ի հա-
ւատս զկամս եւր հաստատ և անյաղ-
թելի և համբերողութեամբ:] Նոյն և
սէրն ոսկեբերանն ի. Հգ. րդ ճառն ի
մտթէոսի ասէ: Ոչ ասաց տէրն. եւ ու-
րացեսցես, զի մի ուրասցիս. այլ՝ զի մի
պակասեսցին հաւատք քո: Վն որոյ քի
խնամութեամբ և շնորհօք եղև. թէ հաւ-
ատն պետրոսի ոչ կորեաւ:] Իսկ՝ զի
արդ և եղէ իւն. արդարև այնու մե-
ղօքն ոչ միայն ի բաց ոչ բարձաւ առա-
Լբ 32 ջնորդութիւն պետրոսի. այլ և ս հաս-
տատեցաւ. որպ վկայէ նոյն ոսկեբե-
րանն ի բանդ յաղս սէրոյն պետրոսի,
այսպիսի բանիւ: Թողեալ եղև մե-
ղանչել այն, որում յանձն լինելոց էր
եկեղեցին: այն սիւնն եկեղեցեաց, և սէ
հաւատոց նաւահանգիստն պետրոս,
և տիեզերաց վարդապետն, թողեալ
եղև մեղանչել սակս այսր պատճառա-
նի. զի նորա հաւատարմութեան պատուի-
էր յանձն առնել զբազմութիւնս ժո-
ղովրդոց. զի մի անմեղք գոլով՝ խստա-
լիցին յայսմ վայրի ի շնորհելոյ զմեղաց

Թո-

Թագաւորին այլոց երկրաւորացն եւ այլոց] Եւ
սէրն զգեցոյր հայրն հրամանն 'ի. Յով. ԻԱ
ռն մեկնութեան՝ առնելն ասէ։ Պատու 33
է մեզ գիտել, թէ զի էր ամենայնի
տեսչ զայն, որպէս կամեցաւ՝ հաստատել
առաքելոց եկեղեցւոյ, եւթող եդեալ 'ի
ձայնէ միոյ աղախնոյ, եւ ուրանալ զնա
չեւ։ որ առաջնոց զօրացեալ՝ քան մեծ 'ի
նախախնամութեամբ. նոյն զի այն, որ
լինելոյ էր հովիւ եկեղեցւոյ, ուսանիցի
'ի մեղաց իւրոց ողորմիլ մեղաւորաց այլոց
մարդկան։]

Ուրեմն առաջին առաւել եղեն այժմ
զոսն շնորհն մեծամեծ, եւ Թադէոս եւս Ա
եղեւ երբեմն մեղանչել, ոչ վն հաւատա 1
ստութե եկեղեցւոյ կոչմանցն. այլ վն
զի այսպէսն հովիւ եւ առաքելոց հաս
տատեսցի լեւոյն, որ 'ի միոյ կողմա
նէ մեծաւ իշխանութ զօրացեալ. եւ
յայլմէ կողմանէ փորձեալ ամենայնիւ,
կարող եղէ 'ի հովուապետելն ոչխարա
աց՝ երբեմն վարել զօրաւ որ զնա այլա
նաւ իշխանութէ, եւ երբեմն չարչա
րանաց լինել անկարութեան նոցա։

ՀԻՆԳԵՐՈՐԴ ԸՆԴ- ԴԻՄԱՀԱՐՈՒ- ԹԻՒՆ

Ե 2

Մխիթարայ 'ի հինգերորդ գլխոյն, որ
յիշա հայոց եկեղեցւոյն։

Պրակք. ԺԲ.

Բ Նշանակն այսր գլխոյս էր այսպէս։ Սմն հայոց եկեղեցւոյն, զի հաւասար է հռովմայ եկեղեցւոյն։] Եւ այս հետեւէր այսպէս։ Եւ ասեն յոյնք, եւ հռոմայեցիք զհայս. թէ ուստի պարծիք մայրաքաղաքաւ. կամ ո եկն առ

ձեզ

fultus suprema, & ex altera tentatus per omnia, posset, in Dominico grege regendo, tum baculo Luporum insultus reprimere, tum miseratione ouium auiarum infirmitatibus compati.

QVINTA MEHKITARII ARMENI OBIECTIO *Quæ est caput 9. ex integro.*

§. XII.

TItulus huius Capitis, quod est vltimũ, habet sic: *Quòd Armena Ecclesia sit æqualis Romanæ: Caput nonum.* Sequitur: *Compellantur à Græcis, & Latinis Armenij: Vndè vos de Ciuitate Metropoli gloriamini? aut quis vnquàm ad vos peruenerit ex Apostolis; vndè nobis vos æquales asseritis? liquet enim, non vnà nobiscum, sed serò, & hora penè vltima ad fidem vos esse conuersos. Ad hæc respondeo; nos de Ciuitate Metropoli, quæ huius sæculi est, minimè gloriari: quippè Dominus ait:* Vos de Mundo non estis, sicut & ego non sum de Mundo. *Et rursùs:* Regnum meum non est de hoc Mundo. Ioan. 17. & 18. *Attamen etiam sine regno, quod iam olim habuimus, sed ab inimicis Crucis Christi euersum fuit,* gloriamur nihilominùs, *iuxtà Paulum,* in tribulationibus, *quas patimur propter eum. Ad id autem, quod, nullum Apostolorum ad nos venisse, contenditis: respondeo, venisse quidem Thaddæum Apostolum.* Rom. 5.

sed esto Thaddæus hic, ut vos vestra fallit opinio, non fuerit Apostolus, sed alius quidam ex septuaginta discipulis; adhuc tamen non erimus vobis inferiores: ecce præterea & Bartholomæus, & Iudas Iacobi, & Simon Zelotes, Apostoli, nostras sunt sortiti Prouincias: & Christus quidem, cùm Apostolis dixit: Euntes docete omnes gentes: *ita eos indifferenter in Mundum vniuersum misit; vt quacunque in Regione Apostolus aliquis mortem oppeteret, eius Natio regionis potestatem illius acquireret: aut quamcunque ipsi irent in gentem, cui esset eorum accepta prædicatio, relinquerent illi, quam à Domino acceperant, potestatem, iuxtà eam præceptionem:* Gratis accepistis, gratis date. *Exemplum sit nobis Petrus: sicut enim is, quanquàm ex propria sorte, à Domino illi data, Circũcisionis esset Apostolus; quia tamen coronam gloriosi certaminis Romæ suscepit, est, & vocatur Apostolus Romanorum: ità pari ratione, multoque magis Armeniorum esse, ac dici debent Apostoli, Bartholomæus, aliique prædicti. Quòd si nostri, isti non sint; nec Petrus quidem erit illorum: sin autem Petrus illorum est; isti vtique etiam nostri dubio procul. Cæterùm, quod asseritis de sera nostra conuersione, à vero non abest: horam circa vndecimam illa fuit. at cunctatio ista non ex nostra desidia, sed ex placito accidit serò vocantis. quapropter hic ex sua quidem misericordia, tametsi vndecima nos hora vocauit in vineam suam per Apostolicum Dei virum, S. Gregorium Parthum; in redditione tamen mercedis*

Math. 28.

Գ 3 [illegible]

Դ 4 [illegible]

Ե 5 [illegible]

մեզ.

մեզ. եւ այդ յերրորդն. զի 'ի մետասանե-
րորդ ժամու եկեալ. եւ այսու ոչ 'ի նուաստագու- Զ 6
Թեան մեզ, այլ 'ի հաւասարս ձայնեաց ձեզ
զմեզ նմանեալս. նոյն յարժան յայտնեալ
է' զմեզ 'ի մետասաներորդ ժամու, եւ
կոչեաց զմեզ ըստ ողորմութեան իւրում
յայտնեաց ի'ւր 'ի ձեռն առաքելական
առն մեր որ զերծն զբեռն պատմելեաց,
համ առաքելոց զգօտապնդութիւն մեր ընդ
քրիստոսի առաքելովն 'ի տուրս զարմանեալ
Որում փառք հանդերձ հօր, եւ հոգւոյն
սրբոյ, զօրութիւն եւ 'ի հանդերձեալսն, 'ի
քո յա' 'ի աւերին մեր. ընդ որում հօր եւ
հոգւոյն սրբոյ վայելէ' փառք, իշխա- Է 7
նութիւն, եւ պատիւ, այժմ եւ միշտ, եւ
յաւիտեանս յաւիտենից:]

ՊԱՏԱՍԽԱՆԻ:

Այսչափ զերկիրբերայ վառեալ քաղ
քրիստոսի 'ի սէրտ մխիթարայ
քաղցրութեան եւ Թշնամանութեան ընդ-
դէմ ուղղափառ եկեղեցւոյ. մինչ զի զոր
ոչ ոք 'ի նոր հաւատոյն ընկերակցացն
իշխեաց ասել, եւ ոչ Թերեւս ածել զմտ
աւ. նա իշխէր քան զամենեսին, այլ
եւ իշխէր քան զհաւատս եւ զչափն վայրապ
խօսել իշխէ, եւ ասէ Թէ հայաստանեայց Ը 8
եկեղեցին հաւասար է' հռովմայ եկեղե-
ցւոյն: Ո՛ Թշնամութէ մեծի, եւ յի
մարութէ ամբարտաւանութէ: Են
զի՛ այր կարէ հայ մտածել եւ խաբանել
զհաստատութեան զնոր 'ի յառաջնոյ մե
ծագոյնն նենգաւ, եւ սուտնեաւ, եւ
հրապուրանաց. որ հանճարունու-
Թբ մեծաւ կուրացեալ, Թէ աթոռն
հռովմայ 'ի մեծայոյն պատուականութ
եան աթոռոյ է' առաքելոցն. եւ այս 'ի
նոր դատապարտութե պատրաստել,
եւ արդարութեան անհնազանդութեն
եղելոց

dis non Inferiores; sed pares fecit nos Vobis, qui pondus diei portaueratis, & æstus. ipsi ergo gratiarū actio in Christo Iesu Domino nostro, cui cum Patre, & Spiritu sancto, honor, & gloria in secula seculorum.

RESPONSIO.

HVccine tandem imprudentia tua, & arrogantia, Mehkitari; vt, quod nullus alius è Consectaneis, Collegisque tuis, quantacunque licèt cœcus inscitia, vel effrenatione superbiæ præceps, ausus est dicere, nec forsitàn cogitare; tu, suprà omnes, immò suprà quàm cuique credibile est, temerarius, audeas, atque dicas: *Armena Ecclesia est æqualis Romanæ?* Proh Deus immortalis! quid est hoc? tantone homo furiali ausu superbiæ abripi mēte possit! At arbitror equidem, Patres Armeni (nec puto, meum falli iudicium) Hæreticum hunc in isto Capite, non aperto pectore, sed simulatione, & fraudis artificio occultatum, quæ minùs sentit, asserere: quoniam, quod probandum assumit in Titulo, non modò ratione nō vrget vlla, sed ne tangit quidem. Fieri enim qui possit, vt ab illo Antecedente: *Apostoli nonnulli in Armeniam appulere, Vel in Armenia mortui sunt*: hæc ab eo Consequentia deducatur: *Ergo Armena Ecclesia est æqualis Romanæ?*

Igitur mens eius nefaria, instigatione Diaboli concita ad serenda zizania, eò manifestè spectare vide-

 tur:

tur: vt & Romanos Titulo prouocet in Armenam Ecclesiam, & Armenios in Romanam illà, quam subindè tergiuersatione callida vsus affinxit, Latinorum compellatione: quò scilicet posset sic improbis saltem artibus, vbi causæ, & rationes deficiebant, Ecclesiæ vtriusque animos labefactare, atque vinculum caritatis, quo semper, & eius maximè tempore, vtraque fuerat iuncta, dissoluere.

Dic verò mihi, Magister egregie; vbinam audiuisti, Latinos (de Græcis enim non loquor) Armenijs exprobrasse Metropolis vrbis, aut Regni vacuitatem? Apostolorum absentiam? seram illam ad fidē conuersionem? de rebus hisce dilectos compellare fratres quid interfuit Latinorum? Certè nullus istorum defectuum, si in Armenia sit, Romano suffragari Primatui; nec omnes, si absint, refragari possunt. Nam Ecclesijs alijs non idcircò præesse Romana dignoscitur, quòd illæ Vrbe vacent Metropoli; quòd tardiùs ad fidem accesserint; quòd Apostolos non viderint, non susceperint, non sepelierint. sic enim vix vlli Ecclesiæ Romana præponeretur: cùm nulla ferè Christiano in Orbe regio sit, vbi Metropolitana Vrbs aliqua non extiterit, non Apostolus aliquis prædicauerit, non fructum aliquem fecerit. Vnam solùm ob causam (quod etiam te probè sciuisse non dubito) Mehkitari, Ecclesia Romana præest; quia Romana tantùm in Vrbe Episcopus sedit, &

mor-

Թ 9 [illegible]

Ժ 10 [illegible]

ԺԱ 11 [illegible]

[illegible]

mortuus est, Apostolorum omnium
12 Princeps, & totius Mundi Pastor, ac Pontifex, Petrus. Res hæc profectò, quæ toti semper Armeniæ exploratissima fuit, vnum te latuisse, haud quaquàm credibile est; maximè quòd propterea Petrum ab hoc deturbare Primatu iam initio conabaris: veruntamen, cùm ad id operandum omnis à te adducta ratio tibi impotens videretur, sperasti tandem, quod ratione non poteras, fore vt interserendo discordias assequerere.

13 Mitto & hanc ego peruersæ mentis improbitatem; mitto versuti animi nequitiam singularem; mitto audaciam: summam tamen illam in insolescendo imprudentiam istius hominis, ex qua Armena Ecclesia ignominiam pro honore, derogationẽ pro prærogatiua, detrimentum omne pro emolumento accipiat, hanc equidem maximoperè mirari non desino, Patres Armeni. Quantùm enim vestræ Sedis tũ Ecclesiasticæ, tum Secularis, amplifi-
14 catio & cordi, & curæ Romanis fuerit in omni loco, & tempore, quid hic memorem? testis est Rex ille pijssimus, vestrorum Principum Christianorum primitiæ, Tiridates, Armeno Regno, de quo à Persis eiectus fuerat, Romanorum * potentia restitutus: testis, primus vester Episcopus, & *Illuminator* ille, Gregorius, à Siluestro, Romano Pontifice, Patriarchali dignitate, alijsque, vt apud vos fertur, facultatibus mirabiliter insignitus: testis, Leo Princeps,

cui

*Vide in 1. par. cap. 1. num. 23.

Celestin. III. Vide in par. 1. c. 23. nu. 5.

cui Papa Celestinus coronam Regiã, quam vos iam indè à principio schismatis amiseratis, restituit: & (ne singulos reuocẽ in memoriã) testes, reliqui Maiores vestri, Principes, Reges, Antistites, ab Apostolica Romana Sede honoribus, priuilegijs, patrocinijs, subsidijsque præfulti: vos denique ipsos testor, Patres Armeni, qui vestris in Annalibus hæc cum lachrymis quotidiè lectitatis. Istius, inquam, Ecclesiæ Cathedrã, in cuius amplificationem, ac dignitatem tantum curæ cõtulere Latini, homo iste incautus tũ maximè quidem, cùm primæ Sedi studet æquare, ita deprimit, ex altoque dignitatis gradu præcipitat, vt subijcere eam vltimis omnino voluisse videatur.

Nam, quid erat causę, Mehikitari, cur tu, vt Ecclesiæ Romanæ Principatum (à quo tota, quæcunque sit, vestri Patriarchatus ratio, & auctoritas deriuauerat) oppugnares; vt Latinos beneuolos, & amicos ad bellum sine causa lacesseres; Græcis hostibus, & contumeliæ vestræ studiosissimis, illa vltrò arma offerres, quibus Ecclesiæ vestræ honorem despicere, amplitudinem prosternere, auctoritatem, potestatemque omnẽ, à Romanis acceptam, improbare omnino valeant, ac funditùs abrogare?

Quid enim contra vos Gręci obijciunt? planè rem nullius momenti, dummodò Romano in Primatu nitatur Armenia: maximi verò, si Primatus hic aut falsus sit, aut non acce-

Ժե 15 պատասխանոյ, և զանկարութիւն փոխանակ զօրութեան, և զնոյն ձեռս փոխանակ օգնութեան ։ Քանզի որքան սերեցին և խոնարհեցին հռոմայեցւոց քահանայապետութեան և մեծարել զաթոռն հայոց թէ զեկեղեցականսն, թէ զաշխարհականսն նմանապէս և ժամանակի. զինչ չլինել ապականեցից սաստ ։ վկայ է' որքան քարէ պաշտանաւոր մեծ արքայն ձեր աշխարհ. ոյք զօրաւոր օգնականութեան հռոմայեցւոց եկեղեցւոյ աթոռոյն հօրն իւրոյ հաստատեաց ։ Վկայ է' առաջին որբանութեան հայրապետաց ձեր և փառաւորութեան

Ժզ 16 վկայն քէ լուսաւորչին զօրհուն. որ 'ի սրբոյն սեղբեստրոսէ պապէն եղև պատրիարքական քարձրութե և զանազան իշխանութե զօրացուցել Վկայ է' քնապետականն իշխանսն ձեր առաջին դէմն. որ զԹագն արքայականն 'ի վաղուց կորուսեալ 'ի ձենջ, վերստին եառ 'ի ձեռս հայրապետին հռոմայ եկեղեցականաց երերկ ։ Եւ զի մի երկայնաբանութեամբ լինիցիմ. վկայ են մեծազգեայ առաջինքն ձեր իշխանք, Թագք, և հայրապետք. որք յայտնապէս 'ի յառաջագոյն առ աթոռոյն հռոմայ առեալ զպատիւս, զօրհնութիւն, եզ

Ժէ 17 խնամ, զօրութիւն, և զօգնութիւն ։ Եւ դուք ինքնին վկայք էք, որ ընթեռնուք զպատմութիւնս հայոց և վարդապետաց հայոց. որք յանձին ընդ արտասուաց աշօք զայս ընթեռնուք 'ի պատմագրութեան ձեր ...

Քանզի զորով պատասխանատուութիւն

Հայոց աթոռոյն եկեալ ՚ի յառաջելոյ
կանոն առաջնորդութէ ոչ աթոռոյն Հռ
ովմայ. ԺԲ. ՚ի գերագոյն իշխանութէ
սեպհականութեան պապականն. որ կայցէ զօրէն
գրեթէ յուսաւորեչն և զաշխարհ նորին
պատրիարքաց Հայոց, և ձեռնադրող
կաթողիկոսաց այլոց ազգաց: եթէ մինչ թա
գն Զանայ յանդիմանել և սուտ առնել
զնորին առաջնորդութիւնն Հռովմայ.
այլ մի Զանայ յանդիմանել և սուտ առ-
նել զնոյն պատրիարքականին իշխանու-
թիւն Հայոց. և զզենս մարտուցանել յու-
նաց Թշնամեաց ձերոց, որովք կարաս-
ցեն զեկեղեցւոյդ ձերոյ իշխանութիւն
արհամարհել, զպատիւն անարգել,
և զնոյն եպիսկոպոսական ձեռնադրութիւն
մերժել և ՚ի բաց հերքել:

Ըհա՛ առաքելութեան յունաց ընդդ-
դէմ Հայոցդ. են այսպիսիք, Եկեղեցին
Հայոց, ասեն, ոչ է պատրիարքական.
զի ոչ եղև հաւաստեալ, և ոչ եւս
հաստատեալ յառաքելոյ ումեքէ: և զի
ոչ էառ զպատրիարքական պատիւ և
զիշխանութիւն ՚ի տիեզերական սիւնհո-
դոսէ ումեքէ. ոչ ՚ի նիկիոյ, ոչ ՚ի կոստանդ-
նուպօլսի, ոչ ՚ի յեփեսոսի ժողովոյն.
և ոչ յայլոց հետևողաց: և զի անսա
գան դարձաւ ՚ի հաւատս քրիս. և հաս
տատեցաւ զկնի. Յ. ամաց անցանելոյ ՚ի
մի ծննդենէն քրի ՚ի սրբոյն գրիգորէ պար
թևէ. որ ձեռնադրեցաւ նախ ՚ի ղե-
ոնտիոսէ արհիեպիսկոպոսէն կեսարիոյ, որ
էր հնազանդ աթոռոյս մեր աթո-
ռոյն: Այլ սորոյ պարտ է աթոռակա-
լին սրբոյն գրիգորի լուսաւորչին հնա-
զանդ մնալ ոչ միայն նորում արհիեպ-
իսկոպոսին կեսարիոյ. այլ և պատրիարքին
անտիոքայ, որում յետ պապին մե-
ծին հռովմայ պատկանէր կառավա-
րութիւն ամ յարևելեան եկեղեցեաց քա

զե

acceptus Armenijs: *Ecclesia ista*, re-
ԺԸ clamat Græcus, *nec est, nec vocari*
18 *debet Patriarchalis*. Quid ita? *Quia*
non fuit ab Apostolo vllo, non dico re-
cta, sed ne fundata quidem: quia talis
denominationis honorem à nullo accepit
Concilio, nedum à tribus prioribus,
ab ipsa susceptis, Niceno, Constanti-
nopolitano, & Ephesino, in quibus ne
mentio quidem istius Ecclesiæ habita
est: quia denique serò prodijt in Orien-
te, vtpotè quæ ad Christi fidem conuer-
sa, instituta, atque fundata fuit circa
ԺԹ *Salutis annum 311. à Gregorio Par-*
tho, Martyre inclyto, quem Leontius,
19 *in Minori Armenia Cæsareæ Cappado-*
ciæ Archiepiscopus, Ecclesiæ nostræ sub-
iectus, primum Armeniorum Episco-
pum consecrauit. Hæc omnia Græci:
quæ sanè vera cùm sint, omnibusq;
comperta, nec à Mehkitario ipso ne-
gentur, iustam dare Græcis causam
potuisse videntur, arma aduersùs
Armenios capiendi, asserendique,
eorum Ecclesiam nō modò Patriar-
chali throno carere; verùm etiam
Ի sibi esse immediatè subiectam, hoc
20 est, Cæsariensi Metropolitano, ne
dicam Patriarchæ Antiocheno, ad
quem (saluo iure Apostolicæ primæ
Sedis) Ecclesiarum Orientalium cu-
ra, ex canone sexto Nicæni Conci-
lij, & secundo Constantinopolita-
ni, spectabat.

Nihilominùs ad Græcanicas has
obiectiones dissoluendas ea semper
fuit responsio vestra, Patres Arme-
ni: planè rectissima, & præ qua om-
nis alia futilis, atque vanissima est:
Sedes Ecclesiæ nostræ, quamuis non

ab

ab Apostolis, sed à Gregorio Partho fundata sit, & curata: tamen à Siluestro, Romano Pontifice, totiusque Ecclesiæ Præside, ac summo Capite, Patriarchali dignitate, alijsq; priuilegijs, quibus Vtimur, donata fuit; Vt constat ex Diplomate, ab eo nobis concesso, cũ idem Gregorius Armeniæ primus Episcopus, & Rex noster Tiridates, Romam personaliter accedentes, eum Latinis concordiam iniuere.

Ac, ne Græci dicerent, non potuisse Romanum Pontificem ab ipsorũ iurisdictione Armenos subtrahere, hæc Decreto Sisensis vestri Concilij sanciuistis: *Debet quilibet*, inquitis, *sanctæ, atque Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ præstare obedientiam: quippe quæ ab Apostolo Petro in orthodoxa fide firmata fuit; nam sicut corporis est obedire capiti; ita debet similiter Vniuersalis Ecclesia, quæ corpus est Christi, ei obtemperare; qui totius Ecclesiæ caput à Christo Domino constitutus fuit.*

Armeniorum Sisense Concilium in Decreto, vide 1. par. cap. 28. n. 43.

Qua de causa & illud vestro in ritu positum est: vt quotiescunque Patriarcha Presbyterum aliquẽ in Episcopatus ordinem promouere velit, petat ab eo, non quidem vt Successoribus Bartholomæi, vel Thaddæi, aut Simonis Zelotis, qui Armenijs prædicauerint, obedientiam spondeat; sed hoc aliud: *Vis ne tu*, inquit, *Beato Petro, cui potestas à Deo tributa fuit ligandi, atque soluendi, nec non sancto nostro Gregorio, eorumque Successoribus, pro tempore sedentibus, obedientiam, & fidelitatem præstare?* respondetque Oblatus: *Volo.* vt scilicet ostendatur, Gregorius non ab

In arm. Rituali, de Cõsecratione Episcopi.

Apo-

զՍեղբեստրոս կանոնաւորին նիկիայ ժողովոյն,
ԻԱ 21 և ըստ երկրորդ կանոնին կոստանդնուպօ-
լսոյ ժողովոյն,]

Զայսքան յոյժ ասեմ: և Թուղթն ոչ զերատ աւել. զի խօսին ըստ կանոնաց կանն առ հիմնադրութեանց առաքելոց ոչ ժողովոցն, զոր ենթեանք հայք ընդունեին: Բայց առ այսպիսին յուսանկան առաջնորդութիւն ոչ կարենին հայք զայլ հաստատեալ պատճառն առնել, բայց 'ի սմանէ, որ մինչև է' առաջ և անկրուծանելի. և այլ անմ' ստուգ է' և ուղղոյն:
Իբ 22 ԶԹուղն եկեղեցւոյս մերոյ Թէպէտ ոչ հովուապետեալ և ոչ հաստատեալ եղև 'ի յառաջագոյն անտի, այլ 'ի սրբոյն գրիգորէ լուսաւորչէն մերմէ. սակայն 'ի սեղբեստրոսէ պապէն և յընդհանուր եկեղեցւոյ առաջնորդեն կացուցաւ պատրիարքութի, և բազմապատիկ չխանութէք, որով վարիմք, գոհացուցաւ. որպէս յայտ լինի 'ի Թուղթն դաշնց, սորագրեալ 'ի մեծն հռոմ, յորժամ զնացեալ յանձն առաքեալն մեր սուրբ դատ և լուսաւորիչն գրիգոր, զմիաբանութի առաջին ընդ հռովմայեցիս, հաստատուն և անքակելի ուխտադրութ:]

Եւ զի մի ասիցեն յոյնք. Թէ ոչ կա
Իգ 23 րէր հայրապետն հռովմայ հանել զմ հայոց եկեղեցին առաքելոց մերոց իշխանութեա. սիսոյ ժողովն հայոց այսպէս հաստատեց 'ի սահմանադրութեն իւրում. Հնազանդել պարտ է՝ ամ և առաքելական եկեղեցւոյն հռովմայ. զի զի հաստատեալ եղև ուղղափառ հաւատով յառաքելոյն պետրոսէ: քանզի որպէս մարմին հնազանդի գլխոյն. նոյնպէս ընդհանուր եկեղեցի, որ է՝ մարմին քի, հնազանդիլ պարտի նմա, որ գլուխ 'ի քէ հաստատեցաւ եկեղեցւոյ:]

Ուստի և 'ի գիրս ձեռնադրութեան

հայոց

[illegible]

ԻԴ 24

ԻԵ 25

ԻԶ 26

Apostolis, prædicatoribus in Armenia, sed à Successore Petri Siluestro suam accepisse Patriarchalem dignitatem.

Hęc itaque cùm ita sint, Solè clariùs patet, quantùm deroges Armeniorũ Ecclesiæ, Mehkitari, quãdo gradu suo Romanam tollens Ecclesiam, vis illi Armenicam exæquare. Pròh deliramentum post hominum memoriam maximum, & præter hanc vnam in omni vita inauditum! Si Romana sit æqualis Armenicæ, à quonam Armena tantam acceperit potestatem, vt contra Canonum iura de vtriusque sui Metropolitani foro tum Cæsariensi, tum Antiocheno se subducere ausa sit?

Respondes: *A quatuor Apostolis, qui apud Armenios suas reliquerint potestates, Bartholomæo, Thaddæo, Iuda Iacobi, & Simone Zelote.* Sed quot, & quantæ sint in hac tua responsione ineptiæ, videamus.

In primis, ad plures tibi conciliandas Apostolicas facultates, vis & numerum Apostolorum vltra duodenarium crescere: quippè Thaddęus, & Iudas Iacobi non sunt duo, sed vnus Apostolus; quem Euangelistæ, cùm duodecim Apostolorum nomina referũt, Matthæus, & Marcus Thaddæum vocant, Lucas verò Iudam Iacobi.

Deindè ponamus, omnes tres istos Apostolos in Armenas penetrasse Prouincias, easque Euangelica prædicatione, & proprio etiam sanguine imbuisse; qua de re infrà: adhuc tamen quonam pacto in ista Eccle-

Ecclesiam tanta eorũ potestas proindè deriuaretur, nec ego percipere mente possum, nec Armena ipsa Ecclesia in ea cogitatione, curaque versata est vnquàm, vt caperet. Etenim, nullum horum Apostolorum in aliqua Armeniorum Ecclesia sedisse Episcopum, nedũ in ista Ciuitatis Vagarsciabàt, cuius Episcopus est Armenicus Patriarcha; adeò certum semper, compertumque apud vos, & omnes fuit, vt prætereà nihil magis: ruit igitur tota tua respõsio: nam succedere in Apostoli potestatem non potuit, qui nunquàm in eius successit Episcopatum.

Sed, vt hanc vim omittam, dic; quænam fuit istorum Apostolorum potestas, cuius ex asse facta sit hæres Armenia? quoniàm illa duplex erat: altera Iurisdictionis, in totum quidem Mundum amplissima, prædicandi, Ecclesias fundandi, regendi, iudicandi, ligandi per censuras Ecclesiasticas, absoluendi ab illis, &c. sed hanc potestatem, vtpotè delegatam, nec ipsi conferre alijs poterant, nec alij post eorum mortem in ea ipsis succedere: acceperant enim illá à Domino, vt suprà diximus, non eo modo, quo Petrus, hoc est, non tanquàm Pastores, & Episcopi ordinarij totius Mundi, vt in ea ipsis succederetur à posteris: sed tanquàm Legati, & Apostoli, vt ipsi soli eà (dependenter tamen à Petro, vt à suo Capite) vterentur.

Altera erat potestas Ordinis; quã eis contulit Christus (si parumper à re digredi liceat) partim per seipsũ imme-

ԻԷ [illegible]

27 [illegible]

ԻԸ [illegible]

28

ԻԹ [illegible]

29

կատարել նորոգելոց հաւն այլով զհացն և
յիշէ եկեղեցական պատուով , արձակել Լ 30
յայսպիսեացս, և զայլն ։ արդ՝ զայս ա
ռաքելական իշխանութիւն ոչ կարեմք
առաքելոյն անդրուցանել ՚ի վերայ այլ
ոց , և ոչ այլք ժառանգել զայս յետ
մահուն նորա ։ քանզի առեալ էին զնա
՚ի տեառնէ , ոչ որպէս պետրոս. ՅՁ. ոչ որոց
իսկական եպիսկոպոս ըստ հաւատոյ եկեղեցւոյ.
զինի որոց մտցեն այլք ՚ի տեղի նորա .
այլ որոց առաքելոյք և հրեշտակք . և
որոց զնորա առանձնապէս փառաւորեցին
նորին , և այս ըստ հաւասարութեան
առ պետրոս զօրին եւ ըստ . որոց ՚ի ԼԱ 31
վերայ առաքելոց ։

Իսկ մեր իշխանութիւն նորա ա
նի իշխանութիւն առանձնական . զոր եւ
նորա ըստ ըստ մասին ինչ անմիջապէս
ընդունել իւր իւրով . ՅՁ. զեպիսկոպոսա
կան իշխանութիւն, և եւս զպատուական
հասկանալն առ ՚ի Թովմայէ զմեզ ։ և ըստ
մասին ինչ եա միջնորդ, միջնորդու
թեամբ պետրոսի . ՅՁ. զեպիսկոպոսական
իշխանութիւն ։ քանզի միայն պետրոս
կարգաւորեալ իսկական եպիսկոպոսաց
այնու քանզի ՚ի ձեռն Քրիստոսի զիշխանութիւն իւր:
և յետոյ պետրոս ձեռնադրեաց եպիսկ ԼԲ 32
զայլ առաքեալսն , և նոքօք զմնաց
ցեալսն ։ Եւ այս յայտ է . զի զի մատ
թիաս , և առաքեալ պօղոս ոչ ձեռնադրեալ
ցան եպիսկ անմիջապէս ՚ի քէ . և ոչ եւս
փոքրն յակոբոս . որ ձեռնադրեցաւ
եպիսկ եմ ՚ի պետրոսէ ըստ յհա. և
մեծին յակոբայ . որպէս վկայեն սրբ
պատասխանք , մանաւանդ որ անակլետ
տոս , որ եղև հինգերորդ պապ յետ
պետրոսի, և զայս գրեաց ՚ի յերկրորդ
թուղթն իւր ։ և եւս փոխանորդ
ձեռնադրեալ ՚ի գիրս յաղագս հռչակաւոր
վարդապետաց եկեղեցւոյ ։ Նոյն և միա

ցեալ

immediatè; nempè Sacerdotalem conficiendi corpus, & sanguinem ipsius, atque Iudiciariam absoluendi à peccatis; partim mediatè per Petrum, videlicet Episcopalem. Siquidem Petrus, à Christo totius Orbis Episcopus constitutus per illa verba: *Pasce oues meas:* reliquos Apostolos, vel per se, vel per alios, Episcopos consecrauit. nam, quòd Matthias, & Paulus, Apostoli, non à Christo immediatè Episcopalem consecrationem acceperint, manifestum est: quòd nec etiã Iacobus Minor, Hierosolymitanus Episcopus, testatur præter alios S. Anacletus, quintus à Petro Romanus Pontifex, in 2. epist. scribens: *Debere Episcopum à tribus Episcopis ordinari, sicut Iacobum Minorẽ ordinauerunt Episcopum Petrus, Iacobus Maior, & Ioannes*: Itẽ Hieronymus in Tract. de Viris illustribus: *Iacobus*, inquit, *statim post passionem Domini ab Apostolis Hierosolymorum Episcopus ordinatur*: quòd nec etiam cæteri, à rationis paritate colligitur. non enim debebant prædicti, præsertim Iacobus, esse in hoc reliquis inferiores; cùm Apostoli, excepto Petro, inter se fuerint æquales; &, quantùm ex Euangelijs colligi potest, omnis potestas, eis à Christo tradita, omnibus communiter tradita sit.

Et hanc inquam ordinis potestatem, de qua intelligitur illud, quod obijcis: *Gratìs accepistis, gratìs date:* conferre quidem alijs Apostoli poterant, ac sæpissimè contulere, quando per totum Mundum, Ecclesias

 vbi-

vbique fundantes, Ministros, Sacerdotes, & Episcopos instituerunt: verùm, cùm hæc potestas, siue ab Apostolis, siue ab alijs Episcopis tradita, in omnibus, eam suscipientibus, sit æqualis; non est, cur Armena Ecclesia peculiare ius aliquod per eam sibi arrogare potuerit, præter id, quòd quælibet Episcopalis Ecclesiuncula possidet.

Sed quid dilato orationem meã? Si qua vnquàm ab Apostolo vllo in Armenis instituta Prouincijs Ecclesia fuit; iam illa, vrgente mox Paganorum Principum persecutione, aut statim post eius Apostoli Martyriũ extincta est, aut saltem non longo post tempore eam desijsse, vel illud magni est argumenti, quòd nec Episcopi, nec Sacerdotis, nec Templi, ab Apostolis ei relicti, nomen, vel memoriam vllam ad Armeniæ posteritatis notitiam deferre traditio valuit. Quòd si ea, quæ nunc apud vos extat, non ab Apostolis, sed (vt in vos Græci obijciunt, & tu ipse, cùm negare nequeas, vltrò fateris) à Gregorio Partho, primo eius Episcopo, initium cepit; qui eam, annis post Christum ab Apostolis prædicatum quinquaginta, eoque plùs, supra bis centum, ex Idolorum cultu ad Christianam fidem perduxit: certè quid opus est multis? iam de ore tuo, Patrone nequam iuris Armenici, hac in re Græci te iudicarunt.

Nec verò de Thaddæo, Simoneque Zelote illud me præterit: vtriusque huius Apostoli prædicationem, ac Martyrium non ad Armeniæ quidem,

Ժգ 33 [illegible]

[illegible]

Ժդ 34 [illegible]

[illegible]

Ժե 35 [illegible]

ԼԶ 36 [illegible]

ԼԷ 37 [illegible]

ԼԸ 38 [illegible]

dem, ſed ad Syriæ ſuperioris, ac Perſidis, aliarumque regionum gentes pertinuiſſe. Thaddæus enim, aut alio nomine Iudas Iacobi, ut hiſtorijs, & Eccleſiæ traditione vulgatum eſt, in Meſopotamia, prędictę Syrię Prouincia, prædicauit, multaque in Arabia, & Idumæa, alijſque locis adiacentibus egit: Simon autem Ægyptum, eandemque Meſopotamiam peragrauit: poſteà in Perſidē ambo conuenientes, vnà ſimul martyrio coronati ſunt.

Baron. Ann. 45.

Cur autem glorioſos horum Apoſtolorum labores ſibi etiam vindicarent Armenij, ea mihi, & æqua, fuiſſe cauſa videtur: quòd non ſolùm in Perſide, ac Meſopotamia, finitimis Armenię Maiori Prouincijs obeundis, Euangelijque lumine colluſtrandis, ad extremum vſque Spiritum vterque deſudauit Apoſtolus; verùm etiam Thaddæus Syrum Regem Abagarum ad fidem conuertit, qui, quamuis Edeſſæ in Meſopotamia reſideret, tamen dominium vltrà Euphratem in Maiorem protēdebat Armeniam: vndè ſuum quoque Regem eum fuiſſe, iure optimo Armenia gloriatur. Quocircà etiam immeritò, ac ſine cauſa Latinos accuſas, quòd Armenorum Regem Abagarum, non ab hoc Thaddæo Apoſtolo, ſed ab alio Thaddæo diſcipulo ad fidem amplexandam inductum fuiſſe, opinentur: nam etſi Euſebius, ac Nicephorus, Græci Scriptores, ſic efferunt; noſtri tamē Hieronymus, & Beda diſertè trādunt oppoſitum, veſtręq; fauent traditioni.

Euſeb. lib. 1. cap. 13. Niceph. lib. 2. cap. 7. Hieron. in Mat. cap. 10. Beda in retract. in Act. Apoſt.

Supe-

Superest itaquè solus Bartholomæus, qui propriè Armeniorũ fuerit Apostolus; quippe qui, post citeriorem Indiam peragratam, fidem in Maiori disseminauit Armenia, in cuius Septentrionali confinio apud Albaniam illustri Martyrio vita functus est. Quòd si oculum in alios propinquarum regionum Apostolos conijcere velimus; sanè quidẽ plùs ego, quàm tu, quanquàm non, sicut tu, plùs æquo, laudibus exornabo Armeniam: nec Simonem Zelotem, ac Thaddæum solummodò; sed præter hos, Apostolos alios, atq; cum primis Thomam, & ipsum etiã Petrum veriùs fortasse, ac iustiùs ad eius laudes reducam. Petrus enim Cappadociam, quæ Minoris Armeniæ pars potissima est, Christianis legibus erudiuit; ac Thomas, extrà Indos, non solùm Medis, & Persis, qui erant Armenis finitimi, prædicauit, verùm etiam Parthis, quibus sunt Armenij tum loci propinquitate, tum generis cognatione proximi, & affines. nam primus eorum Episcopus, & *Illuminator*, Gregorius, omnesq; prisci Reges Armeni, præcipuè Religiosissimus Tiridates, genere Parthi fuerunt; quapropter Arsacidæ, ex primo Parthorum Rege Arsace, dicti sunt.

Verùm, quòd ita se res habeat; quid indè, Mehkitari? num proptereà Patriarchalem, & à iure Metropolitani exemptam euasisse dicamus Armenã Ecclesiam? quæ nouissimè à Gregorio; vt concedis, erecta, atque curata fuit in Ciuitate, cuius Epi-

ԼԹ 39 [illegible]

Խ 40 [illegible]

ԽԱ 41 [illegible]

[illegible] Խբ 42

[illegible]

[illegible] Խգ 43

[illegible]

[illegible] Խդ 44

[illegible]

Episcopatum nullus vnquàm Apostolus, nec Successor Apostoli tenuit: cuius vetustus, quicunque Apostolorum tempore fuerit, Christianismus, statim subindè euanuit: cuius denique Solum tam longè à Bartholomæani Martyrij loco distat, quantùm Vrbs Vagarsciabat, Armeniæ medium, ab Albania.

Quid ergo tu, cùm hæc senseris minùs obstitisse rei, dixisses, si Ecclesiam istam Bartholomæus ipse fūdasset? & tamen innumeræ, quas Apostoli fūdauerunt, Patriarchales non sunt. Quid, si Bartholomæus in Vrbe Vagarsciabat obijsset? & tamē Andræas, vt de reliquis taceam, Apostolus senior, & primū à Christo vocatus, Patris in Achaia mortuus, ac sepultus est, cuius Ciuitatis Ecclesia Patriarchalis non est. Quid, si Bartholomæus Ecclesiam istam rexisset Episcopus? & tamen Ephesina Ecclesia, quam Paulus, Vas electionis, fundauit, & Ioannes, dilectus Apostolus, vsque ad mortem Episcopus rexit, Patriarchalis non est, nec fuit vnquàm. Quid tandèm, si Sedem istā Bartholomæus ipse Patriarchali nomine, & honore donasset? & tamen Hierosolymitana Sedes, quam Iacobus, frater Domini tenuit, per quingentos ferè annos & nomine, & honore Patriarchalis habita est, non autem re, ac potestate; sed, vt ex Canone 7. Niceni Concilij constat, subiecta fuit tum Archiepiscopo Cęsareæ, qui erat Palestinæ Metropolitanus, tum Patriarchæ Antiocheno, qui, vt diximus, toti præerat Ori-

Orienti. Vide, quæsò, quàm longissimè ratio ista Patriarchalis ab Armena Ecclesia distans comperietur, nisi ad Petri Sedem, Primatumque Romanum eius deriuatio referatur.

Quòd si dicas: quænam alia Ecclesia sit, si nec illæ, quas Apostoli curauerunt, verè, ac propriè fuerint Patriarchales? Respondeo: Etiamsi quinque iamdiù numerentur Sedes Patriarchales, & hoc ordine: Romana, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana; quarum quælibet multis, ac magnis Prouincijs præsidet: tamen à principio non fuit sic; sed illæ tantùm propriè tales æstimabātur, in quibus Petrus, Apostolorum Princeps, sedit Episcopus. Disertissimè id demonstrat Eminentissimus Bellarminus hac ratione:

Bellarminus tom, 1. Controuer. 3 libro 1 cap. 24.

Apud veteres (vt liquet, præsertim ex Niceno Concilio, can. 6. & Chalcedonensi, act. 16.) tres tantùm Ecclesiæ habitæ sunt propriè, ac suapte, vt ita dicam, natura Patriarchales: primò loco Romana, quæ Occidenti, & toti præerat Orbi; secundo Alexandrina, cui subdebatur Ægyptus, Lybia, & Pentapolis; tertiò Antiochena, cuius regimini suberat Oriens. Nam Hierosolymitana, vt dictum est, non re, ac potestate, sed nomine solùm, & secūdùm honorariam quandam sessionē talis erat: Hierosolymorum enim Episcopus quartum quidem locum in Concilijs obtinebat, sed nulli Episcopo præerat; immò subiectus

erat

ԽԵ 45 նուԹէ պատրիարգականն լինել . այլ
մնայց ՚ի սկզբանէ մինչ և ՚ի հինգ հա-
րիւր ամս անուամբ և պատուով մի-
այն պատրիարգական : քանզի ՚ի կա-
նոն ի ժամանակս պատրիարգն Եմ
Թեպէտ նստէր ՚ի ժողովս ՚ի պատու-
ւոր աԹոռոջ զկնի այլոց պատրիար-
գաց . սակայն ոչ ունէր ՚ի ներքոյ իշ
խանուԹեանն իւրոյ զեպիսկոպոսս ոք.
այլ և ինքն միայն ՚ի ներքոյ իշխանուԹե
արհիեպիսկոպոսին կեսարիայ փիլիպ-
պեանն , որ էր մետրապոլիտ ծմ պաղէս
տինայ . և ս և ՚ի ներքոյ իշխանուԹե
ԽԶ 46 անտիոքայ պատրիարգին , որ էր վերա
կացու ամ յարևելից : և այս յայտ լի
նի ՚ի յեւԹներորդ կանոնէ նիկիայ սէ
ժողովոյն : Աղեքսանդրիա միաԹառ . Թէ
որպէս հայրապետն հայոց ոչ ընդու-
նի բէ կարող յայլմէ կողմանէ առնուլ
զպատրիարգական իշխանուԹիւն , և
պատրիարգ կոչիլ , եԹէ ոչ միայն ՚ի
կողմանէ պետրոսի հռովմայ , որ նա
զպատրիարգական իշխանուԹիւն սր
բոյն գրիգորի , և աԶորդացն որում , մի
նչ դէռ միայնեն մնացեալ ընդ առա
քելական սէ աԹոռոյն :
ԽԷ 47 ԵԼ որդ ՚ՆԹէ ասիցես . Թէ ո՞ այլ եկե
ղեցի և իշխանուԹէ պատրիարգա-
կան աԹոռ . մինչ նոքա , զորոց վերայ
նստան առաքեալքն . ոչ և ս են այսպի
սի : Պատասխանի . Թէ պէտ առաջնոր
հինգ համարին պատրիարգական ա-
Թոռքն . յորոց իւրաքանչիւրն իշխէ
նկէեղեաց քաղաքում զաւառաց . և այսու-
կարգաւ : առաջինն է աԹոռն հռով
մայ . բ. կոստանդնուպոլսի . գ . աղեք
սանդրիայ . դ . անտիոքայ . և . ե .
Եմայ: սակայն ՚ի կանոնս ժամանակս
ոչ էր այսպէս . այլ այն աԹոռքն միայն
համարէին ուղիղ սուրբ և իսկապէս

պատա

պատրիարքական [illegible] ; զի յա- ԽԸ 48
ռաջագոյն ի չորեանն [illegible] հայրա-
պետական Թէ [illegible]
Թէ միջնորդութեամբ [illegible]
նոսի , որ ՚ի [illegible] :
Եւ ապա եկին միայն երեք . որպէս
յայտ էր առ նա խնդիր , և որպէս վե-
կայէ վկայեցաւ [illegible] ժողո-
վոյն . ԽԹ . Նախաթոռն Հռոմայ , որ
առաջնորդեր [illegible]
և միջնորդութեամբ [illegible] և [illegible]
աշխարհս : Երկրորդ՝ աթոռն Աղեքսան-
դրիոյ , որ կառավարէր [illegible] ,
դլխեալ , և զայն Թագաւորին և Երրորդ՝ ԽԹ
աթոռն Անտիոքայ , որ հովուեր զամ- 49
[illegible] կողմն [illegible] . [illegible] , որպէս
առաջագոյն [illegible] , Երուսաղէմին Էին ոչ
իշխանութեամբ , այլ պատուով միայն , և
[illegible] պատուոյ [illegible]
[illegible] պատրիարքաց . Եւ Երուսաղէմի
[illegible] պատրիարքան
[illegible]
[illegible] պատրիարքաց [illegible] ՚ի ժողովոյն
[illegible] , և [illegible] ՚ի ժո-
ղովն [illegible] . Թէ այժմ Հայրապե-
տին Հռոմայ և այլ պատրիարքացն
ոչ [illegible] պատրիար- Ծ
քը [illegible] 50
կայսեր . որ յայժմ [illegible] վն Հռո-
մայ , և վն իշխանութեան Էին պատրիար-
քին : Սակս այսորիկ յայժմ յետ
Հինգ Հարիւր ամաց ՚ի Ծննդեանէն քն
Հանդերձ պապին Հռոմայ Հանդերձ
Հաճանութեամբ այլոց երկուց պատրիարաց
ցայն Թագաւոր , զի կոստանդնուպօլ
սի եպիսկոպոս լինի պատրիարք , և նոյն
՚ի յերկրորդ աթոռն , և զի պատրիար-
քն Էին իշխանութեամբ լինի յայնժամ վկայեն:
Եղբարք՝ այսու Հետև խնդրեմք . Թէ
վասնէր երեք միայն աթոռքն , և ոչ
յաւէտ

erat ipse Archiepiscopo Cæsariensi. His deindè accessit Patriarchatus Cõstantinopolis, cuius Episcopus in Constantinopolitano primo Concilio, ac posteà in Chalcedonensi, conatus est, ratione Sedis Imperatoriæ, non modò Patriarchatum, sed etiam secundum locũ inter Patriarchas adipisci; quanquàm id assequi nõ antè potuit, quàm tempore Iustiniani à Romanis summis Põtificibus impetraret. tunc enim, post annum Domini quingẽtesimum, tũ Imperatoris operà, tum Pontificũ Romanorũ permissione cœperunt Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Episcopus in numero Patriarcharũ haberi, nullo ampliùs reclamante.

Hoc iam posito, quæritur; cur tam paucæ, tres nimirùm, & non plures, fuerint Sedes Patriarchales à principio constitutæ? cur Alexandrina, in qua sedit Marcus, Apostolorum discipulus, æstimata sit Patriarchalis, & non potiùs Ephesina, quam rexit Ioannes Apostolus; neque Hierosolymitana, nisi quantùm ad solum honorem, in qua sedit Iacobus Apostolus? cur denique eadem Alexandrina loco præcedat & Hierosolymitanam, & Antiochenã, quæ sunt antiquiores, & Antiochena quidem ab ipso Petro administrata?

Itaque vera ratio ternarij numeri harũ Sedium alia non fuit, nisi Principatus, ac dignitas Petri. siquidèm Petrus Antiochiæ, & Romæ per seipsum sedit; Alexandriæ verò vel per se, vt tradit Nicephorus, lib. 14. cap. 3., vel per suum discipulum,

& interpretem Marcum, quem Romà illuc misit, vt nomine suo fundaret, regeretque eam Ecclesiam; vt testatur Anacletus Papa, epist. 3. dicens: *Secunda Sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo consecrata est. tertia autē Sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis.*

Et clariùs hac de re loquens Magnus Gregorius, lib. 6. epist. 37. ad Eulogium Alexandrinum: *Ille*, inquit, hoc est, Alexandriæ Patriarcha, *mihi de Petri Cathedra loquutus est, qui super Petri Cathedram sedet.* Et rursùs ibidem ait: *Cùm multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis Sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis, Vnius est. Ipse enim sublimauit Sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit Sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit Sedem, in qua septem annis quamuis discessurus sedit. Cùm ergo Vnius, atque Vna sit Sedes, cui ex auctoritate diuina tres nunc Episcopi præsident; quicquid ego de vobis boni audio, hoc mihi imputo.* Ita Gregorius Papa.

Ratio autem ordinis earundem Sedium est; quia licèt omnes tres sint Sedes Petri; tamen ad mortem vsque per se Petrus Romanam administrauit; Alexandrinam per Marcū Euangelistam; Antiochenam per Euodium. Sicut ergo maior est Petrus Apostolus Marco Euangelista, & Marcus Euangelista Euodio; ita quo-

51 [illegible]

52 [illegible]

53 [illegible]

րոմն աթոռոյն գրեալ ենձ :] Եւ յե- Ծդ 54
ասս դ-ըՀլ յայտագոյն խօսն ասելով ։
Թէ կայէր բաղումն են առաջնոյն .
սահմանն զնն առաջնորդութեան եկեղեցին
առաջելոցն պետութն զօրացաւ եկեղե-
ցոյ Թէ աթոռն նորա, որ ի յեկեղե-
ղեն է միոյն աթոռ ։ բանզի նա բարձ
րագոյն զաթոռն, որում զամ նաապա-
նիշ են որ աշխարհական առաջեց. նա հա-
տատեաց զաթոռն, յորում ենթն մա-
հուանէ կատարեցաւ. նա առաջնոր-
դաց զաթոռն, յորում նստաւ ամե-
նեքին, և ապա գնաց ։ արդ բանզի մի
է աթոռն, և միոյն յորոյ վերայ երեք
եպիսկոպոսաց նստին . զոր ինչ զբարե- Ծե 55
նն դ-ձէ՞ք լսեմ, ինձ համարեմ ։]

Եւ դիձլ խնդրեմք . Թէ զիամ էր
աթոռն աղէքսանդրիայ, որ էր նորա-
գոյն քան զանտիոքայն, ընկալաւ զար-
ժանաւորագոյն անեղի քան զնա ։ և Հռո-
որ պատմեն . զի Թէ կայեա երբեմն ա-
Թոռքն էին պետրոսի . սակայն պետ-
րոս միչ և ի մահ միոյն զաթոռն հը
ռովմայ անձամբ իւր հովուապետեաց.
այլ զաթոռն աղեքսանդրիայ մարկո
սին աշակերտն. և զանտիոքայն եւո
դիոսին ։ արդ որ ո՞վ ասաց պետրոսի ար-
ժանաւորագոյն էր քան զմարկոսին. Ծզ 56
և աւետարանիչն մարկոսի արժանաւորա-
գոյն քան զեւոդիոս. նոյնպէս և աթոռն
հռովմայ զերծագոյն արժանաւորութեք
քան զաղեքսանդրիացին . և աթոռն
աղեքսանդրիայ քան զանտիոքացին .

Թերևս ասիցես . Թէ զի՞ առնելոյ
աթոռն հռովմայ պատուական անեղի ի
մէջ այլոց աթոռոցն լինի , Թէ հո-
վմայ պատրիարգն էր առաջին և ոչ
նապագոյն քան զայլսն . և ոչ Թէ էր
հրամանատարութեամբ ։ զոր օրինակ ։ զի
առնելոյ երկրորդ պատրիարգն զբարձ

րա

quoq; Romana Sedes Alexandrinā, & Alexandrina Antiochenam superat dignitate.

Nec velim dicas (vt mihi quondàm ex Armenijs imperiti aliquot respondebant): Ex eo, quòd prima Sedes Patriarchalis, Romana sit; sequitur quidem, Romanum Episcopum esse primum, ac digniorem Patriarcham, qui primum, dignioremq; locum inter reliquos obtinere debeat; non autem, Patriarchis alijs illum præesse, & imperare. quemadmodùm ex eo, quòd secūdus Patriarcha loco, ac dignitate præcedat tertium, aliosque sequentes, non sequitur, hos teneri eius subesse imperio.

Nam Pontifex Romanus, non quia primus Patriarcha est, ideò reliquis præest; sed quia Papa est, Christique Vicarius: atque, vt talis, nō dicitur primus, sed Princeps, ac Præsul aliorum Patriarcharum. Potest enim ille considerari, vel vt Episcopus Vrbis est, vel vt Archiepiscopus Romanæ Prouinciæ, vel vt Patriarcha proprius Occidentis, vel demū vt Papa, & Pontifex Maximus, seu Successor Petri, & Christi Vicarius. Consideratus quidem, vt simplex Episcopus, non præsidet, nisi Romę tantùm, & est primus inter Episcopos Romanæ Prouinciæ: vt Archiepiscopus, præsidet præterea Romanę Prouinciæ, cunctisque eius Episcopis, & est primus inter Archiepiscopos Occidentis: vt Patriarcha, toti præsidet Occidenti, omnibusq; Archiepiscopis Occidētalibus, & est primus inter Patriarchas: denique

vt Papa , Christique Vicarius , & Ծէ
caput totius Ecclesiæ Christianæ, 57
præsidet Vniuerso Mundo, & omnibus Patriarchis; atque, vt talis, non dicitur primus Patriarchà, sed vnicus Pastor vnius Vniuersi Ouilis Dominici; sicut per ea, quæ hucusque diximus, demonstratum est.

Et hæc hactenùs de libro, in quo Mehkitarius contra Papæ primatũ, cunctis Armenorum Sectariorũ obiectionibus repetitis, vnus pro omnibus decertauerat. Nunc illa Vartani ratiuncula, quæ in eo libro deerat, & à nobis in huius quæstionis Ծը
initio allata fuerat, superest diluen- 58
da.

Christus, inquit Vartanus, *Matthæi 20. Apostolorum contentionem illam: quis eorum videretur esse maior; acriter reprehendit, dicens: Principes Gentium dominantur eorum; & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos, non ita erit inter vos; sed qui voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Vndè col- Ծթ
ligit, Christum per hæc verba omnẽ
primatum ab Apostolis, & conse- 59
quẽter etiam ab Ecclesia remouisse.

Respondetur primò ad hominẽ: Si Christus primatum, ac principatum esse in Ecclesia, vetuit; cur Armenij Patriarcham suum, vt Primatem, ac Præsulem totius Armeniæ venerantur, eiq; Armenos alios Præsules subesse, dicunt?

Respondetur secundò, Christũ per illa verba nõ remouisse ab Apostolis, & Ecclesia principatum, sed po-

[illegible]

Կ 60 [illegible]

Կա 61 [illegible]

Կբ 62 [illegible]

potiùs instituisse: admonuisse tamen, illum à principatu gentium esse debere diuersum: Primò, quia non dixit: vos non præsidebitis vllo modo: sed, nõ ita, vt Principes gentiũ: hoc est, præsidebitis quidem, sed alio modo.

Secundò, quia Luc. 22. post similia verba subiunxit: *Vos autem nõ sic: sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor; & qui praecessor*, id est, prælatus, & princeps, *est, fiat sicut ministrator*. igitur erat iam à Domino Maior, & Præsul vnus inter Apostolos designatus; quem ipse ad humilitatem, & laborem illis monitis instruebat.

Tertiò, quia statim post illa verba exemplo suo rem declarauit, dicens: *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*: &, *Ego in medio vestrũ sum, sicut qui ministrat*. Voluit ergo Christus, vnum aliquem in medio Apostolorum, & Ecclesię suæ, præsidere, sicut & ipse verè præsidebat; at non qui præsideret, vt Principes gentium, cum fastu superbiæ, atque libidine dominandi; cum iure hæreditario Principatus, quem filijs derelinqueret; cum tyrãnicis legibus, imperando subiectis, vt seruis, atque omnia ad suum commodum, & gloriam referendo: sed qui, vt Vicarius ipsius Christi, pro salute omnium laboraret, ad salutẽ necessaria ministrando; qui, vt fidelis seruus, & prudens, Domini gloriam quæreret, seruiretque omnium subiectorum vtilitati; qui denique, vt bonus Pastor, cum solicitudine

curam

curam ouium gereret, ac pro eis, si foret necesse, suam adhuc poneret animam.

PERORATIO AD PATRES ARMENOS

In eorum Pseudomagistros.

§. Vltimus.

HIs quidem Domini monitis, atque præceptis, Patres Armeni, quàm accuratè solita sit Sedes Apostolica satisfacere, ijs solummodò exploratum non est, quorum mentis oculos, ne lucem aspiciant, maleuolentia, atque liuor abducit. Quis enim in Ecclesia Pontifex alius, præter vnum Christi Vicarium, perhumile sibi nomen illud adsciuerit: *N. Episcopus, seruus seruorum Dei?* quænam alia Cathedra tãto sanctorum Prĕsulum numero decorata sit, quanto Romana, cuius Pontifices ij, quos Ecclesia sanctos colit, quinarium addunt suprà sexagenarium; ex quibus viginti septem pro Christi fide, ouibusque tuendis strenuè vitam cùm sanguine profuderunt? De ministerio autem, curaque Romani Pontificis pastorali in custodiendis, muniendisq; dispersis toto Orbe Ecclesijs, in egenorum calamitatibus subleuandis, in dilatanda Religione, in omnium procuranda salute, quid loquar? quo enim studio, quàm perlibēti animo, quanta munificentia pro Reipublicæ Christianæ, fideique Catholicæ incremento sua dedat ęraria ad alū-

no-

Կգ 63 նոկեցի երբեւ զկլառանս . և առաջնորդ
դն երբեւ զպապաստանօրս:] Եւ հան անձանս
նեա. Թէ որպէս ՝ի մէջ առաքելոցն գոյր
մի անձնակախապատհնմանեալ՝ ի քէ մեծ և
առաջնորդ. զոր և ինքն խրատէր և
յորդորէր առ ՝ի խոնարհ լինել և ապա
սաւորել այլոցն աշխարհաց:

Եւ երրորդ՝ զի իսկոյն յետ բանին
ցն այնոցիկ բացաբերաց զնոյն օրինա_
կանն իւրով. և ասաց. Թէ որպէս որ
դի մարդոյ ոչ եկն պաշտօն առնուլ,
այլ պաշտել: Եւ ես եմ ՝ի մէջի ձերում
որպէս սպասաւոր :] Մերեմն ապա կա
մեցաւ քո. զի մի ոմն նշէ ՝ի մէջի առա_
ճա I քելոցն և եկեղեցւոյ իւրոյ առաջնորդ,
որպէս և ինքն արդարև էր առաջնորդ.
բայց՝ ոչ զի նշէ առաջնորդ, որպէս իշխա
նք աշխաց, տիրելով հպարտութեամբ և
փառաւորութեամբ, կամ Թողլով զտեղիս
իւր ժառանգս իշխանութեան, կամ բա
նադատելով զհնազանդեալս իւր ծա
ռայական լուծով, և զամ ինչ յարա
բերելով ՝ի փառս և յօգուտ իւր
այլ զի որպէս փոխանորդ քո պաշտեսցէ և
աշխատեսցէ վա փրկութե անձնեցուն.
որպէս հաւատարիմ տնտես և իմաս
տուն, խնդրեսցէ զփառս ամ իւրոյ և
զօգուտս զերաստանաւորմնորամ. և որպէս
Բ 2 քաջ հովիւ, հոգասցէ զգուշութե
ոչխարաց ոչխարաց, և եԹէ պիտոյ իցէ,
դնիցէ և ս՝զանձն իւր ոչխարացն իցամ:

ԲԱՆՆ ԱՌ ՀԱՅՍ
Եւ վարդապետս հայոց ընդ դէմ հերձուածողաց:

Գլուխ յետին.

ԱՅՍ՝ ամ ոչ գիտէ. ԵԹէ որ
քան ըստ կարի իւրում ջա_
նայ սէ աԹոռն հռոմայ կատարել

զայս

[illegible]

Գ 3

Դ 4

Ե 5

norum exterarum gentium Collegia sustentanda, ad omnes Mundi plagas Apostolicorum virorũ Missionibus instruẽdas, ad subsidia pijs Principibus, Regibusque, contra feros hostes Ecclesiæ bellantibus, suppeditanda, vel ipsa dicat Armena vestra Ecclesia; quę potentissimis Saracenorum armis plerumque olim exagitata, haud alias sibi, in extremis toties laboranti, suppetias gratulata est, nisi quas Apostolica Romana Sedes,* vel Põtificijs suis Classibus misit, vel à Christianis tum Occidentalibus, tum Orientalibus Regibus assiduis potuit precibus eblandiri: quę suis etiam in Prouincijs, ne dicam Romę, Christianæ sapientię officinas, Romanis prȩceptoribus, stipendijsque munitas, frequenter vidit: quæ Patriarchas suos, sacris, pretiosisque vestibus, annulo, infula, pallio, de Romani Pontificis manu acceptis, indutos, ac renidentes, obsequiosiùs, religiosiùsque sępissimè venerata est.

*Vide 1. par. cap. 25. n. 60. & seq. & cap. 26. num. 44.

Ita ne verò, ingrati, perfidique Pseudomagistri? ita ne, quasi cùm hoste infensissimo vobis esset pugnandum, in beneficentissimum patrem hunc, patronumq; vestrum, suauemque Pastorem, in Christi Vicarium augustissimum, & omni seculo venerandum, impiè, proteruiterque insurgitis? *O serpentes genimina Viperarum*, qui Ecclesię Romanę matris, & altricis vestræ gremium viperinis morsibus laceratis, *quomodò fugietis à iudicio Gehennæ? quis ostendet Vobis fugere à Ventura ira?* Quæ

Quęnam vos ratio impulit, Lupi rapacissimi, quamobrèm Armenam Ecclesiam, Apostolicæ Sedis ouem, ac filiam dilectissimam, quę *nutrita olim fuerat, & creuerat, de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens*, per vim, per scelus, per summam fraudem, atq; insidias ab ouili Dominico, Petrique manu abriperetis ad interitum, & æternam perditionem? Proh scelaratum, & crudele perfidiæ facinus! vsqueadeò indignum, vt etiam in hoc seculo cum Armenici Regni iactura publicam illam, & communē meruerit punitionem, quæ amarissimo animo vbique à priscis Armenię Patribus deploratur. *Defleo te, Armeniorum Regio* (scripsit pereruditus ille Biblicæ vestræ translationis auctor, Moyses Grammaticus) *defleo te, Vniuersa Septentrionis ora: quia ablatus est à te Rex, & Sacerdos, Consiliarius, & magister; recessit pax, & accessit confusio; corruit orthodoxa fides, & grassata est hæresis cum inscitia. Lugeo Vos Armeniarum Ecclesias, despoliatas specie ornamenti Altaris, strenuis priuatas Ducibus, ac Pastoribus*, &c.

Ibidem cap. 17. num. 22.

Et post hunc, Patriarcha Ghelaiensis in elegiaco Carmine: *Hæc nobis mala*, inquit, *primi Patres nostri præsagientes Vaticinati sunt; diuinam scilicet indignationem, quæ subindè exorsa, ad hæc Vsque tempora durat. Regionem nostram exteri deuorant in conspectu oculorum nostrorum: ab insana diuexamur gente, nec dum tamen à peccatis erigimur. Sedes Pontificia,*

Ibidem cap. 10. num. 29.

Զ 6 և զիմ քրիստոնէից մայր ազգայնիման, որ-
նոյն, սիրող, մտադիւնող, և հաստատու-
նող:
Զձայն ընդ էր. ով մխիթար, ով վարդ-
պետ, ով առաթևայն, ով հակառակներ-
ջութեան. ընդ էր նախանձանումն որ սո-
ւոր, և չարաչարար պզմիլ, առ 'ի կորու-
ստ ազգին ձերոյ; և ընդ դեմ ուղղա-
փառութեան մարտնչելով, ոչ պարզա-
պես անկրաւնութեան մեծաւ ընդ դեմ
զինել զերկաքայականն փոխանորդս քո,
և քարեբարես քաղցրաւանս հօրդ ձե-
րոյ, և խնամարկու հովուս սմ քրիս-
Է 7 տոնեից: Ով օձք ծնունդք իժից, որ
թիւնաւոր խածիւք կուծէք զարգանդ
մաւրցիչ մօրն ձերոյ հոգևորաւ եկեղե-
ցոյս, զծնող փախնուցուք 'ի դատաստա-
տանէ զեհենին. և ո՛ցոյց ձեզ փաղչել
'ի բարկութենէն որ գալոց է: ով դայ-
լք ափշատակողք վասն ոյր պատճառի
յօժարեցիք շրջել 'ի յառաքելական աթ-
աթոռոյս զաշխարհն և սիրելի դուստր
նորա զեկեղեցին հայկազունեաց քաղ-
ցաց, որ սնեալ էր և աճեալ 'ի հացէ
նորա ուտելով. և 'ի բաժակէ նորա ըմ-
պելով, և 'ի ծոց նորա ննջելով: այլ
դուք համարձակեցիք պատառողական
Ը 8 հնարիւք և խաբէութեամբ 'ի պետական
ձեռաց և 'ի տէրունեան հօտէն յափշ-
տակել զնա, և ածել 'ի կորուստ յաւ-
իտենական: Ով անիրաւութեան մեծի
և սրբապիղծ չարագործութեան, որ
մինչ և յայսմ կենցաղոյս սկսաւ
վրէժ առնուլ, պահանջելով յիրաւ արդա-
դատաւորէն հիւսիսոյ պարգամիս և
անմեղին ժողովրդեան զհասարակա-
կան պատիժն զայն. յորոյ վերայ հայ-
քս ձեր դառնագոյն արտասուօք լա-
ցին և ողբացին.

Ողբամ զքեզ հայոց աշխարհ. ամէն

ըերթօղն մոլորէս. որպէս զերդ հանա- Թ
րդ հիւսիսականաց լեռնադաշտս։ զի բաց 9
ձամ ՚ի ըէն թագաւոր և ըահանայ,
խորհրդական և ատուգանօղ : ազգ որ
նեղան խաղաղութիւն, և արքայա-
ցան անկարգութիւն . պղծութեան ուղ-
ղափառութիւն, և կայծակեան այժ-
մութիւն չարափառութիւն : Որպէս ըզ
ձեզ եկեղեցիք հայաստանեայց որթոյանց
այլ ՚ի բարեկարգութեանց ըմբռնն, ՚ի ըա-
ջաց զրկելոց, ՚ի հոգւոյս և ՚ի հոգւոյա-
պեսոյց : և այլն :]

Եւ զկնի այսորիկ նորոյն կոչեցեն
ասէր : Զայս անտարբերին զուշակեալ Ժ
հարցն մերոց նախատեցեալ, զբարեկա- 10
թին անսուի սկսեալ, և մինչ առ մեզ ոչ
կատարեալ : եկեղեցիք հրձիգ եղեալ. մեր
կորնչ նորա ազգայինն ցրուեալ : սկզբ-
ծառ զարդուցն խորթնացեալ. կառա-
վարութիւն նշանակեալ : զօշխարհն մեր
օտարք կերեալ. մեք առաւելի աւշայ ան-
սեալ : անմիտ աղքատ զկծեցուցեալ.
բայց ՚ի մեղաց ոչ ոք դարձեալ : նախանձ
աթոռ, որ լոյս ծագեալ . այն ՚ի մութն
կայ խաւարեալ : աթոռակալքն հեռա-
ցեալ . տարր աշխարհին չրջագայեալ:
տոհմ, որ թագին փառաւորեալ .
անարժանից առաքել եղեալ : որք աշ- Ժա
խարհաց բազմաց տիրեալ . ՚ի քաղցն 11
լոյ հաց մուրացեալ : և այլն :]

Եւ ապա նորուն լամբրոնացին .
Իբրաց փախուցուք, ասէ, ՚ի սրտից
զչար գանձն . որ բազմաց մեզ զանա-
զան չարչարանս : Եւ որք են նոքա : ով
կարէ թուել : սոտմ սկսաք լինել առ-
առանց թագաւորի և իշխանութեան:
յայլազգեաց եղաք տարաւ հեթանո-
սաց տէրութեան : կարգք մեր ՚ի բաց հա-
սեալ ՚ ազգեւոր չարին արմատոյն սկն
սն ոստաղարթ ու ըն լինել : Ժողովուր-

ex qua lux oriebatur, iam offunditur tenebris; procul ab ea facti sunt Rectores, per extraneas regiones errantes: gens, quæ regali prius gloriabatur corona, nunc plebeijs postponitur: qui in pluribus dominabatur prouincijs, panem ab esurientibus quæritant: &c.

Ac tandem, vt reliquos mittam, Episcopus Lampronensis, Armenorum Doctorũ eruditione, integritate, generisq; prosapia facilè Princeps, in Orat. ad Patres Tarsensis Cõcilij: *Reijcite procul, inquit, à cordibus prauum thesaurum, qui nobis diuersas peperit calamitates. sed quas? & quisnam eas valeat recensere? hinc cœpimus esse sine Rege, sine Principatu, miserè sub Gentilium redacti dominiũ. Constitutiones nostræ, sub schismate existentes, prauæ radicis germina peiora esse cœperunt. Populi nostri, insipientes; Principes, socij furum; Ecclesia, speluncæ, atque alienigenarum tabernæ; aliaque permulta, quæ quidem percurrere verbis, menteque recolere, difficile admodum est*, &c. Ibidem. nu, 39.

Hæccine est Ecclesia, perditissime Mehkitari, quam tu, incredibili armatus audacia, Romanæ çqualẽ constituebas? En vides, vt tuus ille, collegarumq; tuorum temerarius ausus eam ornamento despoliauit, Regno priuauit, sub Infidelium iugum, sub miserrimam, ac lacrymabilem seruitutem redegit. *Tu enim* (inquit de Lucifero Isaias, quòd æquè de te, Sectaque tua dicendum est) *Tu enim Terram tuam disperdidisti: tu populum tuum occidisti*. Et Ieremias: *Arrogantia*, inquit, *tua decepit te*, Isai. 14. Ierem. 49.

& superbia cordis tui; qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinē collis: cùm exaltaueris quasi aquila nidum tuum, indè detraham te, dicit Dominus. quis enim similis mei? & quis est iste pastor, qui resistat Vultui meo? intellige, Vicario meo; quippè Vicarius Armenicè *Vultus* vertitur *mutuatus*.

O Armeniæ vetus Ecclesia, quàm anteà fœlix eras, quàm dispari gloriabaris dominio, cùm splendorem, decoremque tuum, vigorem omnē, ac potestatem ex Petri Sede participabas! Eheu, quomodò facta es sub tributo? quomodò argentum tuum versum est in scoriam; bona ferè omnia tua iam perdita, & ad perniciem profligata sunt? Quid faciam? quò me vertam? cuius tandem opē, in residuo impendentium ruinarū, præteritarum omnium longè deterrimo, te iuuaturus, implorem? Vos obsecro, obtestorque per vestram fidem, Patres Armeni venerabiles: vos, inquam, qui rem totam optimè cognitam, penitùsque perspectam habetis; & quos scio posse, & debere rei, gentique vestræ opitulari; miseremini calamitatum vestrarū: consulite vobis, prospicite Patriæ, vestrum, populique Armenici nomen, salutemque defendite.

Enimuerò res, de qua nunc agimus, summa rerum omnium est, ex qua summi, totiusque boni, vel mali, quod in caput vestrum breuì casurum est, ratio pendet vniuersa. Agitur enim, non de corruptibili quoquàm Regno, ac fœlicitate; non de

Յբ որ՝ անմեկնասանք . իշխանդ՝ զօրականաց
12 զօրաց . Ննջեցէք՝ բանակողէք և մարտու_
թեանց տառապանք ; և այլ բարձրունս, զորս
զծուարին բանին Թոռել , և ընդ անձն
ձեր ազատել :]

ԶԱյսպիսի եկեղեցեան բանձևոյ ըն_
նայեմ որ հրեշտակ ձեր զդուշացուցա_
նել զմտադիր-բուն իւրեանց՝ի պայրոցս
և յարգաքելոյ զնա խաղաղաշացուցանել
զանձն բարեկոնթեան անմնականեալ ով ,
Մերժեալ՝ի սրտից իւրոց պչտէս կանձն
Թշնամութե և բաժանման ՝ի կաթո_
ղիկէ եկեղեցւոյն , որ բղխեր տոցմ զանա
Յզ զան շարշարանս ; Բայց դու ով Մխի_
13 Թառ՝ի բարի զաւակէն հայոց որ հարցն
ցեղեալը ոչ էիր , այլ եղեւ՝ի չար առանձ
ինջն հակառակասէր օձնեցւոյն և մե
ւմեցւոյն և սարծմացւոյն : Եւ յոր
ժամ պայտա էր քեզ խոնարհել և հաշտ
եցուցանել զնա , յայնժամ մեծացեալ և
մեծաբան եղեալ ընդ չարաչոռ վարդ
անոց , և առնել խացոյն , ատամ-եւ հր
պարտացար , և բերե զխոռոպե յա_
րուաստի ասացեր 'ի մտի քում ըստ եր
այնայ 'ի . Յր . բղ" գլխոյ . Թէ եկից յեր
կինս . 'ի վերոյ քան զաստեղս երկնից
Յդ. արկից զաթոռ իմ . նստայց ի վերայ
14 լերանց բարձանց հիւսիսոյ ; Անդէն
այսուհետեւ առաւել բարկացուցեր զնա
որ 'ի բաց բառնալով 'ի ձեռնց զմնացոր
դն իշխանութեան ձերոց , բոլորովին խափա
նեցոյց զանշխարհական ընդ լուծով գեր
ութեան հնազանդելոց : Ուստի մերոյ
րէ եսայինս 'ի նոյն գլխոյ . Թէ այլ դու ոչ
կոչեսցիս , զի ապականեցեր զերկիր
իմ և զժողովուրդ իմ կոտորեցեր , մի
մնասցես յաւիտեան ժամանակաց :]

Եւ երեմիա ի . խթ . գլխոյ ասէ :
ԶԱնարգանաց անուստի քո խաբե
աց զքեզ , և ամբարտաւանութի սրտի քո :

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ժե de temporaria, vulgarique miseria;
15 non de caducis hisce, fugacibusque fortunis, vel infortunijs; sed de vltima, perpetuaque beatitudine, aut calamitate, de immortalis, æuiternæque animæ vita, vel exitio sempiterno: agitur, non qua conditione ad tempus victuri, sed victurine sitis in æternum; an æterno supplicio, ignominiaque perituri?

Vna est enim Ecclesia, Patres Armeni, vna Petri nauis, vnũ ouile Christi, non multiplex: intra huius
Ժզ nauis, & Ecclesiæ fines saluari pos-
16 sumus; extrà, peribimus omnes, & æternæ vitæ naufragium faciemus. Iam propè mors corporis est, & in ianuis: iam imminet reis seuerissimi spreti Iudicis iraà impendet, hæreticis potissimũ, atq; schismaticis, ijsq; omnibus, quorũ incuriâ isti periere, supplicium, & terribilis, horriferaq; illa damnationis sententia: *Ite maledicti in ignem æternum.* Ite vos, quorũ prauis, erroneisque dogmatibus fides mea Catholica conspurcata fuit:
Ժէ quorum audaciâ, atque superbia corpus meum, Ecclesia, discissum
17 est: quorum contumaciâ meus in terris Vicarius spretus fuit. Ite vos in ignem æternum mercenarij Præsules, atque Pastores, qui meum ouile non ea, qua par erat, vigilantia custodistis: qui meæ fidei veritatem, quam sciebatis, vestri quæstus, & commodi causâ non promulgastis: qui lupos, Hæreticos, in gregem meum irruentes, præ timore periculi, præ pusilli animi socordia, præ populari beneuolentia, plausuque

captando, non coërcistis. Ite denique in ignem æternum, qui ouium mearum dispersionem, direptionē, & interitum omnem susque deque; immò pro nihilo habuistis. Quin ita? cur aliter se res habeat in æquissimo eo Iudicio? si enim, qui tantùm misericordiæ opera exercere in proximos omiserunt, condemnātur: quid ni, qui in proprijs eius bonis Iudicem laserant, aut animarum, eius sanguine redemptarum, salutem neglexerant?

Et verò, quanquàm puto, Patres Armeni, nullum horum malorum subituros vos esse; quippe quos, cū strenuæ virtutis viros iam habeam, atque anteà nouerim, spero, id exitu præstituros, quod semper, ac prolixè de vobis pollicitus omnibus sum: vix enim potestis à perenni, contestatàque virtute Maiorum vestrorū degenerare: tamen nihilominùs, quia obligatio vestri muneris, grandis quidem, & ardui (quamuis nihil difficile amanti putem) vndique scatet periculis, magnaque propterea indiget cogitatione, ac vigilantia: dicente Apostolo, *Præpositi vestri peruigilent, quasi rationem pro animabus vestris reddituri*: Et Deo ipso Ezechieli, *Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël: audiens ergo ex ore meo sermonem, annunciabis eis ex me. si non fueris locutus, vt se custodiat impius a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram*. Et rursus: *Ecce ego ipse super Pastores, requiram gregem meum de manu eorū*, Idcir-

Hebr. 13.

Ezechiel. 33.

Ezech. 34.

ԺԸ 18 [illegible]

ԺԹ 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

[illegible] Իա 21

[illegible] Իբ 22

[illegible] Իգ 23

[illegible]

Idcircò nihil est,cur ęgreferre debeatis, aliquid à me vobis de hoc vestro periculo in memoriā reuocari: maximè, quòd etiam mihi, qui Euãgelico ministerio sum obstrictus, vestræque obligationis aliquantulùm particeps factus, timorem illud incutit, & horrorem; tametsi pro mea parte, ac viribus (quod vestra quoq; in me amplissima beneficia deposcebant) nullum tempus dimitto, neque diurnum, neque nocturnum, quin de vestra vtilitate, quod cogitandum sit, cogitem; quod agendũ, atque faciendum, id non modò non recusem, sed etiam appetam, atque requiram: nec prætermisi, vt mundus essem à sanguine omnium, quin pro vestra omnium salute cum præsens verbis, tum absens scriptis elaborarem, Seductorumque istorum errores, ac fraudes vobis, gregique vestro annunciarem, ac palàm facerem: immò nec subterfugi, quominùs ob id multa, etiam vitæ, subirẽ pericula; multas animi, & corporis acerbitates, multos dolores, cruciatusque perferrem; ac, si alia ferenda sint, feram, Deo adiuuante, non solùm fortiter, sed etiam libenter, dummodò meis laboribus vobis, Ecclesiæ vestræ, populoque Armenico fides orthodoxa, salusque pariatur.

Quòd si ego, qui Armenus non sum, qui aliud hac in re efficere nequeo, nisi clamare; idipsum tamen eoquòd imperfectè, etsi largè, fecerim, iure timeo, tinnireque in horá auribus mihi videtur vox illa: *Redde ratio-*

rationem villicationis tuæ : quid vos, qui Armeni, qui Patres, qui Præsules, qui Pastores, qui deniquè non clamore solùm maioris imperij, & auctoritatis, verùm etiam vnico dûtaxàt verbo, quin solo nutu, possetis ad ouile Christi Armenum populum cogere, non timebitis? non formidabitis? non perhorrescetis? quãdo ad horrorem, metumque vobis iniiciendum plusquàm satis esse deberent vel illæ solummodò diræ, quas sancti, illuminator vester Gregorius, summusque totius Ecclesiæ Pastor, Siluester, contumacibus, fœdifragisque Armenijs imprecati, sic in Vrbe conscripserant: * *Hoc autem fœdus, inter has duas initum Nationes, firmum vsque ad seculi consummationem permaneat: quicunque verò ab illo se subtraxerit, sit à Christiana sancta fide discissus, Cainique, Iudæ, & Christicidarum Sacerdotum maledictionem incurrat. dicant Angeli, & homines, fiat, fiat.*

* Vide 1. par. cap. 2. nu. 64.

Quarè, si quem vnquàm vestrũ, Patres Armeni, ad direptam, profligatam, amissam istius Ecclesiæ dignitatem, religionemque recuperandam, & in pristinum statum restituendam minùs incendere valeat patria illa virtus, quæ vestro viget in pectore; si non studium laudis atque nominis immortalis; si non amor, ac pietas in Ciues, in propinquos, in Patriam; si non spes æternæ mercedis; si denique nec zelus fidei, nec timor Dei, nec obsequium in Creatorem, neque gratus animus erga Christum: at certè im-

ԻԴ 24
զհամար ըստ իրաց քեզ պարապառութեան
թեան ձերոյ, 'ի յերկիւղութեան քեզ եւ եւս
մեծի փրկութեան խնդրոյ, զորս թէ 'ի զօր
ծոյ արքայութեան պահպանեալ զատուցեալ 'ի
տէրութեան. Թէպէտ եւ համարձակ ըղ
ձայնք եւ զգեստն չարաչարեալ ըստ կարգի
ծննդեան հօրաւ եւ վկայութեամբ զմ ձեր. եւ
ոչ Թողուլ եմ խորտակել զձեզ Թէ բանսար
կեմ յանդգնեալ, Թէ զորով 'ի բարեբաստ.
եւ զգուշացուցի զձեզ եւ զհօտն ձեր 'ի
խաբէութեց եւ աղանդողաց մոլորեցուցչա
ցը աղաղակել: եւ ս եւ ոչ խորշեցայ 'ի կոչ
ելոյ 'ի միջի ձերում բազմաբազմ վիճաս,
ԻԵ 25
չարչարանս, հնազանդութիւն, եւ համար
ծմունս ոչ սակաւ. Եւ եթէ յայսմ վայ
րի այլք մնացեալ ինձ վիճաց կեանս զմ
ձեր. կերեցից օրհնութեան այն ոչ Թէ
եղկելիական Թեան մնայն եւ բարձրացեալ,
այլ եւ մտադրութեան եւ յօժար կա
մօք. որպէս զի վշտօք եւ չարչարանօք
իմովք օգնութեան քեզ եւ փրկութեան 'ի
ձեզ եւ 'ի ժողովրդեան եւ յեկեղեցի
յաւանդեցից:

Ապա եթէ ես, որ ոչ եմ հայ, եւ
ոչ յայլ հայերէն բարեբանեալ սեղմեալ
ղեալ, եւ ոչ զայլ ինչ 'ի ձերում միջի
կարող առնել, բայց միայն Թղթատ մը
ԻԶ 26
պուրս աղաղակել եւ առնել. Թէ եւ ձայն
բարբառոյ 'ի հայս. այսպէս տարածի
րէք զհամատարած տեսոն, եւ ուղիղ
արարէք զշաւիղս համատարած ...
Թէպէտ եւ արարք զայն տուտնանակս
գրով եւ ձայնիւ. սակայն սակաւ ինչ
կիչիմ յարդարութեան դատաստանն.
եւ որ ըստ օրէ ինձ Թուի լսել զձայն
զաւհաւորս. Թէ սուրբ հօտեսան ...
ութեանց: Մի՛ ...
որ էք հայք, եւ հայոց հարք, տեսուչք,
առաջնորդք եւ հովիւք, որ եւ կարէիք
... Թէ բանիւ բարբառել ; եւ զօրու

Թէ

թէ իշխանութեանց խորտակել և տապալել ԻԷ
ինքնակալին, այլ և որ կարևորէ թերևս 27
էրէ միով բանիւ, կամ գուցէ և ամենայ
նով ականատեսութեամբ մտածանել զհայ
կացուցն ոչխարն 'ի հօտն էր. ընդէր ոչ
եղեւերէ, ոչ զայս հաւանեցին : ամենայ
նածոց՝ զի յանձնելի բան պշտամ լիներ ձեզ
առ 'ի յահ և զարհուրանաց՝ այն մեացն
անձեռքն, զոր ու՟ լուսանաորեցն ձեր, և
մեծ բանհանաայատեան անեղեբատրաս զբ
ծառայեցին 'ի թուղթն դաշանց ընդ
դէմ այսոցիկ, որոտխառածութ աղշո
տանէ լինելոց էին. անելով այսակա
ռշյս ու խառնայութեան հաստատութ
կացցէ խմէզ երկու ակզաւ մեսր և 'ի ԻԸ
կեա կատարած 'ի աշխարհին : եւ ո 28
րէ վերջացըն յայսմ վճռեն . առոչեալք
լինին 'ի բողոքաբանական հաւատոց և
անեծս զհայանոնս և յուդայն և ըղ
աղանդաւորաց քահանայիցն ժողովեալ
ցեն տառացեն հերձուածք և մոլորիք ;
եղիցի, եղիցի:]

Արդ աղաղակէ . եղբարք սիրելիք.
եթէ առ 'ի սորայ և շահեծել և հաստա
տանել 'ի վերոյասեն վայելչութի և բա
րեզարդութեան զզարդարեալ և զկարգել
և զկատարել կրօնս եկեղեցւոյ այդորիկ
ոչ ձեռնեցուցանիցէ զըմտա ձեր այն ԻԹ
քան զորութեն մեծաժողով անձանց. 29
եթէ ոչ փափագ անձանց հանգստի և
փառաց. եթէ ոչ սէր փրկութե հայ
րենեաց և ընտանեաց ձերոց . ոչ յայս
յաւիտենական վարձուց . ոչ նախանձ
սէր հաւատոյն , եկեղեցւոյ առաքելոյն , կա
մքն սրբոց , և ոչ մայրութեան
թեան էր . այլ արդեօք 'ի հարկէ պատրաս
է՛ զարթուցանել զձեզ գոնեա եկեղեցու
յաւիտենական տանջանաց և կորուս
տեանն անձանց ձերոց : Արդեօք ո
է՛ սպասումն հանդարտութե և յամե

լոյզ

impellat saltem, necesse est, terror æterni exitij, animæ propriæ imminentis, futurũ illud in Gehenna, horrendumque supplicium ; omnium acerbiorum, quæ à Deo infligi validissimè possint, acerbissimum. Quæ est igitur expectatio ; aut quæ vel minima dilatio temporis? certus quidem dies, non vt Sacrificij, sic & consilij expectari debet, eò etiam magis, quòd & ipsius inchoati Sacrificij consummatio ad aliud tempus, pro reconciliatione cum fratribus, iussu Domini proroganda est.

Iam enim vaticinia veterum Armeniæ sanctorum Patriarcharum,* Gregorij, Niersesis, & Isaaci, de Regni, & Ecclesiæ vestræ ruina, ob schismata, & hæreses euentura, exitu comprobata vidistis: iam querulas voces Præsulum successorum, Reipublicę vestræ non tam excidiũ, quàm excidij causas amarissimè deplorantium, audiuistis: iam anathematismos, execrationesque dirissimas, ab ipsis Synodis vestris in schismaticos, sacrilegosque Armeniæ Pseudomagistros cõpluries pronunciatas, legistis: iam tandem veram Ecclesiæ Romanæ fidem, atq; primatum, Seductorumque istorum errores, ac dolos, ipsi Ecclesiæ vestræ Doctores, sanctique Patres, libri, diplomata, codicesque omnes antiqui aperiunt, atque testantur: quid aliud expectatur? cur Dei beneficio non vtimini? profectò nulla maior rei maturitas, nulla opportunior causa, tempus vnquàm aliud

nul-

*Vide 1. par. cap. 14. nu. 8. & cap. 6. nu. 32. & cap. 7. num. 15.

Ibidẽ, cap. 28. num. 53. & capite 29. num. 104.

nullum, hoc à tergo, à fronte, à lateribus amisso, tenebitur. Nunc iam aut in perditis, ac desperatis habenda res est Armenica; aut in opere, actuque celeris eius cum Apostolica Sede conciliatio. In hanc, rogo vos, atque etiam oro, incumbite Patres Armeni: rogo vos, inquã, non meæ vtilitatis causâ, vel præmij vllius humani mihi per eam comparandi: spẽ equidem nullam in terris, omnes in Cælo mihi positas habeo, atq; defixas: sed vt illa vtiliter tantùm ad vestram, populiq; Armenici fiat tum animæ, tum corporis fœlicitatem: vt faustè per eam possit ad exitum, in quẽ quotidiè suspirat Armenia, Magni Niersesis vestri prædictio illa perduci: * *Post hæc* (scripsit is, cùm Armenum Regnũ maximè viribus florescebat: post scilicet diuturnam quandam Armenæ gentis oppressionem, sub infidelium iugo futuram) *fiet redemptio omnium regionum, & Christianorum, à potente Romanorum gente, qui Franchi nominantur: & disperdentur Infideles, & cadent sub iugum seruitutis Romanorum: & dicetur illa die: Væ mortuis, qui ad hæc fœlicia tempora, & requiem hanc magnam non peruenere.*

*Ibidẽ cap. 6. num. 36.

Venient ergo Romani ad redimẽdum vestrum locum, & gentem: sed quid vobis ad hanc spem est parati? aut quando bonum hoc arbitramini euenturum? tum ne verò, cùm antiquæ societatis fœdere violato, Petri, Siluestrique Cathedram, Romanaque iura proteritis? cùm Orthodoxam Romanorum fidem oppugnatis?

[illegible]

Լ 30 [illegible]

ԼԱ 31 [illegible]

ԼԲ 32 [illegible]

Զանձինս․ առաջադիմելով , ասեմ , ոչ թէ
զՏն հեղ օգնութեամբ, կամ զօրացեալ ուժով
ամենաներոյ իմ՛ ի մարդկանէ ամենայն զմ
նորանն քաւ՛ լինի 'ի խոնարհ սրբութեան ձեռ
րոյ մատուցանեմ խորհուրդս այս ։
քանզի անկարելութեան իմ ոչ լինի առ 'ի
մարդկանէ , այլ առ յոյս շնորհացն զօր
ձեռբերել , թէ զինչ 'ի գործ հաւատոցն
նիւթեալ, թէ ոչ։ այլ աղերսանօք և ժամու
թեան իմ առ ձեզ է՛ մինչ զՏն ձերոյ հա
գեւոր և մարմնաւոր օգնութեան . որոց
զի 'ի ձեռն միաբանութեան փրկեսջիք
ոչ միայն հոգւով 'ի ազատութեան առաջ
նորդ , այլ և մարմնով 'ի լուծ ծառայութեան
ճախից. և զի՛ որոց կատարեցաւ այլ
քանզի զուշակութեան մեծին ձեր նահ
ապետ ,նորին և կատարեցի վերջինս ,
որ ասէր . թէ Յետ այսորիկ՝ փրկու
թի զամ աշխարհաց և քրիստոնեից 'ի
յարուկեան ազգեն հառոմայեցւոց ելի
ցի. որք եւ զաւակք ։ և այսպէս խաղաղ
ական երկիր'ի բարի զետեղ ժամանակս
յոլովս ։ և հերքեն անօրէնք . և անկա
նեն ընդ լուծով ծառայութեան հառոմ
մայեցւոց ։ որ և ասացեն . թէ աւաղ
զանցեալս , որ ոչ հասանեն 'ի ժամանակս
այս բարի, և 'ի հանդիսաս այս մեծ ։]

Ուրեմն զայլոց են հառոմայեցիքն
փրկել զաշխարհն և զազգդն ձեր։ Բայց
զիարդ ձեր ազինքն պատրաստ առա
ջինն ոչ զմանապառ: կամ յորժամ հա
մարեն առնուլ 'ի նոցանէ զհանդիսա
և զբարերարութիւն զայս մեծ . մին
թէ յորժամ աղծեալ զդաշինս հնա
գոյն միաբանութեան ընդ դէմ զինեն
պետոտ և նեղքեառոտ առոք ա
թոռոյն: մին թէ յորժամ յանդգնեա
նեն զուղղափառ հաւատոյն հառոմ
մայեցւոյն․ մին թէ յորժամ չար յա
ջողեալ հայհոյութեան յարեցոյցա
նեն

Իգ 33 tis? cùm conceptum in eos odium perpetuo schismate, discordijs, & hæresibus alitis, ac nutritis? Ecquis ita fatuus, vt hostiles istos, bellicosque procinctus in Romanos, ad Romanorum auxilia redemptioni vestræ paranda idoneos putet? Profectò, si Armenorum Vatum oracula, cladis vestræ prænuncia, si præsertim eiusdem Niersesis verba illa, * *Deficient à fide Armenij; quarè & deficiet Principatus ipsorum*, firma fuere: nô antè Romanos videbitis libertatis, reique publicę vestræ redemptores; Իդ 34 quàm vos eis, pristino catholicæ religionis dogmate in integrum restituto, communionis, & concordiæ dexteram porrigatis.

* Ibidem. j

Tenete per Deum immortalem oblatam occasionem: soluite vincula colli vestri à fœdissimo iugo Principis tenebrarum: exerite vires in immanem, teterrimamq; hanc belluam. Exurantur ergo in Armena Ecclesia volumina mendacissima, pestiferaque Seductorum; auferan- Իե 35 tur superstitiosi, Hebraicique ritus à Ritualibus; restituantur in sacris Codicibus deprauata, corriganturq; erronea; à Liturgijs, Menologio, alijsque Ecclesiasticis libris execrabilia Pseudomagistrorum nomina, acta, memoriæ deleantur. *Quæ enim conuentio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? qui autem consensus templo Dei* cum nefandis istis, sacrilegisq; hæreticorum memorijs? Vestris verò Synodis ijs, quæ septẽ sacra Concilia Generalia, eorumq; decreta suscepere, Ecclesiamq; Ar-

menicam cum Catholica conciliarunt, pristinus deferatur honor, & obseruantia, maximè duabus postremis, Sisensi, & Adanensi; quæ cùm ad rem vestram cum Apostolica Sede præcipuè componendam, omnem curam, diligentiamque cõtulerint, studio, reuerentiàque præcipua vobis colendæ, atque obseruandæ sunt, alijsque præcedentibus sine dubio anteferendæ. Denique tollatur è medio, perpetuoque silentio, & obliuione obruatur impia illa in Diuum Leonem, sacramque Chalcedonensem Synodum execratio, quę populum vestrum Christianis Nationibus vniuersis odibilem sine modo, ac detestabilem reddit, cælique fulmina funestissima in caput eius accire hactenùs visa est, & videbitur in futurum, nisi tollatur.

Expergiscere aliquandò Armenia, euigila de somno, subrige caput tuum. Agnosce ouis auia ouile tuum; ausculta Pastori, cuius fidei, potestatique Christus te commisit, crediditque pascendam. Redi filia vaga, & peregrina ad patrem tuum; qui ne fame pereas veræ religionis, ne porcinis errorũ siliquis nutriaris, ne egeas, cogarisque seruire; ad vitulum saginatum, ad annulum, ad stolam primam, ad osculum te domi expectat. Reuertere Sulamitis ad matrem tuam, Apostolicam Sedem, cuius olim sugebas vbera; quæ cùm tot Principum, atque Regum, Regnorumque sit culta obsequijs, nihil aliud est, cur iamdiù dolens quærat te, nisi vt ducat ad Sponsum; vt

նենն զաւանելու Թեան. զանին շար Թշնա–
ԼԶ 36 մուԹէ իւրեանց ՚ի դէմ նոցա։ Իսկ եԹէ
այսքան յիմար. որ զայդ զայնսին Թշնա–
մանեան պատուհասուԹիւ պատերազմի
համարեցէ գոլ յարմար օգնականչ հրա–
ճերուԹն հաւոլմայեցուցն առ ՚ի փրկել
զաշխարհն. զայդ։ զի եԹէ ճշմարիտ
եղեն նախապաշտնի բանքն որքոյ հայ
բաղկեալքն ձեռոց. մանաւանդ մեծ–
ծին նորոգեն, որ գրեաց. ԹԷ Թ–ու–
լացոյն հայք ՚ի հաւատոց. և այնմ
պակասեցն իշխանուԹն նոցա։] ոչ
արդարև տեսանիցէք զհռովմայեցի–
ԼԷ 37 սն փրկիչս ձեր. եԹէ յառաջ զԹուլու–
Թիւնդ ՚ի ճշմարիտ հաւատոց ՚ի բաց
ոչ բառնայք, և ոչ միաբանիք ընդ նո–
սա։

Զարթիք այսու ուրեմն, պատուա–
ճոյ հայք սիրելիք, զանեղիտ դիպուկ
փրկուԹեան. լուծէք այսու հետև ըզ
կապանս պատրանացն ձերոյ ՚ի լուծոյ
իշխանին խաւարիս այսորիկ. քաջա
լերուք դիմամարտել և յաղԹահա–
րել զանեղուԹիւն այսր պարշելն դարձա
նիս։ Եկայք որոյ այրեացն որք ՚ի մի–
ջի ձերում են հակառակք ճշմարտու–
ԼԸ 38 Թեան շարագրուԹիւնք մոլորեցուց
չացն լի առասպելեօք և սնոտուԹեք։
որքայրեցին եկեղեցական մատենիք
՚ի նորածեալ մոլորուԹեանց։ Ջնջեա
ցին ՚ի յայսմաւուրաց և ՚ի սուրբ պա
տմագրոցդ. առհամարհեսցին յիշատա
կք, անուանք, և պատմուԹիւնք նոցին
կեղծաւոր հերձուածողացն։ բանզի
զինչ միաբանուԹի է ընդ բելիա–
րայ. կամ զինչ բաժին կայ հաւատացե
լոց ընդ անհաւատից. կամ զինչ նմանու–
Թի է տաճարի աստուծոյ որքայլեղծ–
յիշատակի հերետիկոսացն։ Իսկ՝ ձե
րոց սիւնհոդոսացն այնոցիկ, որք ըն
կալ

[illegible]

vt videant reliquæ eius filiæ, sororesque tuæ Reginæ, & laudent te.

39 Vocate cœtum, Patres Armeni, congregate populum, sanctificate Ecclesiam vestram; vt in sinum Catholicæ sanctæ Matris Ecclesiæ, non habentis maculam, neque rugam, dignè excipi valeatis: vt illiusmodi filios ab Armenia in Romanã communionẽ vos suscipiat Sanctissimus Pater, septimus ALEXANDER; quales à principio Gregorius *Illuminator* adduxerat, susceperatq; SILVESTER.

40 Ego interim illud vobis ominor cum Propheta: illud dicam: *Animæquior esto Populus Dei,* * Armenia *memorabilis: Venundati estis gentibus non in perditionem: sed propter quod in ira ad iracundiam prouocastis Deum, traditi estis aduersarijs: obliti enim estis Deum, qui nutriuit Vos; & contristastis nutricem Vestram,* * Romanã Ecclesiam. *Vidit enim iracundiam à Deo Venientem Vobis, & dixit: audite confines Sion; adduxit mihi Deus luctum magnum: Vidi captiuitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum,*
41 *quam superduxit illis Aeternus. nutriui enim illos cum iucunditate; dimisi autem illos cum fletu, & luctu. Animæquiores estote filij, clamate ad Dominum, & eripiet Vos de manu Principum inimicorum. Ego enim speraui in æternum salutem Vestram, & Venit mihi gaudium à sancto* (vestro Niersese) *super misericordia, quæ Veniet Vobis ab æterno Salutari nostro. emisi enim Vos cum luctu, & ploratu: reducet autem Vos mihi Dominus cum* gau-

Baruch 4.
* Israël
* Ierusalem.

gaudio, & iucunditate in sempiternum. Delicati mei ambulauerunt vias asperas; ducti sunt, vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores estote filij, & proclamate ad Dominum. sicut enim fuit sensus vester, vt erraretis à Deo; decies tantùm iterùm conuertentes requiretis eum. qui enim induxit vobis mala, ipse rursùm adducet vobis sempiternam iucunditatem cum salute vestra. Circumspice *Roma ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo tibi venientem. Ecce veniunt filij tui, quos dimisisti dispersos; veniunt collecti ab Oriente vsque ad Occidentem, in verbo sancti (sui Niersesis) gaudentes in honorem Dei. Cui gloria, & gratiarum actio in secula seculorum. Amen.

*Ierusalem.

42 [illegible]

43 [illegible]

[illegible]

ՄԻ ԹԷ ՊԱՀԵԼ ԻՑԷ ՔՐԻՍՏՈՆԷԻՑ

Զանձել զաւետարանութեան հին օրինացն
մովսէսի.

ԵՐԿՐՈՐԴ ՎԻՃԱԲԱՆՈՒԹԻՒՆ.

Յայտ առնելն զպատճառս հին օրինացն. և
առաջիկայ վիճաբանութեան:

Գլուխ. ա.

VTRVM LEX MOSAICA

Post nouam Legem, à Christo latam, sit obseruanda?

QVAESTIO INTER ARMENIOS SECVNDA.

Explicatur ratio Mosaicæ Legis, & propositæ Quæstionis.

§. I.

Ի Օրէնսն մովսէսի երեք էին սեռք ածային պատուիրանաց. որպէս ասէ 'երկրորդ' օրինաց. Թէ այս են պատուիրանք. արարողութիւնք. և դատաստանք. զոր պատուիրեաց ամենայն ած ձեր:] Առաջին սեռն է բարոյականն պատուիրանաց. որ հասարակ կոչին պատուէր կամ պատուիրանք. և յարմարեցին ա... ա 1

IN veteri lege tria erant genera diuinorũ præceptorum; vt patet ex verbis illis, Deuteronomij 6. *Hæc sunt Præcepta, Cæremoniæ, atque Iudicia, quæ mandauit Dominus Deus vester.* Primum genus est præceptorũ moralium, quæ simpliciter *Mandata*; seu *Præcepta* dicuntur, & pertinent ad bonos mores iuxta dictamen legis natu-

naturę, Secundum est Cæremonialium, quę determinant modum colendi Deum. Tertium Iudicialium, quæ spectant ad actus iustitiæ inter homines obseruandæ.

Quæstio non est de Lege veteri iuxta primum genus præceptorum, nempè moralium. Sciunt enim omnes Armenij, vnàque nobiscum prædicant, talia præcepta non abrogata fuisse per legem Euangelicam. Quod vt prætereà demonstretur, sciendum est, ex his præceptis decem principalia, ad quæ alia reducuntur, esse Præcepta Decalogi; quæ, quasi prima, & communia Legis principia, scripta fuerunt digito Dei in lapideis tabulis, Deuter. 4., & ab ipso Deo immediatè Populo tradita, Exod. 20. cùm reliqua proposita fuerint per Moysen. Sunt autem hæc:

1. *Ego sum Dominus Deus tuus: non habebis Deos alienos coram me.*
2. *Non assumes nomen Domini Dei tui in Vanum.* Exod. 20.
3. *Memento, Vt diem Sabbati sanctifices.*
4. *Honora patrem tuum, & matrem tuam.*
5. *Non occides.*
6. *Non mœcaberis.*
7. *Non furtum facies.*
8. *Non loquèris contra proximum tuum falsum testimonium.*
9. *Non concupisces Vxorem proximi tui.*
10. *Nec desiderabis res alienas.*

Vbi aduertendum est, tertium præ-

[illegible] բնական օրինաց : Երկրորդն սահման է արարողական պատուիրանաց . որ սահմանեն զեղանակն պաշտամանց զա̄ծ . Եւ երրորդն է դատաստանական պատուիրանաց . որ ցուցանեն զիրաւունս մարդկային դատաստանաց :

Եւ Հարց այս վասն աւանդութեան ոչ լինի ինչ առաջին, ըստ բարոյական պատուիրանացն : քանզի բարբառ գիտեն Հայք ամենն . և ընդ մեզ և քարոզեն . Թէ այսպիսի պատուէրք ոչ խափանեցան, այլ առաւել հաստատեցան յաւետարանական օրինացս: Եւ վ̄ս մեկնութե այսր իրիս գիտելի է' զի 'ի բարոյական պատուիրաց տասն են հաստատականք և գլխաւորագոյն պատուէրք. առ որս այլքն յարաբերին . և նոքա են և առաջին սկզբունք օրինաց գրեցան 'ի քարեղէն տախտակս մատամբ ա̄յ. և 'ի յա̄յ անմիջաբար աւանդեցան 'ի ժողովուրդն : քանզի այլ պատուէրքն աւանդեցան բերանով Մովսէսի : Եւ 'ի յայս աւանդեալքն են այսոքիկ :

Ա. Ես եմ տէր ա̄ծ քո : մի՛ եղիցին քեզ ա̄ծք բայց յինէն.
Բ. Մի՛ առնուցուս զանուն ա̄յ քոյ ի վ̄ր սնոտեաց : 4
Գ. Յիշեսջիր զօր շաբաթուն սրբել զնա :
Դ. Պատուեա՛ զհայր քո, և զմայր քո :
Ե. Մի՛ սպանաներ :
Զ. Մի՛ շնար :
Է. Մի՛ գողանար :
Ը. Մի՛ սուտ վկայեր :
Թ. Մի՛ ցանկար կնոջ ընկերի քոյ :
Ժ. Եւ մի՛ ցանկար ընչից նորա :

Քանզի 'ի սոցանէ պատուիրանացս՝ երրորդն,

րդն, որ յղ̃գս պահելոյ շաբաթուն, ըստ այնմ իրի ասի բարոյական և հասարակ. ըստ որում հրամայէ. Թէ պարտ է՛ մարդոյ երբեմն հրաժարիլ 'ի գործոցն աշխարհիս. և 'ի ձեռն արտաքին ինչ պաշտամանն պարապել ա̃ծ: բայց զի ըստ որում յիշատակէ զօրն շաբաթոյ. ոչ է՛ պատգամ բարոյական. այլ արարողական և մասնաւոր, ա̂ն դեալ բերանովն մովսէսի 'ի. իգ. րդ" գլխն ղևտական գրոցն:

Եւ արդ՝ որպէս ա̃մ տասն պատգամքս այսոքիկ բովանդակին 'ի նոքա քոյ այն երկուսին. Սիրեսցես զտէր ա̃ծ քո յա̃մ սրտէ քումմէ, և զընկեր քո իբրև զանձն քո.] իբր ածանցք 'ի ներքոյ սեռից: վ̃ զի երեք առաջինք պատկանին առ պաշտօնն ա̃յ. և մնացեալքն առ սէրն ընկերոյն: նմանապէս և այլ բարոյական պատուիրանքն, ա̂նդեալք 'ի ձեռն մովսէսի և ահարոնի ժողովրդեանն, յարաբերին առ տասն պատգամսն:

Առ̃ն որոյ՝ առ առաջինն, որ է՛ պաշտել զմի ա̃ծն. յարաբերին պատուէրանքն, որք հրամայեն հրաժարիլ 'ի կռապաշտութենէ, և յայլոց սնոտապաշտութեց. ըստ այնմ որ ասի 'ի գիրս երկրորդ" օրինաց. 'ի. Ժը. երորդ" գլխն. Թէ մի՛ գտանիցի 'ի քեզ որ ածիցէ զուստր իւր, կամ զդուստր իւր բոցով. և դիւթիցէ դիւթութիւնս. և հմայիցէ և հաւահարց լինիցի. և կախարդիցէ կախարդանօք. և վհուկ և նշանագէտ լինիցի առ 'ի մեռելոց հարցանելոյ. քանզի պիղծ է՛ ա̃ն առաջի նորա որ առնէ զայն:]

Առ երկրորդն. որ յարգելու զսուտ երդումն. յարաբերին այնոքիկ, որ յարգելուն զհայհոյութիւն և զսուտ

վար

Ե 5 præceptum de Sabbati obſeruatione in tantum dici morale, ac generale, & in Decalogo poni; in quantum præcipit, vt homo per exteriorem aliquem cultum vacet aliquando rebus diuinis: cæterùm in quantum determinatur in eo dies Sabbati in signum creationis Mundi, ſic eſt præceptum Cæremoniale, ac ſpeciale, traditum per Moyſen extra Decalogum, Leuit. 23.

Sicut igitur omnia hæc præcepta Decalogi continẽtur in illis duobus, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum, ſicut teipſum*, tanquàm concluſiones in principijs, aut ſpecies in generibus; cùm tria prima ad Dei cultum, reliqua verò ad proximi dilectionem pertineant: *ita* pari ratione ad iſta decem reducuntur reliqua præcepta moralia, quæ à Deo per Moyſen, & Aaron fuerunt populo tradita.

Zq 6

Quarè ad primum præceptum Decalogi de cultu vnius Dei, reducuntur illa, prohibentia Idolorum cultus, & ſuperſtitiones, Deuter. 18. *Non inueniatur in te, qui luſtret filium ſuum, aut filiam, ducens per ignem; aut qui Ariolos ſciſcitetur, aut obſeruet ſomnia, atque auguria: nec ſit maleficus, aut incantator; nec qui Pythones conſulat, neque Diuinos; aut quærat à mortuis Veritatem*; &c.

Է 7

Ad ſecundum, prohibens periurium, reducitur prohibitio blaſphemiæ, Leuit. 24. *Qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatum ſuum; & qui*

bla-

blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. & etiam falſæ doctrinæ, Deuter. 13. *Qui loquitur, Vt Vos auertat à Domino Deo Veſtro, & errare Vos faciat de Via, quam Vobis præcepit Dominus Deus Veſter, interficietur*.

Ad tertium, quod iubet vacari rebus diuinis, reducebantur Cæremonialia; quæ tamen ex vi ſolùm inſtitutionis, non autem ex vi naturalis inſtinctus, ſicut alia præcepta moralia, ſuperaddita erant.

Ad quartum de honore parentũ, reducitur præceptum de honoratione ſenum, iuxta illud Leuitici 19. *Coràm cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis*: atque alia, quæ ad reuerentiam Maioribus exhibendam inducunt.

Ad quintum de prohibitione homicidij, reducitur prohibitio odij, & offenſionis in proximum, Leuit. 19. *Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui*. & rurſùs: *Ne oderis fratrẽ tuum in corde tuo*; &c.

Ad ſextum, prohibens adulteriũ, reducitur prohibitio fornicationis, Deuter. 23. *Non erit meretrix de filiabus Iſraël*: atque etiam vitij contra naturam, Leuitici 18. *Cum maſculo non commiſceberis: cum omni pecore non coibis*.

Ad ſeptimum de non furando, reducitur prohibitio vſuræ, Deuter. 23. *Non fœnerabis fratri tuo ad Vſuram pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem*: atque alia præcepta, quæ fraudem, calumniam, & rapinã prohibent.

Ad

Թ 9 վարդապետութիւն. որպէս ասի 'ի ղեւտացւոցն. ԻԴ. րդ" գլխն, Թէ եւ՛ յոր որ անիծանիցէ զած, մեղս ընկալցի. եւ որ հայհոյիցէ զանուն տն, մահու մեռցի:] Եւ 'ի յերկրորդ" օրինաց. Ժգ. րդ" գլխն. Թէ որ խօսեցաւ ապստամբեցուցանել զքեզ 'ի տնէ այ քումմէ. մերժել զքեզ 'ի ճանապարհէն, զոր պատուիրեաց քեզ տէր ած քո. մահու մեռցի:]

Առ երրորդն, որ հրամայէ սուրբել զօր շաբաթուն, յարաբերեալ էին ամ արարողականն պատուիրանքն. զոր

Ժ 10 յայնժամ պարտ էր պահել զօրութբ դրականն օրինացն, եւ ոչ զօրութբ օրինաց բնականաց:

Առ չորրորդն, որ վն պատուելոյ զծնօղս. յերաբերիւր հրամանն պատուելոյ զծերս. ըստ այնմ որ 'ի ղեւտացւ ԺԹ. գլխն Թէ առաջի ալեաց յառնիցես. եւ պատուեսցես զերեսս ծերոյն:] Նմն եւ այլ հրամանքն, որ էին վն պատուելոյ զառաջնորդս:

Առ հինգերորդն, որ յարգելոյ զմարդասպանութի պատուիրանքն յարգելումն ատելութե եւ չարագործութե

Ժա 11 ընդդէմ ընկերի. որպէս ասի 'ի ղեւտացւ. ԺԹ. երդ" գլխն. Թէ Յարիցես ընկերին մի՛ յօժարիցես:] եւ դարձեալ. մի՛ ատեսցես զեղբայր քո 'ի սրտի քում:]

Առ վեցերորդն, որով արգելէր զի շնութի, առ բերի յարգելումն պոռնկութե. ըստ այնմ որ 'ի. Իգ. րդ" գլխն երկրորդ" օրինաց. Թէ մի՛ եղիցի բոզ 'ի դստերաց իսրլի. եւ մի՛ պոռնիկ յուսատերաց:] եւ եւս այլոց աղծութեց ընդդէմ բնութե. ըստ այնմ որ 'ի ղեւտացւ. ԺԸ. երդ" գլխն. Թէ ընդ արուի մի՛ մտանիցես. եւ յամ անասուն ոչ տայցես զօրութի սերմանն քո:

Առ

12 [illegible]

[illegible]

13 [illegible]

[illegible]

14 [illegible]

Ad octauum de non perhibendo falsum testimonium, reducitur prohibitio falsi iudicij, mendacij, atque detractionis, iuxta illud Exod. 23. *Nec in Iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero devies.* & rursùs ibidem: *Mendacium fugies.* Et Leuit. 19. *Non eris criminator, & susurro in populo.*

Alijs autem duobus præceptis de non concupiscendo, nulla alia superadduntur; quia per ea omnis mala concupiscentia vniuersalitèr prohibetur.

Itaque ad omnia hæc præcepta moralia Legis Mosaicæ obseruanda omnes tenentur homines, non quia tradita sunt in Lege veteri, sed quia pertinent ad legem naturæ, ad cuius obseruantiam quilibet homo in omni statu, ac tempore obligatur. Quarè Augustinus in lib. de Spiritu & litera, cap. 14. *In illis,* inquit, *decem præceptis, excepta Sabbati obseruatione, dicatur mihi, quid non sit obseruandũ?* Et infrà: *Quid horum, quisquam dixerit, non debere seruare Christianum?* Et ratio est: quia talia præcepta sunt de ijs, quæ pertinent ad bonos mores, & sic quæ rationi conueniunt: omne autem iudicium rationis humanæ à naturali ratione deriuatur: igitur præcepta moralia ad legem naturæ pertinere debent, tametsi diuersimodè: nam eorum aliqua, quæ statim per se ratio naturalis dijudicat, sunt absolutè de legè naturæ: aliqua verò, quæ non non ita facili consideratione rationis dijudicãtur, ita sunt de lege naturę,

vt vel indigeant disciplina humana, qua indocti à sapientioribus instruantur; vel etiam instructione diuina, per quam humana ratio de diuinis erudiatur,

Per Euangelicam ergo legem Christi non abrogata fuit lex moralis veteris Testamenti, sed potiùs confirmata, atque etiam perfecta, immò & aucta, atque amplificata. Confirmata quidem fuit: nam Christus ait de illa Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata*, & interroganti, *quæ?* respondit: *Non homicidium facies; non adulterabis; non facies furtum; non falsum testimonium dices; honora patrem tuum, & matrem tuam; diliges proximum tuũ, sicut teipsum;* &c. Sic etiam Luc. 10. Legisperito, interroganti, quid facto opus esset ad vitam æternam possidendam; atque etiam mandata Decalogi exponenti, Christus ait: *Rectè respondisti; hoc fac, & viues.* Idem similiter prædicauerunt Apostoli: Paulus enim ad Romanos 13. *Non*, inquit, *adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimoniũ dices, non concupisces; & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur: diliges proximum tuum, sicut teipsum*. Et ad Ephes. 6. *Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum*, &c. Ideoque ad Romanos 13. scripsit: *Nunquid Legem destruimus per fidem? absit. sed Legem statuimus*, hoc est, moralem. Et Iacobus cap. 2. *Si tamen*, inquit, *legem perficitis regalem secundùm Scripturas, diliges proximum tuum, sicut*

te-

ԺԵ պատահմանն է այս · քանզի պատուիրանքն
15 Նոր օրինին հրամայեսցեն բարոյ գործել
քան զուսումն ուսուցանել բնական բանիւ
կամ նուաստութեանն · այլ ուսմանն պատ
կանին առ օրէնս բնութեան . որով մեծ
մեծ աստուածաբանութիւն ; այլ ի լուսաւորեալ
մարդն պատուիրանօքն պատկերել զմտաւ ;

Արդ ըստ այսմ աւետարանական նոր օ-
րինացն քն ոչ խափանեցաւ բարոյա-
կան օրէնքն հին կտակարանացն . այլ յա-
ւէտ հաստատեցաւ . կատարեցաւ .
և աճեցաւ 'ի բէ ; Հաստատեցաւ .
քանզի ասաց քն զնմանէ 'ի մաթ. ԺԹ.
ԺԶ Երդ գլխոյ . Եթէ կամիս 'ի կեանս
16 յաւիտենականն մտանել . պահեա՛
զպատուիրանսն ; մի՛ սպանաներ .
և մի՛ շնար . և մի՛ գողանար . և մի՛
սուտ վկայեր . պատուեսցես զհայր քո
և զմայր . և սիրեսցես զընկեր քո իբրև
զանձն քո:] Նոյնպէս և 'ի ղուկ. Ժ. Երդ
գլխոյ . յորժամ օրինականն եհարց .
թէ զինչ գործեցից . զի զկեանս յաւի-
տենականս ժառանգեցից : և յիշատա-
կեալ նորա զբարոյականն պատգամսն
հին օրինացն . ասէ ցնա քն . ուղիղ ե-
տուր զպատասխանին . զայդ արա և
կեցցես : Նոյնպէս քարոզեցին առաքե-
ԺԷ լքն . քանզի պօղոս 'ի հռոմ. ԺԳ. րդ
17 գլխոյ ասէ, որ սիրէ զընկեր իւր . զօրէնսն
կատարէ . զմի՛ շնայցես . և մի՛ սպա-
նանիցես . և մի՛ գողանայցես . և մի՛
սուտ վկայիցես . և մի՛ ցանկանայցես .
և թէ այլ ինչ պատուիրան է՛ . յայս
բան բովանդակին . եթէ սիրեսցես
զընկեր քո . իբրև զանձն քո ;] Եւ ա-
կս ասացեալ 'ի հռոմ. Գ. րդ" գլխոյ ասէ:
Արդ զօրէնսն ինչ խափանեմք հաւա-
տովքս ; քաւ լիցի ; այլ զօրէնսն հաս
տատեմք . յր . զբարոյականն ասանեց
պատուիրանացն ; Եւ ասէ առաքեալն յակոբ.

ապա

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]

teipsum, benè facitis: si autem perso-
18 *nas accipitis, peccatum operamini, re-*
darguti à Lege, quasi transgressores:
quicunque autem totam legem seruaue-
rit, offendat autem in Vno, factus est
omnium reus. qui enim dixit, non mœ-
chaberis, dixit, & non occides; &c.

Perfecta insuper fuit per Euange-
licam Lex scripta moralis; de qua
Dominus ait Matth. 5. *Nolite puta-*
re, quoniam Veni soluere legem: non
Veni soluere, sed adimplere: hoc est,
perficere, ac stabilire, remotis cor-
ruptelis, quæ per falsas interpretatio-
19 nes Scribarum, & Pharisæorum in-
ductæ in illam fuerant: vt ex eius
verbis, in eodem capite Matth. 5.
subiectis, colligitur. Nam depra-
uabant illi legem de homicidio, &
adulterio, docentes, in his præceptis
actum duntaxat externũ fuisse pro-
hibitum, non autem internum, nisi
signis exterioribus proderetur. Chri-
stus verò docuit, cauendam esse etiã
iram, quæ est via ad homicidium;
& ab hoc non solùm manum, sed
etiam linguam, & animum cohibẽ-
20 dum; ac præterea illud, *non mœcha-*
beris, ad concupiscentiam vsque,
solùm mente conceptam, extendi:
vndè ait: *Dictum est antiquis, non*
occides; qui autem occiderit, reus erit
Iudicio: qui autem dixerit fratri suo,
raca, reus erit Concilio: qui autem
dixerit, fatue, reus erit Gehennæ ignis.
Et rursus: *Dictum est antiquis, non*
mœchaberis: Ego autem dico Vobis;
quia omnis, qui Viderit mulierem ad
concupiscendum eam, iam mœchatus
est eam in corde suo.

Prætereà peruertebant legem de repudio; & quod Moyses ob duritiam cordis eorum permiserat, ipsi vt rem absolutè iustam proponebāt. Christus autem ait: *Dictum est, quicunque dimiserit Vxorem suam, det ei libellum repudij. Ego autem dico Vobis; quia omnis, qui dimiserit Vxorem suā, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari; & qui dimissam duxerit, adulterat.*

Putabant etiam, nullum esse peccatum, frequentare iuramenta, dummodò non peieraretur. At Christus iussit, iurandum non esse omninò, nisi in causa necessitatis, ne peierandi daretur occasio; vndè ait: *Dictum est antiquis, non periurabis; reddes autem Domino iuramenta tua. Ego autem dico Vobis; non iurare omninò, &c. sit autem sermo Vester, est, est; non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.*

Prætereà corrumpebant illi legē Talionis, existimantes, eam ad appetitum vindictæ saturandum constitutā fuisse. perfecit verò Christus hanc legem, docendo, quòd pœna Talionis non erat à Iudæis quærenda propter liuorem vindictæ, quem ipse exclusit, monens, quòd homo ad quamlibet sufferendam iniuriam debet esse paratus; sed propter amorem iustitiæ: *Audistis, quia dictū est; oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico Vobis, non resistere malo; sed, si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram.*

Denique circa odium inimicorū per-

ԻԱ 21 [illegible]

ԻԲ 22 [illegible]

ԻԳ 23 [illegible]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]]

[illegible]

Իդ 24 peruertebãt illi primarium dilectionis præceptum, quarè monuit eos Dominus, diligendos esse etiam inimicos, in quibus non persona, sed culpa odio haberetur. *Audistis, quia dictum est: diliges proximum tuum. Ego autem dico Vobis; diligite inimicos Vestros; benefacite his, qui oderunt Vos.*

Adimpleuit tandem Christus legem moralem, non solùm explicãdo, quæ diximus; verùm etiam alia superaddendo tum præcepta, nimirùm vt caueremus hypocrisim, ina-
Իե 25 nem gloriam, temerarium iudicium de factis alienis, &c. tum perfectionis consilia, vt vitaremus solicitudinem in opibus congregandis, nimiã diligentiam in rebus etiã necessarijs procurandis; vacaremus assiduæ orationi; contenderemus magis, ac magis ad iustitiæ perfectionem acquirẽdam, &c. ac deniq; dicenti, se obseruasse præcepta Decalogi, respondit, Matth. 19. *Si Vis perfectus esse; Vade, & Vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & Veni, sequere me.*

Իզ 26 Neque proposita quæstio agitatur de lege veteri quantùm ad præcepta iudicialia; quæ habebant vim obligãdi ex sola institutione diuina, & non etiam ex lege naturali. Nam instituta hæc fuerant à Deo, non pro alijs quidem gentibus, sed tantùm ad regendum statum populi Iudæorum; qui status, quoniam ordinabatur ad Christum venturum, adueniente Christo mutatus est; ac proindè præcepta iudicialia adhuc respectu Iudæorum amiserunt vim obligan-

gandi. Pro Christianis autem nullas tulit Christus leges iudiciales, sicut latæ fuerant Hebræis: quia cùm Hebręus populus vnam solùm gentem, & regionem contineret, facilè poterat ijsdem particularibus Iudicijs gubernari: non sic autem populus Christianus, qui totum terrarum Orbem complexurus erat, vbi regiones, mores, & consuetudines, diuersissimę sunt. quarè ferendas reliquit Christus has leges pro rerum, personarum, & temporum varietate ijs hominibus, qui Respublicas prudēter erant administraturi.

Quæstio ergo ista versatur inter Armenios de lege veteri quantùm ad præcepta Cæremonialia, seu ritū diuini cultus; & quæritur: vtrùm hæc præcepta post Euangelicam legem sint obseruanda?

ամեն քն փրկեցաւ․ ամենայն աշխարհի և ա-
իէ 27
զն ինքեանց հրէիցն վերջացուցանել դատաստա-
տանականն օրէնքն այնորիկ։ Եւ զոր՝ զն
քրիստոնէից ոչ հաստատեաց քն զօրէ-
նս ինչ դատաստանականս որ հաստատ-
եալ էր յառաջինն ժամանակս զն հրէ-
ից։ Քանզի դոլով ազգն հրէից մի միայն.
և ի միում աշխարհի բնակեալ․ դիւ-
րաւ լինէր կառավարել յատուկ-
կան դատաստանօք։ Բայց ոչ նոյն-
պէս ժողովուրդն քրիստոնէից, որ լի-
նելոց էր ընդ ամ աշխարհս․ ուր և զա-
նազան բաղմազան այլք․ և աշխարհք․ և
սովորութիւնք։ Վն որոյ եթող քն հաստատ-
իը 28
ել զդատաստանականն օրէնս զայս
խոհեմ առաջնորդացն քրիստոնէից
ըստ բնաւին սովորութե ազգաց և ժա-
մանակաց փոփոխման։

Արդ՝ խնդիրս այս վիճաբանութեան
այս ընդ միմեանս ի վերայ արարողականն պաշ-
տաման հին օրինացն․ այ․ ի վերայ ա-
րարողութեանց աստուածային պաշտա-
մանց։ և խնդրի եթէ հաւատ․ մի՝
թէ զհետ զաւետարանին նոր օրինացն պա-
րտ էր քրիստոնէից պահել զայսպիսի
արարողականն պատուիրանս մովսէսի.
թէ ոչ։

PROPONITVR DVPLEX SENTENTIA Et Resolutio Quæstionis.

§. II.

ա 1

ԶՈՐԵՐԻՆ ԵՐԿՈՒ ԿԱՐԾԻՔ.

Եւ լուծումն վիճաբանութեան։

Պրակ․ Բ․

AFfirmant Pseudomagistri; populoque Armenico prędicāt, aliqua saltem ex pręceptis Cæremonialibus antiquæ legis, quę mox infrà ponentur, ita necessariò obseruanda esse, vt transgressores peccent mortaliter; quique docuerint oppositum, vitandi sint vt hæretici. *Latini*, inquit Vartanus in Monitis ad Arm. cap. 7. *Nos reprehendunt, & animum ad suos errores nequaquàm* ad-

ՍՏորադասեն սուտ վարդապետք․ քա-
րոզելով․ թէ պարտ է՝ հայոց պա-
հել հարկաւոր ոմանք զարարողութեան
հին օրինացն մովսէսի. մինչ զի որք պա-
տուիրանազանցք լինին, մահացու չափ
մեղօք մեղանչեսցեն․ և որք զհակառա-
կան

կանոնադրութեանցն, որոց Յերուսաղ-
ժողովք համարեցին : Որովհետեւ պատուիրան Բ
'ի գիրս խրատուց է . որ՝ զլխոյն գոն այս 2
պէս : Ճաշակելեաց՝ որ է և անոն կայս
րաց և մոլոխս ասէ յորէնս զն որ Թուոց
նոցն և պղծոցն , և զն կենդանեացն
ցամաքայնոց և Ջրայնոց՝ սուրբ և պղ
ծոցն :] Եւ դարձեալ՝ ասէ . զուտեն զմեղ
ընդ էր բաւականեն . և զխորհուրդ անձանց
բարութեան ընդ էր ոչ տեսանեն : զի զա-
ռաքելական կանոնին զանց առնեն .
զոր նոքին առաքելքն հեթանոսաց եկեղե-
ցւոյ . 'ի բաց կալ 'ի զոհելոյ կռոց . և
յարենէ . և 'ի հեղձուցելոյ . և 'ի պոռ- Գ
նկութենէ : զի նոքա զխառնելովն . և զա- 3
րիւն . և զայլ անոնք կերակուրս ան
խտիր ուտեն :]

Սակս այսորիկ հայք ամենայն հրա-
ժարեն 'ի կերակրոցն , զորս յառաջելու-
հենս օրէնքն հին զանցէ . բաց միայն
'ի մսոյ խոզի , ասելով . թէ սր գրիգոր
լուսաւորիչն հրամայեաց ուտելոյ :
Որովհետեւ դատապարտեն զայնոսիկ, որք
'ի ցամաքայինս կենդանեացն ուտեն
զսողունս, կամ զայնս, որ թեւ ունին. կամ
ոչ որոճան . և կամ զկճղակն ոչ բաժանեն,
որոյ զնաապատաւկն . ըստ այնմ որ ասի
'ի . Ժդ . որ՝ գլխին Երկրորդ օրինացն : Ամե Դ
նայն անասուն զթաթահերձ և զկճղակբաշխ 4
և զորոճողական ոչ ուտիցէք : և զայս
մի՛ ուտիցէք , որ որոճեն և թաթահերձ
և կճղակբաշխ ոչ իցեն : Եւ ամենայն որ սողի
'ի վ՜ր երկրի . և որոյ իցեն թեւք և թեփ-
մի՛ ուտիցէք . անսուրբ իցեն նոքա ձեզ :]

Նոյն և դատեն 'ի նոցանէ . որք ու-
տեն զձուկսն , որ ոչ ունին զթեւ կամ
զթեփ . ըստ այնմ որ ասի 'ի . Ժա . գլխոյն
Ղեւտացւոցն : Եւ ամենայն որոյ ոչ իցեն
թեւք և թեփ 'ի ջուրս . մի՛ ուտիցէք .
քանզի պիղծ է՛ այն . պիղծ լինիցի
ձեզ :

aduertunt. Apostolicam enim Constitutionem illam transgrediuntur, quæ Ecclesiæ gentilium præcipiebat abstinētiam ab immolatis simulachrorum, à sanguine, suffocato, & fornicatione. siquidem & sanguinem, & suffocatū, & cibos alios immundos sine stimulo conscientiæ ipsi comedunt, &c. Et infrà: *Ciborum*, inquit, *alij mundi sunt, alij immundi, quos comedere illicitum est; Vt Moyses in lege præcepit de mundis, immundisque volucribus, & alijs terrestribus, & aquaticis animalibus.*

Quarè abstinent se Armenij ab omni cibo, veteri lege prohibito, vt immundo, excepta carne suilla, quā comedere sibi permissum fuisse dicunt à suo Illuminatore, ac primo Patriarcha, Diuo Gregorio. Damnant propterea eos in primis, qui ex terrestribus animalibus, reptilium, pennulasque habentium carne vescuntur, eorumque omnium, quæ vel non ruminant, vel, si ruminant, non diuidunt vngulam, vt Lepus, &c. iuxta illud Deuter. 14. *Omne animal, quod in duas partes findit vngulam, & ruminat, comedetis: de his autem, quæ ruminant, & vngulam non fidunt, comedere non debetis.* Et rursùs: *Omne, quod in terra reptat, & pennulas habet, immundum erit, & non comedetur.*

Execrantur itidem eos, qui pisces comedunt, squamis, pinnulisque carentes, vt sepias, loligines, anguillas, murenas, conchas, camaros, cancros, aliaq; similium generum, iuxta illud Leuit. 11. *Quicquid pinnulas,*

nulas, & squamas non habet eorum, quæ in aquis mouentur, & viuunt, abominabile vobis, execrandumque erit. eos etiam, qui ab esu volatilium ex coruino, & accipitrum genere, aliorumq; Leuit. 11. & Deuter. 14. prohibitorum, non abstinent; iuxta illud: *Omne coruini generis,* &c. *accipitrem iuxta genus suum, bubonem, & mergum, & ibin, & cygnum,* &c. *comedere non debetis.*

Quemlibet denique improbant, atque arguunt, qui quodcunq; ani-
Զ 6 mal morticinum, aut sine sanguinis effusione occisum, vel ipsum sanguinem occisorum comederit, aut quoque modo animal immundum tetigerit; vt canem, &c. iuxta illud Leuit. 7. *Sanguinem omnis animalis non sumetis in cibo.* & Deuter. 14. *Quicquid morticinum est, ne vescamini ex eo.* & Leuit. 11. *Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.*

Immò, si quod animal immundum, vt mus, &c. inter esculenta, aut poculenta mortuum reperiatur,
Է 7 vel intra vas aliquod, etiam oleo, aut vino plenum; omnia proijciunt, vt polluta, vasaque ipsa perfringunt, & vinum effundunt, vt execrabile, iuxta illud Leuit 11. *Vas autem fictile, in quod horum quidquam introeciderit, polluetur, & idcircò frangendum est: & omne liquens, quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit.*

Et ipsa quidem animalia, quibus eis sit vesci licitum, si casu fuerint occisa tempore eorum ieiuniorum, quæ *Nauacatich* apud eos dicuntur,

&

Ե 5 ձեզ: Եւ հաւքն զգայխտանեկ. որք ոչ ուտեն զԹռչունս յարգելեալս ’ի հինն օրինաց. ըստ այնմ որ ’ի նոյն գլխն ասէ. Թէ զայս եղեն ’ի Թռչնոց. յորոց գարշիցիք. և ոչ ուտիցի. այլ պիղծ եղէ ձեզ. զածուի. և պասկուռն. և զբաստարծուի. և անկղ. և ցին. և որինչ նման իցէ նմ. և ագռաւ. և որինչ նման իցէ նմա. և Ջայլամն. և բու. և որինչ նման իցէ նոցա :]

Եւ դրձլ՝ մեղադրեն զայնոսիկ. որք ուտեն զմեռելոտն. կամ զխեղդամցեալսն. կամ զարիւնն. և որք շօշափեն զպիղծ. և զայլ այսպիսեացս. ըստ այնմ որ ’ի ղեւտց. Է. երդ" գլխն ։ Թէ զամ արիւն մի՛ ուտիցէք յամ բնակութիւնս ձեր ’ի Թռչնոց և յամ անասնոց :] Եւ ’ի յերկրորդ" օրինացն. ծդ. գլխն ։ Եւ զամ մեռելոտի մի՛ ուտիցէք :] Եւ ’ի ղեւտց. Ժա. գլխն. մի՛ գարշեցուցանիցէք զանձինս ձեր ամ սողնօք որ սողեն ի վր երկրի. և մի՛ պղծիցէք նոքօք. և մի՛ լինիցիք անսք նոքօք :]

Այլ և ս եԹէ մուկն և կամ այլ անսք կենդանի մեռանիցի իմիք կերակրոց կամ այլ ըմպելեաց. հեղուն զայն ինչն. և զամանն խորտակեն. և Թէ հրահալելի իցէ. հրով մաքրեն. ըստ այնմ որ ’ի ղեւտց. Ժա. գլխն. Եւ ամ անօԹ խեցեղէն յոր անկանիցի ինչ ’ի նոցանէ. և որինչ ’ի ներքս կայցէ, պիղծ լիցի, և զայն բեկանիջիք: և ամ ըմպելի, որ ըմպիցի յամ ամանի, պիղծ լիցի :]

Եւ դրձլ՝ եԹէ կենդանի որ զենեալ իցէ ’ի հինգշաբաԹ պահոցն. յորժամ ոչ ուտեն զմիս. զայն և ս անսք համարին և մերժեն իբրև զանսք և հարամ. Թէպէտ ոչ որ օրէնք այսպէս հրամայեաց :

Այլ և ս պահեն զպատուիրանն

յիշա

յաղագս սրբութեան կանանց որք ծնանին. ըստ առն ՚ի. ԺԲ. րդ" գլխն ղեւտացւոց ։ Եւ մատուցանեն զպատարագս անասնոց ՚ի քաւութիւն մեղաց. ըստ աւանդեալ օրինացն մովսիսի ։

Իսկ բայց ասեն այլ ուղղափառ հարքն հայոց. և ուսուցանեն. թէ զնոյն զայլսանեանս էին և նոր օրէնացն աւետեաց գերբզացան հրեական արարողութիւնքն այսորիկ. որք երբեմն ստուերք նշանակէին զարարողութիւնս և զխորհուրդս նոր օրինացն ։ Այլ արդ աւետարանին. որ էր արդար հայ, ՚ի գնացն իւր յայտ կեղծասէր զհայս մնեալս. որք հրեաբար վարէին զաւրէնս լով զպայազնի ամատուիրանս. և առնելով զպատարագս կենդանեաց ։ Եւ հայոց հարքն սիսայ ժողովոյն ընկալան զթուղթն, զոր կաթուղիկոսն երբեանց առ զրիգորն ՚ի սիսայ գրեալ էր առ թագն հեթում. և իմէջ թղթոյն հերքէր զարարողութիւնս զայսոսիկս. ասելով այսպէս. հրամայեմք զամ խոտելի կեր, որ թէ ակամայ զաղքատաց եկեալ ՚ի յաւդիւնս աղքատաց անկանին, ըստ առաքելոյն, զամ ինչ սրբել անուանեմք մեզ. զոր և զրեալ է՛ առ նեռսես օրհնել աղօթիւք ։]

Եւ այս երկոր" կարծիքս է՝ ուղղափառ. և համբերանանկեր ընդունելի. զոր ընկալաւ ՚ի սեպրանէ ընթհանուր եկեղեցին էր. մերժելով զայլ առաջինն երեն զոր հեբրայական ... Եւ ... ժողովոյն զլօրենսոյ. յորում էին և հայոց հրեշտակքն. համատարած զպայս այսպիսի բանիւ. Մերմաղքան եկեղեցին հաւանեցաւ. մեղկեցին մեղաց բանիւն հինինց. համատարածն հաւատոյ. խոստովանի. և քարոզէ. թէ ամ արարած ոչ բարի են. և չիք ինչ խոտան.

որ

& quinquies occurrunt in anno, etiã
Ը 8 vt polluta, atque execranda, super-
stitiosè vitantur, tametsi nulla sunt
lege prohibita.

Denique præceptum de Purifica-
tione mulierum parientium obser-
uant, prout habetur Leuit. 12. Nec
non animalium Sacrificia faciunt,
oues offerentes, ac iugulantes in ex-
piationem peccatorum suorum, vt
in Lege præscriptum fuerat.

NEgant autem reliqui Armeni
Patres Catholici; docentes,
omnes istos, aliosque ritus Hebrai-
Թ cos, qui velut vmbræ, Cæremonias,
9 & Sacraméta futuræ nouæ legis prę-
figurabant, Euangelica ipsa Lege
adueniente cessasse, suamque vim
amisisse. Quarè Sanctus Nicon Ar-
menus (vt visum est in 1. par. c. 18.
num. 26.) suæ Nationis hæreticos
reprehendit, quòd pecorum Sacri-
ficia, nonnullasque alias Mosaicæ
Legis cæremonias adhuc peragerét.
Et Patres Armeni tum Sisensis, tum
Adanensis Concilij, cum Romana
Ecclesia suam conciliantes, appro-
Ժ bauerunt epistolam dogmaticam
10 Gregorij Armenię Patriarchę ad Re-
gem Haytonem; vbi Hebraica illa
ciborum discretio his verbis refelle-
batur: *Cibos autem immundos, præ-
cipuè qui ad pauperum manus obiter
veniunt, omnes, vt inquit Paulus, in
nomine Dei purificatos haberi, iubemus;
quos & orationibus benedici, docuit
Domnus Nierses*, nimirùm Ghelaië-
sis, qui similiter Armeniæ Doctor,
& Patriarcha fuerat.

Itaque posterior hæc sententia

(quam semper à principio Ecclesia Catholica tenuit, atq; docuit, priorem reijciens, vt hæreticam) suscipienda Christianis omnibus est: & à Generali Synodo Florentina, præsentibus, atque consentientibus Armenis Legatis, definita de fide fuit his verbis; *Sacrosancta Romana Ecclesia, Domini, & Saluatoris nostri voce fundata, firmiter credit, profitetur, & prædicat, omnem creaturam Dei bonam, nihilque reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; quia iuxta Verbum Domini, non quod intrat in os, coinquinat hominem: illamque Mosaicæ legis ciborum mundorum, & immundorum differentiam ad Caremonialia asserit pertinere, quæ surgente Euangelio transierunt, & efficacia esse desierunt.* Et infrà: *Nullam itaque cibi naturam condemnandam esse, denunciat, quam societas admittit humana; nec inter animalia discernendũ per quemcunque, siue Virum, siue mulierem, & quocunque genere mortis intereant: quamuis pro salute corporis, pro Virtutis exercitio, pro regulari, & Ecclesiastica disciplina possint, & debeant multa, non negata, dimitti; quia iuxtà Apostolum omnia licent, sed non omnia expediunt.* Hæc Synodus.

Synod. Floren. in decreto pro Iacobitis.

Et Romana Ecclesia in fidei professione, quam Armenis, alijsque Orientalibus Christianis amplexandam proponit, sic habet: *Profiteor, quæ in Florentina Synodo definita sũt: Videlicet Legalia Veteris Testamenti, seu Mosaicæ legis Caremonias, Sacra, Sacrificia, & Sacramenta, Domino nostro Iesu Christo adueniente, cessasse;* &

Professio fidei, Armeno-latina, edita iussu Vrbani VIII.

Յա 11 [illegible]

Յբ 12 [illegible]

Յգ 13 [illegible]

[illegible]

14

[illegible]

Գլուխ. Գ.

[illegible]

& post promulgatum Euangelium sine peccato obseruari non posse: eiusdem etiam legis Veteris ciborum mundorum, & immundorum differentiam ad Cæremonialia pertinere, quæ surgente Euangelio transierunt. Superest ergo, vt huius catholicæ sententiæ veritas ex sacris quoque Scripturis, ex sanctis Patribus, & ratione, iisdem Armenijs ostendatur.

PRAECEPTA Cæremonialia veteris Legis abrogata esse post nouam Legem,

PROBATVR PRIMO *Ex sacris Scripturis.*

§. III.

ITa sæpiùs, ac clarissimè in sacris Scripturis hæc doctrina tradita reperitur; vt planè mirari satis non valeam, cur Armenij, easdem licèt scripturas suis in Ecclesijs frequētissimè recitari audiant, minùs tamen, quod ore proferunt, auribusque accipiunt, percipiant intellectu.

Et primò, ab ipso veteri Testamento non obscurè veritas hæc insinuatur. Inquit enim populo Moyses, Deuter. 18. *Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus; ipsum audies.* Et infrà: *Ait Dominus mihi: Prophetā suscitabo eisdē medio fratrū suorum, similem tui: & ponam Verba mea in ore eius; loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi.* Igitur ad-

Ccc 2 uenien-

ueniente Propheta Christo (de quo hìc sermo fit, vt Expositores omnes interpretantur), cedit Lex Mosaica eius imperio: maximè cùm ipse sit, qui Luc. 16. dixit: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem; exindè Regnum Dei euangelizatur.*

Prætereà Isaias cap. 43. loquens à principio capitis de vocatione Iudæorum ad Christum, & ad conuersos, & credentes in illum, vt egregiè exponit Hieronymus; tandem concludit: *Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.*

Et Ieremias cap. 21. post illa verba, *Fæmina circundabit virum*, subdit: *Ecce dies venient, dicit Dominus; & feriam domui Israël, & domui Iuda, fœdus nouum, non secundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum*, &c. *sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Israël post dies illos: dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* Quem locum expendens Paulus Hebr. 8. inquit: *Dicendo nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est.*

Deindè in nouo Testamento nihil hoc manifestiùs prædicatur. Et quantùm ad rem illam de cibis immundis, Matthæi 15. Christus ait: *Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem:* videlicet, vt subiecit, *cogitationes malæ, falsa testimonia, blasphemiæ*, &c. nullus ergo cibus potest nunc animá, sicut anteà, maculare; sed potiùs eam coinquinat praua voluntas, qua quis contra Euan-

Գ 3 բառամենայնութեան սրբոյն ձեռնադրութեան. և
ասէ այսպէս. Մի՛ յիշէք զառաջինսն,
և զհինսն մի՛ ածէք զմտաւ:]

Եւ դարձեալ յերեմիայ մարգարէն ի
Իա. գլխոյն յետ բանիցն. Թէ կին շուրջ
պատեսցէ զայրամբ. ասէ այսպէս. Ահա
աւուրք գան, ասէ Տր. և ուխ-
տեցից տանն Իսրայելի, և տանն յուդայ
ուխտ նոր. ոչ ըստ ուխտին զոր ուխ-
տեցի ընդ հարսն նոցա:] Եւ գլխոյն սա
կաւուց դարձեալ ասէ: Այլ այս է ուխտն
զոր ուխտեցից տանն Իսրէլի յետ աւուր-
ցն այնոցիկ: տալով զօրէնս իմ ի միտս
նոցա. և ի սիրտս նց գրեցից զնսա:]
Դ 4 Եւ զբանս զայս մեկնէ սբն Պօղոս ի
յուԹերդ" գլխոյն առ յեբրայեցիսն. և
ասէ: Ասելովն՝ անհնացոյց, նոր. հնացոյց
զառաջինն: և որ հնանայն և ծերա-
նայ. մերձ է յապականութիւն:

Իսկ ի նոր կտակարանսն նոյն բանն
յայտնապէս քարոզի: քանզի յաղագս կերա-
կրոց ասէ քս ի մԹ-ոսի. ԺԵ. երդ" գլխոյ
Լուարուք և ի միտ առէք. ոչ որինչ
մտանէ ընդ բերանն. պղծէ զմարդ. այլ որ
ինչ ելանէ ի բերանոյ. այն պղծէ զմարդ.
զի խորհուրդք չարք. սուտ վկայութիւնք.
Ե 5 հայհոյութիւնք. և այլն: Ապա ուրեմն
ոչինչ կերակուր բնաւ ինչ կարէ
այժմ պղծել զհոգի. որպէս կարէր յառաջ:
այլ յաւէտ պղծէ զնա չար խորհուրդն
որով ոմանք հակառակեալ այսմ աւե-
տարանական վարդապետութեան. զոր ըն-
դունի ամենայն եկեղեցին:

Եւ դարձեալ ի Ղկս. Ժ. երդ" գլխոյն
ասէ նոյն Տէրն: Ի նմին տանն ագանի-
ջիք. ուտիջիք. և ըմպիջիք զորինչ առ
նոսա իցէ:] Եւ յնոյն դարձեալ ասէ:
Յոր քաղաք մտանիցէք. և ընդունի-
ցին զձեզ. ուտիջիք զինչ առաջի դնի-
ցին ձեր:] Եւ ի. Ժա. գլխոյն ասէ:

Իսկ

[տուք ողորմութիւն . և ահա ամենայն սուրբ է ձեզ :] Հրաման ուրեմն եթող Քս ամենայն_ Զ 6 աշակերտաց իւրոց ուտել զինչ և իցէ կերակուրս . զայն ևս որ յառաջագոյն էր յօրինացն : Վս զի առաքէր զնոսա քա_ րոզել ևս 'ի քաղաքս հեթանոսաց . որ զամենայն կերակուրս ուտեին :

Եւ որ առաքելն պօղոս 'ի Թուղթս իւր քաղում անգամ քրտնն աշխատէ հաստատել զպայմանն վիճման, որ յաղագս կերակրոց բուռնեալ էր 'ի մէջ քրիստո_ նէից 'ի սկզբանն եկեղեցւոյ : Որ սատն նախ առ հռովմայեցիս . Ժդ . որ" գլխոյ ասէ : Զտկարացեալն 'ի հաւատս ընկալարուք . մի 'ի խորհրդոց երկմտու_ Է 7 թեանց : ոմն հաւատայ ուտել զամ . և որ հիւանդն է, բանջար կերիցէ : որ ու_ տէ, զայն որ ոչն ուտէ՝ մի արհամարհես ցէ : և որ ոչն ուտէ, զայն որ ուտէ՝ մի դատեսցէ . քանզի ած զնա ընկալաւ :] Եւ յետոյ դարձեալ ասէ : Զայս գիտեմ և հաստատեալ եմ 'ի Քս Յս . զի ոչինչ է պիղծ նովաւ . բայց այնմ որ համարի զինչ պիղծ՝ նմա է պիղծ :] Եւ դարձեալ ասէ . Ամենայն ինչ սուրբ է . այլ չար այնմ մարդոյ է, որ խղճիւն ուտիցէ :] Եւ ապա դարձեալ ասէ : Բայց որ խղճէ . թէ Ը 8 ուտէ և ուտիցէ . դատապարտեալ է . զի ոչ է ըստ հաւատոյ . զի ամ ինչ որ ոչ 'ի հաւատոյ՝ մեղք են :] Արդ՝ բա_ նիւքս այսոքիւք քարոզէ պօղոս . թէ ոչ որ կերակուր է պիղծ . զի ամ ինչ Տեառն քն սրբեցաւ . սակս այսորիկ որ ուտէ . առանց խղճելոյ կերիցէ : Բայց տկարացեալ 'ի հաւատոյ կոչէ զայն մարդ, որ համարիցի զկերակուր ինչ պիղծ : և ևս դատապարտեալ կոչէ զայն, որ խիղճ պղծութեան կերակրոյն խղճէ . զի ոչ է 'ի հաւատոյ :

Երկրորդ 'ի յառաջնոյն կորնթացւոց :

Ժ.

Euangelicam hanc doctrinam, quã amplectitur Ecclesia vniuersa, temerè, contumaciterque inuehitur.

Et rursùs Luc. 10. *In eadem*, inquit, *domo manete, edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt*. Et infrà: *In quamcunque Ciuitatem intraueritis, & susceperint vos; manducate quæ apponuntur vobis*. Et cap. 11. *Veruntamen, quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Permisit ergo Dominus omnibus suis discipulis, & sic toti Ecclesiæ, cuiuslibet cibi esum, etiam qui antè fuerat in lege prohibitus: nam eos prædicatores mittebat non solùm ad Iudæos, sed etiam ad omnes gentes, quæ cibis communibus vescebantur.

Hanc prætereà de discretione ciborum controuersiam, iam tum inter fideles exortam, non semel suis in epistolis dirimere conatus est Paulus Apostolus. Vndè primùm ad Rom. 14. scripsit: *Infirmum in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum. Alius enim credit, se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus manducet. Is, qui manducat, non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet: Deus enim illum assumpsit*. Et infrà: *Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum; nisi ei, qui existimat, quid commune esse, illi commune est*. Et rursùs: *Omnia quidem sunt munda; sed malum est homini, qui per offendiculum manducat*. Et paulò post: *Qui autem discernit, si manducauerit, damnatus est; quia*

non

non est ex fide. Quibus verbis affirmat Apostolus, nullum cibum esse immundum, sed omnes per Christum purificatos; ideòque sine discretione vlla percipiendos esse. eos autem, qui cibum aliquem immundum existimarent, infirmos in fide appellat, ac etiam damnatos, si cũ erronea hac cõscientia manducarẽt.

Secundò, 1. Cor. 10. *Omne, quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Domini est terra, & plenitudo eius. si quis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, mãducate, nihil interrogantes propter conscientiam.*

Tertiò, 1. Timoth. 4. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus errorum, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam; prohibentes nubere, & abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem. quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum, quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assequutus es. ineptas autem, & aniles fabulas deuita.* Iàm quæsò, quid planiùs, apertiùsq;, & efficaciùs dici poterat? igitur, iuxta Paulum, ij Armenij, qui cibos aliquos reijciendos esse dicunt,

vt

Ը 9 [illegible]

Ժ 10 [illegible]

Ժա 11 [illegible]

այլ պղծեալ են միտք և խորհուրդք Ժբ
նոցա ։] Ամեն՛ Թէ որպէս սէրն պօղոս 12
յամ ուրեք յայտնապէս խօսի ընդ դէմ
այսր աղանդոյս ։

Եւ զնոյն հաստատէ տեսիլն պետ-
րոսի 'ի գործոց. Ժ. երր" գլխոյ ։ Որ
երևեցաւ նմա անօթ մի. յորում էին
ամ չորքոտանիք երկրի. և թռչունք
երկնից. և եղև ձայն առ նմա. յարի
պետրոս. զէն և կեր ։ և պետրոս ասէ.
քաւ լիցի տէր. զի ոչ երբէք կերայ խառ-
նակ ինչ և անսուրբ ։ Եւ ձայն եղև կրկին
անդամ առ նմա. զոր ած սրբեաց. դու
մի՛ պղծ ասեր ։] Որով անաղտամբն Ժգ
ծանուցան պետրոսի. թէ խափանել 13
էր հին պատուիրանն յաղագս հրաժարե-
լոյ 'ի յանսուրբ կերակրոցն ։

Իսկ որ՝ ըստ այնմ, որ պատշաճի առ
խափանումն այլոց արարողականն պա-
տուիրանաց հին օրինացն առ հասա-
րակ. նախ ծանոյց զայն նոյն ինքն տէ-
րն մեր յս քս. յորժամ 'ի ղուկ. Ժզ.
երր" գլխոյ ասաց ։ Օրէնք և մարգա-
րէք մինչև ցյովհաննէս ։ յայնմհետէ ար-
քայութի այ աւետարանի ։] Եւ այս
յայտնապէս ասացաւ վս վերջանալոյ քա-
րոզութե հին օրինացն. որ պատահել
ժամանել վերջացման նոյն օրինացն ։ Ժդ
որ լինելոց էր յետ մահուանն քի ։ 14

Իսկ յետոյ նոյն բանն սահմանե-
ցաւ 'ի ժողովսն առքելոց. որպէս ասի 'ի
գործոց. ԺԵ. երր" գլխոյ. Թէ յարեան
ոմանք 'ի հերձուածողն փարիսեցւոցն
հաւատացելոց. և ասեն. թէ պարտ
էր թլփատել զնոսա. և պատուիրել
պահել զօրէնսն մովսէսի ։ և ժողովե-
ցան առաքեալքն և երիցունքն տեսանել
վս բանիս այսորիկ ։ և յետ բազում խն-
դիր լինելոյ յոտն եկաց պետրոս. և
ասէ ցնոսա ։ արք եղբարք. և այլն. արդ-

ընդ

vt immundos; à fide discesserunt; in hypocrisi loquuntur mendacium, errorumque spiritibus, & Dæmoniorum doctrinis attendunt.

Quartò denique hoc ipsum cum eadem efficacia prędicat, ad Titū, 1. *Increpa illos durè, Vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum, auertentium se à veritate: omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum; sed inquinatæ sunt eorum & mens, & conscientia.*

Idem confirmat etiam visio Petri, Act. 10. vbi apparuit illi vas, *in quo erant omnia quadrupedia, & serpentia terræ, & volatilia Cæli: & facta est Vox ad eum: surge Petre, occide, & manduca. ait autem Petrus: absit Domine; quia nunquàm manducaui omne commune, & immundum. Et Vox iterùm secundò ad eum: quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris.* Qua quidem visione satis apertè significatum Petro fuit, cessasse iam veteris legis mandatum de abstinētia à cibis immundis.

Quod autem spectat ad derogationem eiusdem legis quoad reliqua legalia, seu cæremonialia præcepta: declarauit id anteà ipse Dominus noster, Iesus Christus, Luc. 16. dicēs: *Lex, & Prophetæ vsque ad Ioannem; exindè Regnum Dei euangelizatur.* quod est intelligendum de cessatione prædicationis eiusdem legis; quæ cessatione obseruationis illius, post Christi mortem sequuturam, præcedere debuit.

Deindè definitum hoc fuit ab

Apo-

Apostolis in Hierosolymitano Concilio, de quo in Actis, cap. 15. sic legitur: *Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum, qui crediderũt, dicentes: quia oportet circumcidi eos; præcipere quoque seruare legem Moysi. cõuenerũtque Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus, dixit ad eos. Viri fratres,* &c. *nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.* Quam Petri sententiam sequuta est cum Iacobo reliqua multitudo. Cæterùm prohibitionẽ illam, ab Apostolis ibidem factam Gentilibus, in Syria conuersis, vt abstinerent se à quibusdam cibis, non nisi pro tempore aliquo ad Iudæorum scandala euitanda constitutam fuisse, demonstrabimus infra, cùm respondebimus ad obiecta.

Denique in huius rei confirmationem, ac defensionem multa Paulus scripsit varijs in locis: & primo in epist. ad Romanos. inquit enim cap. 6. *Non estis sub lege, sed sub gratia.* & cap. 7. id declarat exemplo vxoris, quæ per viri mortem soluta est a lege illius: vnde concludit: *Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi, vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit.* Et infra: *Nunc autem soluti sumus a Lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ.* Et cap. 8. *Lex spiri-*

Ժե 15 ընդդէմ փորձէք զԱծ դնել լուծ ի վերայ պա-
րանոցի աշակերտացն. զոր ոչ հարքն մեր և
ոչ մեք կարացաք բառնալ. այլ շնորհօք
տն մերոյ յի քի հաւատամք ապրել.
զոր օրինակ և նոքա :] Եւ զայս վկայու
պետրոսի հաստատեաց յակոբ. և այլ
բազմութիւն առաքելոց և երիցանցն: Իսկ
վճռ արգելմանն ՚ի չորից իրացն, զոր առ
հեթանոսն առաքեալքն առ ժամանակ մի
վասն խոտորելոյ ՚ի գայթակղութենէ հրէ-
իցն. ստորագրաք յետոյ յորժամ պա-
տասխանի տացեմք առարկութեանց
հակառակորդացն :

Ժզ 16 Եւ զոհն՝ առ ՚ի հաստատութիւն բա-
նիս այսորիկ զպաշտպանութիւն յոլովս գրեաց
պօղոս ՚ի թուղթս իւր: Եւ
նախ առ հռովմայեցիս. Զ. երդ" գլխն
ասէ: Ոչ էք ընդ օրինօք. այլ ընդ շնոր-
հօք:] Եւ յետոյ ՚ի. Է. երդ" գլխն բա-
ցայայտէ զայս օրինակաւ կնոջն. որ
մահուամբ առն արձակեալ լինի յօրէ-
նացն նորա: և ապա ասէ. Եղբարք իմ,
և դուք եղէք մեռեալք յօրինացն
մարմնովն քի, լինել այլում որ ՚ի մեռե-
լոցն յարուցեալ է :] Եւ յետոյ դարձեալ
ասէ : Բայց այժմ զատեալ եմք յօ-
Ժէ 17 րինացն մահու. քանզի մեռաք այնմիկ
որով ըմբռնեալ էաք. առ ՚ի ծառայել
մեզ նորոգութեամբ հոգւոյն. և ոչ հնու-
թեամբ գրոյն :] Եւ ՚ի յութերորդ" գլխն
ասէ: Օրէնք հոգւոյն կենաց ՚ի քս յսի ա-
զատեցին զիս յօրինացն մեղացն և մա-
հու :] Եւ ՚ի Ժ. երդ" գլխն ասէ: Կա-
տարած օրինացն քս է յարդարութիւն
ամ հաւատացելոց :] Զայս որ ունին յետ քի
փաղձանելոյ հին օրէնքն :

Երկրորդ՝ զնոյն ուսուցանէ առ-
ն... ՚ի թուղթն առ գաղատա-
ցիս : քանզի ՚ի յերկրորդ գլուխն խօսի
այսպէս : Զմարդ ցիտեմ առաջի

tus ... ամե

ամենեցուն: Եթէ դուռն հրէայդ ես, հե ԺԸ
թանոսաբար կեաս. զիարդ ստիպես 18
հեթանոսաց լինել հրէաբարէն. զի մեք
բնութ հրէայք և ոչ հեթանոսաց մեղա
ւորք՝ գայս գիտեմք. եթէ ոչ արդարա
նայ մարդ ՚ի գործոց օրինաց. եթէ ոչ
՚ի հաւատոցն յի քի. և մեք ՚ի քս յս հա
ւատացաք. զի արդարասցուք ՚ի հա
ւատոցն քի. և ոչ ՚ի գործոց օրինաց:
վն զի ՚ի գործոց օրինացն ոչ արդարա
նի ամ մարմին:]

Եւ դարձեալ յերրորդ գլխին ասէ. Որք միայն
դամ ՚ի գործոց օրինացն են, ընդ անի
ծիւք են. քանզի գրեալ է. Թէ անիծեալ ԺԹ
ամ մարդ. որ ոչ կացցէ յամ գրեալսն 19
՚ի գիրս օրինացն առնել զնոս. և այլն:
Բայց քս գնեաց զմեզ յանիծից օրի
նացն:] Եւ յետոյ ասէ: Իսկ զինչ է
դէն օրէնքն յանցուածոց վն յաւելան
մինչև եկեսցէ զաւակն. այս է. քս:] Եւ
առաջի դեռ ասէ: Յառաջ քան զգալն հա
ւատոցն. ընդ օրինօք փակեալ պահէ
աք ՚ի հանդերձեալ հաւատսն. որ յայտ
նելոց էին մեզ: ապա օրէնքն դաստիա
րակ եղեն մեզ ՚ի քս յս. զի ՚ի հաւատոցն ար
դարասցուք: այլ եկեալ եկին հաւատ
քն՝ ոչ ևս ընդ դաստիարակաւն եմք:] Ի

Եւ դարձեալ ՚ի չորրորդ գլխին ասէ: Զի 20
արդ դարձնայք միւս անգամ ՚ի տարե
րս տկարս և յաղքատս. որոց միւս ան
գամ զանձինս ծառայեցուցանել կա
միք:] Եւ յետոյ քերեալ զօրինակն եր
կուց որդւոցն աբրահամու. յորոց
մինն. այ. խրատէ՛ լ նշանակէր զհինն օ
րէնսն. և միւսն. այ. խրատակ՝ նշանա
կէր զնոր օրէնսն. ասէ այսպէս. Եղ յլ մեք
եղբարք ըստ սահակայ աւետեացն որ
դիք եմք: այլ որպէս յայնժամ որ ըստ
մարմնոյն ծնեալ էր, հալածէր զայն,
որ ըստ հոգւոյն: նոյնպէս և այժմ:

այլ

tus Vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege mortis. ac tandem cap. 10. *Finis*, inquit, *legis est Christus ad iustitiam omni credenti.* ergo completo illo fine, ac termino, cessauit lex absq; alia derogatione.

Secundò idem ex professo docet in epist. ad Galatas; vbi cap. 2. sic Petrum alloquitur. *Si tu, Iudæus cùm sis, Gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodò Gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi, & non ex Gentibus peccatores; scientes autem, quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi; & nos in Christo Iesu credidimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro*.

Et cap. 3. *Quicumque*, ait, *ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. scriptũ est enim; maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea*; &c. *sed Christus nos redemit de maledicto legis*. Et infrà: *Quid ergo Lex? propter transgressiones posita est, donec veniret Semen, cui promiserat*: id est, Christus. Et posteà: *Priùs autem, quàm veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat. itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. at vbi venit fides, iam non sumus sub pædagogo*.

Et rursùs cap. 4. *Quomodò iterùm conuertimini ad infirma, & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?* hoc est, ad obseruantiam legis, quæ iustificare neminem poterat. Et infrà:

de duobus Testamentis, veteri, & Իա
nouo, loquens sub figura duorũ filio- 21
rum Abrahæ, scilicet Ismaëlis, qui
ei ex Agar ancilla, & Isaac, qui ex
Sara, vxore libera, natus fuerat; in-
quit: *Nos autem, fratres, secundùm*
Isaac promissionis filij sumus. sed quo-
modò tunc is, qui secundùm carnem
natus fuerat, persequebatur eum, qui
secundùm spiritum: ità & nunc. Sed
quid dicit Scriptura? eijce ancillam,
& filium eius: non enim hæres erit filius
ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres
non sumus ancillæ filij, sed liberæ: qua Իբ
libertate Christus nos liberauit. State, 22
& nolite iterùm iugo seruitutis contine-
ri. Ecce ego Paulus dico vobis; quo-
niam, si circumcidamini, Christus vo-
bis nihil proderit. Viden, vt apertè
testatur Apostolus, eijciendam esse
legem veterem, quæ tanquàm an-
cilla fuit legis Euangelicæ, sicut fue-
rat Agar Saræ ancilla.

Tertiò, ad Ephesios 2. *Qui fecit*
vtraque vnum, medium parietem ma-
ceriæ soluens, & legem mandatorum
decretis euacuans: hoc est, Mosaicam Իգ
legem decretis Euangelicis auferens. 23

Quartò, ad Colos. 2. *Nemo vos*
iudicet in cibo, aut in potu, aut in par-
te diei festi, aut Neomeniæ, aut Sab-
batorum; quæ sunt vmbra futurorum.
Et paulò post: *Si ergo mortui estis*
cum Christo ab elementis huius mundi:
quid adhuc, tanquàm viuentes in
Mundo, decernitis, ne tetigeritis, ne-
que gustaueritis, neque contrectaueri-
tis? quæ sunt omnia in interitum ipso
vsu secundùm præcepta, & doctrinas
hominum, Ecce loquitur hìc Aposto-
lus

այլ զինչ ասէ գիրն: ՚ի բաց հան զաղա-
խինն եւ զորդի դորա. զի մի ժառանգ-
եսցէ որդի աղախնոյն ընդ որդւոյն
ազատին: Վասն որոյ եղբարք՝ չեմք որդիք
աղախնոյն. այլ ազատին՝ ազատութ-
եամբ զոր քն զմեզ ազատեաց: պինդ կացէք
այսուհետեւ. եւ մի՛ միւս անգամ ընդ
լծով ծառայութեան մտանիցէք:] Ահա
տեսանես, թէ որպէս յայտնապէս ուսուցա-
նէ առաքեալ ՚ի բաց հանել զհին օրէնսն.
որ էր իբրեւ աղախին նոր օրինացն. որ-
պէս եւ ագար էր աղախին սառայի.

Երրորդ՝ ՚ի Թուղթն առ Եփեսացիս
յերկրորդ գլխն ասէ: Նա է խաղաղու-
թիւն մեր. որ արար զերկոսեանսն մի. եւ
զմիջնորմն ցանկոյն քակեաց զԹշնա-
մութիւն ՚ի մարմնի իւրում. եւ զօրէնս
պատուիրանացն հրամանօք խափա-
նեաց:] այս, զհին օրէնսն հրամանօք
նոր օրինացն վերջացոյց:

Չորրորդ՝ ՚ի Թուղթն առ կողոսացիս յեր-
կրորդ գլխն ասէ: Մի՛ ոք այսուհետեւ
զձեզ դատեսցէ ուտելովք, կամ ըմպե-
լովք. կամ մասամբք տօնից. կամ ամ-
սամտից. կամ շաբաթուց. որ են ըս-
տուերք հանդերձելոցն:] Եւ զկնի սա-
կաւուց դրձլ ասէ: Եթէ մեռարուք
ընդ քսի ՚ի տարերաց աշխարհիս. զի՛
եւս իբրեւ զկենդանիս ատենէն յաշխար-
հի կրօնաւորիք. մի՛ մերձենար. մի՛
ճաշակեր. մի՛ հուպ լինիր, որ է ամ
ինչ ՚ի պէտս ապականութե ըստ պատ-
ուիրանաց եւ վարդապետութեց մարդ-
կան:] Ահա խօսի աստ առքլն յաղագս
աւանդութեց հին օրինացն. ասելով.
զի եթէ միոս անգամ ընդունիցին. ոչ
եւս են ածային օրէնք. այլ մարդկայ-
ին ուսմունք. որք բերեն զմարդ ՚ի կո-
րուստ եւ յապականութիւն:

Եւ հինգերորդ՝ ՚ի Թուղթն առ Եբ-
րայե-

[illegible] Իդ
[illegible] 24
[illegible]
[illegible] Իե
[illegible] 25
[illegible]

[illegible] Իզ
[illegible] 26
[illegible]

[illegible]

lus de legalibus Cæremonijs; quæ ſi rurſùs poſt ſuam abrogationem in vſum reuocentur, iam non lex diuina, ſed humana, & commentitia dici poterunt, quæ in interitũ Chriſtianos adducet.

Tandem ad Hebr. 7. diſputans Paulus de abrogatione veteris legis, & introductione nouę, his premit rationibus aduerſarios: *Si ergo conſummatio per Sacerdotium Leuiticũ erat: populus enim ſub ipſo legem accepit: quid adhuc neceſſarium fuit, ſecundùm ordinem Melchiſedech alium ſurgere Sacerdotem, & non ſecundum ordinẽ Aaron dici? Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, vt & legis tranſlatio fiat.* Et infrà: *Si ſecundùm ſimilitudinem Melchiſedech exurgat alius Sacerdos, qui non ſecundùm legem Mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutẽ vitæ inſolubilis: reprobatio quidem fit præcedentis Mandati, propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit Lex. introductio verò melioris ſpei, per quam approximamus ad Deum.*

Et iterùm cap. 8: *Nunc autem melius ſortitus eſt miniſterium, quantò & melioris Teſtamenti mediator eſt, quod in melioribus repromiſſionibus ſancitum eſt. nam ſi illud prius culpâ vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur. Vituperans enim eos, dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus; & conſummabo ſuper domũ Iſraël, & ſuper domum Iudà Teſtamentum nouũ, non ſecundùm Teſtamentum, quod feci patribus eorum in die, qua apprehendi manũ eorum, vt educerem illos de terra*

Aegypti, &c. *dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est.*

Et pergit cap. 9. *Hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse Sanctorum viam, adhuc priore Tabernaculo habente statum: quæ parabola est temporis instantis, iuxta quã munera, & hostiæ offeruntur, quæ nõ possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem solummodò in cibis, & in potationibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, vsque ad tempus correctionis impositis:* hoc est, vsq; ad legem Euangelicam.

Quibus verbis apertissimè concludit Apostolus, Legalia veteris Testamenti cessasse; ijs præcipuè, quibus ait: *Translato Sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat.* Et rursùs: *Reprobatio quidem fit præcedentis mãdati.* Et iterùm: *Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est.* Et posteà: *In cibis, & in potationibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis, vsque ad tempus correctionis impositis.* Nec video, qua ratione possint Armenij Euangelicæ Christianæ legis sectatores verè appellari; si quod Christus in Euangelio, eiusque Apostoli suis in Scriptis, tam disertè docuere, posthabeant.

ԻԷ յայտնեալ էր ճանապարհն սրբութեանց ,
27 քանզի դեռ առաջին խորանն ունէր
զհաստատութիւնն , որ էր օրինակ
համանդերձելոյն , որ առաջին կայր . յոր
ժամ պատարագքն և զոհք մատչէ
ին . որք ոչ կարէին ըստ խղճի մտաց
կատարել զպաշտօնեայսն . բայց մի-
այն կերակրովք և ըմպելեօք և պէսպէս
մկրտութեամբք և մարմնոյ արդարու-
թեբք . որ մինչև ՛ի ժամանակս ուղղու-
թեան իվեր կային ։] յս . մինչև ՛ի ժաման
նակս նոր օրինացն ։

ՃԶրդ՝ ինձեան բանիցս այսոցիկ յայ
տնապէս քարոզէ մեզ առաքեալ . եթէ օրինա
ԻԸ կանքն մովսէսի վերջացան . մանաւ[ա]
28 նդ առնելովն . թէ ՛ի փոխել քահանայու-
թեան՝ հարկ էր և օրինացն փոփոխումն
լինել ։ Եւ դարձեալ . արհամարհութիւն լի-
նի առաջնոյն պատուիրանին ։ Եւ դարձ-
եալ ասելովն նոր՝ հնացոյց զառաջինն . և
որ հնանայ և ծերանայ , մերձ է յապա
կանութիւն ։ Եւ յետոյ . կերակրովք և
ըմպելեօք , և պէսպէս մկրտութեամբք
և մարմնոյ արդարութեբք . որ մինչև
՛ի ժամանակս ուղղութեանն իվերայ
կային ։] Չգիտեմ որպէս և ոչ կարեմ իմա
ԻԹ նալ . թէ զիարդ քրիստոնեայ ճշմար
29 տապէս իցեն այնոքիկ , որ անկանեն
և տարամերժեն զայս փոխարար վար
դապետութիւնս քրիստոսի . և սրբոց
առաքելոցն նորա ։]

ԵՐԿՐՈՐԴ

Ցուցանի նոյն բանն պատճառօք։

Գլուխ. Դ։

Առաջին պատճառն է՝ այս ։ քանզի արարողութիւնքն հին օրինացն մովսէսի էին ստուերք և օրինակք արարողութեանցն և այլ խորհրդոցն նոր օրինացս. ըստ այնմ զոր ասէ պօղոս թէ զստուեր հանդերձելոց բարեացն ունէին օրէնքն. և ոչ զնոյն կերպարանս իրացն ։] Եւ Կորնթ. ժ. Այս օրինակաւ
լինէր վա՛ մեր ։] Եւ Կորնթ. ժ. Այն ամենայն
օրինակաւ անցանէր ընդ նոսա ։] Եւ Կողոս. Բ. Մի՛ ոք զձեզ դատեսցէ ուտելովք կամ ըմպելովք կամ մասնաւորք տօնից կամ ամսամտից կամ շաբաթուց. որ են ստուերք հանդերձելոցն. այլ մարմինն Քի ։] Այ. այլ ճշմարտութիւն նոցա պատկանի առ Քս. որ ի չարչարանսն իւր ելից զամ ստուերսն, ասելով. Ամենայն կատարեալ է ։ Եւ յորժամ լոյս և իրաց ճշմարտութիւն երևի. ստուերք և օրինակք անցանեն և վերջանան։ Ապա ուրեմն ընդ գալն աւետարանա-
կան օրինացն Քի հին օրէնքն անցաւ և
վերջացաւ. ուստի առ ի նշան սորին վարագուր տաճարին. որ նշանակէր զստուերական դրութիւն հին օրինացն, ի մահուանն Քրիստոսի պատառեցաւ ։

Եւ առաւել հաստատի նոյն պատճառն ։ քանզի արարողութիւնքն հին օրինացն առաջնոյ էին հրէիցն վա՛ նշանակելոյ զհանդերձեալ խորհուրդս Քի որ գալոցն էր. և վա՛ պատրաստելոյ զժողովուրդն նոցա առ յապագայ գալուստն նորա. ըստ այնմ որ ասի. Թէ յառաջ

Ա
1

նուին հոգին սբ .] Եւ դարձեալ 'ի . ԺԹ .
երորդ" գլխոյն` պօղոս ձեռնադրութեամբ
դրոշմեաց զայնոսիկ . զորս մկրտեալ
էին այլ պաշտօնեայք : զի ասէ անդ
ղուկաս : Եւ իբրև զայս լուան . մկր
տեցան յանուն տն յի : և 'ի դնելն 'ի
վերայ նոցա պօղոսի զձեռն . եկն հոգին
սբ 'ի վերայ նոցա :] Արդ ապա ուրեմն նշա-
նակ է սա լինել . զի պաշտելն այսմ Է
խորհրդոյս պատշաճէր յատկապէս 7
նոցա , որք ունէին յեկեղեցին զառա_
ջին իշխանութիւն . այն է . եպիսկոպոսաց . որք
ունին յեկեղեցին զտեղի առաքելոցն :
Եւ աստ գիտելի է . զի պարտ է պաշ
տօնեի դրոշմին նախ դնել զձեռն իւր
գլխոյ նուիրելոյն աղօթելով . և ա_
պա դրոշմել զնա . զի առաքեալքն ձեռ
նադրութեամբ դրոշմէին : և այսպէս առնէ
և հռոմայ եկեղեցին հռովմայ . և
որք թողուն դնել զձեռն իւր գլխոյն .
խոտորին յառաքելութենէ առաքե_
լոցն :

Եւ

Apostolicæ Sedis dispensationem etiam Presbyterum hoc Sacramentum administrare.

Prima pars responsionis probatur primò testimonio Sacræ Scripturæ. Siquidem in Actis Apostolorum nusquàm legitur fuisse peractum in primitiua Ecclesia hoc Sacramentum ab alijs, quàm ab Apostolis; qui, vt per manus impositionem darent Spiritum sanctum ijs, quos alij Ministri baptizauerant, ibant etiam ex vna Ciuitate in aliam, vt dicitur cap. 8. *Miserunt ad eos Petrum, & Ioannem; qui cùm venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum: nondum enim in quemquam illorum venerat; sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu. tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.* Et cap. 19. Paulus manus imposuit illis, quos alij baptizauerant: *His auditis*, inquit Lucas, *baptizati sunt in nomine Domini Iesu: & cùm imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos.* Ergo signum est, quòd collatio huius Sacramenti ad eos propriè pertinere iudicabatur, qui primum gradum in Ecclesia obtinebant, nempè ad Episcopos, qui Apostolorum vicem in Ecclesia gerunt.

Probatur secundò ratione: Nam Sacramentum Confirmationis consummat, ac perficit baptizatum, vt alibi dictũ est, dans illi plenitudinẽ Spiritus Sancti: quarè vocatur communiter à Patribus Sigillum; quia, Quæst. 3. §. 4.

si-

ſicut Fidelis per Baptiſma conſcribitur quaſi quædam ſpiritualis *epiſtola Chriſti, ſcripta Spiritu Dei Viui*, vti dicitur 2. Cor. 3. ; ita per Sacramentum Chriſmatis quaſi vltimò conſignatur ſigillo Crucis. at in quolibet opere, cùm inferiores Miniſtri diſponant materiam, vltima forma, & conſummatio imprimitur ab agente primario, ac ſuperiore artifice: & epiſtola, quæ à Notario ſcribitur, à Præſule ſuperiore ſignatur: ergo adminiſtratio huius Sacramenti Epiſcopis reſeruatur, qui ſummam in Eccleſia poteſtatem obtinent. Præterea, adſcribere aliquem ad militiam eſt propriũ Ducum, & Imperatorum: ſed in Cõfirmatione adſcribimur ad Chriſti militiam: igitur hoc ab Eccleſiæ Ducibus, ac Primatibus faciendum eſt.

Probatur tertiò ex antiquis Eccleſiæ Patribus, & Concilijs: Dionyſius Areopagita de Eccleſ. Hier. cap. 2. par. 2. *Baptizatum*, inquit, *indutum alba Veſte, ad Pontificem ducunt: ille diuino, ac Deifico prorsùs Vnguento Virum ſignat.*

Clemens Papa, & Apoſtolorum Diſcipulus, in Epiſt. 4. *Omnibus feſtinandum eſt ſine mora renaſci Deo; & demum conſignari ab Epiſcopo, id eſt, ſeptiformem Spiritus ſancti gratiam percipere*, &c. *Cùm autem regeneratus fuerit per aquam; & poſtmodùm ſeptiformi Spiritus ſancti gratia ab Epiſcopo confirmatus*, &c.

Vrbanus 1. Papa in epiſt. decretali: *Omnes fideles per manuum impoſi-*

Է 8 Երկրորդ" ցուցանի քահանայապետութէ․ քանզի խորհրդոյն դրոշմին պատշաճէ միջանելոյն դիտաւորութիւն և զիրութին հոգւոյն սրբոյ․ որպէս յայլ ուրեք ինքեան ասացաք․ վասն որոյ կոչի՝ կարգեալ հաղորդն կնիք․ զի որպէս հաւաստացեալ ՚ի ձեռն մկրտութէ զրեալ լինի երբեդհովաւոր խնչ Թուղթ քն․ գրեալ ոչ մելով, այլ հոգւովն այ կենդանւոյ ըստ պօղոսին․ նոյնպէս և ՚ի ձեռն դրոշմին երբ թէ վերջապէս կատարեսցի նոյն Թուղթն և կնքեսցի նշանաւ սուրբ խաչին․ արդ՝ ՚ի յամ խնչ գործառնութեան թէպէտ վայրապոյն մշակք և

Ը 9 պաշտօնեայք պատրաստեն զնիւթն․ սակայն յետին կերպն և կատարումն գործոյն տուեալ լինի ՚ի վերադոյն ճարտարապետէ․ և Թուղթն, զոր գրէ դպիր կամ գրագիրն յառաջնորդ հայրապետէ ձեռագրի և կնքի․ ապա ուրեմն դրոշմելս է՛ գործ եպիսկոպոսն և յառաջնորդ եկեղեցւոյ․ որք ունին յեկեղեցւոջ վերադոյն իշխանութիւն․ Նաև և զի կացուցանելն զոք ՚ի զինուորութիւն Թղթի՝ իշխանաց է՛ գործ զօրագլուխս սպարապետաց․ իսկ ՚ի ձեռն դրոշմին զինուորք լինիմք քի սու ՚ի քա-

Թ 10 ջանդ մատուցանել վ̄ն հաւատոցն որում․ ապա ուրեմն դրոշմելն յատկապէս պատկանի գլխաւոր իշխանաց և նախարարաց եկեղեցւոյ․ որք են եպսկք․

Երրորդ" ցուցանի վկայութեամբ հնոց սրբոց հարց և ժողովոց․ քանզի սբն դիոնեսիոս արիսպագացին յերկրորդ" գլխոյ յոգս եկեղեցական քահանայապետութեան ասէ․ Զմկրտեալն սպիտակ հանդերձ զգեցեալ բերեն առաջի հայրապետին․ և նա աստուածային և սրբարար եւղովն զայն դրոշմէ․]

Սբն կղեմէս պապ և աշակերտն առ-

առաքելոյն 'ի չորրորդ" Թուղթն իւրում ասէ : Պարտ է' ամենեցուն փութալ առանց յապաղելոյ վերստին ծնանելն ըստ. և յետոյ դրոշմել յեպիսկոպոսէ . ըստ . առնուլ զեւթնակերպ շնորհս հոգւոյն սրբոյ :] Եւ զկնի սակաւուց դարձեալ ասէ : Իսկ յորժամ վերստին ծնեալ լինիցի ջրով , և ապա եւթնակերպ շնորհին հոգւոյն սրբոյ հաստատեալ յեպիսկոպոսէ . և այլն]

Սբ̄ն ուրբանոս առաջին , պապն , 'ի կանոնական Թուղթն ասէ : Պարտ է' ամհաւատացելոցն զկնի մկրտութեն առնուլ զհոգին սբ̄ ձեռնադրութբ̄ եպիսկոպոսացն . որպէս զի զամենեցեն լիաւոր քրիստոնեայք :]

Սբ̄ն կիպրիանոս 'ի. Հգ. րդ" Թուղթն առ յուբայիանոս ասէ : Որք մկրտեալ մկրտին յեկեղեցի . մատուցցեալ լիցին առաջնորդացն եկեղեցւոյ . որպէս զի 'ի ձեռն աղօթից և ձեռնադրութեան ընկալցեն զհոգին սբ̄. և տէրունական կնքով կատարեսցին :]

Սբ̄ն եւսեբիոս պապն 'ի յերրորդ" Թուղթն առ եպիսկոպոսն Թուսկիոյ ասէ : [Խորհուրդն դրոշմին է' յոյժ պատուական . և ոչ կարէ յայլմէ կատարել , եթէ ոչ 'ի քահանայապետաց մեծաց :] ըստ . յեպիսկոպոսաց :

Սբ̄ ժողովն եղիբերտեայ 'ի յ. լը̄. երդ" կանոնին . յետ ասելոյն թէ կարէ աշխարհականն մկրտել 'ի հարկաւոր ժամանակի . յաւելեալ ասաց : Իսկ եթէ մկրտեալն յետոյ կեցցէ . ածցեն զնա առ եպիսկոպոսն . որպէս զի կարասցէ ձեռնադրութբ̄ կատարել :]

Սբ̄ն մելքիադէս պապն և մարտիրոս 'ի Թուղթն առ եպիսկոպոսն սպանիոյ ուսուցանէ . թէ դրոշմն այնու գերա-

զա-

Ժա 11 *positionem Episcoporum Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut plenè Christiani inueniantur.*

Cyprianus in epist. 73. ad Iubaianum: *Qui in Ecclesia baptizantur, Præpositis Ecclesiæ offerantur, ut per orationem, & manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo Dominico consummentur.*

Eusebius Papa in epist. 3. ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ. *Manus impositionis Sacramentum magna veneratione tenendum est;*
Ժբ 12 *quod ab alijs perfici non potest, nisi à summis Sacerdotibus:* hoc est, Episcopis.

Concilium Elibertinum, can. 38. postquàm dixit, posse Laicum in necessitate baptizare, addit: *Si superuixerit, ad Episcopum eum perducat, ut per manus impositionem perfici possit.*

Melchiades Papa, & Martyr, in epist. ad Episcopos Hispaniæ, docet, Confirmationem in eo præstare Baptismo, quòd solùm à summis Sacerdotibus, id est, Episcopis,
Ժգ 13 confertur.

Concilium Nicænum 1. can. 55. Arabico: *Chorepiscopus, cùm visitat Ecclesias, & Monasteria, quæ sub potestate sua sunt, debet interrogare, an habeant filios, aut filias; & facere, ut ad se adducantur; & signet eos signo Crucis, & oret super eos, & imponat manus, & benedicat.*

Concilium Arelatense 1. can. 8. & Arelatense 2. can. 17. vtrumque S. Siluestri Papæ tempore celebratum, decreuerunt, vt hæreticis, ad

Ec-

Ecclesiam redeuntibus, si baptizati fuerint *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*, non iterùm tradatur Baptismus; sed Confirmationis Sacramentum eis ab Episcopis conferatur. quia nimirùm hæretici illi hoc Sacramentum non dabant.

Eusebius Cæsariensis, lib. 6. hist. cap. 35. *Nouatus neque Sigillo ab Episcopo obsignatus fuit: quo quidem neutiquàm potitus, quomodò quæsò Spiritum sanctum adeptus sit?* Mutuatur hæc verba Eusebius à Cornelio Papa, & Martyre, qui illa scripserat in epist. ad Tubianum Antiochenum.

Chrysostomus in caput 8. Act. Apost. *Hic Philippus vnus erat ex septem Diaconis, secundus à Stephano; ideò & baptizans, Spiritum sanctum non dabat: neque enim facultatem habebat. hoc enim donum solorum Apostolorum erat.* Idem asserit Epiphanius, hæres. 21.

Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos, cap. 4. *In Ecclesia baptizatus, non accipit Spiritum sanctum, nisi per manus Episcopi.*

Innocentius 1. Papa, in epist. 1. ad Decentium, cap. 3. *Non licet Presbyteris frontem baptizatorum oleo Chrismatis signare, quod solis debetur Episcopis, cùm tradunt Spiritum sanctum Paracletum.*

Denique Gregorius Papa, lib. 3. epist. 9. monet, ne Presbyteri signare audeant Chrismate baptizatos in fronte, cùm id ad Episcopi munus pertineat. & hæc satis de testimonio veterum Patrum.

Sed

Ժդ զանուզէ զմկրտութիւն. վա՛ զի տուեալ լինի միայն յեպիսկոպաց:]

14 Ամէ ժողովն նիկեայ. յԺը. մէ հարցն. ՚ի յառաջին կանոնն ասէ: Յոր ժամ կորեպիսկոպն չըլէ զեկեղեցեօք և զվանօրէք, որ են ընդ իշխանութեամբ. պարտ է՝ նմա հարցանել. զուցէ ոմն իցեն ղուսանեալս և դասեալս. և տալ ածել զնոսա առ ինքն. և դրոշմեսցէ զնոսա նշանաւ խաչին. և աղօթեսցէ ի վերայ նոցա. և դիցէ զձեռս ի վերայ. և օրհնեսցէ:]

Ամէ ժողովն արելատոյ՝ առաջին

Ժե և երկրորդն. որք եղեն ՚ի ժամանակս

15 սրբոյն սեղբեստրոսի պապին. ՚ի յութերորդ, և Ժէ. երրորդ կանոնս հաստատեցին. թէ ոմանք հերձուածողք, որ դառնային ՚ի յուղղափառ եկեղեցին. ոչ մկրտեսցին միւս անգամ. և թէ նախ մկրտեալք էին յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ: այլ պարտ առեսցի նոցա յեպիսկոպէ խորհուրդն դրոշմին: զի այնպիսի հերձուածողքն ոչ սովոր էին տալ զայս խորհուրդս:

Եւսեբիոս կեսարացին ՚ի յ. ՅԵ. երրորդ գլխոյն վեցերորդ գրոց պատմագ

Ժզ րութեանն ասէ: Նովատոսն ոչ եղև

16 դրոշմիւ կնքեալ յեպիսկոպէ: ապա զի մրոդ ընկալեալ իցէ զհոգին սէ:] և զնոյն բանն գրեալ էր յառաջ յաղագս նովատոսին սէն կոռնելիոս պապ և մարտիրոս ՚ի թուղթն առ Թուբիանոս անտիոքացին:

Ամէն ոսկեբերանն ՚ի մեկնութիւն ութերորդ գլխոյն գործոցն ասէ: Ֆիլիպպոս մի ոմն էր յեօթնից սարկաւագաց անտի. երկրորդն յետ ստեփաննոսի: սակս այսորիկ ոչ տայր զհոգին սէ զկնի մկրտութեան. զի չունէր զիշխանութիւն. զի այս պարգևս

պատ

պաշտօնէր միայն առաքելոցն :] և Ժէ
զնոյն առնէ սբն Եպիփան ՛ի . հա . գլխն 17
ընդդէմ հերձուածոց ;

Սբն յերոնիմոս ՛ի ճառին ընդդէմ
լուցիփերեանոսացն ՛ի չորրորդ գլխում
ասէ : Որք ոչ մկրտեալ եղև յեկեղեցի .
ոչ առնուցուն զհոգին սբ . եթէ ոչ ՛ի
ձեռաց եպիսկոպի :]

Սբն Ինոկենդիոս առաքելին, պա-
պն, ՛ի Թուղթն առ Դեկենտիոսն առնէ :
Ոչ պարտ է՛ քահանայից դրոշմել
միւռոնաւն զճակատս մկրտելոց . զի
այս պաշտօնն միայն եպիսկոպոսաց . յոր
ժամ տան զհոգին սբ :] Ժը

Սբն Գրիգոր Հռոմայ հայրապետն ՛ի 18
յիններորդ" թուղթն երրորդ" գրոցն՝ գրի-
չացուցանէ . զի մի՛ իշխեսցեն քահա-
նայք դրոշմել միւռոնաւ զմկրտեալսն
՛ի ճակատսն . զի զի այս է՛ եպիսկոպո-
պծ :] Եւ այսպէս բազում է՛ յիշել հնոց
սբ հարցն :

Բայց՝ առարկէ Վարդանն ընդ-
դէմ մեր ասելով : Կարէ քահանայ
որպէս սովորական իշխանութեամբ խո-
րամ փոխարկել զհացն և զգինին ՛ի
մարմին և յարիւնն քն հոգւոյն սրբ
բով: և արձակել ՛ի մեղաց՝ տալով ըղ
շնորհսն հոգւոյն սրբոյ և զնոյն հո- Ժթ
գին սբ . զի առ պայ ՛ի մեզ ՛ի ձեռն շնոր 19
հաց իւրոց : ապա ուրեմն կարէ և ա-
տալ զհոգին սուրբ մկրտելոց ՛ի խոր-
հուրդ դրոշմին :

Նախ պատասխանի . զի եթէ այս պատ
ճառս Վարդանայ ունէր զօրութիւն
ինչ . ցուցանէր և ս . թէ կարէր քա-
հանայ տալ զհոգին սբ ՛ի ձեռն խորհ
րդոյ կարգին . մ զի տայ զնա ՛ի ձեռն
այլոց խորհրդոց : Նա և թէ կա-
րէր օրհնութեամբ կատարել զմեռոնն .
մ զի կատարէ բանիւ զհաղորդու-
թիւն

Sed objicit Vartanus: Poteſt Presbyter, vt miniſter ordinarius, conficere Sacramentum Euchariſtiæ, atque abſoluere à peccatis, tribuens alijs gratiam Spiritus ſancti, atque adeò ipſum Spiritum ſanctum, qui ad nos venit per ſuam gratiam: ergo cur non poterit etiam ex officio eundem Spiritum ſanctum tradere baptizatis per Confirmationem? quòdſi hoc non poterit; neque etiam poterit illud.

Reſpondetur primò; quòd, ſi hoc argumentum aliquam vim haberet, probaret prętereà, pertinere etiã ad munus Presbyteri dare Spiritum ſanctum per Sacramentum Ordinis, ſicut dat per alia Sacramenta; eòque magis conficere, ſeu conſecrare vnguentum Chriſmatis, quia conficit, & conſecrat Euchariſtiam corporis, & ſanguinis Chriſti: quæ tamen abſurda nec Vartanus ipſe admittit. Sicut ergo reſponderet ipſe ad hæc, non conuenire Presbytero imponere manus ad ſacros Ordines conferendos, quia hoc munus fuit ſolùm Apoſtolorũ, quorum locum in Eccleſia tenent Epiſcopi; neque conficere vnguentum Chriſmatis, quia Apoſtolorum diſcipuli, Clemens, & Dionyſius, alijq; SS. Patres nobis tradiderunt, hoc vnguentum à ſolis Epiſcopis conſecrandum eſſe: ita ſimiliter ipſi reſpondeo, neque eſſe proprium Presbyterorum, ſed tantùm Epiſcoporum, Confirmationis Sacramentum conferre: quia ſoli Apoſtoli hoc Sacramentum conferre

solebant, & ita etiam nobis tradiderunt Apostolorum discipuli, Patres, & Concilia, vt suprà ostendimus.

Respondetur secundò: Quamuis in omnibus Sacramentis idem detur Spiritus sanctus; non datur tamen cum eodem effectu, & eundem ad finem, vt alibi* dictum est. Vndè ex potiori effectu, ac fine aliquorum Sacramentorum colligimus; eorum collationem ad digniores Ministros pertinere. Cùm ergo in Confirmatione detur Spiritus sáctus ad hominem baptizatum consummandum, ac vltimò perficiendum per septiformem ipsius gratiam, & plenitudinem sanctitatis, ac roboris, vt fortiter pugnet contra Dæmones; ideò mirùm non est, si eius administratio propriè pertineat ad digniorem potestatem, videlicet Episcopalem. Præterea, hæc duo tantùm Sacramenta, Confirmatio, & Ordo, habent collocare Fideles in actiua quadam potestate, seu officio; Confirmatio quidem in officio pugnandi pro Fide, & Ordo in officio administrandi alijs Sacramẽta, ac distribuendi bona Ecclesię: & ideò eorum collatio ad eos pertinere debet, qui excellentiorem in Ecclesia obtinent potestatem, hoc est, Episcopis, quorum proprium est, officia distribuere. Reliqua verò Sacramenta nullam actiuam potestatem, aut officium conferunt: nam in Baptismo datur quidem potestas aliqua, sed merè passiua, participandi scilicet alia Sacramenta, & Ecclesiæ bona; in reliquis au-

*Quæst. 3. §.4. num.11.

Թէև մարտիրոսաց և առաքելոցն էր․ որ է՛ գեր
Ի 20 րագոյն ինչ քան զսրբութիւնն։ Ամենայն
նեա․ Թէ որպէս տրամաբանութեամբ Թէև վերա
դառնալ ամենայն է՛ և յիմար ։ Երկրորդ՝
որպէս ամենայն պատճառաւ առ այդամենի․ Թէ
ամենայնաժամանակ է՛ քահանայից ձեռնադրու
թեան առ ՚ի տալոյ զհոգեհանգիստն կամ
գնին․ զի այս գործս տարբերել երկ
մնալոյն յաւարտեցայց․ զորոց առաջի ուն
ին այսմ յեկեղեցին եպիսկոպոսն և ոչ քա
հանայքն ։ և Թէ ամենայնաժամ է՛ քա
հանայից կատարել զսուրբն․ զի առ
աւելոյ աշակերտացն կոչեսցէ և զ[illegible]
Իա 21 նոցա և այլ որ հոգւոյն աւանդեսցին
մեզ․ Թէ մնացին պատուոյ կատարել
մնոյն յեպիսկոպոսին ։ Նախադասութ և մեք
պատճառեսցուք․ Թէ ոչ է՛ սեփհականն
գործ քահանայից, այլ եպիսկոպոսաց, առ
զի [illegible] դատողին․ զի մնայն առա
ջնորդն ամենայն [illegible] և այսու
աւանդեսցին մեզ առաւելոյ աշակերտ
ացն, և առ որ հոգւոյն, և առ որ [illegible]
գործեն․ որպէս ՚ի վերայ ցուցաք ։

Երկրորդ" պատճառի․ զի Թէպէտ ամենայն
որ խորհրդովքն պարգևին նոյն հոգի
սուրբ․ բայց սակայն ոչ պարգևի առ
Իբ 22 ՚ի նոյն գործ, և առ ՚ի նոյն վախճան․
որպէս և ցուցաք ՚ի յերրորդ" վիճաբանու
թեան․ ՚ի չորրորդ պատճառն․ և ՚ի
Թիւն․ Ժա ։ Ուստի վասն պատուականա
գոյն գործոյ և վախճանի սմանց
խորհրդոց՝ մեք գիտեմք․ Թէ
պաշտօնէին նոցա պատուականի առ գերա
գոյն պաշտօնէից ։ Երկրորդ՝ քանզի ՚ի
դրոշմին պարգևի հոգին որ առ ՚ի
մկրտեալն կատարել և զօրացուցանել
զմկրտեալն եօթնաձևեան շնորհօքն
նորա և լրումն սրբութեան և քաջու
Թեան․ որպէս զի քաջաբար մարտնչեսցի
ընդ դևս հակառակ զօրութեանց վասն

այս

պաշտօնէից զընկալեալսն հաստատեն ։ վա-
սն այսորիկ ոչ է՛ բան զարմանալի ։
Իգ 23 Թէ պաշտօնեայն դրոշմին յատկապէս պատ-
շաճի առ գերագոյն իշխանութեան
եպիսկոպոսին ։ Նում դրժլ՝ զի այս երկրո-
րդ խորհրդոյ . ՃԻ . դրոշմն եւ կարգն . ա-
ստուածայնայ ուժին առալ հաստատեցե-
լոյն զիշխանութիւն ինչ նուիրագործա-
կան . ՃԻ . կացուցանել զնոսա՛ ի հար-
կին ինչ պաշտաման ։ զի դրոշմն բե-
րէ զիշխանութիւն պատերազմելոյ վ̅ս̅
ճշմարիտ հաւատոյն . եւ կարգն զիշ-
խանութիւն պաշտամելոյ այլոց զխորհր-
դսն . եւ բաժանելոյ նոցա՛ զինչս եկե-
Իդ 24 ղեցւոյ ։ սակս այսորիկ պաշտօնէին նր̅
պատկանին այնոցիկ . որք ունին յեկե-
ղեցի զգերագոյնագոյն իշխանութիւն .
ՃԻ . եպիսկոպոսք . որոցն յատուկ գործ է՛
բաժանել իւրաքանչիւր պաշտօնէին
զհարկս եկեղեցական պաշտամանցն ։
քանզի միացեալ խորհուրդքն ոչ առան
զնեցուցանել ինչ իշխանութիւն կամ
զհարկ ինչ պաշտամանց . զի ՛ի միութե-
ան, որ է՛ դուռն այլոց խորհրդոցն,
առնանի միայն կրօնաւորական ինչ յար-
մարութիւն առ յընդունել զայլ խորհ-
ուրդսն եւ զբարիսն եկեղեցւոյ ։ Եւ ՛ի
Իե 25 յայլ խորհուրդսն ոչ առնանի իշխա-
նութիւն ինչ ամենեւին ։ վ̅ս̅ այսորիկ
պաշտօնէին նոցա՛ պատկանին առ այլ
վայրագոյն պաշտօնեայս ։

Արդ՝ երկրորդ" մասն մերոյ նախի-
նադրոյն պատասխանւոյն ցուցանի . յորում
ասացաք . Թէ կարէ քահանայ հրամա-
նաւ մեծի քահանայապետին ընդհա-
նուր եկեղեցւոյ պաշտել զխորհր-
դն դրոշմին ։ Քանզի գլուխն եկե-
ղեցւոյ եւ փոխանորդն Ք̅ի̅ ունի զլիու-
թիւն իշխանութեան ։ ապա ուրեմն կարէ
այն իրաց , որք ոչ հակառակին հրա-

մա-

autem nulla traditur potestas, nec officium, vt diximus quęst. 3. §. 4. num. 41. idcircò pertinent ad inferiores Ministros.

Secunda pars responsionis (vbi dictum est, posse nihilominùs Presbyteros ex dispensatione Summi Pōtificis Confirmationis Sacramentum administrare) probatur: Nam Summus Pontifex, vtpotè Caput totius Ecclesię, habet in ipsa Ecclesia plenitudinem potestatis: ergo potest, cùm nullum ius diuinum in contrarium obstat, facultatem concedere, vt aliqua, quæ ad superiores Ministros pertinent ex officio, à Ministris etiam inferioribus administrentur: sicut concedere solet quibusdam Presbyteris, vt conferant minores Ordines, quamuìs & hos conferre sit proprium Episcoporum. Hinc S. Gregorius Papa, cuius memoria in Armena pariter Ecclesia colitur, Presbyteris Sardiniæ facultatem concessit, vt in Episcoporum absentia confirmarent: scribens enim Ianuario Episcopo, inquit sic: *Vbi Episcopi desunt, Vt Presbyteri etiam in frontibus baptizatos Chrismate tangere debeant, concedimus.* Greg. lib. 3. epist. 26.

Iam verò videndum esset, vtrùm Armenij, quibus, sicut & Græcis, alijsque Orientalibus Christianis, consuetudo est, ac fuit peruetusta, vt passim Presbyteri Chrismatis Sacramentum cōferant baptizatis immediatè post Baptisma; vtrùm inquam hoc faciant ex facultate, à Romanis Summis Pontificibus ali-

 quan-

quandò sibi concessa; vt scilicet sua ipsorum Confirmatio non sit irrita.

Etquidem Archudæus lib. 2. de Sacram. cap. 15. hanc facultatem Græcis fuisse factam opinatur: & ad aliqua Romanorum Pontificum decreta, in quibus eadem facultas videri poterat reuocata, his verbis respondet: *Vniuersè autem de Romanis Pontificibus, qui reuocarunt, illud dicendum videtur: reuocasse, quòd existimarent, auctoritate propria Presbyteros illud munus vsurpasse; ideòque in huiusmodi decretis sæpè inuenitur hoc verbum (ne præsumant): præsumptio autem nullam facultatem concessam supponit, quam tamen illi obtinuerant, & longissimo vsu stabilierant. A quonam tamen obtinuerint, an à Romano Pontifice, an ab alijs Episcopis, hoc non constat: tutissimum est dicere, Græcorum Presbyteros per suos Patriarchas, & Antistites eiusmodi facultatem à Summo Pontifice obtinuisse, à quo omnis iurisdictio, quasi à Capite in alios, veluti membra, mediatè, vel immediatè deriuatur, & diffunditur.* Additque paulò post: *Quicquid sit de reuocatione aliorum Pontificum; profectò cùm in Concilio Florentino, post omnes Pontifices, qui reuocarunt, Græci de hac re interrogati, omnem difficultatem (vt ibi asseritur) legitimè, & canonicè diluerint: ipse etiam Pontifex Eugenius IV. reddita ab ijs rationi acquieuerit: hoc vel vnum ad omnem controuersiam de hac re sedandam sufficere posse videtur. Recesserit sanè ab vsitata consuetudi-*

ne

Իզ մանաւանդ զի, այլ եւս 'ի ձեռս եկեղեցւոյ,
կարէ տալ հրաման. զի վասն որոյ
26 պաշտամանեայցն պաշտօնէիցն զնոյն.
Թէպէտ նորոյն պաշտօնէին իւրեանց եւ ըստ
առանձնէ բառ պատարագն լինի զՔրիստոսին
պաշտօնէից. վասն որոյ առաջեալ է' միայն
մեծ քահանայապետն հաստատել տալ
հրամանն աւբայից. զի առաջին միայն
զմիւռոնն առաջինադանն. որք ոչ յեղաշա-
կեալ եղեն 'ի յաւժ-աշխարհիս գիրս. Թէ
պէտ առաջնորդաց պատուական եւ ամ-
աւգնութեանն իշխանութիւն եպիսկոպոսն;
Եւ ըստ ամենայն օրինակի ընթ եղանա-
կէ' ի պատուհասապարտ թուխս. Թէ սոփեր
Իէ զբերդ հաւատոց հայրերն Թայլ եա
27 եւ չարբերեաց քահանայից սարդէներա
եղկեղեան. զի կարգաց լինին պաշտօնել
զհաւահոսարդն գրքովն 'ի պաշտաման
Թէ եպիսկոպոսաց:

Իսկ արդ' պատրաստ է' մեզ այժմ
զննել եւ տեսանել, 'ի մի. Թէ հայոց քա-
հանայքն առնելով նոյն եւ դեռես 'ի մե-
ծէ հայրապետէն հաւատոյ զհրա-
մանն դրոշմելոյ զմկրտեալսն. որոց զի
դրոշմն առնելով 'ի նոցանէ եւ ոչ յեպի-
սկոպոսաց' նշանակեալ եւ հաստատեալ
լինի: քանզի ոչ հայք միայն, այլ եւ
Իը յոյնք եւ այլ յարեւելեայք սովորութե-
ամբն. Թէ քահանայք զնոյն միրոնա-
28 Թէն տալ զխորհուրդն դրոշմին:

Որոյ աղագաւ գիտելի է'. զի որ
կարգիս յունաց ուժ-աբան վարդապետն
'ի գիրս, զոր գրեաց յաղագս խորհրդոցն
եկեղեցւոյ, ցուցանէ. Թէ քահանայք
աղգին եւրոյ առեալ զայս իշխանու-
Թիւն 'ի հայրապետացն հռոմայ. եւ
առէ այսպէս: Քահանայքն յունաց մին
նորոգ-ու-Թեամբ պատարագաց եւ հայ
րապետաց իւրոց զդրոշմելոյ հրա-
մանն առեալ 'ի մեծէ հայրապետէն հռ

առոյ

ուղղման . յորում երբ Թէ 'ի գլխոյ առմ ԻԹ
իշխանուԹեն բղխէ և հասն 'ի յայլսն 29
երբ Թէ 'ի յանգաման, Թէ միաձայնորդակ
բար , կամ Թէ անմիԹեան :] Եւ զնին
առաքելոց դրՁել առէ : 'ի ժողովն գրո
բեցելոյ հայրցն զառնոյ եպիսկոպոսն
յԹղԹս առաքելուԹեն նոցա 'ի պաշտօնել
դրոշմին ; և ընդ պատճենեն նոցա հա
ձեցաւ մեծ հայրապետն եւգենիոս
չորրորդ : ուրեմն սակս այս միայն
բաժանեալխանդանայք առ 'ի խաղաղացու
ցանել զմին խնդ միաբանուԹեն որ
եղեւ այսր իրին : զի Թէպէտ և այլն.
Թէ կամքն այլոց ամենից անցելոց հայ
րապետացն հռոմայ հրաժարեալ էր Լ
'ի յունաց առաքելուԹենս : սակայն յայտ 30
նեալ է . Թէ դարձեալ համաձայնեցաւ հայ
րապետն եւգենիոս . զի ոչ հակառա
կեցաւ . այլ ընկալաւ զյունաց պատաս
խանի :] Զայս գրեալ է' աղեքսանդրոս
վ̃ն դրոշմին , որ տուեալ լինէր 'ի քա
հանայից յունաց՝ Թոյլ առաքելոյն հայ
րապետացն հռոմայ :

Եւ հեղ՝ միւք զխոյն առնեմք վ̃ն դրոշ
մին հայոց. Թէ և նոցա քահանայիցն
Թոյլ տուեալ հայրապետացն հռոմայ
դրոշմել : և զայս ցուցանեմք բազում ԼԱ
պատճառօք : Նախ զի հայոց եկեղե 31
ցին յառաջ քան զժողովն քաղկեդոնի
միաւորեալ էր ընդ աԹոռազերծածան
եկեղեցւոյն յարեւելից և յարեւմտից.
մնաց ընդ եկեղեցւոյն յու
նաց : սակայն ուրեմն՝ եԹէ մեծ քահ
անայապետացն հռոմայ Թոյլ տային
յարեւելեան եկեղեցւոյն յունաց . զի
քահանայք նոցա դրոշմեսցեն զմկրտեա
լսն . նոյն Թոյլն խմանէր առեալ
եկեղեցւոյն հայոց . որ էր միաւորեալ
յարեւելեան եկեղեցւոյն . Երկրորդ" զի
հայք զկնի քաղկեդոնի մէ ժողովոյն

քա

ve aliorum Voluntas Pontificum; attamen clarissimè apparet, denuò accessisse consensum Eugenij Pontificis, dum Græcorum responsum sine vlla controuersia admittit. Hæc Archudius de Confirmatione, à Græcis Presbyteris collata.

Quòd autem idem de Armeniorum Confirmatione dici possit, nónullæ rationes suadere videntur. Prima est, quia Armeniorum Ecclesia iam olim à principio Patriarchalibus Græcorum Cathedris subiecta longo tempore fuit; ergo, si Græcis per legitimam facultatem licuerit, vt Presbyteri confirmarent, etiam ad Armenos eadem facultas extendi debuit. Secunda, quia Armeniorum Ecclesia post suum schisma pluries ad vnionem rediijt cum Romana, atque in his vnionibus tempore non modico perstitit, quãdò & eorum Presbyteri similiter confirmabant. Tertia, quia plures extant exhortatoriæ, ac dogmaticæ Romanorum Pontificum ad Armenos Patriarchas epistolæ; in quibus, cùm sermo sit de Chrismatis Sacramento, traditur quidem ea doctrina, quòd ordinarius Confirmationis Minister est solus Episcopus: sed nullum fit verbum, quo Armenis Presbyteris eiusdem Confirmationis administratio prohibeatur. Quarta denique, quia in Concilio Florentino, cùm ad vnionem cum Romana Ecclesia denuò venissent Armenij, editum fuit ab Eugenio IV. Decretum pro eorum concordia, vbi Concilio approbante postquàm

quàm sic loquitur Sanctissimus Pater: *Ordinarius Minister Sacramenti Chrismatis est Episcopus: & cùm cæteras Vnctiones simplex Sacerdos valeat exhibere; hanc non nisi Episcopus debet conferre*, &c. subijcit: *Legitur tamen: aliquandò per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili, & vrgenti admodùm causa, simplicem Sacerdotem Chrismate, per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis Sacramentum.*

Quocircà sic disseri posset: Sciebat quidem Eugenius Pontifex cum Concilio Florentino, Armenis, non secùs, quàm Græcis, consuetudinem esse, vt Chrisma daretur etiam à Presbyteris: maximè quòd in eodem Decreto dictum anteà fuerat: *Deputauimus de omni statu huius sacri Concilij viros, iuris diuini, & humani doctissimos; qui cum omni cura, studioque, & diligentia rem ipsam cum ipsis pertractarunt Oratoribus* (nempè Armenis, qui ad Concilium venerant); *ab eis accuratè inquirentes eorum fidem tam circa diuinæ Vnitatem essentiæ, & diuinarum personarum Trinitatem; quàm Domini nostri Iesu Christi humanitatem, & septem Ecclesiæ Sacramenta, atq; alia ad Fidem Orthodoxam, & ritus Vniuersalis Ecclesiæ pertinentia.* & tamen non modò eis consuetudine illa non interdixit; verùm etiam significauit, aliquandò per Apostolicæ Sedis dispensationem concessum fuisse, vt Presbyteri confirmarent: igitur per hæc verba concedere Armenijs videbatur Eugenius

ԼԲ 32 [illegible Armenian text]

ԼԳ 33 [illegible Armenian text]

ԼԴ 34 [illegible Armenian text]

nius

[illegible]

ԼԵ 35

[illegible]

ԼԶ 36

[illegible]

ԼԷ 37

[illegible]

nius saltem permissiuè, vt eorum Presbyteri confirmationem de more conferre possent.

Cæterùm, si voluerint Armenij, vt deinceps hoc Sacramentum à solis Episcopis sibi conferatur, erunt quidem laude dignissimi, sin minùs; aliqua saltem ab ipsis, ne eius collatio irrita planè sit, erunt seruanda: Primum, vt ipsorum Patriarcha (qui solus Chrisma conficit apud eos, iuxtà morem aliorum Orientalium) antequàm illud benedicit, & consecrat, ritè componat ex oleo oliuarum, & balsamo: quæ duo simul admixta, & ab Episcopo consecrata, sunt necessaria, & sufficiens huius Sacramenti materia. Quarè, cùm soleant ipsi cum oleo prædicto vinum miscere, in quibus varia priùs odoriferorum genera decoquunt, ac deindè balsamum adiungunt; monendi sunt, vt vinum illud ne admisceant; vel, si omninò admiscere velint, sit saltem in parua quantitate, & decoctio adeò longa, vt absumatur vinum, manente oleo: idque, ne materia necessaria vltrà modum notabiliter alteretur.

Secundum, ne Armeniorum Parochi vetus Chrisma sæpiùs per simplex oleum renouent: quod ob inopiam, & difficultatem habendi aliud, facere ita frequenter solent, vt verum Chrisma ob temporis longitudinem, & frequentes renouationes penitùs obsolescat: sed studeant quotannis à suo Patriarcha Chrisma nouum accipere.

Ter-

Tertium, & vltimum, vt, cùm Ministri Chrismate baptizati frontem consignant cum debita verborum formula, intentionem habeant conferendi aliud à Baptismate Sacramentum, nempè Confirmationem. Quippè cùm semper soliti sint immediatè post Baptisma chrismationem hanc facere; ipsorum plerique ob inscientiam putant, illam non esse Sacramentum à Baptismo distinctum, sed potiùs circumstantiam quandam, ad actum illum Baptismi pertinentem; sicut cùm Latini verticem puerorum Chrismate post Baptisma inungunt.

Ob causam defectus huius tertij requisiti, ac preterea quia chrismatio illa frontis non fit ab Episcopo; Scriptores nonnulli referunt, non esse apud Armenos Confirmationis Sacramentum. Nihilominùs opposita sententia probabilior mihi videtur: cùm ad primam rationem, ex defectu intentionis petitam, responderi possit, sufficere intentionem vniuersalem, quam omnes Armeni Presbyteri habent faciendi per illam frontis chrismationem quicquid facere intendit Ecclesia Christi; quæ quidem intentio corrigit intentionem, & errorem illum mentis particularem. Ad secundam autem responsum iam suprà fuit.

միւռոնն և օրհնեալ յեպիսկոպոսէ ։ և զնոյն
ԼԸ քա՛ն եփսեն յառաջ զճակատն պայծն ընդ այլ
38 նոր հաստատեալս. զգուշասցեն թէ զգի
տին եւ խոստովանին՝ ի յեփիմանն ամսպառ
շած է՝ նու-թոյն ։ այսմ թէ ամենև կու
կամիլցեն խոստովել զգինսն . սակաւ
խոստովեսցի . և եփոսեն երկար լիցի .
մինչ զի կարասցէ եփիմամէն ոչ լինչա
նալ զինսն . և ծնալ միայն ձեթո .
ընդ որում խոստովեսցէ քաւարանին՝ զի
մի՛ այլայլեսցի հարկաւոր նշեթն ։
Երկրորդ՝ զիտասցեն . զի ոչ պարտ
է քահանայիցն ստորագել զհին միւռոն
ԼԹ զերկաւոբերելով նոմա զայլ հասատուհաս
39 կան ձեթն ։ զի տուողն են ամենայն զայս
վերածեբութեան քաղուսմ անպամ առ
նել զի պակասութե հին միւռոնին ։
ուստի կրկնելով զվերաբերութեան
նշանակի միւռոնն խառնանի . և յետոյ
ունանին թոսէ խառնանի և խոր հրո
զոյն: ասանս այսուրիկ Ջանասցեն առ այ
եկեղեցւոյն յիւրաքանչիւր տարւոջ
յառնուլ ՚ի պատրիարգէն իւրեանց
զնոր միւռոնն ։
Երրորդ՛՛ թէ յորժամ պաշտօնե
այքն դրոշմեն միւռոնաւ զճակատս
Խ մկրտելոցն պատաշաճաւոր ձեւով բա
40 նիւն . պարտ է՛ նոցա ունել դիտաւո
րութիւն պաշտօնելոյ զայլ խորհուրդ զա
տեալ՝ ի մկրտութենէ . այս . զխորհուրդն
դրոշմին ։ քանզի ամենայն հայոց քահա
նայք ըստ անզիտութեան իւրեանց կար
ծեն . թէ դրոշմելն ճակատին զկնի մկ
րտութեանն պատաշաճի առ նոյն խոր
հուրդ մկրտութեան . և թէ նոքաւ ոչ լի
նի այլ նոր խորհուրդ . որ է՛ մեռոնութի ։

Չորրորդ՝ պատճառ այսմ զրեցին ՚ի գիրս իւրեանց . թէ առ հայս ոչ կայ
տարի այս դրոշմի խորհուրդս վասն երից պատճառաց ։ Նախ՝ զի ոչ պաշ
տէ զնա եպիսկոպոսն, այլ քահանայն առանց հրամանի գլխաւոր հայրապետին
ամենայն եկեղեցւոյ ։ Երկր՛՛ զի ոչ դնեն զձեռն ՚ի վերայ գլխոյն, յորժամ դրոշմեն,

քան աստուածութեանն առաջին ։ Եւ երրորդ՝ զի ոչ ունին պաշտօնեայքն զխոստո_ տացեալ դիտաւորութիւնն . այլ կարծեն , թէ դրոշմելն եւեթ արարողութիւն ինչ պատշաճաւոր առ մկրտութիւնն ։ Բայց՝ մեզ թուի . թէ կատարի ՚ի մէջ հայոց այս խորհուրդս ։ Եւ առ առաջին պատճառն պատասխանի տուաք ՚ի վերոյ . Եւ առ երկրորդն պատասխանեմք . թէ հայոց քահանայքն օծանելով զմանկանս՝ դնեն զձեռն իւր գլխոյն . զի այսպէս հաստատեալ է զձեռն իւրեանց ՚ի գլուխս ընծայելոյն . որ է՛ քահանայն ։ Եւ առ երրորդն պատասխանեմք . զի թէպէտ մինչեւ քահանայքն ոչ ունին զայն յատուկ դիտաւորութիւնն , որ պատշաճի խորհրդոյս , սակայն՝ յորժամ դրոշմեն զմանկունս , ունին զդիտաւորութիւն առնելոյ զոր ինչ կամի առնել եկեղեցին քրիստոսի ՚ի ձեռն օծմանն այնորիկ ։ Եւ այս բաւական է . զի այս հասարակական դի_ տաւորութիւնս ունիցի զթիւրութիւն յատկական դի_ տաւորութեանն իւրեանց ։

ՅԱՂԱԳՍ ՀԱՂՈՐԴՈՒԹԵԱՆ

Պրակք. Գ:

Վասն նիւթոյ և ձեւոյ խորհրդոյս.

Առաջին գլուխ:

DE SACRAMENTO

EVCHARISTIÆ

§. III.

De materia, & forma illius:

SECTIO I.

QVæritur primò: Quæ ſit materia, & forma Sacramenti Euchariſtiæ?

Reſpondetur circa materiam, quòd ſit panis triticeus, & vinum ex vite: quia Chriſtus hoc Sacramētum ſub ſpeciebus panis, & vini inſtituit. Sic Armeni omnes ſummo conſenſu cum vniuerſali Eccleſia ſentiunt; qui etiam in hoc Sacramento conficiendo vtuntur laudabiliùs pane azymo iuxta ritum Occidentalis Eccleſiæ, propterea quòd Chriſtus illud inſtituit primo die azymorum, vt teſtantur Matth. 26. Marc. 14. & Luc. 22. quo die panis fermentatus in domibus Iudæorum eſſe prohibebatur, vt habetur Exod. 12. Improbandi tamen non ſunt, qui panem fermentatum iuxta ritum ſuæ Eccleſiæ in Euchariſtia vſurpant

ա 1 Հարցանի լինել խնդիրք. թէ զինչ իցէ նիւթ, և ձեւ ամենասուրբ այսմ խորհրդոյս հաղորդութեան:

Պատասխանի. թէ նիւթ է՛ հաց՛ի ցորենոյ, և գինի՛ի յորթոյ: քանզի տէրն մեր յն քն զխորհուրդս զայս հաստատեաց՛ի ներքոյ տեսակաց հացի և գինւոյ: Այսպէս հաւատան ընդ տիեզերական եկեղեցւոյ հայք ամ. որք և կատարեն զայս խորհուրդս բաղարջ հացիւ ըստ աւանդութեան

բ 2 հռովմայ սբ եկեղեցւոյն: վն զի հաստատեաց զնա քն յառաջնում աւուրն բաղարջակերացն, ըստ մթէոսի, և մրկոսի, և ղկսու. յորում աւուրն արգելեալ էր անծ զհրէայսն յունելոյ 'ի տունս իւրեանց զխմորեալ հացն. որպէս ասի 'ի յելից. ԺԲ. կող" զկնի. թէպէտ և ոչ պարտ իցէ անարգել զայնոսիկ. որ ըստ աւանդութեան եկեղեցւոյ իւրեանց 'ի կիր առնուն 'ի խոր

խորհուրդս զհաց խմորեալ . զի և
հացս այս ոչ տարբերի տեսակաւն և Գ 3
գոյացականն ՝ի բաղարջ հացէն. այլ մի
այն պատահաբար . վն̄ որոյ եւ նա եւս
կարէ գոլ նիւթ այսր խորհրդոյս . որ
պէս ուսոյց ֆլորենցիոյ սբ̄ ժողովն:

Եւ դրձ̄լ պատասխանի ընդ նմին սբ̄ ժո
ղովոյն . թէ ձևն նորա է՛ նոյն բանն ,
որով քն̄ կատարեաց զայս խորհուր
դս: Ուստի յորժամ ասէ քահանայ
՝ի դիմաց քի̄ ի վերայ հացին . Այս է՛
մարմին իմ:] և ի վր̄ գինւոյն . Այս
է՛ բաժակ արեան իմոյ . և այլն:]
յայնժամ զօրութբ̄ բանիցս այսոցիկ Դ
փոխարկի գոյացութի̄ հացին ՝ի մար 4
մինն քի̄ . և գոյացութի̄ գինւոյն ՝ի
յարիւն նորա . մնալով միայն հացի
և գինւոյ պատահմունքն . այ̄ . քանա
կութի̄ , և ի վր̄ քանակութեան հոտ ,
համ , ցրտութիւն , ջերմութիւն , և
այլն:

Այլ՝ հայոց քահանայք յորժամ
՝ի մէջ պատարագին կատարեն զայս
սուրբ խորհուրդս , արտաբերեն ար
դեօք զնոյն բանսն քի̄ . ասելով ի վր̄
հացին այսմ: Այս է՛ մարմին իմ . որ
վն̄ ձեր և բազմաց բաշխի ՝ի թողու
թի̄ մեղաց:] և ի վր̄ գինւոյն այսմ . Ե
Այս է՛ արիւն իմ նորոյ ուխտի . որ 5
վն̄ ձեր և բազմաց հեղու ՝ի թողու
թի̄ մեղաց:] Բայց՝ մի՞ թէ այս բանս
քս իցեն ձևն այս ճշմարիտ . որով կա
տարի խորհուրդս , և լինի փոխար
կութի̄ գոյացութեցն . թէ՞ ոչ . վի
ճաբանութի̄ նոյն լինի ՝ի մէջ նոցա , և
կարծիք եռեակ:

Այս առաջին կարծիքն է՛ սակաւ ում
անց տգիտաց . որք համարեն , թէ
սկսանի փոխարկումն գոյացութեցն
և սկզբնաւորին նուէրքն լինել մար

մին

pant, quia talis panis ſpecie non differt ab azymo, ſed tantùm accidentaliter; & ideò eſt etiam apta huius Sacramenti materia, vt definiuit Concilium Florentinum.

Reſpondetur circa formam cum eodem Concilio; illam eſſe verba Saluatoris, quibus hoc confecit Sacramentum. Quarè cùm Sacerdos in perſona Chriſti ſuper panem dicit: *Hoc eſt corpus meum*. & ſuper vinum: *Hic eſt calix ſanguinis mei*, &c. virtute horum verborum ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinem ipſius conuertuntur, remanentibus ſolùm panis, & vini accidentibus.

Quantùm ad Armenos, (vt ea tantùm de more dicamus, quæ illorum ad rem faciunt, & non ampliùs) profert quidem eorum Sacerdos, cùm in Miſſæ Sacrificio hoc perficit Sacramentum, eadem omninò Domini verba, dicens ſuper panem: *Hoc eſt corpus meum quod pro vobis, & pro multis datur in remiſſionem peccatorum*. & ſuper vinum: *Hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti, qui pro vobis, & pro multis effunditur in remiſſionem peccatorum*. Verùm an hæc verba ſint huius Sacramenti forma, nec ne; nihil certi vniuersùm ſciunt, & triplex in hac re apud eos opinio circumfertur.

Prima eſt imperitorum quorundam Magiſtrorum, qui à me de hac re interrogati, reſponderunt; inchoari conſecrationem Corporis, & Sanguinis Chriſti ab Oblatione, quæ fit in Miſſa; & continuari de-

inceps, donec per reliqua verba, quæ passim à Sacerdote in tota actione illa proferuntur, consummetur. ad hoc dicendum inducti; quia, dum ante consecrationem oblata munera circùm altare solenni ritu, tinnituque campanularum à Ministris deferuntur, Chorus canit: *Corpus Dominicum, & sanguis salutaris coràm adsunt: Cælestes Spiritus inuisibiles concinunt, sine intermissione dicentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Virtutum.* & populus ad eadem adoranda munera procidit, aliaque pæcipui cultus indicia exhibet: ac non multò post iterùm Chorus canit: *Christus in medio nostrùm apparuit: qui Deus est, hic resedit, &c.*

At hæc sententia tum insipientiæ, tum impietatis arguitur: ac nullo alio nititur fundamento, nisi falsa opinione rudissimæ plebis, quæ ad adorandum ea, quæ adhuc consecrata non sunt, à sonitu campanularum, & cantu verborum illorum decepta inducitur: cùm Sacerdos Armenus nulla eòusque temporis verba protulerit, quæ ad Eucharistiam consecrandam apta videri possent, sed solùm ea, quæ pertinent ad munerum oblationem. Deindè constat, transubstantiationem in Eucharistia non fieri successiuè, ita vt in ea conficienda assignari possint tempora inchoationis, progressionis, & consummationis; sed fieri totam simul in vno, eodemque instanti temporis immediatè post prolationem certorum verborum, quæ ex institutione

Chri-

մինն և արիւն քն ՚ի մատուցմանն նու-
Զ 6 իրացն . և ապա՛ հետևաբար կատա-
րի նորա փոխարկումն ՚ի ձեռն այլոց
բանից քահանային . մինչ և հասա-
նիցէ ՚ի բանսն , զոր ասէ . Թէ Սրով
զհացս և զգինիս օրհնեալ մարմին և
այլն :] և Թէ զինչ բանիցս այսոցիկ
ամենեւին կատարեցաւ այն փոխար-
կումն : Եւ կարծեն այսպէս . վ՛ն զի յոր
ժամ պաշտօնեայքն բերեն զպատուա-
ցեալ ընծայսն շուրջ զսեղանովն : հար
կանեն զզանգակս և զքշոցսն . և երգա
նակեն այսպէս : Մարմին տէրունա-
կան , և արիւն փրկչական կայ առա-
Է 7 ջի . երկնային զօրութիւնքն աներևոյթ
երգեն և ասեն անհանգիստ բարբա-
ռով . սբ սբ սբ տէր զօրութեանց :] և
ժողովուրդն ծունր անկեալ երկիր
պագանէ նուիրացն , և յետոյ դարձեալ
երգեն ասելով . Քս ՚ի մէջ մեր յայտ-
նեցաւ . որ էն ած ՚ աստ բազմեցաւ .
և այլն :]

Բայց ՚ այս կարծիքս լի է անգի-
տութեամբ և ամբարշտութեամբ . և միայն
հիմնեալ է ՚ի վերայ մոլորութեան անը-
դգամ ժողովրդեանն . որ մոլորեցու-
ցեալ դոլով ՚ի հնչմանց զանգակացն
Ը 8 և ՚ի նախասացեալ անյարմար բա-
նիցն դպրաց , երկրպագանէ հացին
և գինւոյ յառաջ քան զլինել մարմին
և արիւն քի : և կատարէ զկռապաշ-
տութիւն : քանզի մինչև ցայս ժամս
քահանայն ոչ արտաբերեալ է զբան
ինչ , որ յարմար իցէ կատարել զմար-
մին և զարիւն քի . այլ միայն մատու-
ցեալ է զնուէրսն : Նաև և զի փոխար-
կումն հացին և գինւոյ ՚ի մարմին և
յարիւն քի ոչ լինի հետևաբար ըստ
մասանց . և ոչ ունի զսկիզբն և զմէջն
և զվերջն : այլ լինի բոլոր համանգա-

մայն

մայն ՚ի մի կէտ ժամանակի զկնի առտաքելութեան բանիցն . որք ոչ ՚ի մարդկանէ , այլ ՚ի քնէ միայն հաստատեցան :

Իսկ՝ յո՛ղս առաջաբաւացեալ բանիցն , զոր երգեն դպիրքն , ասեմ . զի թէպէտ կարծեմք . թէ հայոց եկեղեցին եդեալ է՛ անդ փոխում առ ՚ի պատրաստել զխնդամանդութի ժողովրդեան ՚ի դէմ յառաջագոյ մարմնոյ և արեան քն . և թէ խմանայ փոխում բատ նշանակութեան յառաջագոյ ժամանակի , և ոչ՚ներկայի , և անցելոյն , որպէս խանշանակեն: այլ սակայն՝ քանն զի բանքն այսոքիկ , ըստ որում՝նշանակեն , առ ան են , և առիթ անն մոլորութեան մեծի . ասեմ այսորիկ հարկ է՛ ամենեփին բառնալ փոխում ՚ի միջոյ . և կամ փոփոխել և ուղղել : որպէս և պատշաճ է՛ և . յայնժամ հրաժարել ՚ի հնչմանցն զանկակացն . զի մի մոլորեացի ժողովուրդն ՚ի տեսակ ինչ կռապաշտութե .

Երկրորդ կարծիքն է՛ ոմանց հերձուածողաց , որք թէպէտ ասեն , թէ յեղաշրջումն գոյացութե հացին և գինւոյն ՚ի մարմին և արիւն քն լինի բոլոր հանդամանքն ՚ի մի կէտ ժամի . սակայն ոչ ասեն , թէ լինի յորժամ քահանայն արտաբերէ զբանսն անն . ա՚յս է՛ մարմին իմ . ա՚յս է՛ արիւն իմ : այլ թէ լինի յետոյ զորութե այլոց բանից քահանայն . զն . յորժամ ասէ : Երկիրպագանեմք և աղաչեմք և խնդրեմք ՚ի քէն բարերար անծ . առաքելում ՚ի մեզ և առաջի եդեալ յնծայս այս զհամագոյականն հոգի ևն և զէակից որ հոգի . որով զհացս օրհնեալ մարմին ճշմարտապէս արասցես տն մերոյ և փրկչին յի քի . և զբաժակս

ժակս

Թ Christi eam efficere valeant.

9 Ad ea verò verba, quæ Chorus canit, dum oblata munera circumferuntur, respondeo; quamuis non dubitem, quin ab Armena Ecclesia intelligantur in significatione futuri temporis; tametsi, vt excitetur populi desiderium, ac præparetur deuotio erga mox futuram Consecrationem, proferuntur in significatione præsentis, & præteriti: tamen, quia sic accepta, vt sonant, sunt erroris occasio, debere prorsùs Ecclesiasticos aut illa corrigere, (Ժ) (10) aut è medio tollere, sicut etiam à quolibet campanularũ sonitu, aut alio externo cultu tunc abstinere, ne per hæc Armenus populus ad Idololatriæ speciem inducatur.

Secunda opinio est aliorum hæreticorum, qui asserunt, Consecrationem, seu transubstantiationem panis, & vini in corpus, & sanguinem Christi, ne tunc quidem perfici, cùm Sacerdos Armenus profert illla Domini verba: *Hoc est corpus meum. Hic est sanguis meus:* (ԺԱ) (11) sed potiùs, cùm multò post illa, & alia verba, quibus mentionem facit passionis Christi, hæc subijcit submissa voce: *Adoramus, & rogamus te, benignissime Deus; Vt mittas in nos, & in hac proposita munera Spiritum sanctum tuum coæternum, & coëssentialem; quo panem hunc benedictum, corpus verè facias Domini, & Saluatoris nostri, Iesu Christi: & Calicem hunc benedictum, sanguinem verè facias Domini, & Saluatoris nostri, Iesu*

Chri-

Christi, transmutans Spiritu tuo sancto (hìc Rubrica, ab iisdem hæreticis deprauata, sic habet : *Per hæc verba replicet : post quæ corpus, & sanguis Christi perficitur. deindè dicat:*) *Vt fiat hoc nobis, & omnibus appropinquantibus, non in condemnationem, sed in expiationem, & remissionem peccatorum.* (hìc iterùm inquit Rubrica : *Ne audeat deinceps Oblata signare, sed respiciat illa, vt Deum*).

Ita, præter alios, docet Vartanus lib. de Monitis, cap. 4. vbi Latinos etiam reprehendit, quòd asserant, Sacerdotem per illa præcedentia Domini verba hoc iam Sacramentum peregisse. tres autem pro se affert vanas ratiunculas: Prima est, quia non potest, inquit, panis, & vinum fieri corpus, & sanguis Christi, nisi inuocetur etiam Spiritus sanctus: nam Pater sine Filio, & Spiritu sancto, nihil ad extra facit. Secunda, quia nec idem fieri potest, nisi priùs fiat commemoratio passionis Christi: nam Dominus ait Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*: & Apostolus explicat: *Quotiescunque manducabitis panem hunc, & Calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis.* Tertia, quia Christus, postquàm dixit: *Hoc est corpus meum*: subiunxit: *Hoc facite* &c. ergo tunc à nobis hoc fieri videtur Sacramentum, cùm post præcedentia illa Domini verba enarrata, effectiuo modo loquimur, Deum rogantes, vt faciat panem corpus Christi; non au-

Ժբ ժամս օրհնեալ՝ արեան սուրբ զաւակէս
12 արասցես սմա մարմն և փրկչին մե-
րոյ. փոխարկելով Հոգւովդ քով սր-
բով ։] և յետ բանիցս այսոցիկ գրե-
ցեն դաշմ՝ ի յօրէնս պատարագին հա-
յոց այսմ։ Երիցս կրկնէ. և ապա
մարմին և արիւն կատարեալ լինի։ և զա-
հանայն ՚ի ծածուկ ասէ զաղօթս ։
Որպէս զի եղիցի սա ամենեցուն և
մեզ մերձեցելոցս յանդատապարտու-
թիւն ՚ի քաւութիւն մեղաց ։] և ապա
դադրել զրեցին . Թէ այսուհետև զնո-
էջման այլ մի խաչակնքէ նշխարն . այլ իբ-
Ժգ րև յԱյ զգուշասցի . և այլն ։]
13 Զայս կարծիս ունէր մանաւա-
նդ վարդանն. որ ՚ի չորրորդ" գլխոյն խրա-
տուցն նշաւակէ զկրօնաւորութիւնն
փռանկացս. որով ասեն . Թէ քահա-
նայն զօրութեամբ առաջնագոյն բանիցն
Տն կատարեալ էր զայս խորհուրդս ։
Իսկ՝ զերիս պատճառս արտաբերէ վար-
դանն վասն հաստատութեան զչար կար-
ծիսն իւր։ Նախ՝ զի ոչ կարէ, ասէ,
հացն և գինին լինել մարմին և արիւն
Քի . եթէ ոչ կոչի և Հոգին սբ . զի
անհնար է՝ եթէ Հայր իրք առնէ ա-
Ժդ ռանց որդւոյ և Հոգւոյն սրբոյ ։ Երկ-
14 րորդ" զի ոչ կարէ նոյն լինել առանց
պատմելոյ յառաջ զՔի չարչարանսն .
զի տէրն ասէ . զայս արասջիք առ
իմոյ յիշատակի ։ և Պօղոս ասէ . քա-
նիցս անգամ ուտիցէք զհացս զայս .
և ըմպիցէք զբաժակս . զմահն Տն
պատմեսջիք ։ Եւ. երրորդ" զի յետ ասե-
լոյն . Այս է մարմին իմ . վերաբե-
րեաց ասելով . զայս արասջիք և այլն ։
ապա ուրեմն յայնժամ մեք զայս խոր-
հուրդս առնեմք . յորժամ յետ պատ-
մելոյ զբանսն Քի . աղօթողական կեր-
պիւ խօսիմք , աղաչելով զԱծ . զի

արաս

արտաքոյ զհացն մարմին քն. և ոչ յոր ժամ պատմականն կերպիւ խօսիմք. Թէ քրիստոս այսպէս արար և այսպէս ասաց:

Ժե 15 Բայց կարծիքս այս է' չար աղանդոյ. Հակառակ ա̃ծային աւանդից, և ողջամիտ վարդապետութեան սրբոց հարցն, և ամենայն ընդհանուր եկեղեցւոյ. որպէս յետոյ ցուցանիցեմք, յորժամ և պատասխանի տացուք վերոյգրեալ առարկութեանցն վարդանայ:

Ժզ 16 Երրորդ կարծիքն է' այնոց ուղղափառ Հայոց վարդապետաց. որք համաձայնութեամբ ընդհանրական եկեղեցւոյն և համաձայնութեամբ սբ ժողովոցն, ուսուցանեն. Թէ յայնժամ կատարի այս խորհուրդս և լինի յեղաշրջումն գոյութեան. յորժամ քահանայն արտաբերէ զնոյն խօսս քնի, որով կատարեաց զնա տէրն մեր յիսուս քս. որպէս առաջագոյն ասացաք: Զայս սահմանեցաւ ի սբ ժողովոյն Փլորենտեայ. որում համաձայնութեամբ Թէ հայոց ցեալ ժողովոյն · յ̃յ · լատինացիք, յոյնք, և Հայոց հրեշտակքն: և զնոյն կրկնեն հաստատութեամբ յետոյ սբ ժողովքն տրիդենտոյ:

Ժէ 17 Եւ արդ' այս ճշմարիտ բանս հաւատոյ ստուգեալ ի սուրբ գրոցն: քանզի քն յայնժամ կատարեաց զայս խորհուրդս հաղորդութեան. յորժամ ասաց, Այս է մարմին իմ. Այս է' արիւն իմ. որպէս և խոստովանին Հայք յայտնապէս խոստովանելով. և ոչ ասաց յայնժամ. արասցէ կամ եղիցի այս հաց մարմին իմ. և այս գինիս արիւն իմ. որպէս պայծառանայ աւետարանիչքն և պօղոս յառաջնումն կորնթացւոց. Ժա. գլխոյն: ապա ուրեմն

զօրու—

autem, cùm narramus, Christum ita fecisse, & ita loquutum esse.

Ժե 15 Verùm hæc opinio, quæ fuit etiam nonnullorum è recentioribus Græcis, quàm falsa sit, & contraria traditionibus Sacræ Scripturæ, sanctorum Patrum, & vniuersalis Ecclesiæ, mox infrà demonstrabitur, vbi & ad propositas Vartani obiectiones respondebimus.

Ժզ 16 Tertia demùm sententia est Armenorum Patrum Catholicorum, qui cum Orthodoxa Ecclesia sentiunt, hoc Sacramentum tunc effici, cùm à Sacerdote illa eadem Christi verba proferuntur, quibus ipse Dominus illud confecit, vt suprà diximus. Ita definiuit Conciliũ Florentinum, sess. vlt. in Decreto pro Armenis, ipsis Græcorum Episcopis, & Armeniorum Legatis consentientibus: idemque confirmauit posteà Concilium Tridentinum in Catechismo.

Ժէ 17 Hæc ergo vera sententia probatur primò ex testimonio sacræ Scripturæ: Nam Christus tunc consecrauit, & perfecit hoc Sacramentum, cùm dixit: *Hoc est corpus meum: Hic est sanguis meus*: vt Armenij ipsi fatentur; neque tunc dixit: fiat hic panis corpus meum, & hoc vinum sanguis meus: vt patet ex Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22. & Corinth. 11. Ergo virtute illorum tantùm verborum, quæ Christus dixit, fit etiã à nobis huius Sacramenti consecratio, & non, cùm dicitur: *Rogamus te Deus, Vt panem hunc facias corpus Christi*. nam vera

ra forma Sacramentorum est illa, quam Christus instituit; non illa, quam nos pro libito excogitamus. Dicit autem Sacerdos: *Hoc est corpus meum:* & non, hoc est corpus Christi: quia non in persona sua, sed in persona Christi consecrat Eucharistiam.

Preterea, postquàm Saluator hoc Sacramentum confecit, dixit: *Hoc facite in meam commemorationem:* ergo iussit, nos ipsos hanc rem facere, imitarique actionem ipsius; & non tantùm rogare Deum, vt ipse faceret, ac si dixisset: *Sic facite, sicut & ego feci:* sed ipse tunc consecrauit, cùm dixit: *Hoc est corpus meum:* ergo & nos Sacerdotes, cùm hoc idem in persona Christi dicimus, consecramus.

Probatur secundò ratione: quia similis est ratio Baptismi, & Eucharistiæ, vt docet Chrysostomus homil. 2. in 2. epist. ad Timoth. & Augustinus apud Gratianum, dist. 2. de Consecr. can. Vtrùm: Sed in Baptismo id, quod conficit Sacramentum, non sunt preces humanæ, sed illa Domini verba: *Baptizo te,* vel, vt Armenij dicunt, *Baptizatur per me seruus Christi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti:* Ergo & in Eucharistia id, quod facit Sacramentum, non sunt humanæ preces, sed verba Domini: *Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus.*

Præterea, preces humanæ non sunt necessariò impetratoriæ, præsertim si à malo Ministro fiant; nisi constet de promissione à Deo fa-

Ժը զօրութ̃ նոյն բանիցն քն̃ կատարի 'ի
18 մէջ նոյն խորհրդոյն. և ոչ յորժամ
ասէ. Աղաչեմք զքեզ տր̃. զի զհացս
զայս արասցես մարմին քն̃: բան զի
ծիսակարգս ձև խորհրդոյն է՛ այն միայն
զոր հաստատեաց քն̃. և ոչ այն, զոր
մեք ըստ հաճութ̃ կամաց մերոց հն
նարեմք: Իսկ ասէ քահանայն. Այս
է՛ մարմին իմ. և ոչ ասէ. Այս է՛ մար
մին քն̃: զի ոչ 'ի դիմաց իւրեանն, այլ
'ի դիմաց քն̃ խոստովանէ կատարէ զայս խո
րհուրդս:

Եւ դարձեալ փրկիչն մեր յորժամ յետ կա
ԺԹ տարելոյ զխորհուրդս այս. Զայս
19 արասջիք առ իմոյ յիշատակի: այսպէս
ուրեմն հրամայեաց. զի մեք արաս
ցուք զայս, և նմանեսցուք արարո_
ղութ̃ն նորա: և ոչ զի միայն աղա_
չեսցուք զած̃. զի նա արասցէ: Իբր
թէ ասէր. Այսպէս արասջիք դուք.
որպէս և ես արարի: Բայց՝ ինքն յայն
ժամ փոխարկեաց և կենդանացոյց
զհացն. յորժամ ասաց. Այս է՛ մար
մին իմ: այսպէս ուրեմն և մեք քահա_
նայքս՝ յորժամ զնոյն ասեմք 'ի դէ_
մաց քն̃. զհացն փոխարկեմք.

Երկրորդ՛՛ ցուցանի բանական_
Ի թբ: Վն̃ զի նոյնպ̃ պատարանեմք մկրտու_
20 մաբանել իւր խորհրդոյ հաղորդու_
թ̃ն. որպ̃ և իւր խորհրդոյ մկրտու-
թ̃ն. ըստ որում ոսկեբերանն ասէ
օգոստինոս, և ասէ ոսկեբերան 'ի
նեբբերդեանն որ իւր երկրորդ" Թղթոյն
առ տիմոթէոս: այդ՝ զմկրտութ̃ն
ոչ կատարեն մարդկային աղաչանք.
այլ բանն քն̃. մկրտեմ զքեզ յանուն
հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. կամ
մկրտի 'ի ձեռս իմ ծառայս քն̃ և այլ:]
Նմն և զխորհուրդ պատարագութ̃ն
ոչ կատարեն մարդկային աղաչանք.

այլ

այլ բանքն են . Թողում , համարձակեալ զքեզ 'ի մեղաց և այլն :] այլ ապա պարեանն և զհաղորդութեանն ոչ կարառելն մարդկային աղաչանօքն . այլ բանքն են . Այս է' մարմին իմ . Այս է' արիւն իմ .] զի որոց քն հրամայեաց առնել . դուք մկրտեսջիք : և զորոց դուք թողուցուք զմեղս՝ նոյնոց և հրամայեաց առնել՝ զայս դուք արարջիք :

Եւս երրորդ՝ մատուցանելն աղաչանացն ոչ պանծելի այսպէս մեծ զօրութեան զօրծոց խնդրելն յաստուածոյ . մանաւանդ Թէ առաքեալ լինիցին յաստուածոյն մարդոյ . բայց այժմ . Թէ ուր մեղաւոր քահ ոչ լինէ : Իսկ հաստատութիւն այսր խորհրդոյ անսխալականութեամբ մեծ է նէ . Թէ պատարագողն քահանայն արդար իցէ . Թէ մեղաւոր և անարժան մանն : այլ ոչ պակաս ոչ լինի զօրութն աղաչանացն . Թէ աղաչեսցէ և խնդրեսցէ 'ի քէն ամ . զի զհացս այս մարմին քն արասցես :] այլ լինի զօրութն Ճոյն բանիցն են :

Երրորդ ցուցանի վկայութն եկեղեցւոյն հայոց : Նախ՝ զի հայոց քահանայն առնէ 'ի մէջ պատարագին . Թէ ինքն կատարէ զայն խորհրդոյն ոչ 'ի դիմաց իւրոց . այլ 'ի դէմաց քն . այսինքն . Թէ քն պատարագէ և մատուցանէ բերանով նորա . և կրկնէ զայն առաջին պատարագն , զոր կատարեաց էր առաջի առաքելոց՝ 'ի վերնատանն ; Եւ զայս առնէ քահանայն յաղօթս քան զպատարագելն , զբանն 'ի մէջ այն աղօթիցն . որոյ սկիզբն է' . Ոչ ոք արժանի է' և այլն . առնել այսպէս : Արժանի արա մատուցանել զընծայս զայս 'ի մեղաւորս և յանարժան ծառայս քում մի :

Իա facta exaudiendi huiusmodi preces:
21 at confectio huius Sacramenti est infallibilis, & certissima, à quocunque fiat ministro, dummodò sit Sacerdos: ergo non debet ab illa humana prece pendere: *Rogamus te Deus, Vt panem hunc facias corpus Christi*: quia neque ex verbo Dei, neque vllo Ecclesiæ testimonio ostendi potest, hanc precem esse formam Sacramenti Eucharistiæ, seu annexam habere diuinam promissionem.

Probatur tertiò ex Ecclesię ipsius
ԻԲ Armenæ testimonio: Primò, quia
22 Sacerdos Armenus Eucharistiam consecrat non in persona sua, sed in persona Christi; seu, quod idem est, Christus per os eius consecrat, & sacrificat, repetitque primam illam consecrationem, quam fecerat coràm Apostolis: sicut idemmet Sacerdos in sua Liturgia fatetur: nam in ea Oratione, quæ incipit: *Nemo est dignus*: ante consecrationem sic orat: *Fac me dignum, qui offeram tibi ego peccator, & in-*
ԻԳ *dignus seruus tuus munera ista: tu*
23 *enim es, qui offers, & offereris, qui suscipis, & donas, Christe Deus noster*: at sola illa verba, *hoc est corpus meum; hic est sanguis meus*, &c. dicit ipse in persona Christi, seu dicuntur à Christo per os eius: ergo solùm per hæc verba fit consecratio: nam alia posteriora: *Rogamus te Deus, Vt panem hunc facias corpus Christi*, &c. non dicuntur ab ipso in persona Christi, sed in persona propria: ergo, si per ea consecraret, fal-

falsum esset, quod anteà dixerat: Իդ
Tu es, qui offers, & offereris. ac præ- 24
tereà, si tunc, cùm ipse in persona Christi dicit, hoc est corpus meum, non fieret panis ille corpus Christi, sed differretur præsentia corporis Domini vsque ad aliorum verborum recitationem; verba illa essent falsa, & tunc à Sacerdote mendacium diceretur.

Secundò, quia idem Sacerdos in eadem Oratione Christum precatur, dicens: *Fac me Virtute Spi-* Իե
ritus sancti tui idoneum, cùm sim 25
Quemadmodùm intelligitur etiam illud, Act. 3. *Argentum, & aurum non est mihi:* hoc est, neque Argentum, neque aurum est mihi: siuè, argentum, vel aurum non est mihi. Et illud, Ioan. 15. *Si non venissem, & loquutus fuissem eis; peccatum non haberent:* id est, si neque venissem, neque loquutus fuissem: aut, si non venissem, vel non loquutus fuissem. Ostendit ergo Dominus per illa verba, satis esse, si sub alterutra specie Eucharistia sumeretur à populo: & hoc subindè clarius explicauit, dicens: *Qui manducat me, viuet propter me.* Et itèrùm: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.*

ՅԱՂԱԳՍ 1

[illegible]

[illegible]

[illegible]

DE COMMVNIONE

Puerorum ante perfectum vsum rationis.

Sectio IV.

QVæritur quartò: vtrùm ad Eucharistiam sumendam obligentur ex diuino præcepto

cepto etiam paruuli, qui diſcretionis vſum non habent?

Reſpondetur negatiuè, contra Pſeudo magiſtros communiter, & præcipuè Gregorium Dattieueſem, qui in Tract. de Euchar. ſic loquitur; *Latini Euchariſtiam pueris non tribuunt, niſi ad duodecimum ætatis annum peruenerint: quapropter iſtorum plerique ſine illius ſuſceptione moriuntur, & Salute priuantur.* Fuit autem noſtra Reſponſio de Fide definita in Concilio Tridentino Seſſ. 21. can. 8. his verbis: *Si quis dixerit, paruulis, antequàm ad annos diſcretionis peruenerint, neceſſariam eſſe Euchariſtiæ communionem; anathema ſit.*

Et probatur: quia Euchariſtia non eſt ad ſalutem neceſſaria ſimpliciter, ſeu neceſſitate medij, ſed tantùm neceſſitate precepti: at paruuli, rationis vſu carentes, non tenentur ſeruare præcepta neque humana, neque diuina; vt conſtat, cùm non ſint præcepti capaces; aut certè excuſantur, cùm non poſſint illud implere: vndè non tenentur honorare parentes, non occidere, non furtum facere, &c. ergo neque ſumere Euchariſtiam; atque adeò decedentes ſine ſumptione illius, non pereunt. Maior probatur: quia illa Sacramenta ſunt neceſſaria ſimpliciter ad ſalutem neceſſitate medij, quæ per ſe præſupponunt hominem priuatum gratia Dei, & mortuum per peccatum læthale ſiue originale, ſiue actuale, vndè per ſe ordinantur ad illum reſuſci-

երեխայք և տղայք, որ ոչ ունին կա_
Բ տարեալ բանաւորութի:
2 Պատասխանեմք ընդդ. սէ ժողովոյն ասէրն
Թոյ բացասելով: Եւ բանք ասելերա_
կան սէ ժողովոյն ՚ի յութերդ՛՛ կանոն
նին. ի ա. ժողովման՝ են այսուքիկ:
ԵԹէ ոք ասիցէ. Թէ մանկանցն, յա
ռաջքան զհասանելն ՚ի յամս բանա_
ւորութե. հարկաւոր լիցի սէ խոր
հրդոյ հաղորդութեն. նզովեալ եղի
ցի.] Իսկ այս ուղղափառ կանոնս
հաստատեսցին առ-աս վերոյիշեալ. մա
նաւանդ զրնգոյ ասմթեւացին. որ ՚ի
գլուխն յիշա հաղորդութե ասացեա
Գ ալ: Ս մանկունս ոչ հաղորդեն գաւա
3 նիք. մինչև լիցին երկոտասան ամե_
այ: և բազումք անհաղորդք մեռա_
նին. և զրկին ՚ի քնէ:]
ԵՂրդ՝ մեր պատասխանատրութիւնս
ցուցանի: քանզի հաղորդութին ոչ
է հարկաւոր մն փրկութե ըստ ինքե
ան, և հարկաւորութե միջնորդի.
այլ միայն հարկաւորութե հրամա_
նին, զոր եդ քն. որպէս յետոյ ցուցա
նիցեմք: Իսկ մանկունք, որ ոչ ունին
զբանաւորութի, ոչ պարտաւորին
պահել զհրամանս ոչ զմարդկայինս,
Դ և ոչ զաստուածայինս. որպ յայտ է. քանի
4 զի ոչ են ընդունակք հրամանաց, և
ոչ կարեն պահել զնոսա: կմ որոյ և
ոչ պարտաւորին պատուել զծնողսն
իւրեանց. կամ հրաժարել ՚ի գողու_
Թէ, ՚ի մարդասպանութէ, և այլ
լոց նմանց, զոր արգելուն ստծային հր
րամանքն. զի ոչ կարեն գիտակք լինել
նոցա: ապա ուրեմն և ոչ պարտաւո
րին պահել զհրաման հաղորդու_
Թե: ուստի անհաղորդ մեռանելով
ոչ զրկին ՚ի փրկութե: ԵՂրդ. առաջ
նորդին բանն ցուցանի. զի այն խոր
հու_

հասարակ են հարկաւոր վն փրկութե
ըստ մնչեաց և հարկաւորութ է մի
ջնորդի. որք զառաջին զշնորհս զրկե
ալ ՚ի յաւծ-ալյին շնորհացն և մեռեալ
ակզբնականն կամ ներգործականն մե
ղօքն. և որք ըստ մնչեանց ոտնեն յա
րու-ցանել և արդարացու-ցանել զնա,
ապայով նմա զառաջին շնորհս որբա
ցուցել, առանց որոյ ոչ կարէ շահել
փրկութի: և այսպիսիք են մկրտութ եւ
կու խոստովանութ. իմ. մկրտութին վն
ամենեցուն. և ապաշխարութին վն
մեղուցելոյն. Բայց հաղորդութին
ըստ մնչեանն ոտնե զառաջել զմարդն
հոգևորապէս կենդանին և ՚ի շնորհս այ
և ժառանգ փառաց. ուստի ընկա
լի առաջնումն ոչ զշնորհս առաջին, այլ
զաճումն շնորհացն: այսպ ուրեմն
հաղորդութին ոչ է՛ հարկաւոր ՚ի փր
կու-Թե ըստ մնչեանն և հարկաւորու-
Թե միջնորդի, այլ միայն հարկաւո
րու-Թե հրամանի. զի որ զեղծ զայս
հրամանն, և ոչ պահէ զնա, մեղանս
չէ. և առանց այսր. մեղուցեալ ոչ կարէ փր
կել:

Վասն որոյ հետևի. Թէ մարդ,
որ ոտնի կատարեալ հասակ, կարէ
երբեմն փրկել առանց հաղորդու
Թե. և առանց ուխտի նորա. եԹէ
ունիցի զանյաղԹելի անգիտուԹիւն
յԱղս այսր հրամանի. և կամ զայս գի
տելով անկարծ-ակի մեռանիցի շու
տով զկնի մկրտուԹե: Բայց եԹէ
մեռանիցի առանց մկրտուԹե և ա
ռանց ուխտի նորա. ոչինչ կերպիւ
կարէ փրկել. որպէս և ոչ ևս առանց
խոստովանութ ապաշխարուԹե կամ ուխ
տի նորա, եԹէ մեղաւ զկնի մկրտու
Թե: Եւ պատճառ այսորիկ է. զի
յորժամ մարդն պահպանի ըստ այնմ,

որ

Ե 5 suscitandum, & iustificandum per primam gratiam, sine qua non potest acquiri salus: qualia sunt Baptismus omnibus, & Pœnitentia lapsis: sed Eucharistia per se præsupponit hominem, à quo sit sumenda, esse spiritualiter viuum, & in gratia Dei, ac proindè hæredem gloriæ; quarè per se ordinatur tantùm ad augumentum gratiæ illi conferendum: igitur Eucharistia non est ad salutẽ necessitate medij necessaria.

Hinc est, quòd in aliquo casu
Զ 6 saluari potest etiam adultus sine Eucharistia, & sine voto illius; si V. G. vel nesciat inuincibiliter hoc præceptum; vel sciens, statim, & improuisò post Baptisma susceptũ moriatur. at sine Baptismo vel in re, vel in voto in nullo casu potest saluari; sicut nec etiam sine pœnitentia, si post Baptisma peccauerit. Et ratio est, quia in ijs, quæ ad salutem solùm requiruntur necessitate præcepti, excusat impossibilitas, aut inuincibilis ignorantia: secùs autem in ijs, quæ necessitate medij necessaria sunt.

Է 7 Probatur secundò: Ideò iubentur adulti Eucharistiam sumere, vt possint per eam conseruare sibi vitam spiritualem, in Baptismo acceptam; hoc est, expiari à culpis venialibus, & acquirere augmentum gratiæ, ac robur ad superandas tentationes, & ita præseruari à mortalibus, ne vitam illam amittant: ac sic intelligitur illud: *Nisi manducaueritis, &c. non habe bitis vitam in vobis*; id est, non poteritis

eam

eam retinere, ſed amittetis. At hæc non habent locum in paruulis; qui, cùm ſint rationis expertes, nequeũt tentationibus ſubiacere, nec peccatum vllum committere; ac proindè vitam, & gratiam Baptiſmalem neque ex toto, neque ex parte amittere poſſunt. Igitur non eſt, cur Euchariſtiam ſumere teneantur.

Obijciunt Dattieuenſis, alijque Pſeudomagiſtri: Dominus inquit Ioan. 6. *Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem; non habebitis vitam in vobis*: ergo, niſi paruuli ſumant hoc Sacramentum, vitam, ac ſalutem non conſequentur.

Reſpondetur, præceptum hoc fuiſſe à Domino poſitum, non pro paruulis, ſed tantùm pro adultis: Primò, quia paruuli, vtpotè rationis vſu carentes, non ſunt vllius præcepti capaces. Secundò, quia finis talis præcepti fuit vitæ ſpiritualis conſeruatio, quæ non eſt neceſſaria, niſi in quibus vita iã acquiſita minui, aut amitti poteſt; quales non ſunt infantes. Tertiò, quia idem præceptum non fuit à Chriſto prolatum per modũ generalis Conſtitutionis: non enim dixit: Niſi quis manducauerit, &c. ſicut ait de Baptiſmo: *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. ſed dixit: *Niſi manducaueritis*; dirigens ſic ſermonem ad audientes, ſcilicèt ad eos tantùm, qui eſſent capaces diſcretionis, & ſuſcipiendi obligationem talis præcepti; cùm hi ſoli, ne vitam amittant, indigeant Euchariſtia: Sicut

etiam

որ է՛ հարկաւոր միայն հարկաւորու-
Է 8 ԹԷ հրամանի. կարէ պատահել զան-
կարողուԹին իւր և կամ զիւրն ան-
գիտուԹին առանց մեղաց. և ունե-
լով զաւազանին շնորհն, փրկեալ լինի։
Բայց՝ յորժամ պակասի ըստ այնմ,
որ է՛ հարկաւոր հարկաւորուԹէ միջ-
նորդի. ՅԸ. որ բերէ մեզ զաւազանին շնո-
րհս. Թէպէտ պատահեսցէ զանկարո-
ղուԹին կամ զանգիտուԹին իւր. սա-
կայն ոչինչ օգտէ. զի ոչ ունելով զհա-
րկաւոր միջնորդ վ՟ փրկուԹեն. ՅԸ.
զաւազանին շնորհս ոչ. կորնչի։

Երկրորդ՝՝ ցուցանի մեր պատասխանին։
Թ 9 քանզի սակս այսորիկ հրամայեաց ՔՍ
հաւատացելոցն առնուլ զհաղորդու-
Թին. զի կարիցեն 'ի ձեռն նորա պա-
հել յանձինս զհոգևոր կեանսն, զոր
առեալ էին յառաջ 'ի մկրտուԹենէ,
կամ յապաշխարուԹէ, ՅԸ. քաւել
'ի ներելի մեղաց, և շահել զաճումն
շնորհացն և զօրուԹի վասն յաղԹելոյ
զփորձուԹիս, և հրաժարելոյ 'ի մա-
հուչափ մեղաց. զի մի՛ կորուսցեն
զայն կեանսն։ Եւ ըստ այսմ մտացս
իմանի այն բանն. ԵԹէ ոչ կերիջիք և
այլն. ոչ ունիցիք զկեանս յանձինս,
Ժ 10 ՅԸ. ոչ կարիցէք պահել զկեանսն 'ի ձեզ.
այլ կորուսանիցէք զնա։ Բայց՝ այսո-
քիկ ոչ ունին տեղի 'ի մանկունս. զի
դորա՛ ոչ ունելով զբանաւորուԹին,
ոչ կրեն զփորձուԹիս, և ոչ կարեն
մեղանչել. վ՟ որոյ և ոչ կարեն կորու-
սանել զկեանս և զշնորհս զոր առին
'ի մկրտուԹեն։ ապա՛ ուրեմն այդպի-
հրամանդ ոչ եղաւ՛ վ՟ նոցա։

Իսկ՛ առարկէ տաԹևացին և այլ
դաւանակիցքն նորա այսպէս։ Ասաց
տէրն 'ի յոհան վեցերորդ՝՝ գլխոյն. ԵԹէ
ոչ կերիջիք զմարմին որդւոյ մարդոյ.

և

և արբջիք զարիւն նորա. ոչ ունիցիք զկեանս յանձինս : այսպա՛ ուրեմն եթէ մանկունքն ոչ առնուցուն զայս խորհուրդս. ոչ շահիցեն զկեանս և զփրկութիւն.

Պատասխանի. Թէ զայդ հրամայեաց քն ոչ վա՛ փոքր մանկանց. այլ մեծաց զինոցս՛, որ 'ի կատարելութեան հասակի և 'ի միտս ժամանեցին : Նաև՝ զի մանկունքն՝ ոչ ունելով զբանաւոր ուսուԹիւնն, ոչ են ընդունակք հրամանի ուսուց : Երկրորդ՝ զի այդ հրամանդ եղաւ՛ վա՛ պահելոյ զհոգևոր կեանս: այսպա՛ մանկունքն, որք ոչ կարեն մեղանչել և կորուսանել զայս կեանսն, ոչ կարօտին այնպիսի պահպանման և հրամանին : Երրորդ՝ զի քն ոչ հրամայակեաց զնոյն հրամանն բայց կերակրի հասարակ ինչ օրինաց վասն ամենեցուն. զի ոչ ասաց. եթէ ոչ ոք կերիցէ զմարմին և այլն. որպէս ասաց վասն մկրտութեանն. եթէ ոչ ոք ծնցի 'ի ջրոյ: այլ ասաց. եթէ ոչ կերիջիք. ուղղելով զբանս զայս առ լսօղս. յն. առնօսա՛, որ էին ընդունակք բանաւորութե՛ և այնպէս հրամանին. զի դոքա՛ միայն կարօտանան հաղորդութե՛ն, զի մի կորուսանիցեն զկեանս : որպէս և յորժամ ասաց 'ի ղկաս. Յգ. րդ՝ գլխն. Եթէ ոչ ապաշխարհիցէք. ամենեքին նոյնպէս կորնչիջիք :] ոչ վա՛ ամենեցուն զայս ասաց. այլ միայն վա՛ մեղաւորաց. զի դոքա՛ միայն կարօտին ապաշխարութե՛ն, զի մի կորնչիցին : Եւ չորրորդ՝ զի խօսելով քն յղգս ուտելոյ զհացին խորհրդաւոր. ոչ կարաց խօսել վա՛ երեխայից. զի դոքա՛ ոչ են սովոր և ոչ կարեն ուտել զհացն. այլ հաղբ՝ զկաթն ծծաել :

Երկրորդ՝ առարկեն ասելով. Թէ

սբն

Յա 11
Յբ 12
Յգ 13

etiam, cùm dixit Luc. 13. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis*, non omnes adultos est alloquutus, sed duntaxàt peccatores; cùm hi soli, ne pereant, indigeant pœnitentia. Quartò denique, quia dum loquitur de manducatione panis Eucharistici, seu de carne sua sub specie panis, certè non pro infantibus loquitur, qui non solent, nec possunt pane vesci, sed lacte.

Obijciunt secundò: Dionysius Areopagita, lib. de Cælest. Hier. c. 2. par. 2. dicit, tradendā esse baptizatis sacram Cōmunionem. Item August. alijq; Patres dicunt, verba illa Christi esse etiam intelligenda respectu paruulorum: immò ex necessitate Eucharistię colligunt necessitatem Baptismi cōtra Pelagianos.

Respondetur, Dionysium ibi loqui de Baptismo Adultorum, non puerorum: loquitur enim de ijs, qui ad Fidem conuersi, petunt baptizari: quibus, ait, post Baptisma non modò sacram Communionem, sed etiam ante hanc Chrismatis sacramentum conferendum esse; vt mos est etiam apud Latinos.

De Augustino autem, alijsq; Patribus dico; eos, cùm extendunt hoc Domini præceptum etiam ad paruulos, exponere tunc illa eius verba, non iuxta sensum literalem de manducatione reali Eucharistiæ, (nam, quandò de hac loquitur Augustinus, præsertim lib. 4. contra Pelagianos, cap. 22. apertè nostrę sententiæ suffragatur, dicens: *Nec illud cogitetis, paruulos vitam habere*

Ffff non

non posse, qui sunt expertes corporis, & sanguinis Domini:) sed iuxtà sensum mysticum de manducatione spirituali, quæ fit à paruulis in Baptismo per mysticam vnionem cum corpore Christi, iuxta illud Gal. 3. *Quicunque baptizati estis, Christum induistis.* Tunc enim paruuli fiunt membra corporis Christi, & communicant corpori, & sanguini eius spiritualiter per votum, non quidem explicitum, cuius sunt incapaces, sed implicitum in ipso Baptismate, hoc est, per habitum Fidei, Spei, & Caritatis, in Baptismo acceptum vnà cum gratia iustitiæ originalis; & tunc ius acquirunt ad Eucharistiam suo tempore reali manducatione percipiendam. quippè, sicut qui nascitur, naturaliter incipit cibum appetere; ita etiam illi, hoc ipso quod renascuntur in Christo, appetunt per votum illud implicitum, vt modò iam dixi, cibum hunc sacrum corporis eius, & sic quodammodò spiritualiter illum manducant. De hac itaque spirituali manducatione corporis Domini, quæ fit per Baptisma, intelligit cum alijs Patribus Augustinus, cùm hoc præceptum extendit ad paruulos; & ex necessitate illius necessitatem Baptismi colligit contra Pelagianos: de ipsa verò sic loquitur in Epist. ad Bonifacium: *Nulli est aliquatenùs ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis, sanguinisque Domini participem fieri, quandò in Baptismate membrum corporis Christi efficitur; nec alienari ab illius* pa-

Refertur de Conf. dist. 4. cap. Nulli.

Ժդ 14 սրբն դիոնէսիոս արիսպագացին 'ի յերկրդ" գլխոյն յիշա եկեղեցական քահանայապետութեան ասէ. թէ արժան է՛ տալ զհաղորդութիւն մկրտելոցն:

Պատասխանի, թէ սրբն դիոնէսիոս անդ խօսի յաղագս տղայոց, որք 'ի կատարեալ հասակին մկրտին. և ոչ վասն տղայոց, որք մկրտին 'ի յերեխայութեան: զի խօսի յիշա այնոցիկ, որ դարձան 'ի հաւատս քէն, և խնդրեն զմկրտութիւն և ասէ. թէ պարտ է՛ տալ դոցա զկնի մկրտութեան նախ զխորհուրդ դրոշմին, և յետոյ զհաղորդութիւն. որպէս և սովոր է՛ և ս առնել մեր եկեղեցին հռոմայ:

Ժե 15 Թերևս ասիցէ ոք. թէ մանկունք արգելեալ ոչ եղեն առանց 'ի խորհրդոյս հրամանաւն այ. և ոչ զվնաս ինչ քերէքրնոցա հաղորդութե, այլ յաւէտ զանձուն մկրտականն շնորհացն: ապա ընդէ՞ր յարևմտեան եկեղեցին հաստատեաց ոչ հաղորդեցուցանել զերեխայս:

Պատասխանի. թէ քարոզ կացուցեալ եղև ոչ տալ մանկանց զհաղորդութիւն յառաջ քան զհասանելն նոցա 'ի կատարեալ քանաւորութի: և այս եղև

Ժզ 16 վն երկուց պատճառաց: Նախ՝ զի այդպիսի մանկունքն ոչ կարէին ճանաչել զքաղցրութիւն պատուականն ոճ խորհրդոյս, կամ ունել առնում ջերմեռանդութի ինչ սիրոյ կամ հաւատոյ. որպէս պահանջանէր արժանաւոր ճաշակողացն, ըստ այնմ. թէ փորձեսցէ մարդ զանձն իւր. և ապա 'ի հացէ անտի կերիցէ, և 'ի բաժակէն արբցէ:] Եւ երկրորդ" զի մի՝ այս քան մեծամեծ խորհուրդս ամէլլիցի յանարգութի, և մանաւանդ 'ի կարծիք արատաւորմանն: քանզի երեխայք քա-

բաղում անպարտ յաղաւտարարս ձգեմն 'ի քն
բանոյ եւ բեմանց ընկերանալ հաղոր
դութեն ։ ուստի մի եղկեալ պատահի
ուաղս այսորիկ ոչ է՛ արժան ասել նո
ցա զայս խորհուրդս. եւ որ ոչ է՛ հա
ըկաւոր մի նոցա փրկութեն ։

Զի որ' կարեն ասել հնգնաւորք ոմա
նք ընթել ։ եւ ասաւոքն հարցումն. Յոր
ում համամեն ընդդէմ սրբոյ
առաքեալն ընկերանալով զայս խորհր
դոց, եւ մատուցանել ամենայն հրամանա
ցն ։ Պատասխանի . Թէ յորժամ նա ըմբռ
նել կարասցէ զպատարագութեան ամենայնի
խորհրդոյս, եւ ընդունելութեան արժանի 'ի
մէջ սրբոյ կենդանեացս եւ այլոցն . եւ որ
առաքել զնորոգումն ծնող սիրով եւ
հաւատոյ 'ի դէմ նորա . յայտնեալ հա
ղորդոյն կատարել զայս հրամանս
քն ։ մի որոյ պարտ է՛ խոնհեմ խոստո
վանելով նորա ընդունել զայս . եւ ու
սուցանել զմանուկս . եւ դառնալ, մի
Թէ ընդունելով եղէ առնուլ զայս խոր
հուրդս . Թէ ոչ ։

Երկրորդ'' հարցումն . Քանզի սա
զամ 'ի կենաց առնէ հաղորդութեան մա
րդ առնուլ զհաղորդութեան . մի մնա
ըկլոյ հրամանացն էր ։ Պատասխանի . Թէ
ոչ մնացեալ հրամանացն էր այնորիկ .
որ 'ի կենաց յոլով առնաց ասկաւ ինչ
անգամ հաղորդութեն ։ քանզի եհման
այնորիկ քն հաստատեաց զայս խոր
հուրդս ըստ կերպի կերակրոյ եւ ըմպ
ելւոյ . զի ցուցցէ մեզ . Թէ որպէս
մեք առ 'ի պահել զմարմնաւոր կե
անս, որ ընական քերմութեամբն ծա
խի եւ պակասի . հարկաւորեմք ոչ սա
կաւ ինչ անգամ, այլ բազմիցս ճաշա
ցանել զնոյն մարմնաւոր կերակուրն ։
Նոյնպէս եւ մինչ պահելոյ զհոգեւոր
կենանս , որ հանապազորդ փորձու-

Թեք

Ժէ *panis, calicisque consortio, etiamsi,*
17 *antequam panem illum comedat, &*
calicem bibat, de hoc sæculo in Vnita-
te corporis Christi constitutus absce-
dat. Hoc ipsum docet in libro 1.
contra Iulianum; & lib. 3. de Pec-
catorum meritis, & remiss. cap. 4.
& in Serm. ad Infantes, quem citat
Beda in Comment. 1. Cor. 10. &
addit, hoc modo infantes per su-
sceptionem Baptismi implere præ-
ceptum de sumptione Eucharistiæ.

Dicent: Eucharistia diuino sal-
Ժը tem iure prohibita pueris non est;
&, si daretur, augeret illis gratiam
18 Baptismalem: ergo non est ratio,
cur eis denegari debeat ab Ecclesia
Occidentali.

Respondetur, conuenientissimè
constitutum esse in Occidentali Ec-
clesia, vt pueris ante perfectum
vsum rationis non cōferatur Eucha-
ristia; idque duplici de causa: Pri-
mùm, quia tales pueri cognoscere
non possunt, nec potuerunt vn-
quàm excellentiam tanti Sacramē-
ti; neque concipere erga illud de-
Ժթ uotionem vllam, aut fidem, sicut
19 expediret dignè sumentibus, iuxta
illud 1. Cor. 11. *Probet autem se-*
ipsum homo, & sic de pane illo edat,
& de calice bibat. Deindè, ne sic
exponatur hoc Sacramentum ma-
nifestæ irreuerentiæ, ac præsertim
periculo expuitionis, sicut potissi-
mè experiuntur Armenij, qui ad
illud suscipiendum adducere fre-
quenter solent infantes, etiam fa-
sciis inuolutos, ac vident, eos Eu-
charistiam ori suo intrusam expue-

re. propterea, cùm non sit hoc Sacramentum illis necessarium ad salutem, non debet ob dictas causas conferri.

Petes hìc primò: In qua ætate incipit obligari fidelis diuino præcepto sumendi Eucharistiam? Secundò: quotiès in vita tenetur illam accipere? Tertiò: quo tempore obstringitur hoc implere præceptum?

Respondeo iuxta communiorē, & tutiorem Theologorum sententiam: Ad primum, incipere hanc obligationem in ea hominis ætate, in qua incipit is esse capax discernendi hunc sacrum cibum ab alijs; & concipiendi erga illum fidem, ac deuotionem; vt ex dictis colligitur: qua in re standum est arbitrio prudentis Confessarij.

Ad secundum; non satisfacere diuino præcepto fideles, qui in tota, & longa vita semel tātùm communicant, sicut plerique solent in Oriente. Nam ideò Christus ad vitam hominis spiritualem alendam, & conseruandam, hoc instituit Sacramentum per modum cibi, & potus; vt scilicet innueret, quòd sicut vita corporalis, quæ naturali calore consumitur, non semel tantùm, sed pluriès cibo corporali reficienda est; sic etiam, ad vitam spiritualem, quæ assiduis tentationibus subiacet, longo tempore conseruandam, deberemus non semel duntaxàt, sed pluriès cibum Eucharisticum sumere: igitur, cùm suo præcepto Christus nos obligauerit ad huius cibi perceptionem, certè non

Ի 20 [illegible]

Իա 21 [illegible]

Իբ 22 [illegible]

Եկեղեցին հռովմայ։] Բայց՝ յետոյ ՚ի ցրտանալն այն մեծի ջերմեռանդութեան, Ֆաբիանոս պապն թոյլ ետ. զի եթէ ոչ կամիցին այնչափ անգամ հաղորդել. գոնէ երիցս յեւ տարւոյն չիւր տարւոջ զայս առասցեն հարկաւորաւք. յ. ՚ի զատկին. եւ ՚ի պենտեկոստէին. եւ ՚ի ծննդեանն տեառն։ Իսկ ապա ՚ի լեկեղեին ժամանակս պապն Իննոկենտիոս երրորդ ՚ի սուրբ ժողովն լատերանոյ հաստատեաց. զի գոնէ մի անգամ ՚ի տարւոջ հարկաւոր եցի ամենայն հաղորդել. այս. ՚ի զատկին. եւ զայս՝ վասն կատարելոյ զհրամանն քն։ Թէպէտ ՚ի գիրս յուղղ եկեղեցական կացուցմանցն ՚ի. ծգ. որ՛ գլխոյն յորդորէ զհաւատացեալսն առ ՚ի յամենայն զամենայնուր հաղորդութիւն յիւրաքանչիւր աւուր կիրակէի. եւ այսոր սովոր է՛ առնել գաւանկաց ժողովուրդն. ոչ ՚ի հարկէ. որպ ՚ի զատկին. այլ վասն ջերմեռանդութեան կամացն իւրեանց։

Արդ այսպէս աղաչեմք ՚իսկէր զոր հնեալ ազգն հայոց. զի յօժար կամօք փութասցի հոգալ վասն երկուց իրաց։ Նախ վասն պահելոյ ամենագոյն զատուցեալ հրամանն քն եւ սրբոյ եկեղեցւոյն։ եւ երկրորդ վասն ցուցանելոյ զառաւելագոյն պատիւ եւ դողումն ՚ի դէմ սոսկալի սրբութեան մարմնոյն եւ արեան փրկչին մերոյ յի։ Քանզի բազմաց մասին երեւի թուլութիւն ինչ ՚ի մէջ յարեւելցւոց քրիստոնէից։ Եւ յղջս առաւելագոյն երին ասեմք. թէ առ ոմանս յարեւելցւոցն [illegible] եւ մեծփոյթ լինի տալ բազում անգամ երէխայից զհաղորդութիւն. որ ոչ է՛ հարկաւոր եւ ոչ ՚ի քնէ հրամայեալ վասնոցա։ սակայն վասն խնքեանց անփոյթ առնեն առաւելորդք եկեղեցւոյ քահանայք,

եւ

Իգ 23 non semel tantùm in vita multorũ annorum, sed pluriès nos illum sumere iussit.

Ad tertium; teneri fideles ex diuino præcepto hoc Sacramentum suscipere, determinatè quidem in tempore mortis, quandò ad decernendum de tota re vltima iminet, & grauissima lucta cum hoste, ac proindè maxima tunc est salutaris huius cibi necessitas: pro alio autem tempore non determinasse Christum tempus sumendi, sed hoc reliquisse ab Ecclesia determinãdum.

Իդ 24 Quapropter hæc pro diuerso ipsius statu diuersa edidit decreta ad istud Christi præceptum exequendum. Nam in primitiua Ecclesia, quandò magna quidem erat fidelium deuotio, statutum fuit, vt quotidiè fideles commnicarent: vndè Anacletus Papa in Epist. 1. sic scribit: *Peracta consecratione omnes communicent, qui noluerint Ecclesiasticis carere liminibus: sic enim & Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia.* Habetur de Conf. dist. 1. cap. Episc.

Իե 25 Deindè frigescente deuotione fidelium, Fabianus Papa indulsit, vt, si non frequentiùs, saltem ter in anno communicarent, scilicèt in Paschate, Pentecoste, & Natali Domini. De Conf. distin. 2. cap. Etsi non frequentiùs. Postremò Innocentius III. in Concilio Lateranensi præcepit annuam Communioné semel saltem in anno, hoc est, in Paschate. Cæterùm in lib. de Eccles. Dogmatibus, cap. 53. exhortantur fideles, vt singulis diebus Dominicis Eucharistiam sumant. Extat liber hic inter Opera D. Augustini tomo 3.

Quapropter monemus Armenios,

nios, vt tum in hoc obseruando pręcepto, tum in reuerentia tanto Mysterio exhibenda, maiorem curam, diligentiamque adhibeant. in vtroque enim ita palàm, & impunè ab eorum plerisque delinquitur, vt cæteri suammet criminentur Ecclesiã, quòd abusibus nõ prospiciat. Nam, quod spectat ad primum, quamuis communionis infantium curiosissimi ipsi sint, ac sæpenumerò apud eos illa repeti soleat, tametsi nec præcepta, nec necessaria est: tamen Adultorum Communio, ex Ecclesiastico, & diuino iure mandata, adeò paruipenditur, vt etiam multi Sacerdotes, ne in Paschate quidem, immò ne post plures quidem annos, Sacrum non faciant, neque communicent. Estque id in more positum non tam Plebis, quàm Cleri; magis autem apud Episcopos, ac maximè omnium apud Magistros, qui penes Armenos, tanquàm summi Sacerdotes, & Ecclesiæ Doctores, atque Primates, Episcopis præferuntur, alijsque sanctiores existimantur. ex his enim plurimi sunt, qui rem diuinam vix vnquàm in toto vitæ curriculo celebrare videntur: perindè quasi indecens ipsorum dignitati foret, si, quod cuilibet simplici Sacerdoti licitum est, Deo cælestem hostiam immolarent; aut, quod conceditur etiam Laiis, Eucharistiam ex aliorum manibus sumerent. Vndè satis muneri suo facere putant, si solùm Sacrificio adsint, conciones ad populum habeant, & de ciuium contro-

tro-

եպիսկոպոսք, և մանաւանդ վարդապետք յա-
ԻԶ պաղել առնուլ զայս խորհուրդս . որ
26 է նոցա յոյժ հարկաւոր և պիտոյ հրա-
մայեալ ՚ի քէն և յեկեղեցւոյ: և ՚ի յլ
և առմանք զանանսն յեպիսկոպաց և ՚ի վար-
դապետաց սոսին . որ ՚ի բազում շինակա-
ամաց ոչ առնեանեն պատարագել, և
ոչ և ս հաղորդութիլ: Իբր Թէ անօթ-
կամ անախտայել ինչ լինի վեհագոյն աս-
տիճանին և առաջնորդութեան իւրե-
անց առնել զայն, որ այլոց վայրագոյն
քահանայից կամ աշխարհականաց
մարթ է . այլ . զերկնային սէ պատա-
ԻԷ րագն այլ մատուցանել կամ հաղորդու-
27 իլ: ուստի և համարին շատ վճարել
պաշտաման իւրեանց . եթէ միայն ա-
ռաջինկայ լիցին պատարագին, և քա-
րոզիցեն առ ժողովուրդն, և դատի-
ցեն ՚ի մէջ նոցա:

Բայց՝ ոչ գիտեն դոքա . Թէ քանի
կերպիւ մեղանչեն այս վասն այսպիսի
ծուլութեան: քանզի նախ մերժեն ըզ
հաղորդութիւն ընդ քէ . և երախտամո-
ռած է որ հատմարհեն զայնչափ բարե-
րարութիւն առատաբաշխ պարգևո-
ղին . Երկրորդ՝՝ յանցանեն յանդգնու-
ԻԸ թէ զսէծային հրամանաւն: Երրորդ
28 ոչ հնազանդին սէ եկեղեցւոյ: Չորրորդ
չար օրինակաւն իւրեանց շրջեն զմիտս ժո-
ղովրդեանն ՚ի կատարելոյ զհրամանս
քի և եկեղեցւոյ : Եւ հինգերորդ՝՝ անօ-
րինաբար խոտորին ՚ի գործոյ պաշ-
տաման իւրեանց . վս զի պարտաւո-
րի ամ ոք ՚ի գործ արկանել զշնորհս,
զոր եառ յայ . ըստ այնմ զոր ասէ պօ-
ղոս . Թե աղաչեմք, մի՛ ընդունայն
զշնորհս այ ընդունել ձեզ:] աղամու-
թեան պարտ է՝ իւրաքանչիւրում քահա-
նայի, մանաւանդ առաջնորդաց, զիշ-
խանութիւն, զոր առին մատուցանե-

լոյ

լոյ ամյ դիպատառարագն , 'ի նիր աւրհնել , եթէ ոչ յամ օր, կամ յամ կիրակի , զանէ 'ի գլխաւոր տօնս . զի այս է՛ յատուկ և սեպհականն գործ քահանային . և ոչ կարէ զայս թողուլ վն այլոց գործոց ։ Ուստի և յերկրորդ" գիրս մակաբայեցւոցն 'ի չորրորդ" գլխն նշաւակեալ լինին քահանայքն , որ թողեալ զպաշտօնն սրբոյ սեղանոյն և պատարագաց , զբուռն հարկանէին այլոց գործոց ։ Եւ ոչ առաքեալքն թէպէտ ամ ջանիւ հոգային քարոզել զնոր աւետարանս զհաւատս քի . սակայն ոչ պակասէին պատարագել յամ օր ։ այլ և սրբոյն ինքն հայրապետն հռոմայ , որ է՛ գլուխ ընդհանուր եկեղեցւոյ , և ունի զհոգս ամ եկեղեցեաց աշխարհի . ոչ թողու յամ օր 'ի ծածուկ պատարագել . և եւս 'ի գլխաւոր տօնս հանդիսապէս և հրապարակաւ ։

Արդ՝ լուիցուք . թէ զինչ առ այս պատճառեն ոմանք 'ի դոցանէ։ Ասեն , առէն , պատուոյ և խոնարհութեան աղագաւ՝ դադարեմք 'ի պատարագելոյ կամ 'ի հաղորդուելոյ. զի զմեզ ոչ համարեմք արժանի քաղուամ անգամ մերձենալ սուրբ խորհրդոյս.] Բայց՝ այդպիսի պատճառն լի է՛ կեղծաւորութբ : քանզի ոչ ոք արդեւք , որքան և իցէ սուրբ, արժանի է՛ մատչել առ 'ի մի անգամ միայն պատարագել, կամ ճաշակել զմարմինն քի. ուրեմն ապա՛ մի՛ մատիցէ ոք երբեք առ այս . այլ դուք արժանի ոչ գոլով՝ վն էր մի կամ երկու անգամ մերձենայք. վն էր 'ի նախկին եկեղեցին և ս աշխարհականքն էին հանապազորդեալք հաղորդութե ընկալնելոյ հացին և արեթից: Ապա՛ թէ ձեզ՝ թէպէտ արժա-

նի

ԻԹ trouersijs iudicent.

29 Porrò nesciunt isti, quotuplici ob id scelere maculantur. Primò enim repudiāt Christi consortium; & ingrati, dum illius tam singulare beneficium respuunt, iniuriam benefico faciunt. Secundò, Dei præceptum transgrediuntur, quod Ecclesiæ saltem in Paschate exequendum iubet. Tertiò, ipsius Ecclesiæ iussui non obtemperant. Quartò, ad vtramque contumaciam populos sibi subiectos exemplo suo
Լ inducunt. Denique ab officij sui
30 præscripto deflectunt: nam vnusquisque vti tenetur gratia sibi data, iuxta illud 2. Cor. 6. *Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis:* ergo debet Sacerdos potestatem, quam accepit offerendi Deo Sacrificium, exercere saltem in præcipuis festis, quando cæteri fideles communicare solent; maximè cùm hoc sit principale Sacerdotis munus. vndè in lib. 2. Machab. cap. 4. reprehenduntur Sacerdotes, quòd
Լա *circa Altaris officia dediti non essent,*
31 *sed neglectis Sacrificijs*, operam rebus alijs darent. Hinc & Apostoli, quamuis ad fidem per Orbem terrarum disseminandam omni cogitatione incumberent, à quotidiano tamen Sacrificio non vacabant; & ipse Romanus Summus Pontifex assiduè, ac plurimùm quotidiè sacrificare non negligit, quanquàm in totius Orbis Christiani mole regenda operosissimus est.

Audiamus autem, quid pro se istorum nonnulli, qui plùs alijs hoc

la-

laborant morbo, reſpondeat: *Humilitatis*, inquiunt, *& reuerentiæ ſtudio ab Euchariſtia ſæpè ſumenda, Vel ſacrificanda continemur: ea quippè nos haud dignos eſſe, cognoſcimus*. O plenam hypocriſi reſponſionem! idcircò ne verò non ſæpiùs in tota vita, quam ſemel, aut iterùm, vel tertiò ad ſummum, accedamus ad Euchariſtiam, quia digni non ſumus? certè quidem nemo tam ſanctus, qui pro ſua dignitate vel ſemel ad Chriſti corpus ſacrificandum, aut ſumendum accedere mereatur. quid ergo? nemo propterea vnquàm accedat? Cur vos, cùm digni non ſitis, ſemel, atq; iterùm acceſſiſtis? cur in primitiua Eccleſia etiam Laici *erant perſeuerantes in communicatione fractionis panis, & orationibus?* Itaque, ſi vobis non dignis, ſed peccatoribus, iuſtificatis tamen per Pœnitentiam, accedere ſemel licuit, cur non liceat etiam quotidiè? aut, ſi hoc prauæ vitę veſtrę ratio minus ferat, cur non ſaltē ſingulis hebdomadibus? cur non minimùm ſingulis menſibus? At quales, quæſo, non dico Sacerdotes, ſed Chriſtiani ſint, qui nec in Paſchate, quandò vrget præceptum, nec in tota penè vita, niſi vix aliquandò, communicare videantur? En vt Ambroſij verbis veſter ille indignitatis, & humilitatis obtentus ſtrenuè refutatur: * *Graue eſt*, inquit Ambroſius, *quòd ad menſam Domini mundo corde, & manibus innocentibus non Venimus; ſed grauius eſt, ſi dum peccata metuimus,*

Act. cap. 2.

* Ambroſius apud D. Thomam 3. parte quæſt. 82. ar. 10.

etiam

նի ոչ լինալ, այլ մեղաւո՞րք. սակայն առ
ԼԲ 32 դարձուցեալ զայսոսիկ՝ ի հնոյն խորհրդոյ
աստուածպաշտութեան. արժանի եղև մեր
ձեռնամբ մի անգամ. ընդէ՞ր և արժանի
ոչ եղէ զկնոյն առնել բազում անգամ,
և յիւրաքանչիւր շաբաթու, կամ գո
նէ յիւրաքանչիւր ամիս: Բայց՝ զի
ո՞րք կոչեցին ոչ սուրբ քահանայք,
այլ քրիստոնեայք՝ նոքա, որ ոչ և ս
'ի զատկի, և ոչ զկնի բազում ամաց
տեսանին ոչ պատարագել և ոչ հա
ղորդել: Եւ հաւաստեաւ թէ որպէս սէին
ամբրոսիոս յանդիմանէ զպատճառս
խոնարհութեան և անարժանութեան:
ԼԳ 33 Ծանր իմն է՝, ասէ սէնն, եթէ առ սե
ղանն տն սե՛ սրտիւ և անմեղ ձեռօք
ոչ մատչիմք: բայց յոյժ ծանրագոյն
է՝, եթէ երկնչելով՝ 'ի մեղաց՝ զպատա
րագն ոչ մատուցանեմք:] և դարձեալ ա
սէ: Եթէ քանիցս անգամ հեղու ա
րիւնն քո. 'ի թողութիւն մեղաց հեղու.
հեղու. ապա պարտ է ինձ միշտ մա
տչել առ նա: և զի միշտ մեղանչեմ.
միշտ պիտոյանամ ունել զբժշկութիւն:

Արդ և՝ եթէ դուք, որ այժմ պատճ
նէք, ճշմարտապէս սիրէիք զխոնարհու
թիւն, և ճշմարտապէս համարէիք զձեզ
ԼԴ 34 զոյլ անարժանս պատարագելոյ. ոչ արդեօք
իշխեալ էիք ելանել յաստիճանս քա
հանայութեան և եպիսկոպոսութեան և վարդա
պետութեան: զիա՞րդ խոնարհ լինիցին, որք
ոչ եկեղեցւոյ և ոչ այլ հրամանին կա
միս հնազանդել: և զիա՞րդ անարժա
նս զինքեանս համարիցեն, որք 'ի բա
րձրագոյն և յարժանագոյն աստիճա
նս եկեղեցւոյ կամեցան հասանել: Արդ
եթէ արժանի էրբեմն համարեցայք
լինել քահանայ. ընդէ՞ր այժմ այնպի
սի բարի վարուք ոչ կենայք. որպիսի
վայել է առ 'ի յարժանաւորն կատարել

ղու_

զհանապազորդականն պատարագն ։ Եւ ուրեք
հեղցի այս, սակ օգտակարն, հանապազ
զորոյ է՛ . Եւ շահեկան հանապազորդ յանձն օգ-
տութ զի օգուտ քեզ լիցի։ այսինքն վա-
րուց կենաց . որպ զի ամենայն եղբերն
յամ օր ճաշակել ։]

Նաև և՝ եթէ ձեր, որ էք կրօնաւոր
քահանայք և առաջնորդք, պատշաճ
ոչ լինէր քաղում անարժան պատարագ-
ել կամ հաղորդութիւն պատարագաւ-
տարացեալ անարժանութեանդ . որքան
եւս առաւել անպատշաճ լինէր այս
ամենաանարգեալ քահանայից և այլոց
վարդապետաց պաշտօնէից , և մանաւա
ձեր աշխարհականաց . զի որպէսա
թիւնդ ձեր արժանաւորս է՛ որքանոք
զան զիմ դաշան ։ Բայց սակայն յորոյք
դատանեն՝ ի դատանէ թէ աշխարհակա
նք թէ կղերիկոսք և քահանայք , որ
քաղում անգամ ՝ի սարբեալ արժանա
ցուցեալ զանարժանութիւն իւրեանց
՝ի ձեռն որ խոստովանութեան
թեան՝ հաղորդութեան կամ պատարագ
գեն ։ ասյա ընդէր դուք եկեղեց և վր
դէպոք , որ և քան զնոսա արժանա
գոյնք , զնոյն առնել ոչ կամիք։ Որպէս
լեալոք, զի մի՛ պղծէ սորին պատաշխա
այն լիցի . զոր և ուսանք ՝ի ձերայնոց
խնկարկանից յուժ բարձրաստ, ասելով
այսպէս ։ Պարտական ուսանք ՝ի մերոց ե-
պիսկոպոսաց և վարդապետաց պատարագել
կամ հաղորդութեալ նախ քան հաւատարմու-
թեան իւրեանց . զի կամելով յանձն առ-
նուլ միայն զգործս վերակացութե .
ձանձրանան և ամաչեն գործել զպաշ-
տօնն, այլոց վարդապետաց քահանայիցն։
Երկրորդ՝ զի մի՛ զմ այնորիկ բանսարկ
ուեցեն նախ խոստովանել և յայտ
առնել խոստովանահօրն զանձանցն
իւրոց զչարագործութիւն զայնոսիկ .

զոր

ԼԵ *etiam ſacrificium non reddamus*. Et
35 rursùs ait: *Si quotieſcunque effunditur ſanguis Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur, debeo ſemper accipere: qui ſemper pecco, debeo ſemper habere medicinam.* Item lib. 4. de Sacramen. cap. 6.

Deindè, ſi vos, qui talia reſpondetis, verè diligitis humilitatem, & vos ipſos reuerà indignos agnoſcitis; quarè non anteà ob indignitatem, humilitatemque hanc veſtram à Sacerdotio, Epiſcopatu, vel Magiſterij gradu abſtinuiſtis?

ԼԶ At quomodò humiles, qui Eccle-
36 ſiaſtico, diuinoq; præcepto obtemperare contemnitis? quomodò indignos vos ipſos agnoſcitis, qui ad digniores Eccleſiæ veſtræ gradus aſcendere ſtuduiſtis? Siquidem ergo digni olim fuiſtis habiti, qui ad Sacerdotium proueheremini; nunc vt Sacerdotis munere haud indignè fungi mereamini, ea viuito vita, qua dignum deceat Sacerdotem. *Iſte panis*, clamat Auguſtinus, *quotidianus eſt: accipe quotidiè, vt quoti-* Aug. Serm. 28. de verbis Domini. tom. 10.
ԼԷ *diè tibi proſit: ſic viue, vt quotidiè*
37 *merearis accipere.*

Denique, ſi vobis, qui vitam regularem, ac celibem profitemini, Summique Sacerdotes, & veſtræ Primates Eccleſię eſſe ducimini, minùs expediat, ratione adſertæ indignitatis, ad Euchariſtiam ſingulis ſaltem annis accedere; quanto quidem minùs eandem ob cauſam id expedire deberet ſecularibus, maritiſque veſtris Presbyteris? quantò etiam minùs inferioribus alijs Eccleſiaſticis, ac reliquæ Plebi? ſtatus

Gggg enim

enim vester dignus certè plùs est, quàm istorum omnium. & tamen complures in Armenia sunt vel Laici, vel Clerici, vel Sacerdotes tum Seculares, tum Regulares, qui plùs semel intra annum, deposita per Pœnitentiæ Sacramentum indignitate, comunicant, aut Sacrum celebrant. cur ergo vos non idem saltem facitis digniores? Ego quidem causam aperiam: nam aperire licet ad vestram correctionem. Et verò causa (vt à vestratibus ijs, qui mente integra, & perspicaci curiosiùs eam explorauere, accepi) multiplex est: Prima, quia præcipuis dediti muneribus, ea videri facere indignamini, quæ à Ministris inferioribus fieri solent. Secunda, ne ob id sæpiùs venire cogamini ad Pœnitentiæ Sacramentum, scilicet illa de vobis Confessario aperire facinora, quæ frequenter in Concionibus redarguitis. Tertia, vt populo insinuetis, humiliores alijs esse vos, quòd non audeatis, nisi perrarò, Eucharistiam tractare. Quarta, vt virtute præstantiores existimemini, quippe qui spirituali eo auxilio non ita, vt cæteri, sæpenumerò indigeatis. Quinta demùm (quæ est aliarum fons, & origo), quia Christum aut nihil diligitis, aut certè minùs alijs; idcirco negligitis eius consortium. Itaque in rei causa non est humilitas, neque propriæ indignitatis cognitio, sed superbia, hypocrisis, vita facinorosa, & defectus dilectionis in Christum.

De

ԼԸ 38 [illegible]

ԼԹ 39 [illegible]

Խ 40 [illegible]

[illegible]

41 De reuerentia verò, tantò debita Sacramento, quid dicam? cùm illud viderim adeò irreuerenter apud Armenos tractari; vt nisi testati seriò ipsi essent, credere se firmiter, esse in eo Christi corpus, & sanguinem, oppositam de sua fide sententiã habuissem. Seruatur enim illud non solùm in templo sine luminaribus, alioue indicio venerationis; verùm etiam (quod valdè doleo) domibus in priuatis, & incursibus ibi expositum quibuscunque, vt passim accidat, sacra frag-
42 menta in terram vsque propelli, vbi vel pedum conculcationibus, vel esui bestiarum obnoxia fiunt. Hisce vidi oculis extra Ecclesiam Sacerdotem, vna manu deferentem Eucharistiam, altera cum socio pugnis contendere: vidi in itinere Mercatores eandem, suis intermixtam mercibus, huc illuc inhonoram disiectare: vidi alia id genus incommoda, quę quidem vel cogitatu hrribilia sunt: quæq; cùm probè sciam, nequaquàm ex ignorantia, & defectu fidei fieri, sed ex praua solùm consuetudine; non est, cur in ijs refellendis immorari debeamus. ad hos enim tollendos abusus, satis superque esse potest, nosse Armenios, Christum Dominum, & Deum nostrum, quem ipsi adesse credunt in Eucharistia, summa reuerentia dignum esse, scelusque, ac sacrilegium, aliorum omnium maximum, ab eo admitti, qui talem illi deneget venerationem. Cùm enim exhibeant ipsi honorem, cultumque præcipuum Cruci, Altari, & Euangelio; quò magis colendus eis, reuerendusque sit ille in Eucharistia, cuius gratia ea omnia venerantur?

ՅԱՂԱԳՍ ԱՊԱՇԽԱՐՈՒԹԵԱՆ

Գլուխ. Դ.

Յայտ լինի մոլորութիւն վարդանայ.
որ խնդրէ այսր խոստովանութեան,

Առաջին գլուխ :

DE SACRAMENTO

POENITENTIÆ

§. IV.

Aperitur error Vartani.

SECTIO I.

QVanquàm de hoc Sacramento Armenij rectè nunc sentiunt, eoque utuntur haud aliter, quàm Catholica solet Ecclesia; vt planè, si quid prætereà desiderandum in eis hac de re videretur, id esset solùm maior in eodem Sacramento suscipiendo frequentia, in conferendo peritia: cuius vtriusque rei defectus apud omnes Christianos Oriẽtales idem ferè est, & communis: tamen ponimus hunc Paragraphum, vt sibi à Vartani doctrina de Pœnitentia caueant; quippe quæ tam mira fraude, atq; astutia disposita est, vt nihil ad aliud spectare tandem videatur, (quamuis de industria id apertè non efferat), nisi ad Exomologesim, Sacramentalem scilicet confessionem, è medio suæ Nationis tollendam. Si-

ա Թէպէտ հայոց եկեղեցին ուղղ
1 ակէ զխորհուրդ ապաշխարու-
թեան ուղղապէս. և ըստ ամենայնի
թէ կաթուղիկէ եկեղեցւոյն. մինչ
զի ըստ այսմ մասին ոչ ծանուցեմք ՚ի
նմ զայլ պակասութիւն. եթէ ոչ միայն
զյաճախութիւն ինչ ՚ի խոստովանութեան
րսն, որք ոչ գիտեն հարցանել զպատ
շաճաւոր շրջանակայս մեղաց, և ոչ ընտա
լութիւն առնել ՚ի մէջ զանազանական
բ կարգի նոցա. և զժուլութիւն ինչ ՚ի
2 խոստովանութեանս. որք սակաւ ան
գամ խոստովանին. և յայտ ՚ի յերկար
յառաջադրեն զայլ առ այս մէ խորհուրդս
հաւատութեան. Աստուծոյ կամեցաք
դնել զպլբակս զայս ՚ի առեալ թ ի խոր
հրդոյ. որով զի զգոյշ լիցին հայք ՚ի
մոլորական վարդապետութեան վար
դանայ. քանզի բանզի ոտքան ոչ յայտ
նապէս. այլ հնարիւք և խաբէական
ուսմամբ նկատման անձին միայն առ
՚ի

՚ի բառնալ ՚ի միջոյ ազգին իւրոյ զխոր հրդաւոր խոստովանութիւն . որպէս և շառաբարձեալ լինէր նորեանս ՚ի միջոյ ասորոց նեստորականացն :

Եւ թէ չար միտքն վարդանայ ըղ ձեալ զայս խորհէր . յայտ են աստ : Նախ՝ զի ՚ի յառաջին գլխոյն խրատու ցն ուսուցանէ . թէ ճշմարիտ խորհուր դն ապաշխարութեան ոչ այլ ինչ էր , բայց միայն վերջին օծումն . զի նո վաւ թողեալ լինին ամէ մեղքն , ըստ բանիցն յակովբայ առաքելոյն : Երկրորդ՝ զի ՚ի նոյն գլխն թուելով զեւթն խոր հուրդս եկեղեցւոյ՝ ոչ յիշէ զխորհու րդն խոստովանութեան . այլ փոխա նակ նորա դնէ զ՚ի եւթներորդ խորհր դոյ զհաստատութիւն նոյն ննջեցելոցն . զոր երկուս մոլորութիւնս նախերոյ յանձա խաղելս յանդիմանեցաք : Երրորդ՝ զի ՚ի յեւթներորդ գլխն ընձեռելով յաղագս խոստովանութեան . զոր յառաջ քննել էր ՚ի թուոյ խորհրդոցն . դնէ նորա խոստ ովանողացն զբեռինս այնքան ծան րս և դժուարինս . մինչ զի անհնարելի լինէր ամենեցուն առնել զնոսա . որով թուի . թէ կամէր հարկաւորեցու ցանել զհայս առ ՚ի յեզրակացութ նել . թէ լաւ ապայն էր խնդրել զթո ղութիւն մեղաց ՚ի ձեռն վերջին օծ մանն , քան թէ ՚ի ձեռն խոստովանու թեան : և մանաւանդ բանիցն նորա մեն այ սորքիկ : Նա յու է՛ , որ առնէ զճշմարիտ խոստովանութիւն մեղացն . որ այլ ոչ գործէ : այսինքն թէ յետոյ այլ գործէ զմեղսն . զառաջինն և առ հասանելէ աս տուած :] Եւ դարձեալ ասէ . Ահա՛ ինչ օգուտ է՝ խոստովանելն . եթէ մեղա ւորն յետ խոստովանութեան ՚ի նոյն մխրւածն դառնայ . և քան զառաջինն ատելի լինի :] Եւ չորրորդ՝ զի ուսու-

ցա

Siquidem hoc ipsum pridem fece-
Գ rant Syri Nestoriani; quorum Ec-
3 clesia decreto firmauerat, ne qui-
spiam deinceps alteri, quàm soli Deo peccata sua confiteretur: propterea quòd ex reuelatione cuiusdã Confessionis, cuius secretum Spahanensis nescio quis Confessarius aperuerat, multæ inter ipsos Syros dissentiones, & homicidia euenissent.

Quòd autẽ nefaria Vartani mens talis fuerit, hęc sunt indicia: Primũ, quia in lib. de Monitis, c. 1. docet,
Դ verum Pœnitentiæ Sacramentum
4 esse Extremam vnctionem, eoquòd per eam remittantur peccata, iuxta illud Iacobi 5. *Etsi in peccatis sit, remittentur ei*. Secundum, quia ibidem septem enumerans Sacramenta, & nullam de Exomologesi faciens mentionem, pro illa substituit in loco septimi Sacramenti defunctorum funus): quos duos errores suprà* iam refutauimus). Tertium, quia cap. 7. agens de Exomologesi facienda, præscribit ad
Ե illam, vt necessaria requisita, con-
5 ditiones tam arduas, atque difficiles, vt voluisse videatur eam aut effectu impossibilem reddere, aut adserere periculosam; quò Armenij ad eam cogerentur conclusionem: meliùs esse, peccatorum remissionem per Extremam vnctionem, quàm per Exomologesim quærere, maximè quòd hæc neque Sacramẽtum esse adseratur. *Ille solùm*, inquit ibi Vartanus, *veram facit Exomologesim, qui ad idem peccatum*

*Quæst. 3. §. 3. num. 8.

de-

denuò non reuertitur: quòd si rursùs deindè peccauerit, & quod anteà confessus fuerat, exiget ab illo Deus. Et infrà: *Quid ergo peccatorum confessio proderit; si peccator, postquàm confessus est, ad eundem redeat vomitum, & sic odibilis Deo fiat magis, quàm anteà?* Quartum denique, quia licèt simulatè dicat, se non reprobare formam illam absolutionis, à Catholicis Sacerdotibus vsurpatam: *Ego te absoluo à peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: hoc ipsum tamen efficit indirectè, dum vanis ratiunculis, & exemplis suadere conatur; eum, qui verbis hisce non absolueret: *Deus remittit peccata tua*, (qua forma vtebantur plerique Armenij sui temporis), Diabolo esse similem, quòd sibi diuinam auctoritatem assumeret. quibus verbis sentire videtur cum Nouatianis, non fuisse à Deo collatam Presbyteris potestatem remittendi peccata.

His ergo Vartanus prodigiosis doctrinis, ac vanis, fallacibusque terriculis abrogare per insidias conabatur Sacramentum auricularis Confessionis: cœperantque ob id complures Armenij, exemplo maximè Syrorum permoti, ab eodem Sacramento desuefieri, sperantes, fore vt peccatorum suorum remissionem per Extremam vnctionem in fine vitæ consequerentur. Quonam autem modò malo huic occurrerit Armena Ecclesia, dicetur §. mox sequente de Extrema vnctione. Iam verò, vt errores prædictos refellamus, Propositiones aliquæ statuendæ, atque probandæ sunt.

— ցանէ. Թէ սպասուէ՛ խոստովանանօ
Զ քն այսպիսի ձեւով բանին արձակել՝
6 «Ձեր Թողու պարտքն ձեր:] ասելով.
Թէ որ ոչ ասէ. Ես արձակեմ զքեզ՝ի
մեղաց եւ այլն. սատանայի նման է՛.
զի Աստուծոյ զիւր պատիւն յինքն յափշ
տակել:] Որով բանիւ ցուցանէ զին
քն միաբան լինել ընդ նովատանեանս
հերձուածողսն. որք ասէին, Թէ ած-
ուչ ետ քահանայից զիշխանութիւն ար-
ձակելոյ՝ի մեղաց:

«Զյիշեալս հնարիւք եւ չարափառ
վարդապետութեք Վարդանայր վարդան խա-
Է փանել եւ՝ի բաց բառնալ յազգէն իւ-
7 րմէ զխորհուրդ խոստովանութեան. վա-
սն որոյ սկսանէին ոմանք ըստ ասորոց
օրինակին հրաժարել՝ի նորին խորհր-
դոյն. ակն ունելով՝ի ձեռն վերջին
օծմանն ընդունելի զկատարեալ թո-
ղութիւն մեղացն իւրեանց՝ի վերջին կե-
նաց: Իսկ՝ Թէ զինչ արար հայոց ե-
կեղեցին վասն չքնելոյ զդատ՝ի չար
մտածութէն. պատմեսցեմք յետոյ
՝ի պրակին, որ յաղագս վերջին օծմանն է:
«Զյժմ ընդ դէմ վերոգրեալ մոլորու-
թեանց վարդանայ բան առաջացուք:

ԹԷ ՈՐՊԷՍ ա. 1

Խոստովանութիւն է՝ ճշմարիտ խոր-
հուրդ ապաշխարութեան.

Երկրորդ'' գլուխ:

Ի Յերկրորդ'' Նախերորդ'' պրակին երրորդ''
վճռաբանութեանն համառօտ
ցուցակ ընդդիմ վարդապետաց. թէ ապա-
շխարութիւն է՝ ճշմարիտ խորհուրդ․․
՚ի վերջին օծմանէն տարբերեալ. և
՚ի տեառնէ հաստատեալ: այսուհետև պա-
րտ է՝ մեզ քննել. թէ որպիսի արարող- բ.
ութիւն այս մի խորհրդոյս կատարի: 2
Եւ զի այս ասեմք. թէ խորհուրդ
ապաշխարութեան ոչ կատարի, եթէ
ոչ միայն ՚ի ձեռն խոստովանութեան
զղջացեալ մեղաւորին, և արձակման
քահանային: Եւ յայս համաձայնեցաւ
՚ի սուրբ ժողովոյն փլորենցիոյ և տրի-
դենտոյ: Եւ նախ ցուցանի այս ՚ի բանի-
ցն քն. որովք հաստատեաց զխորհուր-
դս զայս ՚ի յոհան. ի. երդ'' գլխոյ ա-
ռեալ. Եթէ ումեք թողուցուք զմ-
եղս. թողեալ լիցի նոցա: եթէ զու-
քուք ունիցիք. կալեալ լիցի:] յորոց
բանիցս յայտնի լինի. թէ առ ՚ի կատա- գ.
րել զայս խորհուրդս՝ խնդրի արտա- 3
քին արարողութիւն ոչ թէ միայն արձ-
ակող քահանային, որ ասիցէ. Թէ ես
արձակեմ զքեզ ՚ի մեղաց. և այլն. այլ
և ս զղջացեալ մեղաւորին, որ խոստո-
վանեսցէ զմեղս, իւր: վն զի ոչ կարէ
քահանայն արձակել ՚ի մեղաց. եթէ
ոչ զնոսա որ խոստովանեսցեն զինքեա-
նս ունել զմեղսն, և զղջանալ վնոց:
զի ոչ կարէ դատաւոր առնել զիւր դա-
տաստան, և յառաջ բերել զվճի-
ռն արձակման, առանց ծանուցմանն
իւր

QVOD EXOMOLOGESIS Sit verum Pœnitentiæ Sacramentum.

Sectio II.

PRima Propositio: *Pœnitentia est Sacramentum, verè, ac propriè dictum, ab Extrema Vnctione diuersum, & à Christo Domino institutum.* Definita de Fide fuit hæc propositio in Concilio Florentino, seß. vlt. de Instructione Armenorum; & in Tridentino, seß. 14. can. 1. atque à nobis demonstrata satis est eius veritas contra Vartanum, quæst. 3. §. 2. & 3.

Secunda Propositio: *Pœnitentiæ Sacramentum non conficitur, nisi per Exomologesim, hoc est, confeßionem Pœnitentis, & absolutionem Sacerdotis:* Hoc pariter definitum est in prædictis Concilijs, seß. cit. Et probatur primò ex illis verbis, quibus Christus hoc instituit Sacramentum Ioan. 20. *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt:* Ex quibus colligitur, ad hoc Sacramentum conficiendum requiri ritum externum non solùm Sacerdotis absoluentis, seu remittentis per illa verba: *Ego te absoluo, &c.* verùm etiam peccatoris pœnitentis, & confitentis sua peccata: nam peccata remitti non debent, nec poßunt, nisi ijs, qui peccata se habere, eaque sibi displicere, signo aliquo fateantur; cùm iudicium fieri non poßit sine co-

cognitione causæ: quæ quidem omnia in sola Exomologesi exercentur.

Probatur secundò ex antiqua traditione, ac praxi Vniuersalis Ecclesiæ: in qua semper ab initio mos ille seruatus est; vt fideles baptizati, qui post peccatum commissum vellent per Pœnitentiæ Sacramentum cum Deo conciliari, hoc non aliter facerent, quàm per Sacramẽtalem Confessionem. Quarè in 2. Canone Concilij Laodiceni, quod in Ecclesia Oriẽtali ante annos circiter 1200. celebratum est, sic legimus: *His, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt, & instant orationi, confessioni, ac pœnitentiæ, malorum suorum perfectam conuersionem demonstrantes, pro qualitate peccati tempus pœnitentiæ tribuendum est*. Eadem ferè verba leguntur Canone 31. Concilij Carthaginensis III. eodem tempore celebrati; qui Canon repetitus etiam fuit in Concilio Africano, Can. 10. Præterea Concilium Cabilonense 1. antè 1100. circiter annos coactum, sic habet Can. 8. *Vt pœnitentibus à Sacerdotibus facta Confessione indicatur pœnitentia, vniuersitas Sacerdotum noscitur conuenire*. Idem quoq; tradidit Synodus Quinisexta Canone 102., aliaque plura Concilia.

Probatur tertiò testimonijs veterum Patrum. Siquidem Irenæus, qui proximè Apostolorũ ætati successit, lib. 1. cap. 9. loquens de fœmina, quæ ab Hæretico quodam se-

խորհս, և զզղջման չարագործին ։

Դ 4 Երկրորդ՝ ցուցանի ՚ի հին աւանդութենէ և սովորութենէ ընդհանուր եկեղեցւոյ. յորում միշտ ՚ի սկզբանէ սովորեցաւ. թէ յորժամ հաւատացեալքն կամէին զկնի մեղաց գործելոց հաշտիլ ընդ այ ՚ի ձեռն ապաշխարութեան խորհրդոյ. գայս միայն կատարէին խոստովանութեամբ։ որպէս վկայեն բազում հնագոյն ժողովք. մանաւանդ սբ ժողովն լաւոդիկեայ. որ եղև ՚ի յարևելս յառաջ քան զհազար և երկու հարիւր ամս. որ ՚ի յերկրորդ

Ե 5 կանոնին ասէ այսպէս։ Որք ՚ի մեղս անկանին. և ցուցանեն կատարեալ դարձումն ՚ի ձեռն աղօթից և խոստովանութեան և ապաշխարութեան. պարտ է դնել նոցա ապաշխարութիւն ըստ որպիսութեան մեղացն իւրեանց։] և նոյն բանիւքն խօսեցաւ սբ ժողովն կարթագինոյ ՚ի լա. կանոնին. և սբ ժողովն աֆրիկականին ՚ի. Ժ. երորդ կանոնին. և սբ ժողովն կաբիլոնոյ յութերորդ կանոնին. և վեցերորդ տիեզերական սբ ժողովն. որ եղև ՚ի կոստանդնուպօլիս. ՚ի. ՃԲ. երորդ կանոնին։

Զ 6 Երրորդ՝ ցուցանի վկայութեամբ առաջնոց սրբոց հարցն։ քանզի սբն Երինոս ՚ի յինն երորդ գլխոյն առաջնոյն գրոցն խօսի վա միոյ ուրուք ապաշխարօղ կնոջ. և ասէ. Յորժամ եղբարքն մեծաւ աշխատութեամբ դարձուցին զկինն. նա զամ ժամանակն ծախէր ՚ի խոստովանութեան լալով և ողբալով։] Եւ դարձեալ ՚ի չորրորդ գլխոյն երրորդ գրոցն ասէ. Կերդոնն բազում անգամ եկեալ ՚ի տաճարն, առնէր խոստովանութիւն. և այլն ։]

Տերտուղիանոս ՚ի գիրս, որ յաղագս ապաշխարութեան, ասէ։ «Ապաշխա-

րու-

րութեան խոստովանութեան ծնանի. և Ած՝ 'ի ձեռն ապաշխարութեան հաշտի։] և յետոյ դարձեալ ասէ։ [Խոստովանութեան է՝ ներգործութիւն ապաշխարութեան. որով զմեղս մեր խոստովանիմք։] և զնոյն կրկնէ բազումանգամ։

Որոգինէս 'ի յերկրորդ' ներբողեանն իմերայ ղևտական գրոցն ասէ։ Գոյ և այլ եւս դժուարին և աշխատաւորական թողութիւն մեղաց. որ լինի 'ի ձեռն ապաշխարութեան. յորժամ ոչ ամաչէ մեղաւորն յայտնել քահանայի Տեառն զմեղս իւր, և զբժշկութիւն խնդրել 'ի նմանէ։]

Սբն կիպրիանոս 'ի ճառն յաղագս մեղուցելոցն ասէ։ Որքան և լաւն են հաւատով և երկիւղիւ ուտելիս նոքա, որ թէպէտ ոչ գործով, այլ խորհրդով միայն մեղուցեալք. սակայն զոյն զայս պարզապէս և պղջութեամբ խոստովանին առ քահանայսն այ։] և յետոյ դարձեալ ասէ։ Աղաչեմ զձեզ եղբարք. խոստովանեսցի իւրաքանչիւր զմեղս իւր. մինչ դեռ յաշխարհիս յայսմիկ կեայ մեղաւորն. մինչ դեռ խոստովանութիւն նորա կարէ ընդունելի լինել. մինչ դեռ վճարութիւն նորա, և թողութիւն քահանայիցն կայսաւ է՝ առաջի տեառն մերոյ։]

Լաքտանտիոս 'ի յետոյին գիրսն իւր ասէ։ Գիտելի է՝. զի այն է՝ ճշմարիտ եկեղեցի. յորում գոյ խոստովանութիւն, որ բժշկէ զմեղս, և առողջացուցանէ զվէրս. որոյ ատարաբերեալ լինի տկարութիւն մարմնոյն։]

Սբն ամբրոսիոս 'ի վեցերորդ' գլխոյ երկրորդ' գրոցն յաղագս ապաշխարութեան, ասէ։ Եթէ կամիս արդարանալ. խոս

տո

Է 7 seducta, ad pœnitentiam venerat; inquit: *Cùm magno labore fratres eam conuertissent, omne tempus in Exomologesi consummauit, plangens, & lamentans ob hanc, quam passa est ab hoc Mago, corruptelam:* Et lib. 3. cap. 4. *Cerdon*, inquit, *sæpè in Ecclesiam veniens, & Exomologesim faciens, sic consummauit*, &c.

Tertullianus, qui in fine floruit primi Seculi, in lib. de Pœnitentia: *Confessione*, ait, *pœnitentia nascitur: pœnitentia Deus placatur*. Et rursùs
Ը 8 explicans, Exomologesim esse Pœnitentiæ actum, inquit: *Is actus, qui magìs Græco vocabulo exprimitur, & frequentatur, Exomologesis est, qua delictum nostrum Domino confitemur*, hoc est, per Sacerdotem, vt infrà declarat. Ac deniq; postquàm de contritione, alijsque Pœnitentiæ satisfactorijs, ac pœnalibus actibus dixerat, subiungit de Confessione: *Hæc omnia Exomologesis; vt pœnitentiam commendet, vt de periculi timore Dominum honoret, vt in peccatorem ipsa pronun-*
Թ 9 *cians pro Dei indignatione fungatur.*

Origenes, homil. 2. in Leuiticum: *Est adhuc & septima, licèt dura, & laboriosa per pœnitentiam remissio peccatorum, cùm lauat peccator in lacrymis stratum suum, & fiunt ei lacrymæ suæ panes die, ac nocte; & cùm non erubescit Sacerdoti Domini indicare peccatum suum, & quærere medicinam.*

Cyprianus, in Serm. de Lapsis: *Denique, quantò & fide maiore, & timore meliore sunt, qui quamuis nullo*

Sacrificij, aut libelli facinore constricti; quoniam tamen de hoc vel cogitarunt, hoc ipsum apud Sacerdotes Dei dolenter, & simpliciter confitentes, Exomologesim faciunt, &c. Et infrà: *Non cesset peccator in agenda Pœnitentia, atque in Domini misericordia deprecanda, ne quod minùs esse in qualitate delicti videtur, in neglecta satisfactione cumuletur. confiteantur singuli, quæsò fratres, delictum suum, dum adhuc, qui deliquit, in seculo est; dum admitti Confessio eius potest; dum satisfactio, & remissio facta per Sacerdotes, apud Dominum grata est.*

Lactantius, in extremo libro: *Sciendum est*, inquit, *illam esse veram Ecclesiam, in qua est Confessio, & pœnitentia, quæ peccata, & vulnera, quibus subiecta est imbecillitas carnis, salubriter curat.*

Ambrosius, lib. 2. de Pœnitentia, cap. 6. *Si vis iustificari, fatere delictum tuum: soluit enim criminum nexus verecũda confessio peccatorum.* De eodem Ambrosio, Confessiones audire solito, inquit Paulinus in vita ipsius: *Quotiescunque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset; ita flebat, vt & illum flere compelleret.*

Bibliot. SS. Patrum. to. 1. Nyssenus in epistola Canonica ad Episcopum Mitylenes: *Eos, qui per Pœnitentiam, & Confessionem à mortuis operibus ad viuentem viam ascendunt, ad viuentem spem tanquàm manu deducamus, à qua per peccatum alienati sunt.*

Pacianus in Parænesi ad Pœniten-

Ժ 10 տուգանեաց զմեղս քո · զի զանցանաց կարգեալ լուծանել անհնարին խոստովանութիւն մեղաց ·] Տիղղոնորէն ամբարտաւանն զքեաց պատուիրանս 'ի դիրս վարուցն նորա · Թէ յորժամ սուրբ քն լինի 'ի խոստովանութեան զմեղս ապաշխարողացն · այնչափ լայր · մինչ զի և զնոսա ևս բանադատելոյ տա 'ի լալ ընդ նմա ։

Այն զոր նիւսացին 'ի Թուղթն առ եպիսկոպոսն միտիլենեայ ասէ ։ Որք 'ի ձեռն ապաշխարութեան և խոստովանութեան 'ի մեռեալ գործոցն ելանեն 'ի կենդանի ճանապարհն · զնոսա մեք

ԺԱ 11 առաջնորդեսցուք 'ի յոյսն կենդանի · յորմէ օտարացեալք էին մեղօքն ։]

Պաչիանոս 'ի գիրս յորդս ապաշխարութեան, ասէ ։ Նախ զձեզ կոչեմ · որք յետ մեղացն երդուեալ մերժէք զապաշխարութիւն ։ Ձեզ ասեմ · որք յետ լրբութեան երկնչիք · և յետ մեղացս ամօթ լինիք · որք մեղանչել ոչ ամաչիք · և ամաչիք խոստովանիլ ։] և յետոյ դարձեալ ասէ ։ Աղաչեմ առ այսոսին կեան լիցի · որք քաւուք և հիմսանայ ապաշխարեալք խոստովանին զմեղս իւրեանց ։]

ԺԲ 12 Այն յերոնիմոս 'ի մեկնութիւն Ժ · երդ' գլխոյն եկեղեցականին ասէ ։ Եթէ զոք ծածկաբար խածանեաց օձն բանսարկուն, և մանհաբեր անտի մեղաց աղտոտեաց · եթէ հարեալն լռեսցէ, և ոչ առնիցէ զապաշխարութիւն, և ոչ կամիցի յայտնել և խոստովանել վարդապետին զմեղս իւրս · վարդապետն, ոչ ունի զճար առ 'ի բժշկել · ոչ կարիցէ օգնել նմա ։]

Այն ոսկեբերան 'ի ճառն յորդս ապաշխարութեան, ասէ ։ Եթէ 'ի սուրբ նորա զոյ զղջումն · և 'ի բերանն խոստո-

առաքինութիւն . և ՚ի գործն խոնարհու- Ժգ
թեան . այս է կատարեալ և պտղա- 13
բեր ապաշխարութիւն .]

Սբն օգոստինոս ՚ի. Խա. ճառքն_
դիտանն ասէ : Պիտոյ է մարդոյ հրա_
ժարիլ ՚ի մեղաց ոչ թէ միայն յետ ա_
պաշխարութեանն . այլ և ո յառաջ
քան զապաշխարութիւն . մինչ դեռ
առողջ է մարդ : զի եթէ անկի անկցի ՚ի
վերջին կենաց . ոչ գիտիցէ . եթէ յայն
ժամ կարող լինիցի առնուլ զապաշխա
րութիւն . և խոստովանիլ այ և քա
հանային զմեղս իւր :]

Ոսոյն ուսուցանեն այլ ազգ հա
րք և վրդ մեր եկեղեցւոյ . զորոց ջա
նս թողում . զի յայտնի է . թէ խոր Ժդ
հուրդ ապաշխարութեանն կատար 14
ի ՚ի ձեռն խոստովանութեանն . և
ոչ ՚ի ձեռն վերջին օծմանն . որպէս վար
դանն ուսուցանէ :

tentiam: *Vos primùm appello, qui criminibus admissis pœnitentiam recusatis: Vos, inquam, post impudentiam timidos, post peccata verecundos; qui peccare non erubescitis, & erubescitis confiteri.* Et infrà: *Nunc ad eos sermo sit, qui benè, ac sapienter vulnera sua pœnitentiæ nomine confitentes, &c.*

Hieronymus in Comment. ad cap. 10. Eccles. *Si quem Serpens Diabolus occultè momorderit, & nulla conscia, peccati veneno infecerit; si tacuerit, qui percussus est, & non egerit pœnitentiam, nec vulnus suum fratri, & Magistro voluerit confiteri: Magister, qui habet linguam ad curandum, facilè ei prodesse non poterit.*

Chrysostomus in Serm. de Pœnitentia: *In corde eius contritio est; in ore confessio, in opere tota humilitas: hæc est perfecta, & fructifera Pœnitentia.* Tom. 5. post homilias decem de Pœnitentia.

Augustinus in lib. 50. homiliarum, homil. 41. *Non solùm post pœnitentiam ab istis vitijs se homo seruare debet, sed & ante pœnitentiam, dum sanus est: quia si ad vltimum vitæ steterit, nescit, si ipsam pœnitentiam accipere, ac Deo, & Sacerdoti peccata sua confiteri poterit.*

Omitto reliquos priscos Patres, cùm in re tam manifesta persuadenda non sit opus maiore numero testium. Itaque exploratum est in Ecclesia, Pœnitentiæ Sacramentum perfici per auricularem confessionem, & non, vt docet Vartanus, per Vnctionem extremam.

Տ Ա Ղ Ա Փ Ս ա 1

Հարկաւորութէ խոստովանութէ.

Երրորդ գլուխ :

ՈՐք մկրտեալ զկնի մկրտու_
թէն մահուչափ մեղօք մեղան
չեն . հարկաւորին յայտնել զմեղս
նէ

DE NECESSITATE

Exomologesis.

Sectio III.

TErtia Propositio: *Qui post Baptismum lethaliter peccant, tenentur iure diuino sua peccata Sa-*

cerdotibus confiteri. Sic definiuit Cõcilium Tridentinum. Seſſ. 14. can. 6. & probatur: quia Christus Apoſtolos, eorumque ſucceſſores Sacerdotes, instituit iudices ſuper terram cum ea poteſtate, vt ſine ipſorum Iudicio, ac ſententia nemo, poſt Baptiſmum lapſus, reconciliari cũ Deo poſſit; vt patet ex illo Matthęi 18. *Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cælo:* Et Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis,* hoc eſt, non remiſeritis, *retenta ſunt.* quarè Paulus 2. Cor. 5. dicebat: *Dedit nobis miniſterium reconciliationis.* Et infrà: *Poſuit in nobis Verbum reconciliationis: pro Chriſto ergo legatione fungimur:* ſed nequeunt Sacerdotes iudicare, ac ſententiam ferre, niſi peccata cognoſcant, vt diximus: ergo qui poſt Baptiſmum peccant nequeunt cum Deo conciliari, niſi peccata ſua Sacerdotibus in Confeſſione aperiant: tenentur autem ex diuino præcepto cum Deo conciliari, iuxtà illud Ezech. 18. *Ait Dominus Deus: conuertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus veſtris:* Et Luc. 13. *Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis:* ergo tenentur ex diuino præcepto peccata ſua Sacerdotibus confiteri.

Confirmatur primò ex illo Iacob ic. 5. *Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra:* hoc eſt, homines, qui abſolutione indigetis, con-

նէ խոստովանել քահանայիցն զմեղս
Բ իւրեանց : Այսպէս սահմանեցաւ 'ի
2 սբ ժողովոյն տրիդենթեայ 'ի վեցերորդ" կա-
նոնին . ԺԴ . որդ" ժողովմանն : և ցու-
ցանի : զի Քս Տր զառաքեալսն և զհե-
տեւողսն նոցա՝ զքահանայսն՝ կացոյց
դատաւորս ի վր երկրի . և ետ նոցա
զիշխանութիւն . Թէ առանց դատաս-
տանի և վճռոյ նոցա ոչ ոք , որ զկնի
մկրտութեան մեղուցեալ իցէ , կարիցէ
հաշտել ընդ Այ : զի 'ի մատ . ԺԸ . ա-
սաց . Թէ զոր կապիցէք յերկրի . եղիցի
կապեալ յերկինս : և զոր արձակիցէք
Գ յերկրի . եղիցի արձակեալ յերկինս :]
3 և 'ի յոհնու . Ի . ասէ : Առէք հոգի սբ .
Եթէ ումեք թողուցուք զմեղս . թողե-
ալ լիցի նոցա : եթէ զուրուք ունիցիք .
կալեալ լիցի :] Վն որոյ և պօղոս 'ի
յերկրորդ" կորնթացւոց ասէ . Թէ ետ մեզ
զպաշտօնն հաշտութեան :] և յետոյ
դրձլ ասէ . Թէ եդ 'ի մեզ զբանն հաշ-
տութեան . արդ վն Քի պատգամաւո-
րեմք :] Իսկ՝ ոչ կարեն քահանայքն
դատել և արձակել զմեղաւորսն . ե-
թէ ոչ ճանաչիցեն զմեղս նոցա . որպ
ի վերոյ ասացաք : ապա ուրեմն՝ որք
Դ զկնի մկրտութեան մեղանչեն . ոչ կար-
4 են հաշտել ընդ Այ . եթէ ոչ խոստո-
վանիցեն քահանայիցն զմեղս իւրեա-
նց . իսկ հարկաւորին յածայնէ հրա-
մանէ հաշտել ընդ Այ . ըստ այնմ որ
ասի 'ի յեզեկիէլ . ԺԸ . երդ" գլխն .
Թէ ասէ տէր Ած . դարձարուք և
զապաշխարութի արարէք յամ անօ-
րէնութեց ձերոց :] և 'ի ղկաս . ԺԳ .
որդ" գլխն ասէ . եթէ ոչ ապաշխարի-
ցէք . ամենեքեան նոյնպ կորնչիջիք :]
ապա ուրեմն և յածայնէ հրամանէ
հարկաւորին խոստովանել քահանայ-
իցն զմեղս իւրեանց :

Եւս

Եւս առաւել հաստատեալ լինի այս. Նամակ ՚ի քահանայն յակոբայ առաքելոյն. որ ՚ի հինգերորդ գլխին ասէ: Խոստովան եղերուք միմեանց զմեղս ձեր:] Յդ. ո՛չ մարդկեղ մեղաւորք, որ իշխանութիւն ունին արձակման, խոստովան եղերուք ոչ միայն Այ, այլ և մարդկանն որք ունեցին զիշխանութիւն արձակելոյ: Զի զայս ոչ քնաւ երբեք պատուիրեալ էր սքն յակոբ. եթէ պատուիրեալ ոչ լինէր ՚ի սմէ: Յորոյ վր պատճառ է՝ մեզ դիտել. Թէ յակոբէ զայս ասաց. վ՛ա զի առաջին մի յառաջագոյն պատուիրեալ էր. Թէ պատուէր էր օծանել զհիւանդն. որոյ զի յարուսցէ զնա Տր. և եթէ մեղս ինչ ունիցի, թող ցի նմա: Վն որոյ զի մի՛ ոք վն բանին այսորիկ կարծեսցէ. Թէ և մահու չափ մեղքն թողեալ լինին ՚ի ձեռն օծման. սակս այսորիկ շուտով վերայ բերելով սքն ասելով. Խոստովան եղերուք միմեանց զմեղս ձեր: զի առ ՚ի թողուլ զայնպիսի մեղսն՝ խնդրի խոստովանութիւն: քանզի վերջին օծումն ՚ի քաւ քաւռնայ միայն զթեթեւ մեղսն, և կամ ևս զայն մահուչափ մեղսն, զոր մոռացեալ էր մարդն. որք կարեն ասել մնացորդք մեղաց:

Երկրորդ հաստատի ՚ի քանից յոհաննու. որ ՚ի յառաջին թղթին ասէ: Եթէ խոստովան լինիցիմք զմեղս մեր. հաւատարիմ է՝ նա և արդար է ՚ի թողուլ մեզ զմեղս մեր:] Ուր այն բանն. հաւատարիմ է՝ նա և արդար. նշանակէ, թէ յօժ հրամայեալ էր զխոստովանութիւն. և խոստացեալ էր զթողութիւն և զշնորհս իւր այնոցիկ, որ խոստովանեսցին զմեղս իւրեանց: Սակս այսորիկ վաղվաղակի սկսան առաջին քրիստոնեայքն հա-

սա-

Ե 5 confitemini, non Deo solùm, sed etiam hominibus, absoluendi potestatem habētibus. nunquàm enim hoc præcepisset Apostolus, nisi à Domino fuisset præceptum. Vbi notandum est, quòd Iacobus, quoniam immediatè antè monuerat, *Vngendum esse ægrotum à Presbyteris, Vt alleuaretur, & si in peccatis esset, ei remitterentur*; ideò, ne fortè aliquis propter illa verba existimaret, ea etiam peccata læthalia, quorum homo conscientiam habet, per Extremam vnctionem deleri posse,

Զ 6 statim subiunxit: *Confitemini alterutrum peccata vestra*: nam ad talia delenda peccata requiritur Confessio; cùm Extrema vnctio non tollat nisi peccata venialia, vel etiã illa læthalia, quorum conscientiam non habemus, quæ dici possunt reliquiæ peccatorum.

Է 7 Confirmatur secũdò ex eo, quod dicitur 1. Ioann. 1. *Si confiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus, Vt remittat nobis peccata nostra*. Vbi verba illa: *fidelis est, & iustus*: referuntur ad mandatum Dei de confessione facienda, & ad eius promissionem, ijs factam, qui peccata sua confiterentur. Idcircò præceptum hoc statim in Ecclesia seruari cœperat à fidelibus; vt testatur Lucas in Act. cap. 19. dicens: *Multi credentium Veniebant*, scilicèt ad Paulum, *confitentes, & annunciantes actus suos*, hoc est, peccata sua, vt omnes exponunt.

Confirmatur tertiò ex antiquis Patribus: nam Tertullianus in libro

ex-

extremo de Pœnitentia, loquens de necessitate Confessionis, inquit: *Si de Exomologesi retractas, Gehennam in corde considera, quam tibi Exomologesis extinguit.* Et infrà: *Peccator restituendo sibi institutam à Domino Exomologesim sciens, præteribit illam, qua Babylonium Regem in Regna restituit?*

Origenes, homil. 2. in Psal. 37. *Vide quid edocet nos Scriptura diuina; quia oportet peccatum non celare intrinsecùs.* Et infrà: *Tantummodò circumspice diligentiùs, cui debeas confiteri peccatum tuum, &c.*

Cyprianus, in Epist. 16. lib. 3. *Cùm in minoribus delictis, quæ non in Dominum committuntur, pœnitentia agatur iusto tempore, & Exomologesis fiat, &c. quantò magis in his grauissimis, & extremis delictis cautè omnia, & moderatè secundùm disciplinam Domini obseruari oportet?*

Lactantius, in libro diuinarum Institutionum, cap. 17. loquens de Circumcisione, inquit: *Volens Deus Vitæ, ac saluti nostræ pro æterna sua pietate consulere, pœnitentiam nobis in illa Circumcisione proposuit, Vt si cor mundauerimus, id est, si peccata nostra confessi, satis Deo fecerimus, Veniam consequamur, quæ contumacibus, & admissa sua celantibus denegatur.*

Basilius, in Quæstionibus, siue Regulis Breuioribus, Regula 229. *Peccatorum confessio fieri debet, apud eos Videlicèt, qui ea possint curare.* Et clariùs Regula 228. *necessariò ijs peccata aperiri debent, quibus cre-*

տարակուսել զայս հրամանս . որում վկայէ
Ը 8 զնա 'ի գործ ոց . ԺԹ . եւր" գլուխն
տանելով . Թէ բազում մէ 'ի հաւատա-
ցելոցն գային առ պօղոս . եւ խոստո-
վանս լինէին եւ պատմէին զգործս իւ-
րեանց :] Յյ . գլուխ իւրեանց . որպէս
ամենն մեկնիչքն :

Եւ եւրոր" հատուածն 'ի վկայու-
թեանց հնոց սէր հարց եւ վարդապետաց եկե-
ղեցւոյ : քանզի տերթուլիանոս 'ի յե-
տնոն գիրս յաղագս ապաշխարութեան , ասէ
ասէ : Գ- խոտեալ մեղաւորն . Թէ խոս
տովանութիւն հաստատեալ եղեւ 'ի
տեառնէ մեզ յարութանելոյ զնուքն . զի անցս
Թ անցանիցէ զնովաւ :]
9 Որոգինէս 'ի յերկրոր" ներբողե-
անն իմէրայ . ԼԷ . եւր" սաղմոսին ասէ .
Տեսս . զինչ ուսուցանէ մեզ ամէ-
նայն գիրքն . Թէ պարտ է ոչ ծածկել
զմեղս 'ի ներքս :] եւ յետոյ դարձեալ ասէ :
Հայեաց զգուշութեամբ . Թէ ում պարտ
իցէ քեզ խոստովանիլ զմեղս քո :]

Սէբն կիպրիանոս 'ի . ԺԶ . եւր" Թուղ-
թն եւրոր" գրոյն ասէ : Եթէ վա Թե
Թեթեւագոյն յանցանաց , զոր ոչ գործէ
մք ընդդէմ տն , առնեմք զխոստովա-
նութիւն եւ զապաշխարութիւն : որչափ
Ժ եւս առաւել վա ծանրագոյն մեղաց
10 պարտիմ զնոյն առնել ըստ խրատուն
տն :]

Լաքտանտիոս 'ի գիրս , որ յաղագս
ամէնայնի խրատուց , խօսի վա Թլփա-
տութեան . եւ ասէ : Կամելով ած զԹ
ութեն իւրով խնամել կենաց եւ փրկու-
Թեանն մերոյ . 'ի ձեւն Թլփատութեան
եցոյց մեզ զապաշխարութիւն ; որպէս
զի՝ եԹէ զսիրտս սրբեսցեմք . այ . եԹէ
զմեղս մեր խոստովանեալ վճարեսցեմք
այ . ընկալցուք զԹողութիւն . որ տուա-
եալ ոչ լինի ապստամբից եւ ծած-

կո-

կողմաց զմեղս իւրեանց ։]

Այլ և Բասիլիոս ՚ի · Մ Ի Թ · եր՟

կանոնին զրոցն իւրոց ասէ ։ [Անհրաժ

վանութին մեղաց հարկ է՝ լինել առ

այնոսիկ. որ կարիցեն բժշկել զնոսա]

և դարձ ասէ ։ Հարկաւոր է՝ բանալ

զմեղս առ այնոսիկ, որոց յանձնեալ

եղև տնտեսութին խորհրդոցն այ̄ ։]

Այլ և Յերոնիմոս ՚ի մեկնութին . Բ .

գլխոյն յերեմիայ ասէ ։ Հարկաւոր

է՝ խոստովանութին մեղաց ։ զի երկրոր

րդ տախտակն նաւաբեկութե է՝ մեղ

մեղս պարզապ̄ խոստովանելն ։]

Այլ և Օգոստինոս ՚ի . ԺԲ . կրր՟նեն Յա 11

քարոզեանն ասէ . ԱԾ̄ն մեր, որ է՝ գթ 12

ած, կամի . զի զմեղս խոստովան եղե

ցուք յայսմ յաշխարհին . զի մի՛ յետ

ոյ ՚ի հանդերձեալ աշխարհին ամօթ

լիցուք վն̄ նոցա ։] Նոյնպէս և այլ

ոք հարքն ուսուցանեն ։

Ապա՝ ՚ի յասացելոցն նախ հե

ասի ՚ի . թէ խորհրդոյ խոստովանու

թեն է՝ ամենեցուն հարկաւոր վն̄ փրկ

կութե նոցա . որ յետ մկրտութեն

մահուչափ մեղօք մեղան . և այս՝ ոչ

թէ միայն հարկաւորութբ̄ ածային

հրամանին . այլ և ս հարկաւորութբ̄

միջնորդի . զի առանց սր̄ խորհրդոյս Յգ 13

կամ առանց ուխտի նորա, ոչ կարեն

մեղաւորքն հաշտիլ ընդ այ̄ . և առն

ուլ զառաջին շնորհս արդարացուցիչ

առանց որոյ չիք փրկութի ։ և ուխտն

խորհրդոյս է՝ կատարեալ զղջումն ընդ

դիտաւորութե խոստովանելոյ . և

թէ անհնար իցէ յանձամբ խոստո

վանել ։

Երկրդ՟ հետևի. թէ ստոյգ և ճշմա

րիտ ոչ է՝ այն ընդհանրական խոստովա

նութին , զոր առնեն հայք բարձր ձայ

նիւ ՚ի միասին յեկեղեցի ՚ի յաւուրս կիրա

կէի ,

credita est dispensatio mysteriorum Dei.

Hieronymus, in Comment. ad 2. cap. Hieremiæ, & in Epist. ad Pammachium, & Oceanum, de Erroribus Origenis, docet; *Necessariam esse Confessionem; cùm secunda tabula post naufragium sit, culpam simpliciter confiteri.*

Augustinus, homil. 12. ex lib. 50. homiliarum: *Deus noster, quia pius est, & misericors, Valt, Vt peccata confiteamur in hoc sæculo, ne pro illis confundamur postmodùm in futuro.* Similiter Patres reliqui docent.

Ex dictis collige primò, Sacramentum Pœnitentiæ, seu Exomologesis, esse simpliciter necessarium ad salutem eorum, qui post Baptisma susceptum læthaliter peccauerunt; idque non solùm necessitate diuini præcepti, quo non potest homo ab homine vllo solui; verùm etiam necessitate medij, quia sine ipso, vel in re, vel saltem in voto (quod consistit in perfecta contritione cum proposito confitendi) nequeunt peccatores cum Deo conciliari, ac recipere primam gratiam, sine qua salus acquiri non potest.

Collige secundò, ratam non esse generalem illam Confessionem, quam Armeni de more singulis diebus Dominicis vnà simul clara voce pronunciant in Ecclesia post dictum, *Confiteor Deo*, &c. in qua exprimentes distinctè ferè omnes, ac singulas peccatorum species, quantumuis turpes, & nefandas, fatentur se omnibus illis modis contra Deum

Deum peccasse; vndè mox vnà simul à Sacerdote solita verborum formula clara voce absoluuntur: immò noxiam, & sacrilegam esse talem Confessionem: & Sacerdotem absoluentem læthale sacrilegij crimen admittere. Ratio est, quia cùm per eam non manifestentur à Confitentibus Sacerdoti propria vniuscuiusque peccata neque secundùm speciem, neque secundùm numerum, sicut de mortiferis oporteret; non potest Sacerdos illos absoluere: ac præterea pœnitentes, cùm plura peccata, quàm admiserint, fateantur, peccant dicentes mendacium: peccatorum enim cōfessio non minùs integra esse debet, quàm verax.

Nec obstat id, quod respondēt: videlicèt, præter illam communem confessionem, fieri deindè à singulis opportuno tempore aliam specialem, & secretam de proprijs peccatis. Nam per hoc non tollitur, quin illa cōmunis fuerit anteà malè facta. Debent igitur Armeni abstinere prorsùs ab illa, tum propter rationes allatas; tum etiam, quia proferri palàm tot inhonestas peccatorum species, quot in ea confessione describuntur, scandalum parit in Ecclesia maximè apud fœminas, & occasionem præbet adolescentibus discendi, perpetrandique illa peccata; tum denique, quia multi homines imperiti, putantes, illam sibi sufficere, ommittunt deindè Confessionem auricularem. Potest itaque Confessio illa alio modo li-

ժդ
14 կեն, յայտ առնելով զնմ տեսակս մեղաց . յդ . ասելով իւրաքանչիւր, թէ մեղայ քառասնամ ազգի մեղաց . և յետոյ 'ի միասին արձակեալ լինին 'ի քահանայէ սովորական ձևով բանին : Եւ ոչ ևս ընդ մեծաւ մեղապարտանոք լինին այն խոստովանութեն . և քահանայն, որ արձակէ, զմահուչափ մեղս սրբապղծութեան գործէ : Քանզի ոչ կարէ քահանայ արձակել զմեղաւորս 'ի ձեռն խոկական ձևոյ արձակմանն . Եթէ յայտկաբար ոչ գիտէ զմեղս, զոր գործեցին ըստ տեսակի և ըստ թւո-

ժե
15 ոյ նոցն : Նա և զի խոստովանողքն, որ խոստովանին զյաւելի մեղս, քան զգործեալսն 'ի նոցանէ, մահուչափ մեղանչեն՝ սուտ ասելովն 'ի խոստովանութեան : զի մեղաց խոստովանութիւն պարտ է' գոլ ոչ միայն ամբողջ . այլ և ճշմարիտ . յդ . ոչ պակաս . և ոչ յաւելի :

Եւ ոչինչ օգնէ այն, զոր ոմանք պատասխանեն, ասելով . թէ հայք՝ քայց 'ի հասարակական սուտ խոստովանութեն զայլ յատուկ և ճշմարիտ խոստովանութիւն առնեն յետոյ 'ի ժամու կ

ժզ
16 զիւրաքանչիւր մեղաց գործելոց: զի յայսու ոչ հերքի . թէ այն հասարակական խոստովանութիւն և արձակումն ոչ իցէ չար և սուտ և սրբապղծ : Վասն այսորիկ պարտ է' նոցա ամենեքին հրաժարել 'ի նմանէ : մանաւանդ՝ զի քարձր ձայնիւ յայտնելն 'ի մէջ տաճարի զայնքան աղտեղծութեանց և անօթ մեղաց՝ գայթակղութիւն ծնանէ առ կանայս . և տեղի տայ տղայոց և երիտասարդաց ուսանել և գործել զնոսա: Նա և զի անգէտ և անըզգամ մարդիկն թերևս կարծեն, թէ այնպիսի խոստովանութիւն

բան է՛նորա. և այլ ոչ խոստովանեն ՚ի ժամու զմեղս իւրեանց: Եւ ոչ որոյ Ժէ
17
եթէ կամիցին հայք բայց ՚ի յանկանչա լում և ժամու խոստովանութեան դալ խոստովանութեան առնել ՚ի մա սնաւոր հասարակ ՚ի ամենայն. ասա ցէ ժողովրդեան բարձր ձայնիւ: [Խոստո վանեմ առաջի այ. և զայս մինչ և և ՚ի բանն. մեղայ խորհրդով, բանիւ, և գործով. մեղայ աստուծոյ:] և ոչ զյանձն եւս բանս զայս: և յետոյ քա հանայն մի առնէ զխորհրդականն ձեռն բանին. Թէ արձակեսք զձեզ և այլն. այլ առնէ միայն զաղօթսն. Ժը
18
Ողորմեսցի ձեզ մարդասէրն այ. և Թողութի շնորհեսցէ ամ յանցանաց ձերոց. առցէ ժամանակ ապաշխարհե լոյ և գործելոյ զբարիս. ուղղեսցէ և զառաջիկայ կենաս. ձեր. և այլն:] որպէս և սովոր են առնել և առնել ՚ի սկզբան որքոյ պատարագին:

Տ Ա Ր Ա Գ Դ

Չեւոյ բանին, որ է հարկաւոր ՚ի խորհուրդ ապաշխարութե.

Չորրորդ նշանն:

ա
1
Չմարթիւ ձեւ խորհրդոյս խոստովանութե ոչ է այն բանն, զոր ուսուցանէ վարդապետն. ազն Թողու զյանցանս քեզ: այլ է այս զոր առնանք է ընդ հանուրք եկեղեցւ. Ես արձակեմ զքեզ ՚ի մեղաց քոց.] և քա նզի քահանայն արձակէ որպէս պաշտօ նեայ այ, ոչ զօրութբ իւրով, այլ որ բոյ երրորդութեան. սակս այսորիկ բա րւոք վերաբերեն և ս առնելով. Յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ:]

Հաստատեցուցանի այս: քանզի ճշմա

րիտ

cito, ac proficuo fieri, etsi non Sacramentali: si scilicèt, postquàm Armenus Clerus, ac populus recitauit verba, quæ sunt in *Confiteor*, quibus se accusant contra Deum peccasse cogitatione, verbo, & opere, nequaquàm vlteriùs progrediantur ad singula peccata specialiter nominanda; neque à Sacerdote absoluantur per ea verba: *Absoluo Vos*, &c. sed dicantur solùm super eos Orationes illæ: *Misereatur Vestri Omnipotens Deus, & dimissis peccatis Vestris, perducat Vos ad Vitam æternam: Amen. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum Vestrorum tribuat Vobis Omnipotens, & misericors Dominus: Amen.*

DE FORMA

Sacramenti Pœnitentiæ.

Sectio IV.

QVarta Propositio: *Vera forma Sacramenti Pœnitentiæ, seu Exomologesis, non est Absolutio illa* (ab Armenis olim Presbyteris vsurpata, & à Vartano propugnata): *Deus remittit peccata tua*: sed hæc alia (qua nunc communiter ipsi vtuntur): *Ego absoluo te à peccatis*: cui quidem formæ, quia Sacerdos absoluit sicut Dei minister, conuenienter ab ipsis etiam additur illud aliud, quod explicat

auctoritatem diuinam: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Probatur primò hæc propositio; Nam vera forma Sacramenti est illa, quam Christus instituit, non quam nos pro libito excogitamus; cùm non homines, sed Christus auctor fuerit Sacramentorum: Christus autem, cùm hoc instituit Sacramentum, non dixit: Quorum peccata renunciaueritis à Deo remitti, remittuntur eis: sed dixit: *Quorum* vos *remiseritis peccata, remittuntur eis*. Et rursùs: *Quacunq; vos solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo.* ergo forma huius Sacramenti non erit illa, qua renunciamus, à Deo peccata remitti; sed qua pronunciamus, nos illa remittere, seu ab illis pœnitentem absoluere.

Probatur secundò: quia Sacerdos administrare debet hoc reconciliationis mysterium, vt verum Iudicium, tanquàm Iudex à Christo delegatus, atque vt minister Christi Dei, cuius auctoritate fungitur; vt colligitur ex supradictis Domini verbis, & aperte Paulus 2. Cor. 5. affirmat, dicens: *Dedit nobis ministerium reconciliationis*. Et rursùm clariùs; *Posuit in nobis Verbum reconciliationis; pro Christo ergo legatione fungimur.* ergo non debet, vt simplex præco, ostendere reum à Deo absolutum; sed ipse, vt verus Iudex, ferre suæ absolutionis sententiam: cùm hoc non faciat virtute, & auctoritate propria, sed diuina, & per iudiciariam potestatem,

ըստ ձև. մէ խորհրդոյն ոչ է՛ այն, զոր
Բ մեք հնարեմք ըստ կամաց մերոց . այլ
2 զորն հաստատեաց քն: զի ոչ մարդիկն,
այլ քն եղև հաստատիչ պատճառու. մէ
խորհրդոյս ։ արդ՝ քն յորժամ զայս
խորհուրդս հաստատեաց. ոչ ասաց.
եթէ ումեք ծանուցանիցէք , թէ ած
թողու նմա զմեղս . թողեալ լիցին նմ ։
այլ ասաց . եթէ ումեք դուք թող
ցուցէք զմեղս . թողեալ լիցին նոցա]
և դարձեալ ասաց . Զոր դուք արձակի
ցէք իվերայ երկրի . եղիցի արձակե
ալ յերկինս ։] ապա ուրեմն ձև մէ
խորհրդոյս ոչ է՛ այն բանն . որով ծա
Գ նուցանեմք, թէ ած թողու զմեղս.
3 այլ որով արտասանեմք , թէ մեք թո
ղումք զնոսա . կամ արձակեմք զմեղա
ւորն ՚ի նոցանէ ։

Երկրորդ՝ ցուցանի ։ զի պարտ է՛ քա
հանայից կատարել զայս խորհուրդ
հաշտութեան ըստ կերպի ճշմարիտ
դատաստանին, որպէս դատաւոր՝ ՚ի քէ
կացուցեալ. և որպէս պաշտօնեայ քի
այ , որոյ փոխանակն պատգամաւոր որն
նորին քահանայն . ըստ այնմ վկայէ
պօղոս , թէ ետ մեզ զպաշտօնն հաշ
տութեան ։] և դարձեալ ասէ . թէ եդ ՚ի մեզ
Դ զբանն հաշտութեան . արդ վս քի պատ
4 գամաւորեմք ։] ապա ուրեմն ոչ պար
տ է՛ քահանայից, որպէս լոկ քարոզող,
ցուցանել զմեղաւորն արձակեալ ՚ի
այ . այլ ինքն , որպէս ճշմարիտ դատա
ւոր , պարտաւոր որն արտասանել զիւր
վճիռն արձակմանն ։ զի զայս առնէ
ոչ մարդկային իշխանութբ իւրով.
այլ ածային իշխանութեն , զոր ետ
նմա ած ։ զի քահանայ պաշտօնեայ նմա
մէ խորհրդոյս գործեն ՚ի ձեռն ած
ային զօրութբ ։

Երրորդ՝ ցուցանի ։ քանզի քահա

նախքան՝ եթէ նոքին յառաջ ոչ թողու և Ե
արձակէ, ասելով, ես արձակեմ զքեզ 5
՚և այլն. սուտ ասիցէ. թէ ած թո-
ղու զյանցանս քո: զի ած խոստացաւ
թողուլ և արձակել նոքին յերկինս ՚ի
ձեռն թողութեն և արձակմանն քա-
հանային. այս. եթէ նոքին քահանայն
՚ի յերկիր թողուցու և արձակիցէ:

Թերևս առարկեսցէ վարդապետն
ասելով. թէ քահանայն, թէպէտ ոչ
բանիւ. սակայն խորհրդով և դիտա-
ւորութբ արձակէ նոքին զայն. զոր բա-
նիւն ցուցանէ արձակեալ յայ:

Պատասխանեմ. թէ խորհուրդք նորո
օրինացս զայն միայն գործեն. զոր և Զ
նշանակեն ՚ի ձեռն բանից ձևոյն նո- 6
ցա: ապա ուրեմն եթէ քահանայն յայ
տնապէս ոչ ասիցէ. թէ նոքին թողու-
կամ արձակէ. ոչ լինիցի այս գործս
միայն ՚ի ձեռն դիտաւորութեն նր.

Որպէս առարկեսցես. թէ յորժամ
ասէ քահանայն. ած թողու զյանցա-
նս քո. ծածկաբար իմանալի ասա. ՚ի ձեռն
իմ: որ նոյն է՝ ասել թէ. ած թողու
՚ի ձեռս իմ. որ և ասելն. ես թողում
զօրութբ այ. կամ որպէս պաշտօնե-
այ այ:

Պատասխանեմ. զի եթէ յայտնապէս ոչ Է
ասի. ՚ի ձեռս իմ, այն բանն ըստ ինքե- 7
անն ոչ բերէ զայդպիսի միտս և մեկ-
նութիւն: զի ասելն. ած թողու զյան-
ցանս քո, է՝ բան կատարեալ. և ունի
զամ ինչ որ պատշաճի առ կատարե-
ալ նշանակութեանն նորա. զի որոյ ոչ
կարօտի այլում մեկնութե և բանի,
որ մնաց վերաբերեալ լինի նմա: զի ոչ
ասի. թողեալ լիցին քեզ յանցանք քո.
մինչ զի պարտ լինի մեկնել և իմա-
նալ. թէ յումմէ կամ ՚ի ձեռն որոյ թո-
ղեալ լիցին. թէպէտ և ոչ ես միայ

այս

à Deo sibi traditam. siquidem verba Ministri tum in hoc, tum in alijs Sacramentis, instrumentaliter tantùm operantur per virtutem diuinam.

Probatur tertiò: quia Sacerdos, nisi priùs ipse soluat, ac remittat, dicens: *Ego te absoluo*, &c. falsè renunciabit illud: *Deus remittit peccata tua*. Nam Deus promisit, se remissurum, ac soluturum in Cælis per remissionem, & absolutionem Sacerdotis, hoc est, cum conditione, si Sacerdos ipse in terris soluerit, ac remiserit.

Dices: Sacerdos, etsi non verbis, animo tamen soluit eum, quem verbis significat à Deo solui.

Respondeo, quòd Sacramenta nouæ legis id efficiunt, quod significant per verba formæ: ergo nisi dicat Sacerdos, se soluere, aut remittere, non habebitur hic effectus per solam eius animi voluntatem.

Instabis: Cùm profertur à Sacerdote: *Deus remittit peccata tua*: subintelligitur, *per me*: quod est idem, ac si diceret: Ego remitto peccata tua in virtute Dei, seu vt Minister Dei.

Respondeo; quòd, si ly, *per me*, expresè non proferatur, verba illa non trahunt secum talem sensum, & explicationem; cùm iam habeant in se totum id, quod ad completam significationem requiritur, vt nihil prætereà subintelligendum in eis desideretur. Non enim dicitur: Remittuntur peccata tua: vt, à quo, seu per quem remit-

tantur, ſubintelligi opus ſit (quanquàm nec iſta forma eſſet ſufficiens, vt infrà patebit): ſed dicitur: *Deus remittit peccata tua:* quæ loquutio, cùm ſit perfecta, & completa, non exhibet ſignificationem alterius ſuperadditi, quod non exprimatur, & ſubintelligatur. alioquin etiam, cùm dixit Dauidi Natan Propheta: *Dominus tranſtulit peccatum tuum:* ſubintelligendum fuiſſet, *per me*; quod non congruit: non enim erat Natan mediator, ſed tantùm nuncius Dauidicæ reconciliationis. Vndè, quandò ſimili forma vtimur in Extrema vnctione, non dicimus ſolùm: *Indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per viſum,* &c. ſed inſuper addimus: *Per iſtam ſanctam vnctionem indulgeat* &c. vt ſignificetur, per operationem illam Miniſtri, tanquàm per inſtrumentum, indulgere Deum &c. Itaque, cùm in Sacramentis verba formæ operentur ſecundùm id, quod ſignificant, & non ſecũdùm id, quod Miniſter ſolùm intendit; & in Sacramento pœnitentiæ verba ſupradicta non ſignificent illud, *per me*; ſequitur, quòd per talia verba ipſe Sacerdos non remitteret; ac proindè nec etiam Deus, qui non promiſit ſe remiſſurum, niſi per Sacerdotis remiſſionem.

Vrgebis: Quanquàm in verbis huius formæ: *Deus remittit peccata tua:* non ſubintelligitur particula illa, *per me*, ſignatè, & ratione ipſorum verborum: ſubintelligitur tamen exercitè ratione actualis miniſte-

այս բանս էր բաւական առ այս խոր-
Է 8 հուրդս. որպէս յետոյ յայտ լինիցի:
Այլ ասի. ա̅ծ թողու զյանցանս քո:
եւ այս բանս գոլով կատարեալ՝ ոչ
պահանջէ զնշանակութի այլոյ վերա
բերեալ բանի. որ իմացեալ լիցի՝ ի
ներքս: Զի որ օրինակ. յորժամ ասաց
նաթան մարգարէ դաւթի. տէր ան-
ցոյց զմեղս քո. ոչ եւս իմանելիք աստ.
՝ի ձեռս իմ. եւ ոչ այսոքիկ կարէր իմանել.
զի նաթան ոչ էր միջնորդ դաւթեան
հաշտութեան, այլ միայն աւետաբեր:
Վասն որոյ եւ յոր ժամ սբ եկեղեցի զնոյ-
Թ նման ինչ ձեւ բանին 'ի կիր առնու 'ի
9 խորհուրդ վերջին օծմանն. ոչ ասէ
միայն. թէ թողու քեզ ա̅ծ զոր ինչ
մեղանչեցեր տեսանելեօք: այլ եւ զհե
յաւելու ասելով. 'ի ձեռն այս սբ օծ-
մանս թողցէ քեզ ա̅ծ զոր ինչ եւ այլն:
որպէս զի ցուցցէ. թէ 'ի ձեռն այնր արա-
րողութե պաշտօնէի. իբր թէ 'ի ձեռն
գործեաց ինչ, ա̅ծ թողու: Արդ՝
քանզի 'ի յամենայն սբ խորհուրդս
բանք ձեւոյ գործեն ըստ որում նշա-
նակեն. եւ ոչ ըստ որում իմանայ դի-
տաւորութի պաշտօնէի. եւ զի այս
Ժ բանքս՝ ա̅ծ թողու զյանցանս քո. ոչ
10 նշանակեն զայն բանն. 'ի ձեռս իմ:
սակս այսորիկ յայտնապէս բանեցի. ոչ
կարէ քահանայն թողուլ զմեղս. ա-
պա եւ ոչ եւս թողոյր ա̅ծ. զի ա̅ծ խո-
ստացաւ թողուլ 'ի ձեռն թողութե
քահանային:

Սակայն առարկեսցես յաւագու-
ցին: քանզի յոյսք՝ յորժամ միջոցն
ասեն զձեւս կայս: Ամիրանի այս անուն
ծառայ քի յանուն հօր եւ որդւոյ եւ
հոգւոյն սրբոյ: եւ թէպէտ ոչ վերա
բերեն. 'ի ձեռս իմ. սակայն իմանի
անտ այս բանս վն արարողութե

պաշ

պաշտօնէի , որ ասիցէ : սակս այսո-
րիկ յունաց մկրտութիւնն և ս բաւի
է՛ և ճշմարիտ : այպա՞ս ուրեմն ըստ
նմին գաղափարին՝ ասելով . ա͞ծ Թո-
ղու զյանցանս քո . Թէպէտ ըստ նշա-
նակութէ բանիցս ոչ իմանի այն բա-
ռն . ՚ի ձեռս իմ . սակայն իմանի վ͞ս
արարողութէն քահանային . զի երբ
որ քահանայն պաշտէ զայս խորհուր-
դս , ասելով . ա͞ծ Թողու զյանցանս
քո . ինքն արարողութին նորա ՚ի մի-
ասս ածէ զիշխանութին միւսոյն բա-
ռին . յ͞ր . ՚ի ձեռս իմ, որ պաշտեմ զայս
խորհուրդս :

Պատասխանեմ . Թէ առաբերեալ օրի-
նակն զոչինչ եզրակացուցանէ . զի ոչ
է՛ նման, այլ զանազան . և պատճառ-
զանազանութեն կրկին է՛ : Նախ՝
զի ՚ի խորհուրդ մկրտութեն պաշտօ-
նեայ ոչ միայն արտաբերէ զձևն բա-
նից . այլ և ս ինքն դնէ զնիւթն ջրոյն՝
լուանալով և մկրտելով զընծայեալն:
ուստի վ͞ս այսր արարողութէս պաշ-
տօնէին, որ ընկղմէ ՚ի ջուրն և մկրտէ,
բարւոք իմանի այն բառն. ՚ի ձեռս իմ:
զի Թէպէտ այս ոչ արտաբերի բա-
նի . սակայն արտաբերի արարողու-
Թեամբ և գործով: զի ասելով ինքն. մկր-
տի ծառայս ք͞ի. իմանի ՚ի ձեռս իմ, որ
ընկղմեմ ՚ի ջուր : բայց՝ ՚ի խորհուրդ
ապաշխարութեն պաշտօնեայ ոչ դնէ
ինքն զնիւթն . որ է՛ խոստովանութի
և զղջումն մեղաց . զի այս նիւթս խոր-
հրդոյս դնի ՚ի յապաշխարողէն, ոչ ՚ի
քահանայէն . այլ քահանայն միայն
դնէ զձևն բանից, որ է՛ արձակումն.
և զայլ արարողութի ոչ առնէ : վ͞ս որոյ
եԹէ բանիւն իւրով ոչ նշանակէ. Թէ
ինքն Թողու . և կամ Թէ ա͞ծ Թողու
՚ի ձեռն իւր . ոչ մնայ այլ արարողու-
Թի

Ժա nisterij Sacerdotis; qui dum actionem illam Sacramentalem exercet,
11 ac dicit: *Deus remittit peccata tua*: ipsummet eius exercitium implicitè suggerit in talibus verbis hæc alia: *per me, qui Sacramentum hoc administro*. Patet exemplum in Sacramento Baptismi, quod ritè confertur, & in eo peccata remittuntur, non solùm per formam Occidentalis Ecclesiæ: *Ego te baptizo in nomine Patris*, &c. verùm etiam per illam, qua Græci vtuntur: *Baptizatur seruus Christi N. in nomine Pa-*
Ժբ *tris*, &c. quia in hac forma, etiam-
12 si non exprimatur illud: *per me*: tamen exercitè intelligitur.

Respondeo, in Baptismo ratam esse etiam formam illam Grecorum: *Baptizatur seruus Christi*, &c. in Pœnitentia verò irritā esse hanc formā: *Deus remittit peccata tua*. Ratio disparitatis est: Primò, quia in sacramēto Baptismi Minister prẹter formæ prolationem applicat ipse quoque materiam abluendo, seu Baptizando Oblatum, ratione cuius
Ժգ exercitij determinantur eius verba
13 ad significandum, Sacramentum illud per ipsum Ministrum fieri, ac sortiri suum effectum: dum enim ipse abluit, ac dicit: *Baptizatur seruus Christi*, &c. intelligitur vtique, *per me*, qui eum abluo, seu baptizo. At in Sacramento Pœnitentiæ, quia Minister nihil aliud ponit, nisi formā Absolutionis (materia enim, hoc est, dolor de peccatis confessis; exhibetur à Pœnitente): ideò, nisi per hanc formam significet, se pœ-

niten-

nitentem absoluere, ac Sacramentum illud conficere, nullũ aliud relinquitur eius exercitium, quod hãc significationem importare valeat.

Secundò disparitas est: quia in Sacramento Baptismi remittuntur peccata per modum ablutionis: & ideò sufficit, si talis ablutio quomodocunque, vel solùm exercitè, significetur per Ministrum fieri. At in Sacramento Pœnitentiæ remittuntur peccata per modum Iudicij, in quo non sufficit quæcunq; significatio voluntatis Iudicis, sed ea solùm, quæ fit per verba sententiæ, seu Decreti illius: quæ verba cùm tantùm valeant, quantùm sonant; ideò debet Sacerdos, vtpotè Iudex à Deo delegatus, suam proferre sententiam, ac dicere: *Ego te absoluo*, &c. & non sententiam solius delegantis, dicendo: *Deus remittit peccata tua:*: cùm hæc non sit consueta norma Iudicij.

Idem prætereà probari posset ex Patribus: nimirùm Sacerdotes à Christo ita iudices in terra constitutos esse, vt ipsi peccata ex potestate dimittant, & non solùm annunciẽt, à Deo illa remitti. sed, vt rem manifestam paucis expediamus, pro Græcis Patribus Chrysostomus satisfaciat, Magnus verò Gregorius pro Latinis: Hic igitur homil. 26. in Euangelia, exponens illud: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis:* inquit: *Principatum superni Iudicij sortiuntur, Vt Vice Dei quibusdam peccata retineant, quibusdam relaxent.* Chrysostomus autem lib.

Ժդ թն ինչ նորա՛մ, որ կարիցէ զայդ մ̃ենն
մնաս և նշանակութիւն բերել։
14 Երկրորդ" պատճառ զանազանու-
թէ է՛ այս. զի ՛ի խորհուրդ մկրտու-
թեան թողեալ լինին մեղք ըստ կերպի
լուացման. ապա այսորիկ բաւական
է՛ առ այն խորհուրդն, եթէ այս լուա-
ցումն նշանակի լինել ՛ի ձեռն պաշտօ-
նէի գործով միայն. թէպէտ ոչ բա-
նիւ։ Բայց ՛ի խորհուրդ ապաշխա-
րութեան թողեալ լինին մեղք ըստ կեր-
պի դատաստանի։ արդ՝ առ կատա-
րումն դատաստանին ոչ բաւական
Ժե է՛ զիարդ և իցէ նշանակութիւն կամաց
դատաւորին. այլ խնդրի այն նշանա-
15 կութիւնն, որ լինի ՛ի ձեռն բանից
վճռի նորա. և որպէս բանքն վճռին
նշանակեն. այնպէս իմանին. ոչ յա-
ւելի և ոչ պակաս։ վա̃ն այսորիկ գո-
լով քահանայն կացուցեալ յԱյ իբր
դատաւոր ՛ի խորհուրդս յայսմիկ.
պարտ է՛ նմա արտաբերել զվճիռն
իւր, և ասել. թէ ես արձակեմ զքեզ
և այլն. և ոչ միայն ծանուցանել.
թէ ա̃ծ թողու։ զի այս ոչ է՛ պատշա-
ճաւոր կերպ դատաստանի։

Զորոյ" կարէաք և զնոյն ցուցա-
Ժզ նել վկայութեամբ սրբոց հարցն. որք ա-
16 սացին. թէ քահանայքն առին յԱյ
իշխանութիւն զայսպիսի. զի ինքեա-
նք իւրեանք թողցեն զմեղս. և ոչ զի մի-
այն աւետեսցեն. թէ ա̃ծ թողու զնո-
սա։ բայց՝ զի մի՛ յոյժ երկարաբան
լիցուք վա̃ն որիս. որ է՛ յայտնի. ՛ի սր-
բոց հարցն լատինացւոց բերցուք մի-
այն զմեծն գրիգոր հռոմայ հայրապետն.
և ՛ի յունացն զոսկեբերանն։ Արդ՝
մեծն գրիգոր ՛ի մեկնութեան այն բանին-
եթէ ումեք թողուցուք զմեղս. թողե-
ալ լիցին նոցա. ասէ այսպէս։ Զիշխանութի

Եկեղեցւոյն զծառ՝ այնմ զինուորաւն, որում զնէ պետութեանն եղ ամենայն զմեղս ուղղեցին. Եւ այլ ամենայն Թագաւորս] Եւ որք ունին բնակեալ ՚ի երկիր, յորս քահանայութեան տուեալ է : Որք ՚ի յերկինս բնակեն. նոցա յանձնեալ եղև տնտեսել զերկնայինսն, որք են ՚ի յերկինս : Նոցա տուեալ եղև ունել իշխանութիւն, զոր Աստուած ոչ կամեցաւ հրեշտակաց և ոչ հրեշտակապետաց : քանզի նոցա ոչ ասացաւ . Զոր կապիցէք յերկրի և այլն : Ունին աթոռ և երկրաւորք իշխանքն իշխանութիւն կապելոյ . բայց ՚ի մարմնոյ մարմնոց միայն : Իսկ քահանայից իշխանութիւն կապէ և զանձն զհոգւոյ . և մինչ և յերկինս հասանէ . մինչ զի՝ զոր ինչ ՚ի վայր աստ առնիցեն քահանայքն . զնոյն ՚ի վեր հաստատէ Աստուած . և զվճիռ ծառայիցն իւրոց Տէրն հաստատէ :] և յետոյ դնէ ասէ . Զմարմնոյ բորոտութիւն միայն արժան էր սրբել զմարմնոյ բորոտութիւն . և ոչ սրբել, այլ միայն զսրբեալսն հաստատել . և գիտես, թէ որպէս ջանիւ և մարտուցմամբ յայնժամ նախանձէին զքահանայութեան իշխանութիւն : Իսկ մերոց քահանայից ոչ զմարմնոյ բորոտութիւն . այլ զհոգւոյ աղտեղութիւն, ոչ ասեմ, զսրբեալսն հաստատել . այլ բոլորովին սրբել :] զայսպէս ասէ Ոսկեբերանն .

Յասացելոցս հետևի . թէ լաւագոյն է՛ ձևն արձակման, զոր այժմ ՚ի զգօնագոյնսն հայոց քահանայք . և գրեալ գտանի ՚ի գիրս նոցա այսպէս : Ողորմեսցի քեզ մարդասէրն Աստուած . և թողութիւն շնորհեսցէ ամենայն յանցանաց քոց, խոստովանելոց և մոռացելոց :

Եւ

Ժէ 3. de Sacerdotio : *Qui terram*, in-
17 quit, *incolunt, atque in ea versantur,*
ijs commissum est, vt ea, quæ in Cælis sunt, dispensent : ijs datum est, vt potestatem habeant, quam Deus neq; Angelis, neque Archangelis datam esse voluit. neque enim ad illos dictũ est: Quæcunque alligaueritis in terra, &c. Et infrà : *Habent quidem & terrestres Principes vinculi potestatem, verùm corporum solùm, id autem, quod dico, Sacerdotum vinculum ipsam etiam animam contingit, atq;*
Ժը *ad Cælos vsque peruadit: vsque adeò*
18 *vt quæcunq; infernè Sacerdotes confecerint, illa eadem Deus supernè rata habeat, ac seruorum sententiam Dominus confirmet.* Denique concludit: *Corporis lepram purgare, seu (veriùs dicam) haud purgare quidem, sed purgatos probare, Iudæorum Sacerdotibus solis licebat: neque nescis, quanta cum ambitione, quanto cum studio, & concertatione Sacerdotalis dignitas id temporis acquireretur. At verò nostris Sacerdotibus non corporis*
Ժթ *lepram, verùm animæ sordes, non di-*
19 *co, purgatas probare, sed purgare prorsùs concessum est.* Ita Chrysostomus.

Ex dictis collige, optimam esse Absolutionis formulam illam, quæ nunc à prudentioribus Armeniorum Confessarijs communiter vsurpatur, & sic in eorum libris præscribitur: *Misereatur tui amator hominum Deus, & remissionem tibi concedat omnium peccatorum, quæ confessus es, & quæ oblitus: Et ego auctoritate, per Ordinem Sacerdotij mihi tradita ex diuina iussione illa: Quæ-*

cun-

cunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo: ijsdem verbis absoluo te ab omnibus peccatis tuis, quæ cogitatione, verbo, & opere commisisti, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Vbi notandum est, in plerisque eorum Ritualibus, pro verbo illo: *Absoluo te:* haberi sic: *Absolui te:* in significatione præteriti temporis, quanquàm proximi, non remoti: quod italicè diceretur: *Ti hò assoluto:* atque ita etiam à Confessarijs minùs prudentibus solere proferri: quod tamen permittendum non est. Nam, licèt videri posset alicui tolerabile, eò quòd vox illa præteriti temporis accipitur ibi moraliter ab Armenis pro significatiua præsentis: tamen, quia semper alibi significat tempus preteritum; &, vt sic accepta, esset tali formæ incongruens, cùm verificari nullo modo posset; idcircò non debet vsurpari. non enim Sacramentum tantæ necessitatis ita forma dubia conferendum videtur, vt eius valor in ancipiti relinquatur.

Quocircà monendi sunt Armeniorum Magistri, vt tum de hac forma, tum de reliquis, ad essentiam, & integritatem huius Sacramenti spectantibus, instruant imperitos Sacerdotes. Sunt enim eorum nonnulli adeò insipientes, vt etiam putent, se sufficienter absoluere, si ad singula peccata, sibi à pœnitentibus in auriculari Confessione manifestata, respondeant: *Deus remittit.* Vndè solùm hoc verbum

Ի 20 [illegible]

ԻԱ 21 [illegible]

ԻԲ 22 [illegible]

Թողութ : և կարծեն , թէ ՚ի ձեռն այ
դպիսի բանին. Թողեալ լինին մեղք
հետևաւոր մինն զկնի միւսոյն : որ և
առնելի տալ ամանց անընդդիմ բանաձևայ
եթ ոչ ասելոյ միւս անգամ ՚ի վերջն
խոստովանութեան զարմանականս ձևն
բանին . որ է միայն շնորհեան արձա_
կումն ամէ մեղաց ՚ի միասին : Երկ՝
դուզան յայժ մոլորեն . զի ոչ կարէ խոս
տովանահայր արձակել և տալ թողու
թեն . եթէ ոչ լուսան զամէ մեղս ա_
պաշխարողին : և այս լինի ՚ի վերջն
խոստովանութեան ամէ մեղացն : յոր
Եզ 24 ժամ ասացեալ է խոստովանահօրն մի
անգամ ասել զպատասխանին որ ձևն բա
նին . և ոչ ասել վասյնաբար բազում
անգամ ՚ի սկզբանէ միոյ և ՚ի վերջն .
ասամառամ թողու : բանզի ոչ կարէ
ամենեքին մի մահու֊չափ մեղք թողու_
ին առանց միւսոյն . այլ ՚ի համայն կամ
թողութին ամենեքին ՚ի միասին , կամ
թէ ոչ ոք ՚ի նոցանէ : և պատճառ այ
սորին է . զի մեղք թողեալ լինին ՚ի
ձեռն արդարացուցիչ շնորհին , որ եղա
նէ ի մէջ հոգւոյ ապաշխարողին վասն
արձակման բանաձևոյն , իսկ իւրաքանչ
չիւր մահու֊չափ մեղք հակառակ է
այսմ շնորհին , և արտաքսէ զնա ՚ի
հոգւոյն . ապա ուրեմն ոչ կարէ մի մեղք թողուլ առանց միւսոյն : ապա այսու_
թեն ոչ պարտ է բանաձևոյն արձակել . եթէ ոչ մի անգամ միայն ՚ի վերջն . յոր
ժամ զամէ մեղսն լուան :

bum immediatè post vnumquodq; peccatum auditum repetere solent
Եզ 23 loco formæ : vt toties in eadem Cōfessione dicatur , quot sunt peccata , quę audiunt. Qua quidem in re dupliciter errant : primùm , quia verā Absolutionis formam omittunt , vt suprà demonstratum est ; deindè , quia priùs absoluunt , quàm pœnitens omnia , & singula peccata , confessus sit : cùm constet , vnum peccatum læthale sine alio remitti pœnitenti non posse , sed vel omnia
simul remitti , vel nullum . & ratio est , quia peccatum remittitur , in quantum tollitur Dei offensa per gratiam iustificantem : omne autem peccatum mortiferum contrariatur tali gratiæ , & excludit illam : ergo impossibile est , quòd vnum peccatum sine alio remittatur. Cùm igitur omnium peccatorum remissio non fiat , nisi per Absolutionem Sacerdotis ; ideò non debet Sacerdos absoluere , nisi semel , postquàm omnium peccatorum confessionem audiuit .

DE IIS, QVAE

Pertinent ad materiam Pœnitentiæ.

Sectio V.

QVinta Propositio: *Materia Sacramenti Pœnitentiæ sunt actus pœnitentis, scilicet Contritio, Confessio, & Satisfactio à Confessario iniuncta:* quæ dicuntur partes materiales huius Sacramenti, ad differentiam Absolutionis Sacerdotis, quæ est pars formalis. Hæc Propositio sine vlla controuersia suscipitur ab Armenis: & probatur sic breuiter ex D. Thoma, part. 3. quæst. 90. art. 2. Debet in Pœnitentia, vt peccator cum Deo concilietur, fieri recompensatio offensæ secundùm voluntatem peccantis, & secundùm arbitrium Dei, in quẽ peccatur: ergo requiritur ex parte pœnitentis, primò voluntas recompensandi, quod fit per Contritionem; secundò, quòd se subijciat arbitrio Sacerdotis loco Dei, quod fit in Confessione; tertiò, quòd recompenset secundùm arbitriũ Ministri Dei, quod fit in Satisfactione.

Vltima Propositio: *Peccata, quæ per Pœnitentiam sunt dimissa, non redeunt, neque imputantur ob sequens peccatum.* est contra Vartanum, docentem, eos, qui post peccatorum confessionem recidunt in peccatum, reos iterùm effici præcedentium peccatorũ: vndè infert, istiusmodi pœnitentibus Confessionem

ni-

ՅԱՂԱԳՍ

Նիւթոյ խորհրդոյս ապաշխարութեան.

Հինգերորդ գլուխ:

Ա 1 Նիւթ ասեմ մասունք խորհրդոյս ապաշխարութեան ներքին գործութիւնք ապաշխարողին. այս. երեքս ասեմ. զղջումն, որ է ցաւ սրտին վասն մեղաց գործելոց: խոստովանութիւն, որ է յայտ առնել զմեղս խոստովանահօրն և հատուցումն, որ է ապաշխարանքն, զոր իշխեսցէ դնել խոստովանահայր ի վերայ ապաշխարողին: Եւ

Բ 2 ասին սոքա նիւթ խորհրդոյս՝ առ ՚ի տարբերութիւն արձակման քահանային. որ է ձև և տեսակ խորհրդոյս: Երկրորդ՝ ցուցանի այս. քանզի վասն հաշտելոյ մեղաւորին ընդ Այ ՚ի ձեռն ապաշխարութեանն՝ խնդրի վճարել զմեղաց ըստ կամաց մեղաւորին. և ըստ կամաց Այ, որում նա մեղաւ: Ապա ուրեմն խնդրի ՚ի կողմանէ մեղաւորին՝ նախ կամք վճարելոյ, որ լինի ՚ի ձեռն զղջմանն. երկրորդ՝ զի ստորադասեսցէ զինքն իւր ընդ դատաստանաւ քահանային փոխանորդի Այ, որ

Գ 3 լինի ՚ի ձեռն խոստովանութեան. և երրորդ՝ զի վճարեսցէ ըստ հրամանի խոստովանահօրն, որ լինի ՚ի ձեռն վճարութեան և ապաշխարանացն:

Եւ վերջին ասեմք. թէ յորժամ ապաշխարողն յետ խոստովանութեան մեղաց դարձեալ մեղանչէ և անկանի ՚ի նոյն մեղսն. մեղքն առաջնագոյն, որ թողեալ լինէր խոստովանութեամբ, ոչ դառնայ, և ոչ պահանջին վասն հետևեալ մեղացն: Զայս ասեմք ընդ-

դէմ

պէմ վճարուանայ. որ զհանգստեանն ու- Դ
սոյց՝ առնելով. Թէ այդպիսի ապաշ- 4
խարութեան ոչինչ օգտէ խոստովանու-
թիւն: որ է՛ սուտ և ամբարիշտ հերձուա-
ծողութիւն:

Հաստատի ցուցանի այս 'ի սբ. գրոցն. քանզի 'ի յեսայեայ. խգ. որ" զինքն ասէ ասելով: Ես եմ ինքն. որ ջնջեմ զանօրէնութիւնս քո վս իմ. և զմեղս քո այլ ոչ յիշեցից:] Եւ դարձ 'ի յեզեկիէլէ. ԺԸ. երդ" զինքն ասէ: [Իսկ եթէ անօրէնն զապաշխարութիւն առնիցէ յամ մեղաց իւ. որոց զոր գործեաց. զամ
անօրէնութիւնս նորա, զոր գործեաց, Ե
ոչ յիշեցից:] Արդ՝ սուտ լինէին այս 5.
պիսի խոստմունքս այ. եթէ դարձեալ յիշէր երբեմն զայն մեղսն, որ թողեալ եղև յառաջ՝ 'ի ձեռն ապաշխարութեանն:

Երկրորդ" ցուցանի բանականութբ. քանզի գործն այ ոչ կարէ խափանել վն գործոյն մարդոյ, ըստ այնմ զոր ասէ պօղոս 'ի հռովմեաց երրորդ" գլխն. Միթէ անհաւատութիւնն նոցա զհաւատս այ խափանիցէ. քաւ լիցի:] Իսկ թողութիւն աստուածայնոյն
մեղացն 'ի ձեռն խոստովանութեան՝ և Զ
ղև գործ ամենայն ողորմութեան: ապա 6
ուրեմն ոչ կարէ խափանել վն հետևեալ մեղաց մարդոյն: Եւ դարձեալ ցուցանի. զի եթէ ոք զպարտն հատուցանելոյ զպարտսն իւր՝ յետոյ դարձեալ առնու զայլ պարտս. ոչ ևս լինի պարտական նախկին հատուցանելոյ զպարտսն առաջնոյն. իբր թէ զսա ոչ հատուցեալ էր: ապա ուրեմն ըստ սմին օրինակի՝ եթէ ոք զինի վճարելոյ մեղաց ապաշխարութբ, յետոյ դարձեալ մեղանչէ. ոչ ևս լինի պարտական առաջնոյն մեղացն. իբր թէ

վն

nihil proficere: quod prorsùs erroneum est, atque impium dictu.

Et probatur primò ex Sacra Scriptura: Nam Isaiæ 43. Dominus inquit: *Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me; & peccatorum tuorum non recordabor.* Et rursùs ait, Ezechielis 18. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, &c. omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.* Quæ quidem promissiones veraces nō essent, si peccati semel remissi iterùm Deus aliquādo recordaretur, illud imputando.

Probatur secundò ratione: quia opus Dei per opus hominis aboliri, aut irritum fieri non potest, iuxta illud Rom. 3. *Nunquid incredulitas illorū fidem Dei euacuabit?* sed remissio peccatorum per pœnitentiam, fuit opus diuinæ misericodię: igitur aboliri non potest per sequens peccatū hominis. Pręterea, si quis postquàm restituit debitum, nouum debitum contrahat, non efficitur reus prioris debiti restituēdi, quasi illud non restituisset: ergo à pari, si quis, postquàm Deo satisfecit pro peccato per pœnitentiam, iterùm peccet; non efficitur reus prioris peccati, quasi pro illo nō satisfecisset. Quare S. Augustinus: *Qui recedit*, inquit, *à Christo, & alienus à gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod remissū est, recidit; nec pro originali peccato damnabitur.*

August. in lib. Responsionum Prosperi. & refertur in Decret. de Pœnit. distin. 4. cap. 14.

Itaque peccata, quæ per sacramentum Pœnitentiæ remittuntur, nunquàm iterùm redeunt per se-

 quens

quenspeccatum : ac proinde sacramentalis Confessio, si ritè fiat cum debita contritione, ac proposito non redeundi ad peccatum, semper erit proficua pœnitenti, quantumuis recidiuo. Quapropter non debet is vsque ad vitæ finem hoc Sacramentum differre, nec ad illud rarò, vt mos est apud Armenos, sed frequẽter, & quotiescunque in peccatum incidit, contritus accedere, etiamsi probabiliter sciat, se ex naturæ fragilitate iterùm posteà peccaturum. Sic enĩ innuisse videtur Dominus, cùm Luc. 17. inquit: *Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi: &, si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens: pœnitet me: dimitte illi.*

Sed dicet Vartanus: Ezechielis 18. Dominus ait: *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem: omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur:* igitur, si quis denuò peccauerit, non imputabitur illi præcedens pœnitentia, per quã consequutus fuerat veniam peccatorum: ac proinde peccata, priùs remissa, redibunt.

Respondeo, quòd per sequens peccatum obliuioni quidem traditur pœnitentia priùs acta, sed in quantum erat opus pœnitentis meritorium vitæ æternæ, non in quantùm erat remissoria peccati; cùm remissio culpæ magis sit opus Dei, quàm hominis. Immo & ipsa bona opera, meritoria vitæ æternæ, facta priùs à pœnitente in gratia, quæ per

per

Է վնասուց ոչ վճարեալ էր : Ուսանի ասէ
7 սրբն օգոստինոս . Որ 'ի քնէ հրաժա-
րի , և զղջէ 'ի չնորհացն վաղճանին .
ներԹայ առողջոյ 'ի կորուստ . քայց կը
կին ոչ լինի պատրաստական վճռոյն , որ
Թողեալ եղև . և ոչ վս նորոգնական
մեղացն դատապարտելի :]

Ուսուցանեմք այսմ մեղքն , որ 'ի ձեռն
խոստովանուԹեան Թողեալ
լինի , ոչ երբեք կրկին դառնայ վս
պատճառի հետևեալ մեղաց : և աս-
կա այսորիկ խոստովանուԹեան՝ եԹէ
ուղղապէս կատարի պաշտօնաւոր
զղջմամբ և հաստատ կամօք ոչ դառ-
նալոյ 'ի մեղս . մշտ օգտակար լինիցի
Ը ապաշխարողին . Թէպէտ յետոյ դարձ-
8 անկանիցի : Եղն այսորիկ պատճառ է
մարդոյ ոչ յապաղել զայս ամ խոստովա-
նու 'ի յերկար ժամանակ . այլ քանի
ցս անգամ 'ի մեղս ինչ անկանի . չու-
առով զղջանալ և խոստովանիլ . Թէ
պէտ և կարծիցէ , Թէ յետոյ վս տկա-
րուԹե բնուԹեն իւրոյ Թերևս միւս
անգամ անկանելոց իցէ : Եւ այսպէս
խրատեաց զմեզ տէրն մեր յս քս 'ի ղկ
սու . ԺԷ . երդ" գլխն ասելով : ԵԹէ
մեղիցէ եղբայր քո . սաստեա նմա :
և եԹէ ապաշխարեսցէ . Թող նմա : և
Թ եԹէ եւԹն անգամ յաւուր մեղիցէ
9 քեզ . և եւԹն անգամ յաւուր դար
ձցի 'ի քեզ . և ասիցէ . ապաշխարեմ .
Թողցես նմա :]

Թերևս առարկիցէ վարդան .
Թէ 'ի յեզեկիելի . Ժը . երդ" գլխն ա-
սէ տէրն : ԵԹէ արդարն դարձ-
ցանիցէ զանձն յարդարուԹէ իւրմէ .
և առնիցէ զանօրէնուԹի . ամենայն
արդարուԹիւնք նորա , զոր արարե-
ալ էր , ոչ յիշեսցին :] ապա ուրեմն
եԹէ ոք զկնի ապաշխարուԹե դարձ-

մե

մեղանչիցէ. ոչ յիշեսցի անցեալ արդա- Ժ
րութիւն, որով շահեալ էր զթո- 10
ղութի առաջնագոյն մեղացն:

Պատասխանի. թէ զի հեռացեալ մեղա-
ցն՝ մոռացեալ ամ զանցեալ արդարու-
թութիւն ըստ որում էր գործ արդարու-
թեանն արժանի յաւիտենականն փա-
ռաց. այլ ոչ մոռացեալ զնա ըստ որում
էր գործ արձանիչ ՚ի մեղաց. զի ըստ
այսմ առաւել է՛ գործ այլ, քան թէ
մարդոյ: եւ ըստ եւս ինքնեանց բառի գո-
րծք արժանի յաւիտենին կենաց. զոր ար-
տեալ էր ապաշխարողն զոյով ՚ի շնոր-
հս այլ, թէպէտ զի հեռացեալ մեղացն Ժա
ոչ յիշեսցեն լինելոյ եւ կենդանի. թէ մի 11
ռացեալ. սակայն յորժամ յետոյ մար-
դն կրկին ապաշխարէ եւ դառնայ ՚ի
շնորհս այլ, յայնժամ միւս անդրանի կե-
նդանանան, եւ յիշատակ յիշէ այն:

Ընդդիմ առարկեսցես. թէ անցեալ մեղ-
քն թողեալ լինէին ՚ի խոստովանութեան
՚ի ձեռն արդարացուցիչ շնորհին. զի
այս ՚ի բաց բառնայ ՚ի հոգւոյ զարատն մե-
ղաց, որ է՛ պակասութիւն նորին շնորհին,
եւ պարտաւորութիւն յաւիտենական
պատժոյ եկեալ ՚ի մեղացն: իսկ զի
հեռացեալ մեղաց նոյն արատն մուծել Ժբ
լինի ՚ի հոգին ընդ նմին պարտաւորու- 12
թեան: ապա ուրեմն առաջնագոյն
մեղքն դառնայ որպէս յառաջ:

Պատասխանի. թէ ՚ի ձեռն հեռացեալ
մեղացն դառնայ ՚ի հոգին արատն. [illegible].
պակասութիւն շնորհին այլ եւ պարտաւ-
որութիւն յաւիտենին պատժոյ, ոչ ըստ որ-
ում էին առաջ գործ առաջնագոյն թո-
ղեալ մեղացն. այլ ըստ որում են գո-
րծ այլոց հեռացեալ մեղաց: զի որոյ առ-
ատ, որ դառնայ, ոչ է՛ նոյն, որ էր յառ-
աջ. այլ միւս, կամ թուով միայն, կամ եւս
տեսակաւ տարբերեալ ՚ի յառաջնոյն

ըստ

per ſequens peccatum obliuioni traduntur, ac veluti mortificantur; cùm deindè peccator in gratiam Dei redierit per aliam pœnitentiam, iterùm viuificabuntur, & illorum recordabitur Deus.

Inſtabit: Peccata præterita fuerant in Confeſſione remiſſa per gratiam iuſtificantem, quatenùs hæc abſtulit ab anima maculã, hoc eſt, gratiæ priuationem, & reatum pœnæ æternæ, à peccatis illis relictum; ſed per quodlibet peccatum læthale ſequens, eadem inducitur macula, atque idem reatus: ergo peccata, priùs remiſſa, redeunt, ſicut anteà:

Reſpondeo, quòd per ſequens peccatum inducuntur iterùm macula, ſeu priuatio gratiæ, & reatus pœnæ æternæ, non prout cauſabantur ex peccatis illis priùs dimiſſis, ſed prout cauſantur ex peccato ſequente. vndè redit quidem macula, ſed nõ illa eadem, quæ fuerat priùs, nec idẽ reatus, ſed alius, vel numero tantùm, vel etiam ſpecie diuerſus à priori, iuxta diuerſitatem prauorum actuum, ex quibus iſta conſurgunt.

Vrgebit: Quòd peccata, priùs dimiſſa, eadem omninò redeant ſaltem ob ſequens peccatum ingratitudinis, aut odij fraterni; conſtat ex parabola ſerui nequàm; qui, vt habetur Matth. 18. *traditus eſt tortoribus, quoadusque redderet vniuerſum debitum*, quod iam anteà illi fuerat dimiſſum.

Reſpondeo, quòd peccata, dimiſſa per pœnitentiam, redire dicuntur per ſequens peccatum ingratitu-

titudinis, odij fraterni, &c. non quòd reatus illorum, iam dimissus, denuò imputetur; sed quia virtualiter continetur in peccato sequente, quod magis aggrauatur ex peccatis prioribus dimissis ratione ingratitudinis: Et sic intelligitur illud, *quoadusque redderet vniuersum debitum*, nempè, quod in vltimo peccato, non dimisso, virtualiter continebatur. Et intelligi potest etiam de reditu peccatorum quantùm ad reatum pœnæ æternæ, secundùm se genericè consideratum; quia scilicet post pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æternæ, sicut & priùs, quanquàm non omninò eundem.

ըստ տարբերութեան մեղացն, յորոց աղամն բուսանին: ԺԳ 13

Ուրբէլ առակինիցես զառակին չար ծառային. որ ՚ի. Մատթ. ԺԸ. երդ՛ գլխոյն մատնեցաւ դահճաց, մինչեւ հատուսցէ զամ պարտսն. որ յառաջ թողեալ լինէրնմա ՚ի տանէ իւրմէ: այսպէս ուրեմն վն հեռանալ ծառայութեան մեղաց ոմանց երախտամոռացութեան, կամ եղբայրատելութեան, դառնան մեղքն առաջնագոյնք. որ թողեալ լինէին:

Պատասխանի. թէ թողեալ մեղքն ասեն դառնալ վն հեռանալ մեղացն երախտամոռացութեան կամ եղբայրատելութեան. ոչ թէ նոյն նախկին թողութիւն յետոյ խափանիցի. այլ վն զի հեռանալ մեղքն առնելուն ծանրանայ պատճառաւ երախտամոռացութեան վն թողութեան այլոց անցեալ մեղացն. մինչ զի նորոգումն եւս զառաջնոց մեղացն ծանրութիւն: եւ այսպէս իմանի այս բանն, մինչեւ հատուսցէ զամ պարտսն. այսինքն. զամ պարտսն, զորոց ծանրութիւնն ներզօրութեամբ ունէր հետեւեալ մեղքն երախտամոռացութեան. որ թողեալ ոչ եղեւ: Եւ կամ կարեմք եւս իմանալ զայս վն պարտաւորութեան յաւիտենից պատժոյն. քանզի որ յետ ապաշխարութեան դարձեալ մեղանչէ. պարտաւորական լինի եւս կրել զյաւիտենից պատիժ. որպէս պարտաւորական էր յառաջ քան զապաշխարութիւն գործեալ մեղացն:

ՍԱՂԱԳՍ ԽՈՐՀՐԴՈՅ ՎԵՐՋԻՆ ՕԾՄԱՆՆ

Գլուխ. Ե.

Յայտնեսցի մոլորական կարծիք ազգիս հայաստանեայց.

Յառաջին գլուխ :

DE SACRAMENTO EXTREMÆ VNCTIONIS,

§. V.

Explicatur error Armenicus.

SECTIO I.

Պատշաճ գիտելի է. զի ամ̅ հայ ա
վարդապետքն հայոց ուսուց-
ցանեն ի գիրս իւրեանց. Թէ եւթ-
նից մէ խորհրդոյն եկեղեցւոյ մինն
է վերջին օծումն. զոր պարտ է տալ
հիւանդաց ըստ բանին մէ առաքելոյն
յակոբայ. որ ի հինգերորդ գլուխն աս-
է: Հիւանդանայցէ ոք ի ձէնջ. կո-
չեսցէ զերիցունս եկեղեցւոյն. եւ ա-
ղօթեսցեն ի վերայ նորա. օծցեն ի-
ւղով յանուն տն. եւ աղօթքն հաւա-
տովք փրկեսցեն զաշխատեալն. եւ յա-
րուսցէ զնա տէր. եւ եթէ մեղս ինչ իցէ
գործեալ, թողցի նմա :] Այս որոյ բ
հայոց եկեղեցին ի կանոնախ ժամանա-
կսն ընկալեալ զայս օծումն իբրեւ զխ-
տակոյ եւ զճշմարիտ խորհուրդ. եւ առ
վերջ էր տալ զնա միայն հիւանդաց ի
հոգեվարքի օրն, ըստ աւանդութեան
կաթուղիկէ եկեղեցւոյն :

Բայց յետոյ յարեան ի մէջ յար

եւլ

1 ANtequàm de hoc Sacramento aliquid certi nostram ad rem statuamus, atque probemus; sciendum est, Armenos olim Doctores summo consensu tradidisse, in suis libris, Extremam vnctionem esse vnum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, conferendum infirmis iuxta Iacobi præceptionem, ab ipsis quoque citatam: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine Domini; & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit* Iacob. 5.
2 *eum Dominus; &, si in peccatis sit, remittentur ei.* Quarè ipsorum Ecclesia, Vnctionem hanc pro vero, ac proprio Sacramento suscipiens, tantùm infirmis, grauiter ægrotantibus, adhibere quondam solebat iuxta morem vniuersalis Ecclesiæ.

Porrò

Porrò deinde, cùm hæresis illa inter Orientales consurgeret, quæ Extremam hanc vnctionem cum Sacramento Pœnitentiæ confundebat; iuxta quam tum Vartanus Armenus in libro de Monitis, tum etiam (vt refert Archudius) Iob quidam Græcus in Tractat. de Explanatione Sacramentorum, docebant, sacramentum Pœnitentiæ cõfici per hanc Vnctionem; ac proinde vngendos esse pœnitentes non solùm infirmos, verum etiam sanos: vndè Armeniorum complures, vt diximus, hac solùm vnctione contenti, incipiebant ab auriculari peccatorum confessione desuefieri: eam ob causam factum est, vt decerneret Armena Ecclesia, ne vlli vnquàm ministraretur deinceps hæc Vnctio, ne ipsis quidem infirmis, quantumuis extremè laborantibus: vt sic scilicet vana quoque spes illa vltimæ Pœnitentiæ, & expiationis, quam aliqui in Extrema Vnctione ponebant, omninò eis præcideretur, adeòque ad verum Pœnitentiæ Sacramentum, per Exomolegesim exercendum, omnes inducerentur: sicut & contigit. Verùm ad vnum auferendum malum, quod tamen facilè aliter, ac multiplici sanè modo remoueri potuisset, aliud malum inter Armenios excitatum sic fuit, perpetua scilicet salutaris huius Sacramenti desuetudo, ac priuatio, quam eorum infirmi, in vltimo vitæ termino constituti, non sine detrimento salutis animę, & corporis, hactenùs experiuntur.

Archud. lib. 1. de Sacr. cap. 2.

In-

Եւ եկելոց ընդխառնեցից ամանց հերձուա-
գ 3 ծողք. որք հանդերձ վարդանան-
շխոթեին զվերջին օծումն ընդ ապա-
շխարութեանն. եւ ուսուցանեին,
թէ խորհուրդ ապաշխարութեան կա-
տարի 'ի ձեռն օծման այսորիկ.
Եւ թէ սակս այսորիկ պարտ էր օծա-
նել զամ ապաշխարողս անզանազան
թէ զհիւանդս կամ թէ զառողջս:
Վն որոյ հայք ոմանք. որպէս ի վերոյ
ասացաք. բաւական համարեին ինքեա-
նց զայս խորհուրդս, եւ սկսանեին
հրաժարել 'ի խորհրդոյ խոստովա-
դ 4 նութեան. Վյոր պատճառաւ ապա-
գայ հաստատեաց հայոց եկեղեցին
յայնմ հետէ ոչ պաշտել զխորհուրդ-
վերջին օծման. զի մի՛ ոք ակնունե-
լով առ այսպիսին խորհուրդս՝ թող-
ցէ զխորհուրդն ապաշխարութէ, որ
է խոստովանութի. այլ ամենեքեան
հարկաւորեսցեն խոստովանել եւ ա-
պաշխարել, եւ շահել զթողութի մեղա-
ցն իւրեանց: Բայց՝ ոչ պարտ էր նմին
եկեղեցւոյն՝ վն բժշկելոյ միում չար
ախտին զմիւսն յարուցանել, եւ ձգել
արտաքոյ ուրեմն զմի փրկաւոր խո-
ե 5 րհուրդն քն, եւ զրկել զհոգեւոր հի-
ւանդս հայոց յօգնականութէ սոյ խո-
րհրդոյս. զոր քն հաստատեաց առ 'ի
զօրութի եւ բժշկութի հոգւոյ եւ մար-
մնոյ հոգեւորացն: Մանաւանդ զի
նա կարէր այլով բազմանեանս կեր-
պիւ 'ի բաց բառնալ 'ի մէջոյ հայոց
ոմանց զնախապաշարեալ մոլորութիւն
չար կարծեացն;

Որ՝ ի բուն այսպէս հաստատուն-
աց հայոց եկեղեցին: յետոյ՝ զի մի՛
երեւեսցին այլոց ազգաց քրիստո-
նէից ամենեւին մերկացեալ 'ի խորհ-
րդոյս. եւ ամօթ լիցին նմա. գրիգոր տա-
թեւ.

Թուացին, որ եղև պատճառ այսր
անաւրէնութեան, հնարեցան զնոր ինչ վրդով- զ̄
մութիւն. յաղագս ՚ի մէջ հայոց զայլ 6
նորաձև խորհուրդ վերջին օծման,
զանազան ՚ի նմանէ, զոր հաստատեալ
էր քս̃ և հրատարակեալ էր սբ̃ առաքելն
յակոբ: և ՚ի գիրս հարցմանց ուսոյց
հայոց կատարել զխորհուրդ վերջին
օծման այլով զարմանալի եղանակաւ,
ասելով այսպէս: Զվերջին օծման
խորհուրդս ունիմք ՚ի քահանայս նոյն
եղեալս. զի օծանեմք զնոսա որպէս զըմ
բիշս. զի ՚ի հանդէս մտցեն ընդ այսս
չարութեան օդոյս: զայս ասելով ՚ի յօ- է
ծանելն. Աւրհնեսցի, օծցի, և սր- 7
բեսցի աջ, կամ ճակատ, կամ գագաթ
քահանայիս այսորիկ նշանաւ սբ̃ խա
չիս, և աւետարանաւս, և սբ̃ միւռ
նաւս, յանուն հօր և որդւոյ և հո
գւոյն սրբոյ:]

Interim, ne Populo sua videatur Ecclesia hoc Sacramento omni ex parte priuata, quid faciunt deceptores Magistri? esse Chrismate inungenda, docent, corpora mortua Sacerdotum, asserentes, etiam sic perfici in Ecclesia posse hoc Sacramentum. Quarè Gregorius Dattieuensis (quo auctore abusus hic traditur in Armenios irrepsisse) in tractatu de extrema vnctione, postquàm docuit, in vnctione infirmorum hoc Sacramentum esse situm, iuxtà verbum Apostoli, subijcit: *Porrò huius Vnctionis Sacramentum perficimus supra defunctos Sacerdotes. Vngimus enim illos, quasi luctatores, vt cum prauis Spiritibus huius aëris viriliter decertare valeant: ac, dum eos vngimus, dicimus: Benedicatur, vngatur, & sanctificetur manus, vel frons, aut vertex huius Sacerdotis, per signum istius sanctæ Crucis, per hoc Euangelium, & hoc sanctum Chrisma, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: Amen.*

ՅԱՂԱԳՍ

Ընդդիմադրութեան վերոյգրեալ մոլորութեանցն. ա̄ I

Երկրդ" գլուխ:

Ասեմ առաջին. Թէ խորհուրդ վերջին օծման ոչ կատարի. եթէ մարդն, որ օծանի, ոչ իցէ հիւանդ: Յուցանի այս ՚ի բանիցն յակոբայ առաքելոյն. որ ասէ: Հիւանդանայցէ ոք ՚ի ձէնջ. կոչեսցէ զերիցունս և այլն:] Զոր՝ Երբ որ սբ̃ առաքեալս ՚ի յաւանդելն զայս խորհուրդս որ

AD REFELLENDOS Errores prædictos, statuuntur, ac probantur Assertiones nonnullæ.

Sectio II.

DICO primò: *Sacramentum Extremæ Vnctionis non perficitur, nisi subiectum, quod vngitur, sit homo ægrotus*. Probatur primò ex illo Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros,*&c. Cùm enim Apostolus huius Sacramenti ritum, à Christo institutum, pro-

mulgans, non assignet aliud eius subiectum, nisi solos corpore ægrotantes; profectò quodlibet aliud subiectum non erit huius Sacramenti capax: quippè tota Sacramentorum ratio à sola Christi voluntate, & institutione dependet.

Probatur secundò ratione: quia adhibetur hoc Sacramentum per modum medicationis, vt diximus quæst. 3. §. 3. num. 18. & ex memoratis Iacobi verbis colligitur: sed medicatio non competit sanis, nec mortuis, sed solùm infirmis: ergo solis infirmis hoc cõpetit Sacramentum. Tum quia prĕter effectum primarium, quem tribuit infallibiliter, scilicet animæ sanationem, potest etiam tribuere effectum secundarium salutis corporalis, vt loc. sup. cit. explicatum est: ergo non cõpetit, nisi solùm corporali salute indigentibus, ac proindè infirmis.

Probatur denique, tum ex proprio eius nomine, quod est etiam apud Armenos *օծումն հիւանդաց*, *Vnctio infirmorum*; tum ex antiqua totius Ecclesiæ consuetudine: nam primitùs Grĕca pariter Ecclesia, & ipsa quoq; Armena, iuxtà rectum, ac perpetuum morem Latinæ, hoc Sacramentum solis infirmis administrabant (etsi nunc more peruerso Græci, vt tradit Archudius, illud conferunt & infirmis, & sanis; Armeni verò nec infirmis, nec sanis, sed mortuis): tum denique ex traditione veterum Sanctorum Patrum, & Decretis Conciliorum; de quibus infrà.

Archud. de Sacram. lib. 5. cap. 4.

որ էր հաստատեալ 'ի քէն, յայտնապէս
Բ 2 հրամայէ, թէ պարտ է՛ օծանել միայն
զհիւանդս. և սոցա միայն տալ զխոր-
հուրդս զայս. ուրեմն արդեօք այլ
ինչ մարդ, որ առողջ իցէ, կամ մեռե-
ալ, և ոչ հիւանդ. ընդունակ ոչ լինի-
ցի այսր խորհրդոյս: զի ամեն խորհր-
դոցն ոչ 'ի կամաց մարդկան, այլ 'ի
կամացն քի միայն կախի.

Երկրորդ" ցուցանի բանականու-
թբ. զի այս խորհուրդս տուեալ լի-
նի ըստ կերպի բժշկութե. որպէս ասա-
ցաք 'ի յերրորդ" պարագին երրորդ" վիճա-
Գ 3 բանութեն 'ի թիւն. ԺԸ. և յայտ լի-
նի այս 'ի բանիցն յակոբայ։ իսկ բժշ-
կութիւն ոչ պատշաճի առողջ մարդ-
կան, և ոչ մեռելոց. այլ միայն հիւա-
նդաց: ապա ուրեմն միայն հիւանդ-
աց պատկանին այս խորհուրդս: Նաև
և զի խորհուրդս հաստատեցաւ առա-
'ի գործել ոչ միայն զհոգևոր առող-
ջութի, որ է՛ անսխալականապէս և առա-
ջին գործումն. այլ և զմարմնաւոր
որ առողջութի, որ է՛ երկրորդական
գործումն, և լինի երբեմն, յորժամ
օգուտ է՛ զհոգևոր փրկութե: ապա
Դ 4 ուրեմն պարտ է՛ պաշտել զնա
միայն այնոցիկ, որ կարօտին մարմնա-
ւոր առողջութեն. այս. հիւանդաց
և ոչ մեռելոց, կամ առողջաց:

Եւ երրորդ" ցուցանի 'ի յանուանէ
իսկ նորա. զի կոչի օծումն հիւան-
դաց, և ոչ առողջաց կամ մեռելոց:
Նաև և 'ի կանոնս սովորութե ընդհա-
նուր եկեղեցւոյ. զի նոյն հայք սովոր
էին յառաջ տալ զայս խորհուրդս մի-
այն հիւանդաց. որպէս և այլ ուղղա-
փառ քրիստոնեայքն: Եւ յետ 'ի յա-
ւանդութենէ սրբոց հարցն և հնոց
կանոնաց ժողովոցն. զորոց վկայութիւնս
յետոյ

DI-

յետոյ առաքելոյն ։

ԵՐԿՐՈՐԴ՝ ասեմք . Թէ ոչ է Ե 5
արժան տալ զխորհուրդ վերջին օծ-
ման ամ̃ հիւանդաց . այլ միայն նմ̃ ,
զորոց լինի կարծիք մահու ։ Հաստա-
տուցանի այս 'ի հետեւեալ բանիցն
յառաքելոյ . որ ասէ ։ Եւ աղօթքն հա-
ւատոյ փրկեսցեն զաշխատեալսն . եւ
յարուսցէ զնա տէր ։] յորոց բանիցն
յայտ լինի ։ Թէ խօսի առաք̃ն վ̃ս հիւա-
նդի . յորում լինի կարծիք մահու . եւ
որ աշխատի վ̃ն նեղութեց մահաբեր
հիւանդութե եւ մերձակայ մահու-
անն ։ եւ այսպէս իմաստունք մեկնիչքն զբա-
նն զայսմանէ ։

Զ 6 ԵՐԿՐՈՐԴ՝ ցուցանի բանականու-
Թբ . քանզի այս խորհուրդս է՛ յետին
բժշկութն , զոր կարէ տալ եկեղեցին
վ̃ն փրկութե մարդոյ . եւ որպէս պատ-
րաստէ մարդն առ 'ի փառս հանդեր-
ձեալ ։ վ̃ն այսորիկ կոչի ոչ միայն օծ-
ումն հիւանդաց . այլ եւ վերջին օծ-
ումն ։ ապա ուրեմն . նոցա միայն պա-
տշաճի . որք հասանեն 'ի վերջին ժաման-
նակ կենաց իւրոց ։

ԵՐՐՈՐԴ՝ ցուցանի . քանզի ոչ էր ար-
ժան . զի պակաս օգնեալ լիցուք 'ի յե-
լս մեր յեկեղեցւոյ եւ յառաջնոյն կենացս . Է 7
քան Թէ օգնեցաք 'ի մուտս մեր յեկե-
ղեցին . եւ կամ 'ի յընԹացս մեր 'ի նմա .
մանաւանդ զի մարդ կարօտի օգնու-
Թե առաւել 'ի ժամ մահու , քան Թէ
յայլում ումեք ժամանակի . զի յայն
ժամն Թշնամիքն սաստկագոյն պա-
տերազմեն . եւ մարդ վ̃ն նեղութեց
հիւանդութե տկարագոյն լինի ։ ա-
պա ուրեմն՝ որպէս ամ̃ խնամակալ խնա-
մութե եղեւ . Թէ առ 'ի յօգնել մեզ 'ի
մուտս յեկեղեցին հաստատեցաւ խո-
րհուրդն մկրտութե . եւ առ 'ի յօգ-
նել

DICO secundò: *Sacramentum Extremæ Vnctionis non est conferendum cuilibet infirmo, sed solùm illi, qui de Vita periclitetur.* Probatur primò ex subsequẽtibus verbis eiusdem Apostoli: *Oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus;* quæ verba manifestè indicant, loqui Apostolum de infirmo, qui de vita periclitetur, & cùm angoris æstu morti obluctetur: quarè sic communiter exponuntur à Doctoribus.

Probatur secundò ratione: quia, hoc Sacramentum est vltimum remedium, quod Ecclesia potest cõferre, quasi immediatè disponens ad gloriam, vt loquitur D. Thomas: & ideò ab ipsis adhuc Armenijs vocatur non solùm *Vnctio infirmorum,* sed etiam վերջին օծումն *Extrema Vnctio*: ergo ijs solùm infirmis adhibendum est, qui sunt in extremo vitæ termino constituti.

D. Thom. in Supplem. quæst. 32. artic. 2.

Et confirmatur: quia non minùs iuuari debemus in egressu ab Ecclesia militante, quàm in ingressu ad illam, & in progressu; præsertim cùm nunquàm magis homo indigeat auxilio, ac robore, quàm in articulo mortis: tunc enim & hostes fortiùs impugnant, & ipse homo ob ægritudinis molestias ad resistẽdum ineptior est: ergo sicut diuina prouidentia factum est, vt ad nos in ingressu militantis Ecclesiæ iuuandos institutum fuerit Baptisma, & in progressu alia Sacramenta; ita pariter fieri debuit, vt institueretur Extrema vnctio, qua in egressu ab eadem Ecclesia, & transitu

ad cælestem Patriam iuuaremur. Igitur ijs tantùm infirmantibus exhiberi debet hæc Vnctio, qui sunt in statu exeuntium, sicut Baptisma exhibetur intrantibus.

DICO tertiò: *Tenetur ex diuino præcepto qualibet Ecclesia Christiana Vnctionem infirmorum administrare:* ac proindè nulla ratione potuit, nec potest Armena Ecclesia pristinum huius Sacramenti vsum penitùs, ac perpetuò à se abijcere.

Probatur primò ex ijsdem Iacobi verbis: *Infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros*, &c. His enim verbis Apostolus, vsum huius Sacramenti præcipiēs, non suum, sed Christi præceptum promulgauit; vt communiter SS. Patres, & Doctores exponunt, præsertim Augustinus, qui lib. 2, de Visit. infirm. cap. 4. inquit: *Nec prætereundum est illud Iacobi Apostoli præceptum: infirmatur quis in vobis? inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Iesu, &c. ergo sic roges, de te, & pro te fieri; sicut dixit Apostolus Iacobus, immò per Apostolum suum Dominus.*

Probatur secundò ratione; quia Sacramenta nouæ Legis, vt suprà diximus *, annexam habent ex institutione Christi non solùm gratiæ promissionem, sed etiam diuinum mandatum de stabili vsurpatione illorum in Ecclesia ad homines sanctificandos. Et ratio huius mandati est; quia, si licitum foret Ecclesiæ Christianæ vel Christi Sacramenta rescindere, vel penitùs ab illorum

* Quæst. 3, §. 1, num. 1.

Է նել ընթացից մերոց ՚ի նմին՝ հաստատ-
8 ռեցուն այլ խորհուրդք. նոյնպէս և
օծումն հիւանդութեան պարտ էր լինել.
զի և հաստատեալ լիցի խորհուրդ
մերձելոց օծման վ[ասն] օգնելոյ և զօրա-
ցուցանելոյ զնոյն ՚ի յելս յեկեղեցւոյ
և ՚ի յանցս առ երկնային հայրենիսն ։
ե․ Հայոց սրբոյ միաբանութեան պաշտաման
մատուցողաց. և այլ խորհուրդք՝ ընթա-
ցողաց. նոյնպէս և մերձելոց օծումն
պատահման միայն հիւանդաց երկայն-
ղաց և հոգեվարաց.

ԵՐՐՈՐԴ՛ ասեմ. Թէ օծումն
հիւանդաց հարկաւորի իւրաքան-
Թ չիւր եկեղեցի առաւել հոգեվար հիւան-
9 դաց զխորհուրդ մերձելոց օծմանն վ[ասն]
որոյ ոչ կարաց հայոց եկեղեցին ձգել
յարատեւ ընկենուլ զառաջնորդութիւն այսր
սբ խորհրդոյս առանց հաւատալե-
լոյ օծումն հիւանդաց ։

Նախ ցուցանի այս ՚ի նոյն բա-
նիցն յակոբայ առաքելոյն ։ Հիւանդա-
նայցէ ոք ՚ի ձէնջ. կոչեսցէ զերիցունս
և այլն ։] բանիցն այսպիսի բանիւք
առաքեալն հրամայելով զառաջնորդու-
թիւն խորհրդոյս այսորիկ՝ հաստատու-
նեաց ոչ զիւր հրաման, այլ զՔին. որպէս
Ժ մեկնեն սբ հարք և վարդապետք եկեղե-
10 ցւոյ. մանաւանդ սբն օգոստինոս,
որ ՚ի յերկրորդ՛ գիրս յաղագս այցելութեան հի-
ւանդաց ասէ. Ոչ պարտ է անփոյթ
առնել զայն հրամանն յակոբայ առա-
քելոյն. հիւանդանայցէ ոք ՚ի ձէնջ.
կոչեսցէ զերիցունս եկեղեցւոյ. և ա-
րասցեն ՚ի վ[երայ] նորա աղօթս. օծցեն և
այլն ։ այսպէս և դու այնպէս աղաչեա՛.
զի արասցեն ՚ի վ[երայ] քո. որպէս ասաց ա-
ռաքելն յակոբ. այլ մանաւանդ տէրն
մեր ՚ի ձեռն առաքելոյն իւրոյ ։]

Երկր[որդ]՛ ցուցանի բանականութ[եամբ]

քանզի քն՟ մեծ ոչ միայն հաստատութեանց
զխորհրդուցն նոր օրինացս առ՚ի պա
րգևել մեզ զշնորհս իւր․ այլ և ս հրա
մայեաց. զի հաստատս լիցին՚ի մէջ եկե
ղեցւոյ սրբութիւն նոցին խորհրդոցն
առ՚ի սրբագործանել զմարդիկս. որո
ցուցանէ յառաջին պատկերն երդն" զհի
ւանդութեանն ; և պատճառ այդր
հրամանին եղև . վա՛ զի եթէ կարող
էր եկեղեցին խափանել զխորհրդոցն
զի, կամ պարապիլ ամենևին ՚ի սրբա
գործութէ և յարարողութէ նոցա․ ընդ
վայր արդեօք և ունայն եղեալ լինէր
նոցա հաստատութիւն ; քանզի ոչ այլ
բնի հաստատեցան ՚ի քնէ․ որպէս զի
սրբեսցին ՚ի մէջ եկեղեցւոյ . և ՚ի
ձեռն սրբութեան նոցա մարդիկն
սրբեսցին : արդ՝ եթէ հայոց եկեղե
ցին հաւատայ . թէ վերջին օծումն
է՝ ճշմարիտ խորհուրդ ՚ի քնէ հաստա
տեալ . որպէս և այլ վեցն . ուրեմն
մեծ այն հրամանաւն հարկաւոր ՚ի
գործ արկանել զնոյն խորհուրդն . և
ոչ կարէ պարապիլ յարարողութենէ
նորա :

Երրորդ" ցուցանի ՚ի սովորութէ յար
ևելեան և յարևմտեան եկեղեցւոյ, որ
յամ ժամու կատարեաց զայս հրաման,
զոր քն պատուիրեաց հիւանդաց զայս խո
րհուրդս ՚ի հոգեվարքի օծն : Նաև
ցուցանի վկայութ որոց հարց և
ժողովոց . որք առանձինն . թէ պար
տին քահանայք նման ժամանակի առ
նել զայն, զոր հրամայեաց ոք առ ըն
յանկոբ : և մանաւանդ այսոց առանց
դեաց սքն նիկիոյ ժողովոյն առաջին պա
ակն ՚ի Թուղթն առ դեկենտիոս . Որս
գինես ՚նյերկրորդ" ներքողեանն իմ ոց
զևաղական գրոցն . Սէն ոսկէբերան
․ծյերրդ" գիրս որ յքհս քահանայու
թէ

vsu cessare; fuisset certè diuina eorum institutio frustratoria; cùm non ad aliud instituta sint, nisi vt exercerentur in Ecclesia, & per illorum exercitium sanctificarentur homines. at verò, quòd Vnctio infirmorum sit verum Sacramentum, à Christo Domino institutum, & nos alibi * latè probauimus, & ipsa Armeniorum Ecclesia firmiter credit: igitur hæc Ecclesia, si Christiana est, tenetur ex diuino mandato huius Vnctionis Sacramẽtum exercere; ac proindè non potuit ab eius vsu desistere.

* Quæst. 3. §. 2. nu. 13.

Probatur tertiò, non solùm ex praxi Orientalis, & Occidentalis Ecclesiæ, quæ hoc ipsum Christi mandatum de vngendis infirmis, grauiter decumbentibus, nullo vnquàm tempore exequi prætermisit: verum etiam ex Decretis veterum Conciliorum; nam, præter Concilium Florentinum, & Tridentinũ, quæ prædictas nostras assertiones propter Nouatorum hæreses aperta sanctione definierũt, habemus Concilium Nicænum primum, ab Armenis susceptum, quod Can. 69. Arabico meminit olei infirmorum, & à Chrismate, & oleo Catechumenorum illud distinguit: extant etiã multa Concilia Prouincialia, sed antiqua, quamuis Armenis ignota, quæ monent, ne hoc Sacramentũ negligatur: vt Cabilonense II. canone 48. Wormatiense, can. 72. Meldense, apud Burcardum lib. 4. can. 75. Aquisgranense II. can. 8. & Moguntinum sub Rabano Archie-

chiepiſcopo , can. 26. Ac præterea ex traditione veterum Patrum, qui expreſsè docuerunt , debere Presbyteros omni tempore id facere , quod Iacobus præcepit: ita Origenes homil. 2. in Leuit. Innocentius I. in epiſt. 1. ad Decentium, cap. 8. Chryſoſtomus lib. 3. de Sacerdotio; Auguſtinus in ſpeculo, & in Serm. 215. de tempore, & in lib. 2. de viſit. infirm. cap. 4. Cyrillus Alex. de Adorat. in ſpiritu, lib. 6. Beda in c. 6. Marci, & c. 5. Iacobi : Theophylactus in cap. 6. Marci ; ac præter alios, Ambroſius in Miſſali, & Gregorius Magnus in libro Sacramentorum de Feria 5. in Cœna Domini, Orationem etiã ponunt pro infirmorum Oleo benedicendo.

Probatur denique ex ipſis Armeniorum Magiſtris, qui ſuis in libris communiter aſſerunt, hoc præceptum, à Iacobo promulgatum, eſſe in Eccleſia obſeruandum ; immò Vartanus in lib. de Monitis, infirmorum Vnctionem in Sacramẽtorum numerum referens , inquit cap. 6. *Chriſtianiſmus in ſeptem Sacramentis Eccleſiæ nititur* : ergo, per ipſum, in ea Eccleſia, vbi aliquod ex his Sacramentis deeſſet, Chriſtianiſmus ipſe deficeret.

Reſpondent ad hæc Armenij, & præcipuè Gregorius Dattieuẽſis loco ſup. cit. ſuam Eccleſiam coactam fuiſſe huius Vnctionis vſum interdicere ; ne Populus à Sacramento Pœnitentiæ , quod eſt magis, quàm infirmorum Vnctio, neceſ-

ԹԵ. Այլ և ամբարշտութ 'ի գիրս սրբոց
Ժդ բարգաւաճութեցն . Այլ և օգտաւորութ
14 'ի . ԺԳ Ե . եւր" ծառն յոգս ժամա_
նակի . Այլ և կեւրեղ ասէս" 'ի վերջե_
րոր" գիրս յոգս երկիրպագութ Հոգ_
ւոյ . Բերում քահանայն 'ի մեկնու_
թի Թղթոյն յակոբայ . Այլ և գրիգոր
հայոց հայրապետն 'ի գիրս խորհրդոցն . և
այլ ևս հարքն առ հասարակ : Զսոյն
և հրամայեցին սբ ժողովքն . ոչ մի_
այն փլորենցիոյ , և տրիդենտ . այլ և
առաջին սբ ժողովսն նիկիոյ . որ 'ի . ԿԹ .
եւր" կանոնքն յայտնապէս յիշէ զՆէ Թն
հիւանդաց . և ասէ . Թէ այս ձէթս առ
Ժե որեւրէ 'ի յեպիսկոպոսն մեռանի որ վա զպրը
15 մելոյ . և 'ի ձեռ Թոյ վն օծանելոյ գերս
խայս յառաջ քան զմկրտութիւնն :
Ըստ որում և այլ հին զառառակն ժո_
ղովք , հայոց անծանօթք , որ զսոյն
առանդեցին . ԳՌ . երկրորդ" սբ ժողովքն
կարթագենայ 'ի . ԽԸ . եւր" կանոնքն .
սբ ժողովքն վորմատիոյ 'ի . ՀԲ . կրդ"
կանոնքն . սբ ժողովքն մելդոյ 'ի . ՀԵ .
եւր" կանոնքն . երկրորդ" սբ ժողովքն
անկվիսգրանոյ 'ի . Ը . եւր" կանոնքն .
և սբ ժողովքն մոգոնտեացոյ 'ի . ԻԶ . եւր"
կանոնքն :

Ժզ Եւ չորրորդ" ցուցանի վկայութ
16 հնքեանց հայոց . որք 'ի գիրս իւրեա_
նց առանդեցին . Թէ պարտ է' կատա_
րել զայս հրամանս առաքելոյ 'ի քէն ,
և հրատարակել 'ի յակոբայ առաքե_
լոյն : Եւ վարդանն 'ի գիրս խրատուց
'ի վերջերորդ" գլխոյն ոչ զօծութիւն հիւա_
նդաց 'ի մէջ եւթն սբ խորհրդոցն . և
յետոյ ասէ այսպէս : Ուեւթն խորհրդո_
րդան եկեղեցւոյ հաստատեալ կատա_
րեալ գործողք . զի քրիստոնէութիւն
եւթն խորհրդոց եկեղեցւոյն է' :]
պայմ ըստ քանիցս նորամ՛ պատիւս իլ

ներ

նէր քրիստոնէութեն այնր եկեղեցւ-
ոյն, որ ոչ կատարէր զործով զմի որ
՚ի խորհրդոցս այսոցիկ ։

Եւ Զու ամ այսոսիկ պատճառէ գրեցաք
տաթեւացին ՚ի գիրս հարցմանց. Թէ
քահանայապետացն եկեղեցւոյն հայոց քա-
ռնալ ՚ի միջոյ ծուխան զխորհուրդ-
օծմանն հիւանդաց. զի մի քարձել
լիցի ՚ի նմանէ խորհուրդն խոստովա-
նութե. որպէս ՚ի հնարից չարին քար-
ձեալ եղև ՚ի յաղգին յանհաց, և վիր-
աց, և աստուց ։ զի խոստովանութեն
հարկաւորագոյն է քան զվերջին օ-
ծումն ։

Իսկ այս պատճառս լի է ունայնա-
քանութ. Նախ զի յոյժ և վերջ ՚ի գոր-
ծ առնկանեն զերկուսին խորհուրդսն
խոստովանութեն և վերջին օծմանն
հիւանդաց. որում յայտնի է. ուստի
տուեալ ասէ տաթևացին ։ Եւ այլ ևս ա-
ռնէք զերկուսին խորհրդոց ունին,
քաց միայն ՚ի նեստորականացն. որք
երբեմն ՚ի քաց կացին ՚ի խոստովա-
նութե. Իսկ այժմ ոչ գիտեմ ըստ որոյ
զն ։ Երկրորդ" զի ոչ պատմել է մեզ զչար-
ֆին առնել վն բժշկելոյ ալւամ չարին ։
զի եթէ ոչ կարեմք ստեւտ առնել. Թէպ
՚ի խոստութ անտի քաղում քարիք քա-
սանէին. որքան ևս առաւել ոչ կարէք
մի աղգ յարատեւ ճգել զխորհուրդ
վերջին օծմանն ՚ի քնէ հաստատեալ
և հրամայեալ ։ Երրորդ" զի այլով կեր-
պիւ կարէին վրդովեցն հայոց քահա-
նայանէլ զծածկութն ան. ՚ի յոչ հրա-
ժարել ՚ի խոստովանութէ. Թէ սպա-
նալեօք. Թէ հրամանօք. Թէ նզովից-
կամ Թէ այլ ինչ կերպիւ. որպէս ա-
ռաքինք յոյժ և վերջ ։ Եւ չորրորդ" զի
յարժամ յետոյ վերջացաւ մոլորու-
թին վն հրաժարելոյ ՚ի խոստովանու-
ԹԷ

ԺԷ cessarium, se retraheret ob rationes
17 allatas.

Sed hæc excusatio non admittitur: Primò, quia non sunt facienda mala, vt eueniant bona. si enim vel simplex mendacium dicere prohibemur, etiamsi bona quam-maxima indè orirentur; quãto magis Sacramentum, à Christo Domino institutum, ac mandatum, perpetuò ab Ecclesia exterminare? Secundò, quia alio modo induci poterat Populus ad errorem illum
ԺԸ de Pœnitentia deponendum: si sci-
18 licèt prædicatum ipsi fuisset, Sacramentum Pœnitentiæ nõ in hac Vnctione, sed in auriculari Confessione consistere; ac insuper iniunctum esset Presbyteris, vt solummodò extremum spiritum agentes inungerent, & non etiam beneualentes. Tertiò, quia postquàm error ille cessauit, & Populus omninò resipuit, cur ei pristinum huius Sacramenti exercitium restitutũ non fuit? aut nunc saltem quid obstare pote-
ԺԹ rit, quominùs Dominico huic mandato, Apostolicæque traditioni ob-
19 temperetur? Quòd si etiam num id facere Præsules Armeni neglexerint, dum monentur; profectò nulla erunt apud Deum nec excusatione, nec venia digni.

DICO quartò: *Materia huius Sacramenti non est Vnguentum Chrismatis, sed oleum simplex oliuæ, ab Episcopo consecratum: Forma verò sunt illa Verba: Per istam sanctam Vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Deus, quic-*
quid

quid deliquisti per visum, aut *per auditum*, &c. vel alia verba similia secundùm substantiam:

Probatur: quia sic habet praxis Ecclesiæ, ac definierunt Generalia Concilia, Florentinum, & Tridentinum: quod etiam colligitur ex verbis illis Iacobi: *Orent super eum, Vngentes eum oleo*: igitur materia esse debet oleum simplex oliuæ, quia hoc solùm simpliciter oleum nominatur; tum quia vnguentum Chrismatis non consecratur verbis ad hunc finem idoneis; tum deniq; quia Concilium Nicænum, vt diximus, contradistinguit Oleum infirmorum à Chrismate, docens, aliter benedicendum esse, quàm Chrisma: debet autem priùs ab Episcopo consecrari; quia sic de sacris alijs vnctionibus fieri solet, & traditione accipitur. Forma verò esse debet Oratio deprecatiua: tali enim Orationi Iacobus huius Sacramenti efficaciam tribuit, dum præterea subijcit: *Et oratio fidei saluabit infirmum*. & ratio præcipua est; quia in hoc Sacramento remittuntur reliquiæ peccatorum ex sola Dei misericordia; cùm grauiter decumbentes, proprijs viribus destituti, nequeant opera pœnitentiæ facere; vndè indigent orationibus adiuuari.

DICO quintò: *Minister Extremæ Vnctionis est Presbyter*, & consequenter etiam Episcopus. Constat ex illo: *Inducat Presbyteros*, &c. *Membra verò vngenda, sunt oculi, aures, nares, os, & manus*;

pro-

թէ. և ժողովրդոյն դարձաւ՛ ի մտա-
ի ընդէր վերստին ոչ հաստատեցաւ եղև-
20 նմա օծումն հիւանդաց : և այժմ
ընդէր կրկին ՚ի գործ ոչ առնուն զայս
խորհուրդս. և ոչ հնազանդին մեծա-
յին հրամանացն, և առաքելական ա-
ւանդութեան :

ՉՈՐՐՈՐԴ ասեմք. թէ նիւթ
վերջին օծմանն ոչ է՛ մեռոնն. այլ է՛
ձէթ անխառն, և օրհնեալ յեպիսկոպոսէ :
և ձև նորա են բանքս այսոքիկ. Աղ յս
սբ օծմամբս և ողորմութեամբն իւրով
թողցէ քեզ ած զոր ինչ մեղանչեցեր
իա տեսանելեօք, կամ լսելեօք, և նոյնպէս
21 ասա զայլ զգայութենցն և կամ այլ ինչ
բանք, որ նման լինին սոյն բովանդա-
կութեան :

Ցուցանի այս. զի այսպէս ՚ի եկեղեցա-
նէ սովորեաց սբ եկեղեցին և սահմանե-
ցին ընդհանրական սբ ժողովքն Ֆլորէն-
ցիոյ և տրիդենտոյ. և այսպէս յայտ առ-
նեն բանքն յակոբայ առաքելոյն. Աղօթս
ցեն ի վերայ նորա աղօթս. օծցեն իւղով :]
իւղով ասէ բստ հայոց թարգմանու-
թեան. բայց բստ այլ ազգաց թարգմա-
նութե և բստ բնաբանին օրինակին ոչ
ասէ իւղով. այլ ձիթով: ապա ուրեմն
իբ նիւթն է՛ իւղ ձիթենեաց անխառն.
22 որ պարզապէս ձէթ կոչի : Նա և զի
սբ ժողովն նիկիոյ տարորոշէ զձէթն
հիւանդաց ՚ի մեռոնէ. և ասէ, թէ
այլ բանիւ պարտ է՛ օրհնել զնա: իսկ
օրհնեալ լինի յառաջ յեպիսկոպոսէ. զի այ
սպէս օրհնին այլ սբ իւղքն. և այսպէս
ունիմք աւանդեալ ՚ի սկզբանէ : Եւ
ձև նորա պարտ է՛ զոլ բան աղօթա-
կան. բստ այնմ. Աղօթեսցեն ի վերայ նորա
աղօթս :] և յետոյ գրել ասէ. Եւ ա-
ղօթքն հաւատոյ փրկեսցեն զաշխա-
տեալն :] Եւ պատճառ սորին է՛

այս.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Իգ 23
propter quinque ſenſus, ex quibus ortum habet noſtra cognitio, ac proindè origo peccandi: & præterea renes, vbi ſedes eſt concupiſcentiæ; ac pedes, propter vim progreſſiuam, ſeu exequutiuam. Ita docet Concilium Florentinum. Quænam verò ex his vnctionibus ad eſſentiã Sacramenti pertineat, quæſtio eſt inter Doctores: ſed communior ſententia eſt, vnctiones quinque ſenſuum, quæ ab omnibus Eccleſijs Occidentalibus fiunt, ad eſſentiam

Իդ 24
pertinere, quia ibi origo eſt omniũ peccatorum; reliquas verò duas ad ſolennitatem Sacramenti; cùm vis appetitiua, & exequutiua pendeant à cognoſcitiua. Ideò in fœminis vnctio renum poteſt omitti, ratione honeſtatis: nam Concilium Florentinum non præſcribit, vt partes illę omnes vngantur; ſed enumerat omnes partes, quæ iuxta varium Eccleſiarum vſum vngi ſolent.

Իե 25
Græcorum ritus, quem refert, ac defendit Archudius, eſt, vt primùm vngãtur in capite frons, mentum, & ambæ genæ; ita ut fieri videantur ibi, vbi ſedes eſt omnium ſenſuum, vnctiones illæ ad modum Crucis: deindè ſiue manus tantùm, ſiue pectus, manus, & pedes, pro Eccleſiarum diuerſitate. Armeni verò, qui ſolius cadaueris manus, frontem, ac verticem ſuperſtitioſo more inungunt, non dubito, quin deinceps ab errore ſe retrahentes, adminiſtraturi ſint hoc Sacramentum duntaxàt ægrotis grauiter decumbentibus, imitantes

Archudius lib. 5. cap. 7.

Mmmm for-

fortaſsè in vnctionibus tutiſſimum Eccleſiæ Romanæ ritum.

CORORLLARIA

Ex doctrinis præcedentibus deducenda.

Sectio III.

EX dictis collige primò, Sacramentum Extremę vnctionis miniſtrandum non eſſe infirmis, quibus conſtat, ſe teneri peccato lęthali, niſi poſtquàm per Pœnitentiæ Sacramentum ab eo ſint abſoluti. nam, vtì docuimus quæſt. 3. §. 3. num. 16. hæc Vnctio per ſe non habet auferre peccata mortifera, ſed ſolùm illorum reliquias.

Secundò, neque conferendum eſſe infantibus, qui vſum rationis non habent; neque ijs adultis, qui perpetuò fuerunt amentes: cùm iſti non habeant reliquias peccatorum, è quibus abſtergantur: quarè ipſis non competit illa forma; *Indulgeat tibi Deus, quicquid deliquiſti per viſum, auditum,* &c. neque ſint capaces lętitię, & alleuationis, quam Sacramentum adfert.

Tertiò, neque dari debere bene valentibus, aut ijs ægrotis, qui ad mortem non infirmantur, propter rationes ſuprà poſitas. Quarè iure optimo Græcos de hoc abuſu graviter reprehendit Archudius, doctiſſimus eorum Theologus, hiſce verbis: *Quòd Græci, pœnitentes, quamuis beneualentes, in omnibus*

Archud. lib. 5. de Sacr. c. 4.

ijs

ա 1 հոգեւորս քան աւանդութեան կաթողիկէ եկեղեցւոյն :

ՅԱՂԱԳՍ

Եզրակացութեանց ոմանց . որք հետեւին ՚ի նախասացեալ վարդապետութեանց :

Երրորդ՝ գլուխ :

Ի Յառաջասացելոցն եզերոյ նախ հետեւի . թէ չէ՛ արժան պաշտել զխորհուրդ վերջին օծմանն հիւանդացն այնոցիկ . որ գիտեն ուղիղ յիւրեանս զմահուչափ ինչ՝ մեղս . այլ պարտին յառաջ խոստովանիլ եւ արձակիլ յիւր մահուչափ մեղացն . եւ ապա՛ օծանիլ : զի այս օծումն ըստ ինքեան ոչ ունի բառնալ զմեղս մահուչափս . այլ միայն զմնացորդս մեղացն , եւ կամ զմեղս ներելիս . որպէս ուսուցաք ՚ի յերրորդ՝ պրակին երրորդ՝ վիճաբանութեան , ՚ի թիւն . ԺԶ :

Բ 2 Երկրորդ՝ հետեւի . թէ եւ ոչ է՛ արժան պաշտել զնա հիւանդ տղայոցն որք ոչ հասին ՚ի ժամն բանաւորութեան . եւ ոչ մարդկանն , որ միշտ եղեն անմիտք ՚ի յերկնայութէ անտի : զի դոքա ոչ ունին զմնացորդս մեղաց յորոց սրբեսցին . զի ոչ երբէք կարացին մեղանչել չունելով զբանաւորութիւն : ուստի եւ ոչ պատշաճի նոցա այն ձեւն բանին . Թողցէ քեզ ած զոր ինչ մեղանչեցեր տեսանելեօք եւ այլն :

Գ 3 Երրորդ՝ հետեւի . թէ ոչ եւս պարտ է՛ տալ զխորհուրդս առողջ մարդկանն . կամ այն հիւանդացն , յորս ոչ լինի կարծիք մահու . վա պատճառացն , զոր բերաք ի վերոյ : Ուստի յանդիմանէ պատշաճապէս վարդապետն Արքուդիոս

՚ի

'ի հիւանդաց՛՛ զեթս որ յիշեալ մարմնոյդ Դ
եդեալ ի նշանակէ զալգն եւր զնս չար 4
ստորոգութեան այսորիկ. պանելով պայմանի
ՍԶկնդ պատշաճաւոր հարկեալ ձեռնա-
նել. Թէ յորժամ ոչ մնայն հիւանդացայ,
այլ եւս աւողջ մարդկանն պաշտաման
զխորհուրդ վերջին օծման ։ քանզի
յորժամ մարդ ոչ է՛ յարմար ենթա-
կայ առ՛ ի յընդունել զայս խորհուրդս.
եւ ոչ հիւանդանայ ծանրապէս եւ մի
րձ՛ ի մահ. որպէս խնդրէ առաքեալ յա-
կոբ, եւ մեկնիչ սբ վարդապետացն ա-
մենայն. յանձնառ յանդգնաբար եւ Ե
'ի զուր եւ ոչ առանց սրբապղծու- 5
թե պաշտեն յորժամ զնոյն խորհուրդն ։
զոր օրինակ. եթէ ոք մկրտէր զայն, որ
ոչ կամէր մկրտել. եւ ոչ էր յարմար
ենթակայ մկրտութեան ։ կամ որպէս
զնոսա, որք մկրտէին զմարմինս մեռե-
լոց. զորս յոյժ նշաւակեն սբ հարքն,
զի ոչ զի այսպէս զործնչ գործ արարա-
ծէր խորհրդոյն ։ եւ լոկ՝ յոյժ, որ են
քեձս զայլ քրիստոնէայս պարսաւէին
յլրբութք. եւ ամբաստանեն զնոսա 'ի
նորանձեւ արարողութեց. պատասխանի
տացեն այժմ ինքեանք. Թէ յումմէ
զայդ առ՛ ուսեալ են ուսանին. Թէ պարտ Զ
էրցէ ըստ դէմ առաքելական վարդապե- 6
տութեան օծանել զառողջս ։ զի ևս
եւս 'ի յաւ՛ ուր հինգ շաբաթին, աւե
լով զձեւն բանին այսր խորհրդոյս, եղ
քաւութեան օծանելն յառաջ մատուցանել ան
դամն. Թէպէտ բաւ էր ոչ լինելոյն
յառաջ խորհրդոյ խոստովանութեան ։
յորոց վերայ կրկին մեղուցեն. Նախ՝ զի
օծանեն զանյարմար ենթակայն. եւ
յետոյ՝ զի օծանեն յառաջ քան զխոս
տովանութիւն ։] Մինչեւ ցայս՝ առ
կուղեսա ։

Չորրորդ՛՛ հետեւի. զի եթէ այդքան
սաս

ijs corporis partibus, adhibita quoque forma Sacramenti, non aliter atque infirmos inungant, nulla ratione probare possum. Cùm enim subiectum non sit aptum ad recipiendum Sacramentum, quandò neque grauiter quis infirmatur, & ad mortem, vt requirit Apostolus, & exponunt sacri Doctores, frustrà, temereque, ac non sine sacrilegio illud Græci administrãt; non secùs, ac si aliquis eum baptizaret, qui nollet Baptismum suscipere; proindè non esset idoneus ad recipiendum sacrum Lauacrum: vel etiam vt ij, qui corpora mortuorum baptizabant, quos valdè reprehendunt sancti Patres; propterea quòd nullus effectus Sacramenti sequeretur. Græci verò, qui alios nouitatis accusant, & in eos aliquandò insolentiùs insultant, respondeant ipsi, à quo istud acceperint, vt contra doctrinam Apostolicam sanos vngere debeant? Ad hæc, multos inungunt feria quinta sanctioris hebdomadæ, qui non sunt expiati Sacramento pœnitentiæ. Non solù m igitur errant, quia subiectum minùs aptum inungunt; sed etiam, quia antè Sacramentum pœnitentiæ inungunt, &c. Hactenùs ille.

Quartò denique, quòd, si tam acri reprehensione digni sunt, qui Sacramentum Extremæ vnctionis sacrilegè sanis hominibus exhibent, etiamsi ritè infirmis illud conferre non omittant: quanto duriùs, acriùsque illos coarguere necesse sit, qui postquàm moribundos ægrotos hac salutari corporis, & animæ medicina iniquè fraudant, eam execra-

biliori cum ſacrilegio, & in omni Chriſtianorum memoria inaudito, extinctis, & omni vita, ſenſuque carentibus mortuorum cadaueribus prodigioſo ritu Gentilium applicare, ac fruſtrà prodigere non horreſcunt? *Perficimus*, inquiunt, *huius Vnctionis Sacramentum ſuprà defunctos Sacerdotes: Vngimus enim illos, quaſi luctatores, vt cum prauis ſpiritibus huius aëris viriliter decertare valeant*. At cur quæsò non omnium hominum, ſed Sacerdotum tantùm cadauera præparentur ad certamen, ac luctam? num fortaſsè quòd aliorum cadauerum animæ ſeparatæ, ad quas ipſi putant huius Sacramenti effectum tranſmitti, viribus fortioribus præditæ ſint; aut Vnctionis iſtius auxilio indignæ; aut luctari, ac certare non debeant? Quæ maior fatuitas? aut quæ vnquàm hæretica perſuaſio, iſta deterior, inueniri queat? Ac miror equidem, quomodò factum ſit, vt Armena Eccleſia, in qua ſingula per ſecula Præſules, ac Magiſtri nõ pauci prudentia, & pietate, cæteriſq; virtutibus floruerũt, ac florent, abuſum hunc adeò deteſtabilem tamdiù in ſuo Populo permittere potuerit, & æquo animo tolerare,

Sed videamus, quotuplex ſit in hoc facinore crimen, & turpitudo: Primò enim Chriſti mandato, & Apoſtolicæ præceptioni ſuperbiſſimè aduerſantur. Secundò, contra Vniuerſalis Eccleſiæ praxim, Conciliorum decreta, & omnium Sanctorum Patrum doctrinã hoc ipſum

te-

Է 7 սաստիկ կշտամբութեան արժանին է
զմեռելոցս, որ անկարգապէս տան եւս
առողջ մարդկան զխորհուրդն վերջ
ին օծման. Թէպէտ եւ ոչ պատրաստին
տալ զնա օրինապէս հոգեվար հիւան
դաց ։ որչափ եւս առաւել հարկ էր
զննդպադոյն տանել ՚ի նոսա. որք ոչ մի
այն զհոգեվար հիւանդս անզգայս
քար զինէն յայտ փոխարար. բժշկու
թէ հոգւոյ եւ մարմնոյ. այլ եւս ոչ զա
րհաւրին տալ զնա. հեթանոսաբար
անշունչ եւ անզգայ մարմնոյ մեռե
լոց. եւ այդպէս ՚ի զուր ծախել եւ ա
նարգել զսէ խորհուրդն քն ։ Զայս
Ը 8 օծման խորհուրդս, ասէ առաւելա
ցեն, ունիմք ՚ի քահանայս ննջեցե
ալս. զի օծանեմք զնոսա որպէս զըմ
բիշս. զի ՚ի հանդէս մտցեն ընդ այսս
չարութեան օդոյս ։] Բայց ընդէ՞ր մի
այն զմարմինս մեռեալ քահանայից
օծմամբ պատրաստեն ՚ի մարտ ընդ
այսս չարութեան. եւ ոչ եւս զմարմինս
այլոց մեռելոց քրիստոնէից ։ մի՞ թէ
այլ մեռեալ մարմնոցն զօրագոյն իցեն
քան զմարմինս քահանայից ։ կամ թէ
այլոց բաժանեալ հոգւոցն ոչ պարտ
իցէ մարտնչել. որպէս պարտ է՝ հոգւ
Թ 9 ոց քահանայից. առ որս ուղարկես զօ
ծութն մարմնոցն իւրեանց ։ ո՞հ տգի
տութեանս մեծի. ո՞հ յիմար մոլորու
թեան չար կարծեացդ. [illegible] մեջ յոյժ
զարմանամ. թէ զիա՞րդ հայոց եկե
ղեցին, յորում միշտ եղեն եւ գոն վար
դապետք յոյժ իմաստուն եւ բարե
պաշտք, կարաց յայնքան ժամանակի
համբերել զայդ խոտան եւ գարշելի
պղծութեան ։

ԺԸ. Այլ տեսցուք. թէ քանի՞ մեղք լի
նին արարողութեան այդու իւ։ քանզի
նախ հրամանին քի եւ առաքելական

աւ_ան

ամբողութեան հակառակելեան։ Երկրորդ՝ Ժ
զայդ առնեն ընդդէմ կացուցման կա 10
թուղիկէ եկեղեցւոյ ։ և կանոնաց սբ
ժողովոցն. և վարդապետութեան սբ
հարցն։ Երրորդ՝ օծանեն զանմիտակայն
անյարմար և անընդունակ առաջին
պտղոյ սբ խորհրդոյս, որ է առող
ջութի հոգւոյ. և ես երկրորդին,
որ է առողջութի մարմնոյ. Չոր
րորդ՝ ջանան տալ զխորհուրդս զայս
անհոգի և անզգայ ստեղծուածո
յն. նա. մեռեալ մարմնոյն։ Հինգերորդ՝
հերձուածողութբ կարծեն. Թէ կա
րէ սբ խորհուրդս, մեռեալ մարմնոյ Ժա
տուեալ, յուղարկել զզօրութիւն իւր առ 11
բաժանեալ հոգին։ Վեցերորդ՝ դնեն
նիւթ, որ ոչ պատշաճի այսմ խորհր
դոյս. նա. զմեռոնն։ Եւ եօթներորդ՝
ձևն բանին, զոր ասեն, է ամենևին
անպատշաճ. և մանաւանդ այն բա
նն. օրհնեսցի աջ, կամ ճակատ, և
այլն։ զի գործ սբ խորհրդոյն ոչ է
սրբել զանդամս մարդոյ, մանաւա
նդ մեռեալ դիոյ ։ այլ զհոգին մարդոյ.
նա. զհոգի ըստ որում կենդանացու
ցանէ զմարմինն իւր։ Երկրորդ՝ յորժամ
ասեն. օրհնեսցի աջ. հարցանեմք. Թէ ԺԲ
զո՞ր մին սրբութի զայդ խնդրեն՝ զի 12
եթէ խօսին յաղագս այն սրբութեան, որ
լինի ի ձեռն սրբացուցիչ շնորհին
զոր բերէ այս խորհուրդս. արդեօք
անդամ, մանաւանդ այն մեռեալն,
ոչ է ընդունակ այդպիսի սրբութեան։
իսկ եթէ խօսին յաղագս այն սրբութեան,
որ լինի ի վր անզգայ ստեղծուածոց
ի ձեռն օրհնութե պատշաճ էին. որ
պէս յորժամ օրհնեն նիւթս սբ խորհ
րդոյն. նա. մեռոն, կամ ձէթ, կամ
ջուրն մկրտութե, և այլն. որք յետոյ
օրհնեալ և սուրբ կոչին. նա. յար
մար

temerè, & contumaciter perpetrantur. Tertiò, subiectum sacrilegè inungunt omninò incapax tum effectus primarij huius Sacramenti, qui est animæ sanitas, tum effectus secundarij, qui est sanitas corporis. Quartò, creaturæ, animæ rationalis experti, quin insensibili, Vnctionem hanc per modum Sacramenti adhibere superstitiosè conantur. Quintò, posse Sacramentum, cadaueri datum, transmittere suos effectus ad eius animam separatam, hæreticè opinantur. Sextò, materiam applicant, huic Sacramento ineptam; nempè vnguentum Chrismatis. Septimò demùm, forma illa, quam proferunt: *Benedicatur, Vngatur, & sanctificetur manus*, vel *frons*, aut *Vertex huius Sacerdotis, per signum istius sanctæ Crucis, per hoc Euangelium, & hoc sanctum Chrisma, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti*: non est idonea, etiamsi Sacramentum infirmo ministraretur. Etenim præter alia, quæ non congruunt, illud præcipuè: *Sanctificetur manus, frons*, &c. perquàm ineptè dicitur, quia effectus Sacramentorum non est membrorum sanctificatio, sed hominis, hoc est, animæ, prout membra illa viuificat. Deindè, de qua sanctificatione loquuntur, cum hoc dicunt? si enim de illa, quæ fit per gratiam sanctificantem, & ab hoc tribuitur Sacramento; talis certè sanctificationis capax membrum non est. Sin autem de illa, quæ fit in rebus inanimatis per benedictionem, &

con-

consecrationem Ministri, vt cùm consecrantur aliquorum Sacramentorum materiæ, Chrisma, Oleum, Aqua Baptismalis, &c. quæ propterea sancta, aut sanctificata dici solent: & quorsùm membris illis talis sanctificatio, præsertim si sint membra cadaueris, quæ mox euasura sunt materiæ non Sacramentorum, sed vermium?

Debent itaque Armenij (si ritè hoc velint Sacramentum administrare) oleo ab Episcopo benedicto solos in extremis agentes ægros inungere, illamque proferre formam deprecatiuam, quam suprà tradidimus Sect. 2. num. 19. Quòd si nolint à forma imperatiua (quę media est inter indicatiuam, & deprecatiuam), nec à suis verbis recedere; tolerari possunt, dummodò in hunc saltem modum, aut similem, eam efferre velint: *Benedicatur, Vngatur, & sāctificetur hic Dei seruus per hanc sanctam Vnctionem, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Vt more militis Vncti præparatus ad certamen, aëreas possit superare Potestates*. Nam (vt refert S. Bonauentura in 4. dist. 23. quæst. 4. & post illum Paludanus, Riccardus, Gabriel, & alij) similis quædam forma, tametsi omninò indicatiua, vsu recepta fuit, ac permissa in Ambrosiana Ecclesia: eaque talis est: *Vngo te oleo sanctificato in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti; Vt more militis Vncti præparatus ad certamen, aëreas possis superare Potestates*. Et Palacius ibidem, disp. 1. ex lib-

Ժգ մսոյ առ ՚ի լինել գործիք հոգևոր սր-
բութեան: և արդ եթէ ինչ պիտոյ է այս-
13 պիսի սրբութիւն. իսկ՞ քահանայապետական
դիոյ անդամոցն . որք փախչելոց են մի յն-
առայ լինելոց են ոչ նիւթ սբ խորհրդո-
ցն, այլ նիւթ զարշելի որդանց:

Ապա թէ կամիցին հայք յայսմ հետևել պաշտել զայս խորհուրդս արժանապէս. պարտ է ՚նոցա օծանել միայն զհոգէվարս հիւանդս ձիթով, որ օրհնեալ լիցի յեպիսկոպոսէ. և ասել զաղօթական ձև բանին զոր եդաք ՚ի վերոյ: Եւ եթէ ոչ կամիցին յայժմ հեռանալ ՚ի ձևոյն բանիցն իւրեանց. կարէ եկեղեցի
Ժդ թոյլ տալ նոցա առնել այսպէս: Աւրհ-
14 նեսցի, օծցի, և սրբեսցի ծառայս
այ այս սբ օծմամբս յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. զի որպէս ըզ զինուոր օծեալ և պատրաստեալ ՚ի պատերազմ, կարասցէ յաղթել զօդային չարութե օդոյս:] Քանզի երբեմն ՚ի յեկեղեցին սրբոյն ամբրոսեանի ՚ի քաղաքն մեդիոլանոյ նման ինչ ձև բանին ՚ի գործ արկանիւր յաւժամ առնել լինէր այս խորհուրդս. և ասէին քահանայքն այսպէս: Աւծանեմ զքեզ սբ
ձիթովս յանուն հօր և որդւոյ և հո-
Ժե գւոյն սբյ. որպէս զի ըստ նմանութե օծել
15 զինուորի պատրաստեալ ՚ի պատերազմ,
կարասցես յաղթել զօդայինն իշխանութիւնս:] Նա՛ և ՚ի գիրսն մաշտոցին վէնետիկցւոցն գտանի այլ նմանինչ ձև խորհրդոյս. զոր երբեմն ասէին այսպէս: Աւծանեմ զքեզ սբ ձիթովս. որպէս զի օծմամբս այսուիկ զօրասցես՝ կարասցես կալ քաջութբ ընդդէմ պէսպէս լեգէովնից. յանուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սբյ:]

Այս տպագրեցի ընտրելով: զի լաւ ագոյն ձև բանին է այս, զոր եդաք ՚ի սկզբանէ:

Եւ

Եւ այսքան բաւական լիցի առ 'ի զգուշացուցանել զհայս վասն խորհրդոյս այսորիկ: քանզի սուտ կարծեն ոմանք. որ բամբասեն եւս զհայոց՝ ասելով. Թէ և նոքա տան զխորհուրդ զմեռելոյն օծմանն առողջ մարդկան. որպէս առնէ ազգն յունաց: և զայս կարծեն վս̃ երկուց պատճառաց. Նախ՝ զի գրեալ տաթևացին 'ի գիրս հարցմանց. Թէ հայք կատարեն զայս խորհուրդս ոչ միայն 'ի ննջեցեալ քահանայս. այլ և ս ծածկայլես 'ի դրոշմելն զինե մկրտութեան. և 'ի յառաջաւորութեան աւագ հինգշաբթին: Եւ երկրորդ՝ վս̃ զի 'ի նոյն աւագ հինգշաբթին օծանեն զոտս հաւատացելոցն իւղով. որ օրհնեալ լինի 'ի նորագունէ ըստ նմանութեն օրհնութեն ձիթոյն հիւանդաց. ասելով այսպս̃: Արքեան տէր զիւղս զայս. զի եղիցի սմա 'ի բժշկութի ամարտից. և առողջութի հոգւոց և մարմնոց. որք հաւատով ընդունին և մերձենան 'ի սմա. և այլն:]

Բայց սակայն ըստ իսկ ճշմարտութե̃ սուտ է՝ այսպիսի կարծիքս. զի հայք ոչ ունին զայս միւս մոլորութիս: զի յորժամ օծանեն զառողջս. ոչ ունին դիտաւորութի առայոյ նոցա զխորհուրդ վերջին օծմանն. որպս̃ ունին յոյնք: և առ առաջինն պատճառն պատասխանեմք. Թէ գրիգոր տաթևացին զի մարութեն յոլովս գրեաց ինչ̃ այսր խորհրդոյս. և ջանաց ձգել ինչ̃ հայոց զայլ մոլորութիս, զորս նոքա ոչ ունէին. զի բաց 'ի վարդապետութենէն, զոր ինքն ախտանաց 'նդոցն գաւառաց, այլ ա̃մ ուսմունք և վարդապետութիւն հնարեալք 'ի մտացն իւրոց, յիմարութիւք են և սուտ բամբասանմունք: քանզի հայք ոչ 'ի դրոշմելն, և ոչ 'ի յաւագ

օծ-

libro Sacramentali Venetorum similem aliam refert, his verbis constantē: *Vngo te oleo sancto, vt hac vnctione protectus, fortiter stare valeas aduersùs varias cateruas, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Ժզ 16

Et hæc pro Armena gente, de hoc Sacramento instruenda, dicta sufficiant. Cæterùm suspicati sunt aliqui, ab ipsa quoque hoc idem Sacramentũ sanis hominibus, haud aliter quàm Græci faciunt, ministrari: propterea quòd etiam Armeni Presbyteri Feria quinta Maioris hebdomadæ fideles omnes in Ecclesia, post pedum lotionem ab Episcopo factam, inungunt, quamuis non oleo (cùm maxima sit suis in Prouincijs olei caritas), sed butyro, quod tamen ijsdem ferè verbis tunc ab Episcopo benedicitur, quibus infirmorum oleum benedici solet; atque his præter alia: *Sanctifica Domine hoc butyrum, vt sit medicamētum omnium ægritudinum, & sanitatem afferat animabus, corporibusq; illorum, quibus applicatur,* &c.

Ժէ 17

Sed reuerà non est hic alius error Armenijs imputandus: siquidem hanc ipsi vnctionem non faciunt per modum Sacramenti, sed solùm ad excitandam Populi deuotionem in memoriam illius vnctionis, quã Maria Magdalena Domino exhibuit, vtì explicant, cùm butyrum benedicunt; ac præterea ad præseruandos fideles per vnctionem illã benedictam à morbis, alijsque malis, quæ contingere possent: & ideo Presbyter non alia membra inungit,

Ժը 18

git, nisi solos pedes, ab Episcopo priùs lotos; ac, dum vngit, nullam prorsùs verborum formulam profert, vt indicet, se extra Sacramentum id facere.

Tamen nihilominùs ab hac etiã Cæremonia abstinere deberent Armenij; primò, quia noua est in Ecclesia; nec ab vllo è Sanctis Patribus tradita. secundò, ne per eam alijs fieri videantur erroris Græcorũ participes. tertiò, ne ob hanc vnctionem negligatur ab ipsis alia Sacramentalis, & extrema in fine vitę: quippè ipsorum nonnulli, cùm de irrita mortuorum vnctione redarguuntur, hac alia viuis adhibita se defendunt. quartò denique, quia post initium eius Orationis, qua butyrum benedicunt, sequũtur alia quædam erronea verba de Apostolica traditione, quæ nullo pacto tolerari possunt, sed auferenda omninò sunt. Incipit enim sic Oratio illa: *Domine Deus noster, qui præ magna tua misericordia voluisti à muliere meretrice vnguento inungi, atq; huius rei memoriam per Vniuersum Mundum in tuo sancto Euangelio prædicari: quapropter & Apostoli tui, à Spiritu sancto edocti, hoc ipsum benedictionis Vnguentum suscipientes, omnibus fidelibus tradiderunt: Vt scilicèt idem Spiritus gratiarum per Sacerdotale ministerium veniat, ac sanctificet illud in remedium omnium ægrotantium*, &c. Mendaciter certè, atque adeò superstitiosè in hac Oratione adseritur, Cæremoniam istius vnctionis fuisse ab Apostolis ipsis su-

ժթ 19 օծանէին, զոր առնեն նքա առողջ մար-
դկանն, կարեն ունել զպատճառ ուրութի
կատարելոյ զխորհուրդ վերջին օծ-
մանն, ոչ ծածկաւ, և ոչ յայտնապէս
զի այս խորհրդոյս մի է, և ոչ բա-
զում. և միով կերպիւ և արարողու-
թբ միայն կատարի. ըստ որում քն
հրամայեաց, և առաքեալքն յանկոչ հրա-
տարակեցին. և ոչ այլով կերպիւ: Եւ
դործեմն ոչ է վերջին օծումն. այլ է
միւս այլ խորհուրդ հաստատութե
ի 20 որոշեալ ի նմանէ: և այլ օծմունքն
հայոց ոչ են խորհրդոց հաստատեա-
ալք ի քնէ. այլ են արարողութիւք եկե-
ղեցւոյն հորինեալ վն զարթուցանե-
լոյ զջերմեռանդութի հաւատացե-
լոց: Եւսկ առ երկրորդ պատճառն
պատմենք. թէ քահանայքն հայոց
յարժամ զինի տանալուայն օծանեն
զոտսն. ոչ ունին դիտաւորութի առ
լոյ զխորհուրդ ինչ եկեղեցւոյ. սակս
այսորիկ ի յօծանելն ոչ արտաբերեն
զձև ինչ բանին. ում եր հարկաւոր ի
խորհուրդ: և ոչ օծանեն ձիթով, կա
իա 21 մեռոնաւ. այլ միայն իւղով վն յիշա-
տակելոյ զիւղն մաքդաղենացւոյն.
որպէս յայտնեն ի յաղօթսն ինքն իւղոյն
աւհլով. Ամէք ամ մեր, որ վն բազում
ողորմութե քում ընկալար զօծումն
իւղոյն ի պոռնիկ կնոջէն:] և այլ բա
նքն, զոր ասեն ի նոյն աղօթսն. յն.
զի եղիցի սա ի բժշկութի ամենայնից
և այլն. ոչ ասեն առ ի պատարաստել
զնութն խորհրդոյ վերջին օծմանն.
այլ վն օրհնելոյ զիւղն. զի յամենայն ըն-
թի պահել զմարդկան առողջս ի ձեռն
քարեխօսութե աղօթիցն սրբոցն.
որպէս և սովոր էին երբեմն ծառայք
ամ օրհնել զձէթն վն բժշկութե հի-
ւանդութեանց. որոյ օծումն լինէր
առ.

առանց խորհրդոյ ուրուք ։

Իբ 22
Բայց արդ՝ Թէպէտ կարէին հայք առնել զայդ օծումն առանց մոլորութեան. սակայն յաւէտ արժան է՝ հրաժարել ՚ի նմանէ. նախ՝ զի այսպիսաւ ձեւ առաքելութիւն ոչ աւանդեալ եղև ՚ի սուրբ հարցն. և ոչ երբեք ընկալեալ եղև ՚ի կաթուղիկէ եկեղեցւոյս։ Երկրորդ" զի առեղի առայ ռամկաց մոլորութե և չար կարծեաց, համարելով, թէ այդպիսի օծումն եղէ խորհուրդ եկեղեցւոյ. և սակս այսորիկ ոչ կատարեն եկղ հեռ՝ անդ.աց զճշմարիտ խորհուրդ վերջին օծման. Եւ երրորդ" զի սուտ են այլ բանքն, զոր առեն ՚ի վերայ գրեալ աղօթին, յորժամ օրհնեն զիւղն առնլով. Որպէս և կարծեն ըստ ղն օրհնութե (.Ք. գիւղն պատճենի կնքն) ՚ի առուչութէ հոգւոյն սրբոյ ընկալեալ բայոյ սրբոյ առաքելոցն. առ՛ անդեցեն ամ հաւ՛ատացելոց. որոյ զի քահանայական խորհրդականութե նոյն հոգին չտայ հաւ եկեղեալ ուսուցանէ զամ առ ՚ի բժշկութի ամ ախտացելոց. և այլն ։] քանզի զայս առնելով՝ առեն թէ. և զնոյնակամ սուտ պաշտօնակարութի զարծեն։ զի առաքելեն ոչ ընկալան յեկեղեցին զարարողութի օծման. այդորիկ առյիշատակ մագդաղենացւոյս. և ոչ աւ՛անդեցին հաւ՛ատացելոց առնել զայդ ։ այլ միայն յեկեղեցին հայոց մածեալ եղև զայդ յիշատակելն ։ զի քն միայն ասաց. Թէ յենելոց էր ընդ ամ տիեզերս աւ՛ետարանական պատմու թի օծմանն մագդաղենա ցւոյն առ յիշատակ նորա. և ոչ ասաց. Թէ լինելոց էր արարողութի այնպիսի օծմանն ։ Վ. ս այսորիկ պարտ է՝ հայոց բառնալ ՚ի միջոյ աղօթիցն զբանսն զայնոսիկ, եԹէ ոչ կամին մոլորել ։

susceptam, & fidelibus traditam: cùm constet, Catholicam Ecclesiam nunquàm tali Cæremonia vsam esse, sed solos Armenios in vnctionis Mariæ Magdalenæ memoriam illam introduxisse. Adde, quòd Christus Dominus huius quidem vnctionis non exercitium, sed Euangelicam solùm narrationem, in vniuerso Mundo futuram, prænunciauit.

ՑԱՂԱԳՍ ԽՈՐՀՐԴՈՅ ԿԱՐԳԻՆ

Գլուխ. Զ.

Թէ որպէս Հայք պաշտեն զայս
խորհուրդս.

Հատուածն առաջին.

DE SACRAMENTO ORDINIS,

§. VI.

Quomodò administrent Armenij hoc Sacramentum.

SECTIO I.

QVanquàm Armeniorum Cæremoniæ cum in minoribus conferendis Ordinibus, tum præcipuè in sacris, longè multùmque alias aliorum Christianorum prolixitudine superant; in illis enim, præter hymnorum, & Orationum, Psalmorumque seriem quasi sempiternam, adhibentur etiam ritu peculiari variæ, ac repetitæ Lectiones, & noui, & veteris Testamenti: tamen, sicut in cæteris non multùm à more reliquorum Orientalium discrepare videntur, ita in ijs, quæ magis ad substantiã rei pertinent, Latino ritui quammaximè conformãtur. Immò hunc ipsum ritum ab Ecclesia Romana Armenios accepisse, testatur Gregorius Cæsariensis, Armenus Doctor, & Episcopus, tametsi eiusdem

ա
1
Թէպէտ Հայոց եկեղեցականքն ՚ի կա-
տարել զխորհուրդս սրբոց տա-
տիճանացն վարեն յառաւել ստորոգու-
թէ. և քան զսոսին են աղօթից և
պատահականացն արարողութեանց խորհ-
րդոյս համառօտեն ըստ այլ ազգաց քրի-
ստոնէից յարևելեան կողմանն, և մա-
նաւանդ ըստ յոյնս : Բայց սակայն
քան զինչ որ ՚ի հարկէ պատշաճի առ-
նելութի խորհրդոյս. զի. քան զնիւթոյ
և ձևոյ բանին. որով առնելով ըստ նի-
զխանութի սատանայացն. վարեն
որպէս առնուն ի՛ եկեղեցին հռով-
բ
2
մայ : Եւ զայս վկայէ գրիգոր կեսա-
րացին ՚ի թուղթն, զոր գրեաց առ
մովսէս կթղին, վկայէ. թէ հայք ա-
ռեին զկերպս ձեռնադրութեն ՚ի սրբ-
բոյն գրիգորէ հռովմայ հայրապետ-
աէն. և բանքնորա են այսոքիկ: Եզ
գրիգոր պապն կարգ սատանայաց
ընդունենն եկեղեցիքն հայոց. որպէս
յայսմ

յայսմ է՝ ի ձեռնադրութե առաքելա-
կան. զի այնու կարգաւ առնումք զեշ- Գ
խանութի ։] Եւ ոչ օտար ինչ՝ ի ճշմա- 3
մարտութէ վկայեաց. զի յորժամ և
ազգաւորքն հայոց տան զիշխանութի
եւ քահանայութեան աստիճանին . առնեն ևս
առաջ ընծայեցեալն զնոյն նիւթս զգոր-
ծեաց, և ասել զնոյն ձևս բանից. զոր
ա՛ռնեալ է և սահմանեալ եկեղեցին հռով-
մայ, և մանաւանդ զերգսն ձեռնադ-
րութեան որ բնաւ գրեալ պատարագի ։
Եւ ոչ ամենևին հայք զայս առնուին՝ ի
յայլ եկեղեցւոյ բայց միայն՝ ի հռո-
մայ. զի եկեղեցին յունաց ոչ առ-
նէին այսպէս. և ոչ տան երիս փոքր Դ
աստիճանս. այլ միայն զաստիճանս ըն- 4
թերցողին. և տան զիշխանութիւնս
աստիճանաց միայն՝ ի ձեռն աղօթից
և ձեռնադրութե ի վերայ գլխոյն. և ոչ
ևս առնու թէ յատուկ գործեաց, և
արտաբերութէ յատուկ ձևոց բանի
ին ըստ քահանայութեան աստիճանի.
որպէս առնեն լատինացիք և հայք ։
Որպէս ասաց ծանեաւ հայոց-
թէ այնպէս է առալ զիշխանութի աս-
տիճանաց մեծաւ զգուշութեամբ.
մի զի եթէ՝ ի սոսկ՝ գոյացականն աղօթ
ինչ լինի , խափանի իշխանութիւն , Ե
և սուտ լինի ձեռնադրութիւն . և յե- 5
տոյ ամ ինչ պաշտօն սուրբ խորհրդո-
ցն, արարեալ ի սուտ քահանայէն
կամ՝ ի սուտ եպիսկոպոսէն, ի զուր
ունայնի. և մեր փրկութիւն ընդ յերկ-
բայական կործեալ դնի ։ Սակս այսո-
րիկ կամեցաք ըստ այսմ մասին համա-
ձայնիլ ընդ յունաց , այլ հռոմայ եկե-
ղեցւոյն. որ է՝ գլուխ և մայր ամ
եկեղեցեաց. և միշտ [illegible] [illegible]
և սուրբ [illegible] կատարել զհասարա-
ռակալս՝ ի տեսանել զխորհուրդն, և
զհին

dem Romanæ Ecclesiæ infensissimus hostis: inquit enim in Epist. ad Moysen Patriarcham suum: *Armeniorum Ecclesiæ ritum conferendi Ordines à Gregorio Papa suscipiunt; Vt in nostro Rituali manuum impositionis compertum habetur: quoniam eo ritu* (scilicèt ab ipso nobis tradito) *suscipimus eorundem Ordinum potestatem*. huiusmodi verbis indicans, ea præsertim, quibus potestas Ordinum propriè traditur, videlicèt materias, & formas singulorum Ordinum, à Latinis ipsos mutuatos fuisse. Nec profectò alienum à veritate testatus est; cùm Armenus Pontifex, dum Ordines singulos confert, eorundem omnino instrumentorum materias porrigat Ordinandis, ijsdemque ferè formulis verborum vtatur, quas præscripsit Romana Ecclesia, seu potiùs Sacramentarium antiquum D. Gregorij Papæ I. Quod certè ab alia Ecclesia, quàm à Latina, non potuit Armenica mutuari: quippe Græca, cum qua illa in reliquo ritu Ecclesiastico maximè cõformatur, longè aliter experiri solita est; nec solùm tres minores Ordines tradere negligit, ac prorsùs omittit, vt infrà dicetur; verùm etiam haud aliã in cæterorum traditione agnoscit materiam, nisi solam manus impositionem, nec aliam formam præter Orationes consecratorias, aut fortasse illa solummodò verba: *Diuina gratia promouet talem in Diaconum, in Presbyterum, in Episcopum*. qua de re vide Archudium,

Nnnn 2 li-

libro 6. de Sacramen. cap. 3.

Itaque, vt Armeni cautiùs, tutiùsque se gererent in Ordinum collatione, tanti scilicet momenti re, vt, si quod in eam vitium fortè obrepat essentiale, corruat ob id omninò necesse sit tota ferè Sacramentorum administratio; iure merito statuerunt, Græco ritu posthabito, imitari Romanam Ecclesiam, quæ caput est, ac prudens Magistra omnium Ecclesiarum; quæque semper Apostolicarum traditionũ, ac Dominici cuiuslibet instituti fouendi, conseruandique inter alias omnes Ecclesias studiosissima fuit. Quapropter in primis distinguunt ipsi cum Latinis quatuor minores Ordines, eosque singulos seorsim exhibent, per materias, & formas peculiares: primùm quidem Ordinem Ostiarij, deindè Lectoris, tum Exorcistæ, postremò Acolythi. Immò, antequàm ad primum Ordinem promoueant quempiam, conferunt illi primam Tonsuram, quæ est quædam ad Ordines dispositio: vt priùs per hanc Cæremoniam Ordinandus à Populo, curisque huius seculi segregetur, & ad vacandum diuino cultui Clericus efficiatur. Ideò vocatur hæc Cæremonia in eorum Rituali, *Initium Ordinum pro Clericis faciendis*: in qua canitur illud: *Dominus pars hæreditatis meæ, & Calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi*: & incidit Armenus Pontifex capillos Oblati in quatuor partibus ad modum Crucis, dicens præter alia ver-

զհետն ուղղափառութեան առաքելոցն որ
զ 6 քոյ, առաւել քան զայլ ամենայն եկե
ղեցեաց. և Յս որոյ հայք համաձայնելով
ընդ լատինացւոցն՝ ըստ օրինի՝ ՚ի միաբանւոց
զչորեքեան փոքր աստիճանսն, և առանձ
նին ցուցանեն զնոսա նիւթովն յատուկ նո
րա զործեաց և յատուկ ձևով քա
նին: Նախ ձեռնադրեն զդռնապանն.
երկրորդ" զընթերցող. երրորդ" զերդմնե
ցուցիչ.. և չորրորդ" զջահընկալ: Եւ
նախ քան թէ յառաջաբերեն զոք ՚ի յա
ռաջին աստիճանն. տան նմա զկղերի
կոսութի. որ է՝ պատրաստութի նոյ
ա յաստիճանս. հատանելով զհերս
է 7 զլխոյ նորա խաչաձև. և կոչեն զայս
արարողութիւն սկիզբն աստիճանաց
զն կղերիկոսաց: որպէս զի նախապա
տրաստութեամբ այսու եւ բաժանեսցի նը
ժողովրդեան ՚ի յաշխարհականաց. և ՚ի
բաց մերժեալ զհոգս աշխարհիս՝ յա
նձն առցէ միայն զծառայելն պաշտաման
Եւ ՚ի մէջ արարողութեան ասեն բայց
լատինացւոցն զայն տունս սաղմոսին.
Տէր բաժին ժառանգութեան իմոյ և
բաժակի իմոյ. դու ես որ այսրէն դա
րձուցանես զժառանգութիւն իմ յիս:]
Եւ յորժամ եպիսկոպոսն հատանէ զհերս, ա
ը 8 սէ ՚ի հատանել հերացս հատցի ՚ի քեն
երկրաւոր ցանկութիւ աշխարհիս. յա
նուն հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ:

Իսկ՝ յոյժ ոչ գիր ինչ ՚ի սոցանէ
զասաւորաց և մեկնութի կանոնին. բայց
միայն յաստիճանն ընթերցողին. յոր
մէ սկսանին նոցա ձեռնադրութեին. և
յորում հատանեն զհերս: և ՚ի յայս
աստիճանն անցանեն առ կիսասարկ
կաւագութի. Թողլով զայլ երեսն փո
քր աստիճանսն: զի ասեն, Թէ գործ
դանայանին բաւականաբար կատարել
լինի ՚ի կիսասարկաւագն: և գործ

Ձա

[illegible]

[illegible]

Թ 9

Ժ 10

ԺԱ 11

verba: *In horum capillorum tonsura præcidatur à te terrestre desiderium seculi, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Apud Græcos autem ex his omnibus nihil distinctim, ac seorsim confertur, nisi tantùm Ordo Lectoris, à quo eorum Ordinatio per tonsuram inchoatur; reliquorum verò trium Ordinũ nulla datur peculiaris potestas; sed (vt refert Archudius lib. 6. c. 9.) Ostiarij munus existimatur sufficienter exerceri à Subdiacono; officium Acolythi à Lectore, vel ab eodem Subdiacono; & munus Exorcistæ à Sacerdote.

At horum minorum Ordinum omissio, cùm excusari iam nequeat ex penuria Ministrorum, nullo pacto est in Ecclesia permittenda: tum quia isti etiam Ordines, cùm imprimant in anima characterem, & iterari non possint, iudicantur iuxta communiorem Diui Thomæ, aliorumque Theologorum sententiam, esse vera Sacramenta, à Christo Domino instituta, non secùs atque Maiores; quapropter negligendi non sunt: tum etiam, quia, licèt ex eo, quod hos Ordines Diuinæ litteræ non commemorant, sicut nec etiam Ordinem Subdiaconi, putent aliqui, initio nascentis Ecclesiæ, propter maximam Ministrorum paucitatem, omnia inferiora ministeria Diaconibus fuisse commissa, quia eorum potestas implicitè in vna Diaconi potestate continebatur; tamen in illa quoq; pri-

D. Thom. in Supplem. quæst. 35. artic. 2. Et quæstione. 32. artic. 3.

primitiua Ecclesia, vt primùm augeri cœpit fidelium numerus, extitisse horum Ordinum vsus, & potestates, seorsim, ac distinctè traditas, testatur Dionysius Areopagita in Eccles. Hier. cap. 3. par. 2. vbi dicit: *Ministrorum, alij stant ad portas Templi clausas, alij aliud proprij Ordinis operantur; alij autem Sacerdotibus proponunt super altare sacrum panem, & benedictionis calicem*. Et S. Ignatius, qui etiam Apostolorum tempore floruit, in epist. ad Antiochenses omnium Ordinum officia his verbis recenset: *Saluto sanctum Presbyterorum collegium: saluto sacros Diaconos: saluto Hyppodiaconos, Lectores, Cãtores, Ianitores, Laborantes, Exorcistas*, &c.

In Ecclesia verò posteriori eosdem singulos Ordines proprio nomine, atque ordine recensuit, tum Cornelius Papa, qui non longè aberat ab Apostolicis temporibus, sic scribens (vt refert Eusebius) ad Fabianum Antiochenum; *Is ergo, qui Euangelium vendicabat, nesciebat, in hac Ecclesia Catholica vnũ Episcopum esse debere, vbi videbat esse Presbyteros 46., Diaconos 7., Subdiaconos 7., Acolythos 42., Exorcistas, ac Lectores, vnà cum Ostiarijs 52.* Tum Romana Synodus sub Syluestro, quæ ita loquitur cap. 7. *Pontifici Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolythus, Acolytho Exorcista, Exorcistæ Lector, Lectori Ostiarius, in omni loco repræsentet*

Euseb. Cæsarien. lib. 6. histor. Eccles. cap. 43.

Ժբ 12 եւ 'ի ժամանակս առաքելոցն, 'ի Թուղթն
առ անտիոքացիսն յիշէ զամ պաշտա-
մանցն աստիճանաց 'ի ձեռն այսպիսի
անուանեալ. ասելով ։ Ողջոյն տամ սր
բոյ դասուն քահանայից. ողջոյն տամ
սրբոց սարկաւագաց. ողջոյն տամ
կիսասարկաւագաց. ընթերցողաց.
երգողաց. դռնապանաց. աշխատա
ւորաց. երդմնեցուցչաց. և այլն։]
Իսկ՛ յետ սրբոյն երկրորդական՝ ըզ
նոյն աստիճանսն յիշեաց սեփհականն
անուամբք և կարգաւ սուրբն կոռ-
նելիոս. պապ և մարտիրոս. որ մերձ
Ժգ էր 'ի ժամս առաքելոցն զի ասէ, ըստ որում
13 պատմէ եւսեբիոս Կեսարացին պատմագիր
չյուսաց 'ի վեցերորդ գիրս պատմագրու-
թեան. Թուղթ գրեաց առ Փաբիանոս
անտիոքացին ասելով այսպ։ Լաւ գի-
տէր նովատոս. թէ 'ի յայսմ կաթո-
ղիկէ եկեղեցիս մի պարտ էր գոլ եպիս-
կոպոս. ուր էին քահանայք. խզ. և սար-
կաւագք. է. և կիսասարկաւագք.
է. և Ջահընկալք. խբ. և երդմնե-
ցուցիչք, և ընթերցողք ընդ դռնա-
պանս. ծբ։] Եւ. դարձեալ նովին կար-
գաւ և անուամբք յիշեաց փնտում սբ
ժողովն հռովմայ. որ եղև 'ի ներքոյ
Ժդ սրբոյն սեղբեստրոսի պապին. և 'ի
14 յեւթներորդ կանոնին ասէ այսպէս։ 'Ի
յամ տեղիս թէ 'ի հրապարակս, կամ
թէ 'ի մէջ եկեղեցւոյ, զհնազանդու-
թիւն և պատիւ մատուսցէ քահանայ
եպիսկոպոսի. սարկաւագ քահանայի.
դպիր սարկաւագի. Ջահընկալ դպրի.
երդմնեցուցիչ Ջահընկալի. ընթեր
ցող երդմնեցուցչի. և դռնապան ըն
թերցողի։] Նաև և նոյնպէս յիշա-
տակեաց զաստիճանս 'ի. ժդ. րդ'' կա
նոնի սբ ժողովն լաւոդիկիայ. որ եղև
'ի յարքեւելս յամին տն. Յկ. Եւ սբ

ժո

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Ժե 15 *tet obsequium siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ.* Tum denique Concilium Laodicense, in Asia celebratum circiter annum Domini 360. can. 24. nec non etiam Concilium Carthaginense 4. actum in Africa anno Domini 395. quod à Canone 3. vsque ad 9. non solùm eosdem enumerat Ordines, verùm etiam instrumenta præscribit, quæ tradi debēt singulis Ministris, dum ordinantur.

Quarè Concilium Florentinum in Decreto pro Armenis de hoc Sacramento sic docuit: *Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo: sicut Presbyteratus traditur per Calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem; Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem; Subdiaconatus verò per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem; & similiter de alijs per rerum, ad ministeria sua pertinentium, assignationem. Forma Sacerdotij est talis: Accipe potestatem offerendi Sacrificium in Ecclesia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: & sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano latè continetur. Ordinarius Minister huius Sacramenti est Episcopus: effectus est augmentum gratiæ, vt quis sit idoneus Christi minister.* Hucusq; Concilium.

Ժզ 16

Ժէ 17

Itaque iuxta sacri huius Concilij documentum, & vetustum Ecclesiæ morem, Armenus Episcopus

pus primùm initiat Ostiarium, tradens illi claues Ecclesiæ, ac dicens: *Sic age, quasi redditurus Deo rationem huius muneris, & earum rerum, quæ his clauibus tibi commissis recluduntur*, &c.

Deindè Lectorem, dans ei sacrum librum, ac dicens: *Accipe librum hunc, & esto verbi Dei relator, & conscius, habiturus, si rectè mente, ac spiritu impleueris officium tuum, partem cum cœtibus Sanctorum, & amatorum Dei*, &c.

Tum Exorcistam, cui tradit librum, in quo scripti sunt exorcismi, ac dicit: *Accipe, & commenda memoriæ, quæ hic scripta sunt: do tibi potestatem imponendi manus super Energumenos*, &c.

Postremò Acolythum, cui dat priùs candelabrum cum candela, dicens: *Accipe ceroferarium cum cereo; & scias, te potestatem habere accendendi luminaria in sancta Ecclesia.* Et posteà vrceolum vacuum, dicens: *Accipe vrceolum hunc ad suggerendum vinum calici pro sanguine Christi*, &c. Et hæc quantùm ad minores Ordines.

Cæterùm initiat Subdiaconum, non solùm per manus impositionem, & Orationem Consecratoriam; verùm etiam tradens illi, iuxta ritum Latinum, calicem vacuum cum patina, & dicens: *Vide, ad quod mysterium vocatus fuisti: quoniam ab vltimo ministerio, in quo eras, vlterius promotus es: vigilans esto deinceps in hoc ministerio.* Et post alia, quibus explicat illi, quæ

պանն . դնելով ՚ի ձեռս նորա զբանալս
Ժը լինելն եկեղեցւոյ . և ասելով . [illegible]
18 [illegible]
[illegible] . և [illegible]
[illegible] , [illegible]
[illegible] . և [illegible]
՚ի [illegible] և ՚ի [illegible]
[illegible]]

Եւ յետոյ ձեռնադրէ զընթերցող . դնելով ՚ի ձեռս նորա [illegible]
[illegible] . և ասելով [illegible]
[illegible] . և [illegible]
[illegible]
[illegible] . [illegible]
Ժթ [illegible]
19 [illegible]
[illegible]]

Եւ ապա ձեռնադրէ [illegible] . դնելով ՚ի ձեռս նորա [illegible]
[illegible] . և ասելով . [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] . և այլն :]

Եւ [illegible] . դնելով ՚ի ձեռս նորա [illegible] . և ասելով .
[illegible] . և
Ի [illegible]
20 [illegible]
[illegible] :] և [illegible]
[illegible] . և ասելով . [illegible]
[illegible]
[illegible] :]

[illegible] . [illegible]
[illegible] , և ասելով [illegible]
[illegible] ՚ի ձեռս նորա [illegible]
[illegible] ,
[illegible] . և
ասել

պահելով. Արդ եւ յոր խորհրդոյ կոչե
ցար. քանզի ՚ի վերջին պաշտօնմանէն,
յոր եկիր, յառաջ եկեր ։ յայսմ հեա
րթնութե կացցիր ՚ի պաշտօնս ։] Եւ
այլ քանինչ ուսուցանէ նմա զամ ինչ
որ պատշաճի առ պաշտօնն իւր ։ Եւ
ապա ասէ. Եկ այսօրին ուսուցա
նեմ քեզ զայս. որպէս զի զգուշութե
կատարեսցես զգործս քո. եւ հանճարոյ
գտանիցես Այ. եւ այլն ։]

Յետոյ ՚ի Ձեռնադրութե սար
կաւագի հարցանէ զնա արժանաւո
րութե նորինելոյն. եւ պատասխանի առ
նա ։ եւ այսհարցմամբ լինի եւ ո ՚ի ձե
ռնադրութե քահանայի. որպ ա՛ւա
նդէ զերգն հասովմայական ձեռնադ
րութե ։ եւ ապա խաչ հանէ ՚ի վ՟ նո
րա. եւ ասէ. Շնորհօքն Այ Հօր եւ
որդւոյ եւ հոգւոյն սրբոյ. կոչեմք զա
յս անուն զկիսասարկաւագս ՚ի պաշ
տօն սարկաւագութե ։ վա որոյ աղա
չեսցուք եւ այլն.] Եւ զկնի աղօթից
ամենայն դնէ զաջն իւր ՚ի գլուխն նորա.
եւ ասէ. Տէր Այ ամենակալ. համբ
տեառն մերոյ յիսուսի քրիստոսի քեզ
խոնարհեցոյց ձառայս քո զպարանո
ցս հոգւոյ եւ մարմնոյ: ձգեա զաներեւ
ոյթ զաջ քո. եւ օրհնեա զսա. արժա
նաւոր լինել կոչման սպասաւորու
թե սրբոյ եկեղեցւոյ, առնուլ զշնոր
հս ըստ նմանութե սիրելեաց քոց:
որ բաշխես առատապէս հաւատացե
լոց ըստ իւրաքանչիւր աստիճանի
պաշտել զքեզ Ճշմարիտ Այ: որում
պարգեւ ՚ի արժանաւորել. զի լիցի
զերկրաւորս. եւ եղիցի քարոզող ա
մենատառ շնորհաց քոց եւ աւետա
րանին խաղաղութե. եւ այլն ։]

Եւ զկնի այլոց աղօթից դարձեալ դնէ
զաջն իւր ՚ի գլուխն անելով. Ո՛ Ածային

եւ

Իա quæ ad suum pertinent ministe-
21 rium, subijcit: *His ergo te moneo,*
Vt officium tuum diligẽtissimè exequa-
ris, & acceptus inueniaris Deo, &c.

Præterea in Ordinatione Diaconi, præmissis interrogatione, ac responsione de dignitate, & aptitudine Oblati testificanda, quod fit etiam in Ordinatione Presbyteri, vt præscribitur in pontificali Romano; Pontifex Crucem signat versùs illum, dicens sic: *Per gratiam*
Dei Patris, & Filij, & Spiritus san-
Իբ *cti, Vocamus N. Subdiaconum in*
22 *ordinem Diaconij; quapropter depre-*
cemur, &c. Et post aliquas Orationes, imponit manum super caput eius, dicens: *Domine, Deus* &c. *extende inuisibilem dexteram tuam, & benedic hunc seruum tuum, Vt dignus sit Vocari ad ministerium Ecclesiæ sanctæ, & accipere gratiam ad similitudinem dilectorum tuorum, qui eam affluenter fidelibus tuis iuxta ordinem Vniuscuiusque largiris ad seruiendum tibi Deo Vero. Concede huic*
Իգ *dignum fieri, qui terrena despiciat,*
23 *& gratias tuas Vberrimas prædicet,*
& Euangelij pacem, &c.

Deindè, alijs interpositis precibus, iterùm illi manum imponit, dicens: *O diuina, & cælestis gratia, quæ semper supples indigentiam ministerij Ecclesiæ Apostolicæ, Voca N. è Subdiaconatu ad officium Diaconij*, &c. Tum post alia, dum induitur Ordinandus Diaconi vestibus, Pontifex imponit stolam super humerum eius sinistrum, dicens: *Accipe puram, & sanctam stolam de manu*

Oooo *Do-*

Domini nostri Iesu Christi; & esto mundus ab omni fraude peccati ante faciem eius: Vita tua, & mores tui sic exemplum præbeant fideli Populo huic, Vt te illud Videant operari, quo peruenire possis ad Vitam Christi.

Deniq; tradit illi librum Euangeliorum, dicens: *Accipe potestatem legendi sanctum Euangelium in Ecclesia Dei, ad aures Viuorum, & in commemorationē mortuorum; &c.*

Եպ. 24 և եկեղեցւոյն չարից. որ մինչեւ յաւուր ըղ ղենուս սուրբ սպասաւորութեան. առա ջի բոլորին եկեղեցւոյ. կոչեսցի զայս ա նուն ՚ի դպրութեան ՚ի սարկաւագու թեան եկեղեցւոյ ՚ի սպասաւորութե. և այլն:] Եւ յետ այլոց աւարտողութեց աղօթից, և ընթերցուածոց, զգեցու ցանեն զուրարն սարկաւագական հանդերձիւն. և եպիսկն դնէ զուրարն իւր ձախ թիկանն նորա. և ասէ. Առ զմաքրութ և զսուրբ ուրարս ՚ի ձե ռացս մերոց յիս եկ. և լեր սէ յամ խոհեմութ մեղաց առաջի եղբարցն: կենդ քն և վարք քո լիցի օրինակ ձա ղկողաց. որ են սէ հաւատով ՚ի քո. որպէս զի տեսցեն զքեզ գործել զայս. որով կարող լինիցիս հասանել կենացն քի:]

Եւ ապա տայ նմա զաւետարանն ասելով. և զիշխանութիւն սարկաւագի: ընկալ ՚ի ձեռս նորա զաւետարանական գիրքն. և ասելով. Առ իշխանութիւն ընթեռնուլ զսէ աւետարանս յեկեղեցի այ, յականջս կենդանեաց, և յիշատակ ննջեցելոց:]

DE ORDINATIONE Armeni Presbyteri.

Տ Ա Ղ Ա Գ Ս

Ձեռնադրութեան հայոց քահանայի.

Sectio II.

Երկրորդ գլուխ:

PORRÒ in Ordinatione Presbyteri (vbi planè tota res agitur) ea, quæ magis ad illam necessaria videbantur de latino quidem ritu acceperunt Armenij, sed ita notabiliter variata tum quoad ordinem, tum quoad substantiam; vt, si in ipsis Ordinationis essentiam constitueremus, Armeni Presbyteratus Ordo in controuersiam vocaretur. Idcircò videamus primùm, quomodò apud eos Ordinatio ista perficiatur? tum, quibus in rebus vtilioribus à Latino ritu discrepans de-

Ի Ձեռնադրութեան քահանայի. յո րում կայանայ բանն մերոյ վէր կութե. Թէպէտ հայք առին ՚ի լա տինացւոցն զհարկաւորագոյն արա րողութիւն ոմանս. սակայն այլայլե ցին զնոսա ոչ միայն ըստ կարգի. այլ և ըստ գոյացութե: Եթէ որոյ նախ անեցուք զգլխաւորագոյն արարո ղութիւն. որով քննեսցուք ձեռնադրեն ըղ քահանայսն հայեանց: Երկրորդ՝ քննես ցուք Թէ յորոյ իրի վերայ նոքա տար բերին ՚ի լատինական արարողութե: Եւ Երրորդ՝ խնդրեսցուք. մի՞ Թէ այնպիսի տարբերութիւն խափանի

Եպ. 2

ցէ զքահանայական ձեռնադրութեան երկբայից . Թէ ոչ :

Առ որ՝ ըստ առաջնոյն խնդրութեան . ՚ի զանց առնելս Թէ որչափ հայոց ձեռնադրողքն զքահանայս : զի մի՛ յոյժ երկար լիցուք · զայնս անցանեմք զայլ եւս . եւ միայն առաջարկեմք զայնոսիկ , որք համարին զօրըլ ՚ի խորհրդուցն յայս պատշաճաւոր արարողին : Եւ երկնե՝ հայոց եւ աղօթից յետ օրհնութեան պատասխանական արարողութեց եւ աղօթից : Եւ յետ դրութեն ձեռաց ամենայն քահանայիցն ՚ի Թիկունսն ուսերացն . դնէ զաջն ՚ի վերայ գլխոյն նորա ասելով . Տէր Աստուած ամենակալ եւ այլն . տուր ծառայիս այսմիկ առնուլ զաստիճան քահանայութե ՚ի ձեռն կոչմանս եւ ձեռնադրութեանս . եւ արժանաւոր լինել ընդունելութե հոգւոյդ սրբոյ եւ առնուլ զպարգեւս վերակացութե արժանաւորութե . շնորհօք տեառն մերոյ եւ փրկչին յի քի :]

Եւ ապա զկնի այլ աղօթից՝ քահանայքն զձեռս ՚ի վեր ունելով շուրջ զնծայեալն , երգեն երիցս անգամ զայս աղօթս , զոր յետոյ եպիսկոպոս եդեալ զաջն ՚ի վերայ գլխոյն կրկնէ միւս անգամ այսպիսի բանիւ : Աստուածային եւ երկնային շնորհ . որ միշտ լնու զպակասս պաշտաւորութե սրբոյ առաքելական եկեղեցւոյ : կոչեա զսա ան ՚ի սարկաւագութե ՚ի քահանայութե . եւ այլն :] Եւ ապա դարձեալ դնէ զաջն ՚ի վերայ գլխոյն ասելով զայլ եւս աղօթս :

Յետ այսորիկ , եւ զգենու ընտրելոց ռւածոյ զպատարագաւորս , առաքելոց . եւ այլոց աղօթից · եդեալ զգեցուցանէ զփոխուրարն քահանայական հանդերձ ձեռք : եւ շրջելով զուրարն զձախ ուսին զանցանէ . ասէ զլուծ տեառն մերոյ յի քի :

deprehenditur? deindè, vtrùm talis discrepantia quicquàm deroget eius validitati? 3

Quantùm ad primum: (vt ea prætereamus, quæ minùs pertinent ad rei necessitatem) Pontifex Armenus, post varias cæremonias, preces, ac benedictiones, super Ordinandum adhibitas, vbi primùm totius Presbyterij manuum extensio ad humeros peracta est, dexteram super caput eius imponit, hæc dicens: *Domine Deus Omnipotens, &c. concede huic famulo tuo,* 4 *Vt Ordinem Presbyterij per hanc Vocationem, & manus impositionem suscipiat; dignèque spiritum sanctum tuum, & regiminis donum mereatur accipere, per gratiam Domini, & Redemptoris nostri Iesu Christi, &c.*

Tum post alias preces, omnes Presbyteri, tenentes manus extensas versùs Ordinandum, ter concinunt sequentem Orationem, quam mox Episcopus, imposita super caput eius dextera, denuò replicat his verbis: *O diuina, & cælestis gratia,* 5 *quæ semper supplès indigentiam ministerij Ecclesiæ Apostolicæ, Voca N. è Diaconatu ad officium Sacerdotij, &c.* Ac rursùs tertiò manus imponit, aliam Orationem subijciens.

Deindè induit illum vestibus Sacerdotis: & reflectens stolam ab humero eius sinistro, imponit super dextrum, dicens: *Accipe iugum Domini nostri Iesu Christi: iugum enim eius suaue est; & onus eius leue.* Imponit capiti eius mitram incuruam, dicens: *Accipe galeam salutis* de

de manu Domini nostri Iesu Christi. Similiter & amictum super humeros, dicens: *Accipe thoracem iustitiæ de manu Domini nostri Iesu Christi.* Præterea induit eum casula, dicens: *Dominus noster Iesus Christus induit te vestimento salutis, & indumento letitiæ, renouatum in decore nouo, & spiritualis vitæ.*

Posteà ligat illum cingulo, dicens: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atque soluendi: quam & Dominus noster Iesus Christus dedit sanctis Apostolis, dicens: quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cælo; & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cælo.*

Tum vngit eum Chrismate in fronte, & in manibus, dicens: *Domine Deus noster, qui manus hasce sanctitate, & benedictione vnxisti, quicquid istæ benedixerint, tu benedic; & quicquid manus istius consecrauerint in nomine tuo, tu confirma, & perfice; Vt sint roborata per gratiam Domini nostri Iesu Christi, que decet gloria, &c.*

Deindè tradit ei calicem cum vino, & patinam superpositam cum hostia, dicens: *Accipe, suscipe: accepisti enim per Dei gratiam potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum Sacrificium, in nomine Domini nostri Iesu Christi, tam pro viuis, quàm pro defunctis.*

Tandem benedicit illum, dicés: *Benedictio Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, descendat super te, qui iam perfectus es in Ordine Sacerdota-*

Զ քի . զի լուծ նորա քաղցր է , և բեռն
նորա փոքր ոգի :] Եւ դնէ զգլխանոցն
6 ի վերա գլխոյն ասելով . առ քեզ սաղա-
ւարտ փրկութե 'ի ձեռաց տն մերոյ
յի քի :] Եւ դնէ զվարշամակն ի վերա ու-
սոյն նորա ասելով , առ քեզ զրահս
արդարութե 'ի ձեռաց տն մերոյ յի
քի :] Եւ դնէ ի վերա նորա զշուրջառն
ասելով . տէր մեր յս քս զգեցուցանէ
քեզ հանդերձ փրկութե , և պատ-
մուճան ուրախութե , նորոգեալ 'ի
վայելչութի նորոգ և հոգևոր կենա-
ցին :]

Է Եւ յետոյ կապէ զմէջն նորա գօ-
տւով . և ասէ , առ քեզ իշխանութի
7 'ի հոգւոյն սրբոյ կապելոյ և արձա-
կելոյ . զոր ետ տէրն մեր յս քս նա հրաման
առաքելոցն սրբոց ասելով . զոր միան-
գամ կապիցէք յերկրի , եղիցի կապեալ
յերկինս . և զոր միանգամ արձակիցէք
յերկրի , եղիցի արձակեալ յերկինս :]

Առեալ օծանէ մեռոնաւ զնուիրե-
այն 'ի ձեռս , և 'ի ճակատն , և ասէ .
Ամենակալ տր մեր , որ օծեր սրբութե և
օրհնութե զձեռս զայս . զամ զոր սո-
քա օրհնեն , օրհնեա . և զոր ձեռք սո-
րա կնքեն յանուն քո , հաստատեա
Ը և կատարեա . զի լիցին զօրացեալք
8 շնորհօք տն մերոյ յի քի . և այլ :]

Եւ զկնի սորա դնէ 'ի ձեռս նորա
զսկիհն մաքրամանովն ընդ գինւոյ և
հացի և ասէ ; առ ընկալ , քանզի ա-
ռեր կարողութի շնորհօքն այ կնքել
և կատարել զսբ պատարագս յանուն
տն մերոյ յի քի վս կենդանեաց և ն-
նջեցելոց :]

Եւ 'ի վերջն օրհնէ զնոր քահա-
նայն ասելով . Օրհնութի այ հօր և
որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ իջցէ ի վր
քո . որ կատարեցար 'ի կարգս քահա-

նայ

նայութե. ընծայել զառաջադրութի Թ
մարմնոյ և արեանն քի վս խաղաղու-
թեան և թողութե մեղաց. ամէն:]
ԸՍՏ երկրորդ'' ատենութեն' ա-
սեմք. զի թէպէտ հայք 'ի նախատասա-
ցեալ ձեռնադրութեան քահանայսին
իւրեանց ասելին 'ի լատինացւոցն զայս
աշխատուէ պարագայութին ամենայն.
որք թողեալ լինին 'ի յունաց: քանզի
յունաց եկեղեցին ոչ օծանեն զձեռնադրե-
ցեալսն սրբ միւռոնաւ. և ոչ դնեն 'ի ձե-
ռս նոցա զանօթս մատուցմանցն ընդ գի-
նւոյ. և հացի. և ոչ ևս ասեն նմա 'ի
ձեռն յատուկ արձակութե զիշխա- Ժ
նութի արձակելոյ 'ի մեղաց. որով ա-
նենն լատինացիք և հայք: սակայն զայս
դիպեսի պարագայութեանս ոչ ամենեն
հայք պատաշանեն որ կարգաւ. այլ
և ս զհամոզեն որ բանս ամենայն այլայլ
եցին. որոց 'ի վայր ցուցանեցեմք:

Ուստի պարտ է՛ նոցա նախ գի-
տել. եթէ 'ի ձեռնադրութե լատի-
նացւոցն երկու իշխանութիւք տուեալ
լինին քահանային 'ի ձեռն երկուց ա-
րարողութեց: մինն է՛ իշխանութեան
պատարագելոյ և կատարելոյ զմարմինն և
զարիւնն քի. որ ասի իշխանութեան ԺԱ
ի վերայ ճշմարիտ մարմնոյն քի: և այս
իշխանութիւն տուեալ լինի յորժամ
եպիսկոպոսն դնէ 'ի ձեռս նորընծային զսկի-
հն ընդ գինւոյ և զմաղզմանն ընդ
հացի, ասելով. առ իշխանութեան
կատարել և մատուցանել սրբ զպա-
տարագս վս կենդանեաց և ննջեցե-
լոց յանուն տեառն:] Իսկ միւսն է՛
իշխանութի արձակելոյ 'ի մեղաց. որ
ասի իշխանութի 'ի վերայ խորհրդա-
ւոր մարմնոյն քի. յս. հաւատացեալ
ժողովրդեանն: և այս իշխանութիւ
տուեալ լինի յորժամ նոյն 'ի վերջն
ձեռ

dotali, ad offerendum propositionem
9 *corporis, & sanguinis Christi pro pa-*
ce, & remissione peccatorum. Amen.
CIRCA secundum: Etsi putant
Armeni, hanc sui Presbyteri Ordi-
nationem Latino ritui conformem
esse; eoquòd illas Latinorum Cæ-
remonias in ea ipsi vsurpant, quæ
omittuntur ab alijs Orientalibus
Christianis, & præsertim à Græcis:
siquidem isti nec vnctionem Chri-
smatis adhibent, nec porrigunt in-
strumentorum materias, nec deni-
que absoluendi potestatem per ver-
10 ba vlla, explicitè illam significan-
tia, conferunt: tamen non ita se
res habet: immò posset adhuc quis
dubitare (quanquàm ego non du-
bito, & causam infrà ostendam)
quin talis ipsorum Ordinatio ea
omnia habeat, quæ ad eius integri-
tatem requiruntur.

Quocircà sciendum ipsis est pri-
mò, in Ordinatione Latini Presby-
teri duas conferri potestates per du-
plicem Cæremoniam (sicut etiam
ipsi in sua Ordinatione videntur ef-
11 ficere velle): Vna est consecrandi
Eucharistiam, quæ dicitur potestas
in corpus Christi verum; & hæc da-
tur, cùm Latinus Episcopus porri-
git Ordinando calicem cum vino,
& patinam superpositam cum pa-
ne, dicens: *Accipe potestatem offe-
rendi sacrificium Deo, Missasque
celebrandi tam pro viuis, quàm pro
defunctis in nomine Domini.* Altera
est absoluendi à peccatis, quæ di-
citur potestas in corpus Christi my-
sticum; & hæc traditur, cùm idem
Epi-

Episcopus in fine Ordinationis manus imponit, ac dicit: *Accipe Spiritum sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris, retenta sunt.*

Secundò, quòd Ordinandus, accipiens per primam Cæremoniam potestatem consecrandi Eucharistiam, recipit quidem tunc Ordinem, seu Characterem Presbyteratus, sed non omninò completum; completur autem character hic, vel potiùs magis extenditur, cùm ille per secundam Cæremoniam accipit alteram potestatem absoluendi à peccatis: quarè vtraque potestas, per vtramque Cæremoniam collata, requiritur ad perfectum Presbyterum, seu Sacerdotem constituendum.

Tertiò, quòd hæ duæ potestates ità inuicèm subordinantur, vt prima dari possit ante secundam, non autem è contrariò. vndè non potest quis accipere potestatē dimittendi peccata, & in corpus Christi mysticum; nisi priùs, aut saltem eodem simul tempore, potestatem consecrandi Eucharistiam, & in corpus Christi verum, acceperit: cùm principalis actus potestatis Sacerdotalis sit consecrare Christi corpus, & sanguinem; actus verò secundarius, absoluere à peccatis. Christus enim, cùm ordinauit Apostolos Sacerdotes, ita diuisit has potestates, vt primam eis in Cœna tradiderit, cùm porrigens illis sanctum panem, & calicem, ait: *Accipite &c. hoc facite in meam*

com-

Յբ 12 ձեռնադրութեան դնէ զերկուսին ձեռ-
ան իւր եպիսկոպոսն նուիրելոյն, ասելով. առ-
էք հոգի սուրբ. եթէ ումեք թողուցու
զմեղս, թողեալ լիցի նոցա. և եթէ
զուրուք ունիցիք, կալեալ լիցի :]

Երկրորդ" գիտելի է. զի յորժամ
նուիրեալն առնու զիշխանութիւն սրբա-
գործելոյ ի ձեռն առաջնոյ արա-
րողութեան. յայնժամ առնու ար-
դեօք զաստիճան և զնշան քահանայ-
ութեան. բայց ոչ ամենևին լրումն
կատարեալ: Իսկ կատարի բոլոր-
ովին այսպէս աստիճանն նշանն յորժամ
Յգ 13 նուիրեալն ի ձեռն երկրորդ արարո-
ղութեան առնու զայլ իշխանութիւն
արձակելոյ ի մեղաց: Վասն որոյ երկո-
քին իշխանութիւնքն, ի ձեռն երկրոր-
դից արարողութեանց տուեալք, խնդր-
ին առ ի կացուցանել զկատարեալ
քահանայ:

Երրորդ" գիտելի է, զի այս երկու
իշխանութիւնքս այսպէս ունին ստորադա-
սութիւն առ միմեանս. մինչ զի առա-
ջինն կարէ տուեալ լինել յառաջ քան
զերկրորդն. բայց ոչ հակառակն
բար. զի ոչ կարէ ոք առնուլ զիշխա-
Յդ 14 նութիւն արձակելոյ ի մեղաց և ի խր̄
խորհրդական մարմնոյն քի. յառաջ
քան զառնուլն զիշխանութիւն սրբա-
գործելոյ և ի խր̄ ճշմարիտ մարմնոյն
նորա: զի գլխաւոր և նախկին ներգոր-
ծութիւն քահանայական իշխանու-
թեան է կատարել զմարմին և զարիւնն
քի. իսկ երկրորդական ներգործու-
թիւն որոյ է արձակել ի մեղաց: Քանզի
զի քս̄, յորժամ արար զառաքեալսն
քահանայս. այսպէս բաժանեաց զա-
յս երկու իշխանութիւնս. մինչ զի զա-
ռաջինն ետ նոցա ի ժամանակին ըն-
թրեացն՝ մատուցանելով նոցա զհացն սբ և

զբա-

զբաժակն. և ասելով. առէք և այլն.
զայս արասջիք առ իմոյ յիշատակի:] Յե
[Իսկ զերկրորդն ետ նոցա զկնի յա- 15
րութեան՝ ասելով. առէք հոգի սբ.
եթէ ումեք թողուցուք զմեղս. թո-
ղեալ լիցին նոցա. և այլն:]

Չորրորդ գիտելի է. զի իշխանու-
թիւն բանալեաց. այ. կապելոյ և ար-
ձակելոյ. է՛ կրկին. մինն առն իշխա-
նութն աստիճանին. որ է՛ իշխանու-
թն արձակելոյ ՚ի մեղաց: և այս ոչ
կարէ ամենևին պարգևել եթէ ոչ
՚ի ձեռն աստիճանին: ապա այսորիկ
եթէ մի անգամ առեալ լինի. ոչ ևս
կարէ յետոյ ՚ի բաց բառնիլ յասա- Յզ
ղէն. թէպէտ կարէ առաջնորդ կա- 16
սել և արգելուլ զներգործութին նո-
րա ՚ի հնազանդելոց իւրեանց բաժա-
նակիցն. և հրամայելն նոցա. զի մի ար-
ձակեսցեն ՚ի մեղացն. և մի՛ ՚ի գործ-
ածիցեն զիշխանութին զայն: Իսկ՛
միւսն առն իշխանութի օրինաց. որ
է՛ իշխանութի նզովելոյ և արձակելոյ
՚ի նզովմանց և յայլոց եկեղեցական կա-
պանացն: և այս կարէ ՚ի հայրապետ-
նաց պարգևել առանց աստիճանի
այլոց. և մանաւանդ առաջնորդաց
վանից. զի կարիցեն նզովել և արձակել Յե
՚ի նզովմանց զհնազանդեալս իւրեա- 17
նցն. և այս իշխանութիս կարէ յետոյ
բառնիլ միւս անգամ ՚ի յառաջացն:

Արդ՝ ըստ առաջելոցս այսորիկ
երկու ինչ տարակուսութի անկանին
ի մէջ քահանայական ձեռնադրութեն
հայոց: առաջինն է. զի իշխանու-
թի արձակելոյ ՚ի մեղաց ոչ կարէ պա-
րգևել յառաջ քան զտալն
զիշխանութի պատարագելոյ: իսկ հայոց
եպիսկոպոսն տայ նուիրելոյն զիշխանու-
թի արձակելոյ ՚ի մեղաց յառաջ քան
զին

commemorationem: alteram verò post Resurrectionem, cùm dixit: *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata*, &c.

Quartò, quòd potestas clauium, seu ligandi, & soluendi, duplex est: altera Ordinis, quæ est remittendi peccata; & hæc vti diximus, tradi non potest, nisi per characterem Presbyteralem; & ideò semel tradita, nequit rursùs auferri, quamuìs possit eius actus à Superiore suspendi, seu impediri. Altera iurisdictionis, quæ est ligandi per censuras Ecclesiasticas, & absoluendi ab illis; & hæc traditur extra Ordinem, & rursùm ab ijs, quibus tradita est, potest auferri.

His ita præmissis, duplex suboritur scrupulus in collatione Armeni Presbyteratus, maximè si, vt dicunt, ipsorum intentio sit, *ritu latino suscipere Ordinum potestates*. Primus est: quia potestas absoluendi tradi non potest ante traditioné potestatis consecrandi: Armenus autem Pontifex, antequàm porrigat calicem cum vino, & patinam superpositam cum hostia, dicens: *Accipe* &c. per quam Cæremoniam traditur à Latinis potestas consecrandi Eucharistiam; confert potestatem dimittendi peccata: quod facit per Cæremoniam, licèt à Latina diuersam, non tamen ineptam, nempè ligationem cinguli, & verba illa: *Accipe potestatem à Spiritu sancto ligandi, atque soluendi*, &c.

Secundus est; quia, cùm idem Pontifex porrigit ea instrumenta, quo-

quorum traditione confertur potestas consecrandi Eucharistiam, nō vtitur formula verborum idonea. inquit enim: *Accipe, suscipe: accepisti enim per Dei gratiam potestatem consecrandi, & conficiendi sanctum Sacrificium* &c. quibus verbis videtur materiam solùm tunc velle tradere, sed non etiam eam potestatem, quam refert fuisse iam ab Ordinando acceptam: ac si diceret: Accipe hanc materiam, & illam suscipe exercendam; quia iam accepisti potestatem consecrandi &c.

QVOD spectat ad tertium: Videndum superest, qua ratione duplex hæc obiectio nequaquàm obstet, quominùs Ordinatio Armeni Presbyteri valida sit, seu illi non desit, quod ex institutione Christi requiritur ad eius essentiam. Res enim nimìs ardua esset, adserere, Armenam Ecclesiam veris hucusque Sacerdotibus caruisse; maximè quòd non soleat Romana Presbyteros Armenos, qui ab hæresi, vel schismate conuertuntur, iterùm ordinare. Dum ergo huius rei explicationem, in quarta Sectione ponendam, lectores Armenij præstolantur, intereà, vt Latinis illa magis arrideat, varias Catholicorum Doctorum opiniones circa huius Ordinationis essentialia seorsim vnà cum eis excutiamus, indicemusque, quæ nobis in hac quæstione sententia probabilior videatur.

Ժը 18 զդնեն ՚ի ձեռս նորա զսկիհն ընդ գի-
նւոյ և զմաղզմայն ընդ հացին։ որով
արարողութեամբ առնել լինի առ լա-
ռնմասցեան իշխանութիւն պատարագելոյ
ասելով ուրեմն և այլ։

Երկրորդ" տարակուսութիւն է. զի
յորժամ հայոց եպիսկոպոսն դնէ ՚ի ձեռս
նորընծայելոյն զնախասասացեալ գործիսն.
որք են առ յառնմասցեան նիւթ քահանա-
յական աստիճանին. յայնժամ ոչ ասէ
պատշաճաւոր ձև բանին. այլ չիքո
թէ զանփոփահական նշանակութիւն նորա
ասելով. առ. ընկալ. քանզի առեր
Ժթ 19 կարողութիւն շնորհօքն այ կնքել և կա-
տարել զսբ պատարագս յանուն տն
մերոյ յի քի վս կենդանեաց և ննջե-
ցելոց։] որով բանիւքն ցուցանէ. թէ
յայնժամ զնիւթն միայն կամի տալ
նմա, և ոչ ևս զիշխանութիւն, զոր
ասէ թէ առեալ եղև յառաջ ՚ի նմանէ.
բայց զիարդ կարգաց յառաջ տալ
նմա զիշխանութիւն պատարագելոյ
առանց տալոյ զնիւթն, և առանց
ասելոյ զձևն բանին։

ԸՍՏ Երրորդ" տեսութեան
պարտ է մեզ քննել և խնդրել. մի-
թէ վերոյգրեալ երկու տարակուսու-
Ի 20 թիւնքն կարողէ՞ ինչ խափանել զք
քահանայական ձեռնադրութիւն հա-
յոց. թէ ոչ։ քանզի ՚ի միոյ կողմանէ
ամ մծաքան վարդապետաց ուսու-
ցանեն, թէ իշխանութիւն արձակելոյ
՚ի մեղաց ոչ կարէ առանձնել յառաջ
քան զիշխանութիւն պատարագելոյ։
և թէ ոչ կարէ խորհուրդ ինչ կատա-
րել առանց պատշաճաւոր նիւթոյ և
ձևոյ բանին։ Եւ գժ ՚ի միւս կողմա-
նէ յոյժ դառն և դժուարին քան էր
ասել. թէ ազգն հայոց ոչ ունի ստոյգ
և ճշմարիտ քահանայս։ քան լինի

զայս

De

զայս առնել․ զի Թէպէտ յոյժ այսպէս հրատարակեն զհայոց, սակայն զնոյն առնելն ոչ վայելէ' քահանայս. որ 'ի սկզբանէ առեալ հայրապետէն մերոյ սրբոյ տրդատ սրբելն բարեկամք և եղբարք եղաք հայոց։ մանաւանդ զի ամ քահանայք, վարդապետք, և եպիսկոպոսք հայոց, որ զան 'ի քաղաքս հռոմայ 'ի սէր և 'ի միաբանուԹե ընդ առաքելական սուրբ աԹոռոյս· ընկալեալ լինին սիրով և պատուով. և ոչ խնդրէ ինչ աԹոռս 'ի նոցանէ. զի կրկին ձեռնադրեսցին քահանայս։ Եւ յամորոյ պատրաստ եմք մեք 'ի չորրորդ'' գլխոյն պատասխանեալ առել մի երկուց տարակուսուԹեանցս այսոցիկ. և ջատագով լինել քահանայական ձեռնադրուԹեան հայոց։ Եւ զի մի 'մեր վարդապետուԹիւն ոսկ ինչ երեւեսցի քահանայից վարդապետացն մերոց. կամիմք յառաջ 'ի հետակայ երրորդ'' գլխոյս փնտրել նոցին. և եԹէ երրորդուԹիւս ինչ ասորեստանեացս մեկուսի տրամաբանել ընդ նոսա. և ցուցանել, Թէ նիւԹ և ձև սուրբ խորհրդոյս կարգ էս բազմազանեալ լինելոյ զանազան սովորուԹէ ազգաց և եկեղեցեաց զբեսասնեկեց ։

DE MATERIA,

Et Forma Ordinationis Sacerdotalis variæ sententiæ, & Auctoris assertio.

Sectio III.

1 Prima opinio est adserentium (id quod minùs probabile puto) posse Papam sine vlla exhibitione materiæ, nec alterius extrinsecæ Cæremoniæ, aliquem ordinare plenissimè Sacerdotem, si tantummodò illi dicat: *Esto Presbyter*. Supponit enim hæc sententia, materiam non esse Ordinationi necessariam, nisi solùm ex instituto Ecclesiæ, cui Christus Ordinationis modum præscribendum commiserit: vndè, cùm Papa nulli Ecclesiasticæ constitutioni subijciatur, sequitur, illum solis verbis Ordines conferre posse. Ita Angelus in l. 1 1. c. de cri. sacri. & in l. 1. c. de sent. par. 5. Felinus par. 1. in Decret. cap. 2. de Constit. num. 23. Decius in Decret. lect. 1. de constit. num. 50. Rebuffus in praxi beneficiorum, tit. de Clericis, à quibus, & quomodò creetur, nu 9. Hieronymus Gigas tract. de Pensionibus, quæst. 8. quibus consentit Franciscus Victoria de Sacram. Ordinis, quæst. 5.

2 Sed hæc opinio displicet: nam communiter existimatur, ad Ordines conferendos non solùm verba, verùm etiam visibilem aliquam materiam ex ipsa Christi Domini præscriptione requiri. Siquidem Apostoli, qui de hoc Sacramento administrando instructi fuerunt à Christo, nunquàm Ordines contulerunt sine verbis, & præterea sine aliquo visibili, & externo symbolo, nempè manus impositione, iuxtà illud, Act. 6. *Orantes imposuerunt eis manus*. Cuius rei rationem reddit S. Bonauentura in 4. dist. 24. par. 1. art. 1. quæst. 4. his verbis: *Quoniam verò manus est organum*

Pppp *orga-*

organorum in operando, & lingua in exprimendo, rectè significatur conferri potestas in officio vtriusque: & hæc in quolibet Ordine reperiuntur. Immò & ipse Dominus, cùm vtrâque potestatem Sacerdotalem dedit Apostolis, vsus est non solùm signo audibili, nempè verbis, sed etiam visibili, aliqua scilicet externa Cæremonia. dicens enim in Cœna: *Hoc facite in meam commemorationem:* porrexit illis sanctum panem, & calicem: & post Resurrectionem, dicens: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis,* &c. insufflauit in eos.

Secunda igitur opinio (ex ijs, quæ iuxta communem sententiam docent, præter verba requiri de iure diuino materiam) adserit, in Diaconatu, & Sacerdotio manus impositionem, quæ præcedit instrumentorum porrectionem, esse Cęremoniam accidentalem, & fieri solùm ad solemnitatem; ipsam verò traditionem instrumentorum esse materiam essentialem. Ita Dominicus Sotus in 4. dist. 24. quæst. 1. art. 4. Valentia tom. 4. disput. 9. quæst. 1. Maldonatus tom. 2. de Sacr. tract. de Ordine, quæst. 3. part. 2. Nugnus par. 3. in Addit. quæst. 37. art. 5. Bonaccina de Sacr. disp. 8. quæst. vnica, punct. 4. & alij.

Ratio istorum est: Prima, quia cùm tradūtur in Diaconatu, & Presbyteratu materię instrumentorum & proferuntur formæ illis correspondentes, imprimitur character, & confertur potestas vtriusque Ordinis; & tamen tunc non imponitur manus, sed multò anteà fuit imposita.
3
immò in Presbyteratu prior ista impositio manus fit sine vlla prolatione verborum; ergo nō potest esse materia, quia hæc exhiberi debet simul cum forma verborum. Secunda, quia Subdiaconatus est verus Ordo, ac Sacramētum, sicut etiam alij minores Ordines iuxta communiorem opinionem; & tamen traduntur sine manus impositione, sed per solam instrumentorum porrectionem: ergo eadem ratio esse debet de alijs.
4
Tertia, quia Gregorius IX. de Sacramentis non iterandis, cap. *Presbyter,* inquit: *Manus impositionem esse ritum ab Apostolis introductum:* vndè sequitur, esse Cæremoniam accidentalem: nam materiæ Sacramentorum non ab Apostolis, sed à Christo sunt institutæ. Quarta, quia idem Gregorius ibidem definit, non esse iterandam Ordinationem Diaconi, & Presbyteri, factam sine tali manus impositione:
5
sed statuto tempore ad huiusmodi Ordines conferendos cautè supplendū, quod per errorem extitit prætermissum: sed omissa materia essentiali irritū esset Sacramentum, atq; adeò iterandum: ergo &c. Quinta denique, quia Concilium Florentinum tradit pro materia Diaconatus, & Sacerdotij solam instrumentorū porrectionem, ac nullam de manuum impositione mentionem facit.

Tertia opinio est, in prædictis duo-

duobus Ordinibus hanc eandem impositionem manus esse materiã essentialem; traditionem verò instrumentorum esse accidentalem. Ita Beccanus par. 3. tract. 2. cap. 26. quęst. 4. alijq; complures, quos citat, & sequitur Hugo Menardus in Notis ad librum Sacramentorum D. Gregorij Papę, nu. 238. lin. 33.

Fundamentum huius sententiæ est: quia non est credibile; Sacras Scripturas, antiqua Concilia, veteres SS. Patres, & vetustissima Pontificalia, quibus olim Latina Ecclesia in Ordinationibus vtebatur, solùm ea, quæ essent Ordinationi accidentalia, tradidisse; omisisse verò essentialia: immò oppositum omninò credendum est. At in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri, solius manuum impositionis mentionem faciunt, Primò sacræ Scripturæ, 1. Timoth. cap. 4. & 5. Et 2. Timoth. cap. 1. Et Actorum cap. 6. & 13. atque etiam cap. 14. vbi illud: *Cùm constituissent illis Presbyteros*: Græcè, & Armenicè legitur: *Cùm per manus impositionem creassent illis Presbyteros*.

Secundò Concilia, vt Ancyranum, can. 10. Nicænum 1. can. 9. Antiochenum can. 10. & 17. Carthaginense IV. can. 3. & 4. Toletanum IV. can. 27. Nicænum II. can. 14. & alia. immò ipsum Tridentinum Concilium, sess. 14. c. 3. de Extrema vnctione inquit: Ministrum extremę vnctionis esse *Episcopum, aut Presbyterum, ritè ordinatum per impositionem manuum Presbyterij*.

6 Tertiò SS. Patres, vt Clemens lib. 8. Const. Apost. cap. 16. Dionysius in Eccles. Hierarch. cap. 5. par. 2. Damasus Papa in Epist. 4. Innocentius I. Papa in epist. 22. & sic deinceps alij, ex quibus Ambrosius de dignit. Sacerd. cap. 5. *Homo*, inquit, *manum imponit, & Deus largitur gratiam*. Et Hieronymus in cap. 58. Isaiæ: *Ordinatio*, inquit, *non solùm ad imprecationem vocis, sed etiam ad impositionem impletur manus*.

7 Quartò denique, vetustissima quædam Latina Ritualia non ponũt in Ordinatione Presbyteri porrectionem instrumentorum, neq; formam illi correspondentem, sed solùm manus impositionem cum sua forma deprecatoria, vt videre licet in Sacramentario D. Gregorij; & testatur Hugo Menardus loco sup. cit. his verbis: *In Ordinatione Presbyteri traditio instrumentorum cum sua forma: Accipe potestatem offerendi* &c. *deest in Sacramentarijs excusis D. Gregorij, vt in Codicibus manuscriptis, Remensi, Rodradi,*
8 *S. Eligij, & Ratoldi, atque etiam in Pontificali manuscripto, quod putatur esse Anglicanum: non habetur etiam in Concilio Carthaginensi IV. neque in Toletano IV. can. 27. neque vlli antiqui Patres mentionem aliquam illius aliquandò fecerunt, non S. Isidorus, non Amalarius, non Rabanus*, &c. qui de hac materia tractauerũt. Item Ioannes Morinus in Commentario de Sacris Ordinationibus, nouissimè typis dato

 Pa-

Parisijs, par. 2. vetera Latinorum Ritualia profert propè viginti, è quibus pleraque, nimirùm vetustiora, eandem traditionem instrumentorum cum sua forma in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri non commemorant. His etiam concordant omnia Euchologia Christianorum Orientalium, Græcum, Illyricum, Antiochenum, Chalcedonense, Chaldaicum, Ruthenorum, Maronitarum, Iacobitarum, Nestorianorum, & Abyssinorum, vt refert Pater Verricellus in tract. de Apostolicis Missionibus, quæst. 312. sect. 2. & videri potest apud eundem Morinum.

Præterea, cùm ordinarentur ab Apostolis primi Diaconi per manus impositionem, Act. 6. nondum erat scriptum Euangelium, cuius liber nunc traditur, vt materia Diaconatus. immò Durandus in 4. dist. 24. quęst. 3. refert, quòd suo tempore non omnes Ecclesiæ, neque præsertim Aniciensis, cui præfuit ipse, morem habebant tradend. librum Euangeliorum in Ordinatione Diaconi: vndè probat, per solam manus impositionem sufficienter Diaconum ordinari.

Quarta opinio est, tum præcedentem illam manus impositionē, tum porrectionem instrumētorum esse materiam essentialem. ita Petrus à Soto de Sacr. Ordinis lect. 5. Martinus Ledesmius in 4. quęst. 36. art. 4. ad 1. Bellarminus tom. 2. de Sacr. Ord. lib. 1. c. 9. Marchinus de Sacr. Ord. tract. 2. par. 7. c. 2. & par. 8. cap. 5. Card. Lugo de Sacr. disp. 2. sect. 5. Verricellus de

9 Apost. Mission. in Append. quęst. 312. sect. 12. & alij.

Nititur hæc sententia rationibus, in secunda, & tertia opinione adductis; ac præcipuè, quia ex diuersis Orthodoxis, & approbatis Concilijs, alia manus impositionem pro materia Diaconatus, & Presbyteratus assignarunt, vt Carthaginense IV. &c. alia porrectionem instrumentorum, vt Florentinum: dici autem non potest, quòd vnum Concilium cum altero pu-

10 gnet; neque quòd alterutrum materiam accidentalem præscripserit, omittendo essentialem: igitur dicendum est, vtrumque explicuisse materiam essentialem Ordinis, non quidem totalem, sed partialem.

Quinta opinio est, in Presbyteratu per solam posteriorem manus impositionem, ac suam formā, *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris peccata, remittūtur* &c. imprimi characterem, & conferri potestatem Sacerdotalem quoad vtrumq;

11 actum, offerendi scilicet, & absoluendi. Hanc sententiam refert Riccardus in 4. dist. 24. art. 4. his verbis: *In Ordine Sacerdotij dicunt aliqui, characterem imprimi, cùm Episcopus manus imponit, dicens: Accipe Spiritum sanctum, &c. quia dicunt, tunc Christum dedisse discipulis potestatem Sacerdotalem, quando post resurrectionem dixit eis: Accipite Spiritum sanctum; quorum remiseritis* &c. Et Angelus in verbo, *Ordo* 1. num.

num. 6. tribuit illam D. Bonauenturæ, & Petro de Palude, dicens: *Potestas Sacerdotis confertur, quando ab Episcopo dicitur, Accipe Spiritum sanctum, &c. & huius opinionis est S. Bonauentura, & Petrus.*

Videtur ergo supponere hæc sẽtentia, quòd sola manuum impositio sit materia necessaria, sicut tertia probabat opinio: sed non prior, ergo posterior: vndè sequeretur, per hanc posteriorem conferri Presbytero vtramque potestatem: Minor probatur: quia prior impositio manuum, quæ fit simul ab Episcopo, & Presbyteris, existimatur communiter à Theologis esse cæremonia accidentalis, ob rationes secundæ opinionis. Tum, quia Concilium Tridentinum, sess. 23. can. 4. inquit: *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, anathema sit.* vbi declarari videtur, tunc ordinari Presbyterum, & tunc illi dari gratiam Spiritus sancti, cùm ei dicitur, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. quod fit, quando illi manus vltimò imponuntur. Nec obstat, in hac forma non exprimi actum primariũ, sed secundarium tantùm potestatis Sacerdotalis: quia etiam Diaconatus conferri existimatur per formã, quæ tantùm exprimit potestatem Diaconi quoad actum secũdarium, qui est legere Euangelium; in qua potestate (vt asserit D. Thomas in suppl. quæst. 37. art. 5. ad 5.) intelligitur alia quoad actum primarium, qui est ministrare Sacerdoti.

12 Sexta opinio docet vtramq; potestatem Sacerdotalem consecrandi, & absoluendi, simul conferri, cùm porrigitur calix cum vino, & patina cum pane, atque dicitur: *Accipe potestatem offerendi* &c. sequentem verò manuum impositionem cum ijs verbis, *Accipe Spiritum sanctum*, non conferre vllam Ordinis potestatem ad dimittenda peccata, sed anteà traditam declarare, & iam datum Spiritum sanctum ostẽdere: dici autem, *Accipe*, in præsenti, quia Ordinatio adhuc est moraliter presens. Ita Capreolus quæst. 1. art. 3. ad 2. contra 1. conclus. Maior quæst. 3. art. 2. Syluester in verbo, *Ord.* 2. quæst. 4. Candidus tom. 4. disq. 4. art. 2. dubio. 5. alijque plures.

13 Fundamentum huius sententiæ est: primum, quia Concilium Florentinum non aliam assignauit materiam totius Ordinis Sacerdotalis, nisi porrectionem instrumẽtorum; neque aliam formam, nisi verba illa: *Accipe potestatem offerendi* &c. Secundum, quia posterior manuum

14 impositio cum sua forma, *Accipe Spiritum sanctum*, &c. non habetur in antiquis Ritualibus, de quibus suprà fecimus mentionem, neque in Sacramentario D. Gregorij, neque in Pontificali, quod explicat Durantus Episcopus Mimatensis, neque tandem in antiquo Ordine Romano. Tertium, quia potestas secundaria dimittendi peccata est adnexa cum illa primaria cõsecrandi Eucharistiam, tanquàm eius

eius proprietas; ergo simul cum illa confertur; cùm Sacerdotium vtramque potestatem, tanquam sibi propriam, trahat: vt asserere videtur Concilium Tridentinum, sess. 23. c. 1. de Sac. Ord. per hæc verba: *Hoc autem* (Sacerdotium) *ab eodem Domino Saluatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque Successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus, & sanguinem eius, nec non & peccata dimittendi, & retinendi, sacræ litteræ ostendunt, & Ecclesiæ traditio semper docuit.*

Septima demùm opinio asserit, potestatem consecrandi corpus, & sanguinem Christi, conferri, cùm Episcopus, porrigens instrumenta, dicit: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. potestatem verò dimittendi peccata, cùm manus imponit, dicens: *Accipe Spiritum sanctum, quorum remiseris* &c. Ita Scotus in 4. dist. 24. art. 3. Henriquez lib. 10. cap. 6. & 11. Vasquez disp. 239. cap. 3. Molfesius in Summa, de Sacr. Ord. tract. 2. cap. 10. Diana par. 9. tract. 6. resol. 9. & reliqui ferè omnes.

Ratio istorum præcipua est; quia cùm constat de forma, qua Christus aliquod Sacramentum instituit, non potest idem Sacramentũ per aliam formam substãtialiter diuersam conferri; non enim potest Ecclesia formas Sacramentorum, à Christo Domino institutas, substantialiter variare. Sed Christus, diuidens has duas potestates Sacerdotales, alteram tradidit in Cœna 15 (tunc enim, vt habet Concilium Tridentinum, sess. 22. cap. 1. Apostoli facti sunt Sacerdotes): tunc inquam alteram tradidit per illa verba: *Hoc facite in meam commemorationem*: cui formæ æquiualet ista: *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. alteram verò tradidit post Resurrectionem, dicens: *Accipite Spiritum sanctum*, &c. quãdo (vt idem Concilium sess. 14. 16 de Sacr. pœnit. cap. 1. affirmat) Pœnitentiæ Sacramentum institutum est. Ergo non potest per alterutram istarum formarum vtraq; simul potestas conferri. Et hęc hactenùs de varijs sententijs in hac materia; quæ quidem fuisse videtur vltrò citròque in diuersum à Doctoribus tracta, & omnifariàm definita.

IAM verò, tum ad hanc de materijs, & formis Ordinum controuersiam opinionum inter se tam dissidentium dirimendam, quarum 17 quælibet, extra primam, rationes pro se pontentissimas habet; tum præcipuè ad varios Ordinationis ritus, Orientalem scilicet, & Occidentalem, antiquiorem, & recentiorem, conciliandos, triplex dicendi modus excogitatur.

Primus modus dicendi traditur ab Archudio lib. 6. de Sacr. cap. 7. vbi asserit, dici posse, ac debere, vt omnes ritus concilientur, solam manus impositionem esse in Ordinis Sacramento de iure diuino materiam necessariam, & à Christo deter-

terminatam pro qualibet Ecclesia tam Græca, quàm Latina: nam Græca nunquàm illam omittit; nec etiam Latina; quia licèt hęc in Subdiaconatu, alijsque Ordinibus inferioribus non imponat manus super caput Ordinandi, porrigit tamen illi instrumentum; ac protensio illa manus cum instrumento dici propriè potest manus impositio, determinata tamen per instrumentum ad hanc, vel illam Ordinis potestatem significãdam: quia per illam Episcopus mediatè coniungit manus suas cum Ordinando per physicam coniũctionem: quòd enim mediet instrumentum, non tollit verum contactum; sicut etiã apud Græcos inter manum Episcopi, & caput Ordinandi mediat pallium.

Confirmatur ab eodem hic dicendi modus; Primò, quia traditur etiam à D. Bonauentura in 4. dist. 24. par. 2. art. 1. quæst. 4. vbi sic loquitur. *Quod obijcitur de manuum impositione, quòd non reperitur in omnibus Ordinibus, ratio iam dicta est: reperitur tamen aliquid simile, quia reperitur collatio instrumenti, in quo est protensio manus, & fit signatio collationis potestatis.*

Secundò, quia Marci 7. Christus, vt satisfaceret petitionibus eorum, qui *deprecabantur eum, Vt imponeret manum* Lunatico, hoc ipsũ fecit tangendo linguam, & aures eius.

Tertiò, quia ex D. Thoma 3. par. quæst. 84. art. 4. ad 2. in Sacramento Confirmationis est ne-
18 cessaria manus impositio: vndè hoc Sacramentum in sacris Scripturis, & à Patribus manus impositio dicitur: at Confirmatio stare potest cũ sola vnctione Chrismatis: ergo dicendum est, quòd cùm Episcopus vngit, propriè manum imponat. Quod etiam affirmat Bellarminus, de Sac. Confir. lib. 2. cap. 2. dicens; *Bis Episcopus manus imponit Confirmandis: semel, cùm super eos manus extendit, atque orat: & rursùs, cùm signat in fronte, atque Vngit. ipsa enim Vnctio, & signatio,*
19 *cùm manu fiat, manus impositio rectissimè dicitur, Vt docet Hugo lib. 2. de Sacram. par. 7. cap. 2.*

Quartò tandem, quia ipsummet Concilium Florentinum non dixit, Ordines conferri per instrumenta, sed dixit, per instrumentorum *traditionem*, vel *porrectionem*, vel *dationem*, vel *assignationem*: vndè vim potiùs facit in illa extensione manus, qua porrigitur instrumentum, & coniungitur Episcopus cum Ordinando, & quæ causat potestatem
20 dandam; quàm in ipso instrumento, quod illam tantùm determinat.

At multas gratias habemus Archudio, viro certè ingenij laudibus, æquè ac Fidei Catholicę florentissimo; quòd Latinæ Ordinationis materiam, hoc est, porrectionem instrumentorum, ad materiam Græcæ Ordinationis trahere, & cum illa conciliare voluerit. Nihilominùs ista eius dicendi methodus mihi non placet: Primùm

mùm, quia nullo testimonio, aut ratione probatur, solam manus impositionem esse materiam à Christo determinatam pro quolibet Ordine, immò ne pro vllo quidem. Vndè enim hoc colligitur? cùm neque à sacris Scripturis, neque à traditione Ecclesiæ, neq; a Concilijs, neque à Patribus traditum sit. Immò colligitur oppositum, Primò, quia Gregorius Papa IX. in cap. *Presbyter*, de Sacram. non iterã. hanc manus impositionem vocat *ritum ab Apostolis introductum*. Secundò, quia si Christus illam determinasset, certè, cùm Apostolis tradidit vtramque potestatem Sacerdotalem, potiùs hanc ab ipso determinatam, vel determinandam cæremoniam vsurpasset, quàm aliam: at neque in Cæna, neq; post Resurrectionem manus imponere voluit, sed vel tradidit calicem, &c. vel insufflauit. Tertiò, quia Ecclesia Latina semper solita fuit dilatare potiùs, & magis explicitas reddere veras Sacramentorum materias: ergo in Subdiaconatu, alijsque minoribus Ordinibus nunquàm occultasset, nec restrinxisset in porrectione instrumentorum impositionem manus, si hæc fuisset materia necessaria de iure diuino pro quolibet Ordine.

Deindè: quia falsum etiam est, porrectionem instrumentorum esse illam veram, & propriam manus impositionem, quæ ad Ordines requiritur: vndè, si daremus, fuisse hanc à Christo determinatam, ad maiorem potiùs diffidentiam, quàm conciliationem, 21 adducerentur ritus Ecclesiarum, & Concilia: Primò, quia Concilia, & Patres non dicunt, conferri Ordines per quamlibet impositionem manus; sed tantum per illam, quę fit supra caput: ita Concilium Carthaginense IV. can. 3. Clemens Rom. lib. 8. Constit. cap. 16. Dionysius Areop. de Eccles. hier. c. 5. Damasus Papa. epist. 4. Innocentius 1. epist. 22. ad Episcopos Macedoniæ: Augustinus lib. 5. de 22 Baptismo contra Donatistas, cap. 20. & alij.

Secundò, quia Gregorius IX. decreuit, vt diximus, in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri, peracta sine manus impositione, supplendum esse, quod omissum erat: ergo traditio instrumentorum, quæ non supponeretur omissa, non est propria manus impositio, alioquin nihil superesset supplendum, quia nihil esset omissum.

23 Tertiò, quia Concilium Carthaginense IV. can. 5. de Subdiacono inquit: *Quia manus impositionem non accipit, patinam de Episcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum*: ergo expressè contradistinguit traditionem instrumentorum à manus impositione; atque asserit, Subdiaconum manus impositionem non accipere, tametsi de manu Episcopi accipit instrumenta: alioquin eius verba hunc facerent sensum ineptum: Quia manus impositi-

positionem non accipit, ideò accipiat manus impositionem.

Ad rationes, adductas in contrarium, respondeo: Ad primam, quòd D. Bonauentura non ait, porrectionem instrumentorum esse propriè manus impositionem; sed dixit, esse aliquid simile: quod autem est simile, propriè non est idem.

Ad secundam, & tertiam, quòd qui tangit aures, & linguam alicuius, aut vngit eius frontem, verè super illum manus imponit, immò in ipso capite, cuius membra tangit. at Episcopus, dum tradit Ordinando instrumentum tangendū, non imponit manum super illum; imò sepè ne manum quidem multùm extendit; sed potiùs Ordinandi manus suas extendunt versùs Episcopum, vt tangāt instrumentum in manibus eius existens.

Ad quartam, quòd Concilium Florentinum non solùm ait, Ordines conferri per instrumentorum porrectionem, traditionem, &c. quibus verbis indicat materiam proximam Ordinis in ritu Latino; verùm etiam affirmat, ipsa instrumenta esse materiam; hoc est, remotam. inquit enim: *Ordinis materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo*: igitur iuxta mentem Concilij porrectio illa instrumenti causat effectum Sacramenti, non quatenùs extensio, seu impositio manus est, sed quatenùs est datio instrumenti, quomodocunque ista datio fiat, siue per extensionem manus Episcopi dantis, siue per extensionem manus accipientis de manu Episcopi.

24 SECVNDVS modus dicendi est, ipsam traditionem instrumentorū fuisse à Christo determinatam pro materia Ordinis: manus autem impositionem esse etiam implicitam quandam, & virtualem traditionē cuiuslibet instrumenti: vndè Pontifex, cùm manus imponit, virtualiter, & implicitè porrigit instrumenta. Ita Grauina, quem citat Morinus de sacris Ordinat. par. 3. Exercit. 1. c. 1. num. 28. his verbis:

25 *Vna hæc est ex Cōciliationibus, à Grauina adinuentis: Græci, inquit, manus imponunt: in manuum autem impositione instrumenta implicitè continētur: implicitè igitur, & virtualiter ea tāgunt Græci; explicitè, & formaliter Latini. instrumēta enim in manu, vt in organo organorū, continentur.*

Huic dicendi modo suffragari videtur D. Thomas in 3. par. quæstione 83. art. 5. ad 1. vbi dicit, quòd manus est loco omnium instrumentorum:

26 *Cùm*, inquit, *manus sit organum organorum (vt dicitur 3. de anima); omnia opera attribuuntur manibus*. Ac magis apertè S. Bonauentura in 4. dist. 24. par. 2. art. 1. quæst. 4. vbi sic habet: *Ad illud, quod obijcitur de libri, vel vasis traditione, dicendum, quòd sicut omne instrumentum, sine armatura in virtute manus est; sic etiam per impositionem manuum, vbi deessent talia instrumenta, possunt signari. vndè, sicut post videbitur, in im-*

positione manuū in Ecclesia primitiua cæteri Ordines implicabantur, qui postmodùm processu tēporis explicati sunt & quantùm ad verbū, & quantùm ad signum, & quantùm ad personas.

Verùm multò minùs subsistere potest iste modus conciliandi: Primò, quia gratìs etiam fingitur, Christum pro materia Ordinum determinasse porrectionem instrumentorum. cùm enim in Ordinatione Diaconi, ac Presbyteri neque Apostoli in primitiua Ecclesia, neque Apostolorum successores in Ecclesia posteriori tam Orientali, quàm olim in Occidentali, tradiderint explicitè instrumenta; quis vnquàm credere valeat, hanc eandem materiam, tamdiù ab Ecclesia vniuersali explicitè omissam, fuisse à Christo Domino institutá? Secundò, quia impositio manus, & traditio instrumenti, sunt actiones inter se plusquàm specie differentes; ergo, si hæc posterior esset de iure diuino materia Ordinis, non posset, neque potuisset Ecclesia loco illius adhibere alteram: nequit enim Ecclesia Sacramentorum materias à Christo determinatas, substantialiter variare. Tertiò, quia magìs frumētum continet virtualiter panem, quàm manus contineat instrumenta: sed nequit frumentum, etiamsi coctum, & exculentum, esse Eucharistiæ materia loco panis, à Christo determinati: ergo multò minùs posset impositio manus esse materia Ordinis pro traditione instrumentorum, si hæc fuisset Ordinis materia de iure

27 diuino. Quartò denique, quia ad Sacerdotium conferendum V. G. non sufficeret cuiuscunque traditio instrumenti, etiam vagè, aut vniuersaliter sumpti, sed talis instrumenti determinati, puta Calicis cum vino, &c. quod scilicet sit aptum ad potestatem Sacerdotij significandam: at impositio manus non esset magìs virtualis, & implicita traditio Calicis, quàm ensis, aut alterius instrumenti; cùm illa virtualis continentia manus in sua vastitate, quicquid libuerit,

28 complectatur; & hoc est, quod loc. cit. adserit S. Thomas, omnia opera manibus attribui: ergo &c.

Ad illud D. Bonauenturæ respódeo, ideò ipsum docuisse, quòd ad Ordines conferendos sufficiat quæcunq; implicita designatio instrumentorum, facta per manus impositionem; quia supponebat, instrumenta non esse materiam, de iure diuino necessariam.

TERTIVS dicendi modus, aptior ab alijs iudicatus, est ille, qui

29 fundatur in ea communiori sententia, pro qua P. Verricellus in Append. de Apost. Mission. quæst. 312. sect. 2. triginta & septem Doctores grauissimos citat; nempè Christum, cùm Ordinis Sacramentum instituit, non determinasse materias, ac formas in particulari, sed in genere tantùm, monendo scilicet Apostolos, vt Ordines conferrent per aliqua visibilia signa, & verba, quæ essent apta ad eorum po-

potestates significandas; ac proinde in arbitrio Ecclesiæ reliquisse, vtrùm his potiùs signis, ac verbis, quàm alijs, vti vellet. Quarè Concilium Tridentinum. sess. 23. c. 3. de materijs, & formis Ordinum tantummodò ait; *Sacram Ordinationem verbis, & signis exterioribus perfici*.

Hoc itaque posito fundamento (quod planè certum supponimus tum ex auctoritate tot, tantorumque Doctorum; tum ex sufficienti partium enumeratione, cùm nullũ aliud relinquatur, in quo nisi firmiter valeamus) vnum superest inquirendum; quænam materiarum species fuerint ab Ecclesia auctoritate publica constitutæ pro conferendis Ordinibus?

Adserit R. P. Amicus in Cursu Theologico, tom. 7. de Sacramen. disp. 2. sect. 4. (cuius dicendi modum pro tertio recensemus) ab Ecclesia Catholica decretum iam fuisse, vt vbique terrarum sufficiens, & integra materia cuiuscunque Ordinis sit alterutra ex his duabus, vel manus impositio, vel instrumentorum traditio, dummodò illi accedat forma verborum, sufficienter potestatem Ordinis exprimens. Sic enim, inquit, dicendo, conciliantur non solùm omnes ritus, Cõcilia, & Patres; verùm etiam graues Auctores, quamuis oppositas inuicèm sententias tradidisse videãtur. Quòd autem Ecclesia sic vniuersaliter definierit,

Probat primò (& hæc est potior eius ratio): quia Ecclesia Catho-
30 lica, tradens ritum Latinum, in quo Diaconus, & Sacerdos de facto initiantur per vtramque materiam, reliqui verò inferiores Ministri per solam instrumentorum traditionem; approbat etiam ritum Græcum, in quo omnis Ordinatio fit per solam manus impositionẽ: siquidem Clemens VIII. in Bulla, edita anno 1595. die 31. Augusti, decernit, ac mandat, Romæ habendum esse Episcopũ Græcum Catholicum, qui Græcos ordi-
31 net ritu Græco: approbat igitur Summus Pontifex ritum Græcum. Prætereà noua Congregatio, Romæ erecta ab Vrbano VIII. pro Euchologio Græcorum examinando, post longam discussionem, hunc ritum ordinandi Græcorum denuò approbauit, vt deinceps de validitate ipsius nulli dubium esse valeat. Dici autem nõ potest, quòd Ecclesia manus impositionem, vt sufficientem, & adæquatam materiam Ordinum approbauerit dũ-
32 taxàt pro Christianis Orientalibus, seu Græcis, & non etiam pro Occidentalibus, seu Latinis: nam faciẽdi hoc aliud potestatem non habet Ecclesia; cùm Christus de facto illi eam non ita communicauerit, vt quod ipsa pro vna Ecclesia statuisset, illud tantùm pro ea, & non etiam pro alijs omnibus Ecclesijs esset sufficiens Ordinis materia: ergo, cùm iam pro Græcis approbauerit manus impositionem, vt materiam sufficientem, & integram;

vtique pro omni alia Ecclesia talem eam esse declarauit.

Minorem huius Syllogismi suadere nititur duplici argumento: Primùm Inductione ex alijs omnibus Sacramentis, quorum materias, ac formas voluit Christus esse vbiq; substantialiter easdem. Deindè ex Ecclesiæ vnitate, ad quam minùs expediret, vt materiæ, & formæ substantiales eorundem Sacramentorum non eædem, sed diuersæ essent in diuersis Ecclesijs, quippè, cùm Ecclesia maximè dicatur vna ex vnitate religionis, quæ in externa Sacramentorum professione potissimè consistit, iuxtà illud Ephes. 4. *Vnus Dominus, Vna Fides, vnum Baptisma*, &c. non esset certè perfectè vna, si ita aliæ materiæ, & formæ substantiales huius Sacramenti deputarentur pro Græca Ecclesia, & aliæ pro Latina; vt non possent vel alterutræ, vel vtræque indifferenter, & æquè vtrobique vsurpari saltem pro valida, si non etiam pro licita illius collatione: ergo, sicut Græcus validè ordinaretur à Græco Pontifice per materiã, & formam Latini ritus, ita pariter dicendum est, quòd etiam Latinus validè ordinaretur à Latino Pontifice per Græci ritus materiam, atq; formam.

Probat secundò: quia Gregorius IX. in cap. *Presbyter*, statuit, vt si quid in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri per errorẽ esset omissum, iterandum non esse Sacramentum; sed cautè suo postea tempore supplendum, quod anteà prætermissum fuerit.
33 Sentit igitur Pontifex, Diaconatum, & Presbyteratum validè conferri vel per solam manus impositionem omissa instrumentorum traditione, vel per solam instrumentorum traditionem omissa impositione manus: alioquìn alterutra omissa, iteranda esset Ordinatio: id quod ab ipso prohibetur.

Probat Tertiò: quia Concilium Nicænum I. can. 9. & Carthaginense IV. can. 3. & 4. pro integra materia Diaconatus, & Presbyteratus assignat manus impositionẽ;
34 & ipsum Tridentinum sess. 14. c. 3. *De Extrema Vnctione*, supponit Sacerdotes ritè ordinatos esse per impositionem manuum Presbyterij: Florentinum verò Concilium pro integra materia eorundem Ordinũ assignat instrumẽtorum porrectionem: igitur dicendum est, alterutram ex his materijs fuisse ab Ecclesia determinatam, vt sufficientem, & integram pro quacunque Ecclesia.

35 Probat denique quartò, ex ipsa varietate materiæ, ac formæ, quibus Latina ipsa Ecclesia diuersis temporibus vsa est ad hoc Sacramentum conferendum; anteà enim ordinabat Diaconum, & Presbyterum per solam manus impositionem cum vnica forma; deindè verò per vtramque materiam, & per duplicem formam. Ita, sed disertissimè, ac pro more doctissimè ratiocinatur P. Amicus.

Adhuc tamen tertius hic dicendi

di modus peregrinus mihi videtur, ac violentus, nec minores pati difficultates, quàm duo alij præcedentes. Illud enim perdifficile & dictu, & captu duco, Catholicam Ecclesiam aliquando constituisse, vt alterutra materia, vel manus impositio, vel instrumentorum traditio, esset apud omnes Fideles, ac proindè etiam apud Latinos, sufficiẽs, & integra materia cuiuscunque Ordinis. etenim oppositum ab ipsa Ecclesia constitutum, colligo ex Concilijs, ex Decretis Summorum Pontificum, ex Patribus, ex Ritualibus, ex praxi, ex omni denique ratione; vt tum ex ijs, quæ hactenùs dicta sunt, percipi potest; tum ex infrà dicendis, præsertim in Responsione ad allatas pro ista sententia rationes, ostendam.

Quarè, sicut priscis illis Ecclesiæ temporibus, quando Diaconatus, & Presbyteratus ab omnibus Ecclesijs per solam manus impositionem conferebantur, irrita certè fuisset Ordinatio, si tunc particularis quis Episcopus siue Orientalis, siue Occidẽtalis, contra vsum, ac præscriptum veteris illius Ecclesiæ, omissa ea materia, vsurpasset in ijsdem conferẽdis Ordinibus traditionem instrumentorum: ita pariter esse omninò dicendum puto, cùm deindè posterior Ecclesia Catholica, permittens priscum illum ritum Orientalibus, qui eum retinere voluerunt, præscripsit, & sufficienter in Occidente promulgauit vel per antiquum Ordinem Romanum, vel per nouum Pontificale,

36 vel tandem per Concilium Florentinum, vt traditio instrumentorum esset præterea Diaconatus, & Presbyteratus materia; ex eo inquam tempore nouæ, ac sufficienter promulgatæ præscriptionis Ecclesiæ, adeo necessariam materiam horum etiam Ordinum euasisse apud Latinos instrumentorum traditionem; vt Ordinatio sine illa inter eos facta per solam manus impositionẽ, & quamcunq; vel aptissimam verborum formulam, irrita planè sit, & inualida. Quòd si hoc de dupli-

37 ci Ordine illo dicendum est, tametsi aliquando sine traditione instrumentorum vbique conferebantur; quantò magis idem de alijs inferioribus dici oporteat, quos in Ecclesia Latina per traditionem instrumentorum semper collatos esse, & conferri debere, perpetuus vsus, & eiusdem Ecclesiæ præscriptio docuit?

Ad primam ergo P. Amici rationem, seu Syllogysmum, responderetur primò: Nego Maiorem, si accipiatur in eo sensu, qui ad con-

38 cludendum desideratur. Falsum enim est, Apostolicam Sedem directè vnquàm, aut ex professo, ritum ordinandi Græcorum per solam manus impositionem, approbasse: nam ex eo, quòd iusserit in sua Bulla Clemens VIII., Græcum vnum Episcopum Catholicũ residere Romæ, qui Græcos ordinet ritu suo (cuius quidem rei cogens erat necessitas; ne Græci Catho-

tholici, præsertim Missionarij, suis in Prouincijs à Schismaticis, hære-
39 ticisue Episcopis contumaciter ordinarentur; neue, si quando Romæ alio ritu, quàm suo, initiati fuissent, ab alijs posteà Græcis reijcerentur): ex eo inquam Clementis mādato vix tantùm colligimus, sed à posteriori, non à priori, quandam eius de tali ritu non quidem approbationem, aut confirmationem, sed bonam existimationem, haud tamen præclaram; videlicèt
40 Græcam Ordinationem non malè apud Pontificem audiuisse; siquidem voluit prædictum ad finem eam in Vrbe fieri. Nec prætereà mirandum, quòd Clemens, Ordinationem illam in pristino robore suo relinquens, hoc iuberet; quippè sola manus impositio in Diaconatu, & Presbyteratu fuerat quondam in ritu veteri materia integra non solùm apud Orientales, verùm etiam Occidentales. quapropter euenerat, vt post nouum ritum, à Latinis deindè magis explicitum
41 per instrumentorum traditionem, toleraret Ecclesia, permitteretque Orientalibus, vt suo quisque ritu, quem à principio licitè accepissent, nec vnquàm omisissent, perseuerarent. Hoc autem de Latinis pariter dici non potest, quibus semper fuit prohibitum à præscriptione noui ritus, sufficienter promulgati, discedere. Et hæc quidem de Clementis Bulla.

Quod autem spectat ad approbationem Congregationis Euchologij; de qua rursùm Amicus loc. citat. num. vlt. ex aliorum relatione sic loquitur. *Hæc me Viennæ Austriæ scribente, Romæ scriptum est, post longum, ac diligens examen iussu Vrbani VIII. omnes materias, & formas Ordinum, quæ hactenus in ritu Græco seruatæ sunt, quæque in eorum Euchologio habentur, confirmatas fuisse.* respondetur, quòd etiam si ita esset, vt ipse refert, neque rem suam probaret, vt infrà: verùm ne ita quidem se res habuit: nam neque confirmatas, neque abrogatas, neque approbatas, neque reprobatas, sed tantùm in pristino suo esse, ac robore Cæremonias eas Græcorum à S. Congregatione relictas, ego, qui Romæ iam indè ab Vrbano Pontifice sedeo, semper accepi. Vndè verò, aut quonam modo cōfirmatas, & approbatas eas dicamus, quando nec Bullam Vrbani, aut alterius Summi Pontificis vllam, nec vllum Sacræ eius Congregationis Decretum hac de re, non dico denunciatum, sed ne editum quidem vidimus vnquàm, aut audiuimus extitisse?

Cæterùm vel solum diligens illud, ac longum examen, Vrbani iussu nouissimè habitum à Latinis ad inquirendum, vtrùm Græca Ordinatio, sine instrumentorum traditione facta post noui ritus præscriptione, rata haberi posset, ac firma; satis superque esse Amico poterat ad sententiam deponēdam. quippè, si adhuc ita pro dubia illa ducebatur à Latina Ecclesia, vt

vt ad eius dubietatem euacuandam longa, diligensque discussio requisita sit; quis vnquàm credere valeat, Latinam ipsam Ecclesiam aliquandò constituisse, vt eiusmodi Ordinatio, ab ipsis etiam facienda Latinis, rata esset, ac valida.

Adde, quòd etiamsi darem, quod falsum est; simplicem aliquã approbationem, & à Clemente Papa per suam Bullam, & à Sacra Congregatione per aliquod Decretum, apertè, ac directè fuisse hac de re exhibitam; neque tamen idcircò sequeretur (quod ad concludendũ desideratur) determinasse Papam, aut Latinam Ecclesiam, pro integra materia Græcæ Ordinationis manus impositionem; scilicèt definitiuè, & Apostolica auctoritate decreuisse, vt manus impositio esset apud Græcos sufficiens Ordinũ materia. Nam aliud est, simpliciter approbare, hoc est, ob dictam permissionem validum, ratumque esse adserere modum ordinãdi Græcorum: in quo casu præsuppositus tantùm fuisset valor in ritu, non autem datus: & aliud est, Apostolica auctoritate decernere, vt ritus ille validus, ratusque sit; quo decreto datus prætereà ritui fuisset valor; quodque nulli vnquàm Summo Pontifici venire in mentem potuit.

Respondetur secundò ad Syllogismum: transeat Maior, quomodocunque intelligatur, etiam in sensu, quòd Apostolica Sedes Clementis, & Vrbani directè approbasset, immò verò definitiuè decreuisset pro integra materia Græcæ Ordinationis manus impositionẽ:
42 nego autem Minorem: nego inquã, eandem manus impositionem euasisse per hoc in omni Ecclesia, etiã Occidentali, sufficientem, & integram Ordinis materiam; & Christum non dedisse potestatem Ecclesiæ determinandi materiam aliquam vt sufficientem pro vna tantùm Ecclesia, & non pro alia.

Ad primam huius minoris probationem, ex Inductione aliorum Sacramentorum petitam, respondetur] primò, retorquendo sic eandẽ
43 Inductionem: Nullum aliud Sacramentum habet vbiq; pro sufficiente alterutram ex duabus certis materijs: ergo neque hoc habet Ordinis Sacramentum. Respondetur secundò, negando Inductionem illam esse veram: quippè inter alia Sacramenta est Matrimonium, cuius contractus clandestinus in ijs Ecclesijs, vbi Concilium Tridentinum non est receptum, perseuerat esse sufficiens materia Sacramenti, sicut erat vbique ante
44 dictum Concilium; secùs verò in alijs Ecclesijs, vbi talis contractus desijt ex præscriptione eiusdem Concilij esse sufficiẽs materia Matrimonij, sed requiritur contractus, seu consensus publicus coram Parocho, & testibus. Resdondetur tertiò: transeat Inductio: nego tamen Consequentiam: non enim omnia Sacramenta sunt eiusdem rationis, & essentiæ, vt quod essentialiter non competit alijs, nec possit eorum

rum alicui conuenire: quandoquidem Inductio non concludit, nisi fiat inter ea, quæ eãdem habent essentiam. Falso inferrem, Leonem non esse rugibilem ex eo, quòd rugibilia non sunt animalia cætera: rectè verò id inferretur, si cætera animalia Leonis haberent essentiã. Adde, quòd Sacramenta pendent à libera institutione Christi, qui potuit in materia cuiusquam eorum non eundem modum præscribere, quem præscripserit in aliorum materijs.

46 Ad secundam eiusdem Minoris probationem, ex Ecclesiæ vnitate deductam, ac sæpiùs aliàs inculcatam, vt videatur totum illius sententiæ robur ipsi incumbere; respõdetur primò, diuersitatem formalem rituum diuersarum Ecclesiarũ in Sacramentis perficiendis nihil officere vnitati Ecclesiæ Catholicę; ad quam cõstituendam sufficit vnitas Capitis, vnitas Fidei, & vna etiam Sacramentorum administratio, vna inquàm quoad substantiam, non quoad modum, hoc est, vt eadem Sacramenta in Ecclesia administrentur, quomodocunque administrentur, dummodò ritè, ac validè. & hoc significat illud Ephes. 4. *Vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma*: vnum scilicèt, atque idem Sacramentum erit tam in Oriente, quàm in Occidẽte Presbyteratus V. G. qui confertur; etiamsi alia hic, alia ibi materia ex instituto Ecclesię collatus fuerit. Cùm igitur ex cõfesso dederit Christus Ecclesiæ potestatem determinandi in specie materias, & formas huius Sacramenti; cùmque benè etiã Ecclesię vnitas saluaretur, si pro diuersis Ecclesijs partialibus non eædem, sed diuersæ materiarum, & formarum species determinarentur; vtique ratio ista Ecclesiasticæ vnitatis non obstat, quominùs Ecclesia id efficere possit. Patet instãtia in exemplo Matrimonij, de quo suprà.

47 Respondetur secundò: transeat Antecedens: nego autem sequelam illius. Nam, etiamsi daretur, formalem diuersitatem materiarum huius Sacramenti pugnare cum Ecclesiæ vnitate; neque tamen sequeretur, vnitatem hâc tolli, si in vno loco determinaretur ab Ecclesia pro sufficienti eius materia sola manus impositio, in alio sola instrumentorum traditio, vel vtraque materia: & ratio est, quia hæ duæ materiæ, quamuis ad inuicem comparatæ, sint rationes formales specie differentes; tamen consideratæ in ratione generica signi expressiui potestatis Ordinis (sub qua vnica ratione, ex institutione Christi determinata, concurrunt ad potestatem Ordinis conferendam) non sunt diuersæ formaliter, sed tantùm materialiter: vtraque enim est vna ratio formalis generica, expressiua, & effectiua potestatis Ordinis: vndè vt sic consideratæ, specificarent vnitatem Ecclesiæ, si ad illam (quod suprà negauimus) pertinerent. neque id mirùm: siquidem etiam

etiam in Physicis potentiæ vitales specificantur, seu sumunt suam vnitatem ab vna ratione formali obiecti generica, non specifica: vt potentia visiua ab vna ratione formali generica colorati, non specifica talis, vel talis coloris; potentia volitiua non ab hoc, vel illo specie volibili, sed ab vna ratione generica boni; & sic de alijs. Idem dico de habitibus scientiarum, virtutum, &c. vna est ars Medicinę, quia vnũ genere est corpus sanabile; vna est scientia Metaphysicæ, quia vna est ratio generica ẽtis; vna est virtus Fidei, quia vnum genere est obiectũ credibile, vt diuinitùs reuelatum, etsi multę articulorũ Fidei species.

Confirmatur hoc ipsum primò; quia consensus, seu contractus clãdestinus, & publicus, quamuis sint diuersæ specie materiæ formales Matrimonij pro diuersis Ecclesijs; quia tamen conueniunt in vna ratione formali generica contractus legitimi vt sic, sub qua ratione Christus materiam huius Sacramẽti instituit, benè possunt Ecclesiæ vnitati congruere: ergo idem à pari dici posset de Ordine.

Confirmatur secundò ad hominem: Nam inquit Amicus nu. 58. *Potuit Ecclesia pro varijs temporibus varias adhibere materias huius Sacramenti, irritando priorem, & nouam statuendo.* Et paulò post rationem reddit: *Quia, si penès Ecclesiam est, materiam huius Sacramenti assignare, assumendo illam, vt signum expressiuum potestatis; poterit pro vno tempore assumere vnam*
48 *materiam pro signo expressiuo potestatis, pro alio aliam, priorem irritando.* Et rursùs num. 59. afferens disparitatem inter diuersitatem tẽporum, & diuersitatem Ecclesiarum: *Non esset, inquit, vna Ecclesia, si in diuersis Ecclesijs diuersæ essentialiter essent materiæ Sacramentorum. Est autem semper vna, etiamsi pro diuersis temporibus varietur materia; quia non variatur in ratione signi formalis, sed tantùm materialis; vndè in ratione signi formalis semper manet eadem.* Qua-
49 rè sic ipse argumentor: Ecclesia Christiana non magis est vna secũdùm vnitatem eius permanentem, hoc est, comparata ad plures Ecclesias partiales, quæ vno simul tempore eam constituunt; quàm secundùm vnitatem eius successiuam, hoc est, comparata ad omnia sua tempora. nam, sicut in singulis quibusque temporibus vnitatem indiuisam permanẽter habuit; ita pariter toto suo tempore vnitatem indiscretam successiuè habere
50 debuit: semper enim esse in ea debuit etiam successiuè vnum Caput, vna Fides, & vna eorundem Sacramentorum communicatio. Sed potuit per Amicum in tota, & successiuè vna Ecclesia esse diuersitas materiarum huius Sacramenti pro diuersis temporibus, salua eius vnitate successiua; talisque variatio materiarum non fuisset in ratione signi formalis, sed tantùm materialis: ergo poterit etiam in tota,

& permanenter vna Ecclesia esse, diuersitas materiarum eiusdem Sacramenti pro diuersis Ecclesijs partialibus, salua eius vnitate permanenti; ac talis variatio materiarum non erit in ratione signi formalis, sed tantùm materialis. vtrobique enim par ratio est. igitur potuit Ecclesia pro diuersis etiam locis diuersas deputare materias ad eundẽ Ordinem conferendum, irritando scilicet pro Ecclesia Occidentali tantùm, & non etiam pro Orientali, manus impositionem vt integram, & sufficientem Ordinis materiam. Alioquin, sicut ipse, comparans vnam Ecclesiam partialem cum altera, dicit, si vno simul tempore varietur in illis materia, nõ saluari vnam rationem signi formalis, nec vnitatem Ecclesię permanentẽ; quia variata materia non significaret ampliùs ex instituto Ecclesiæ in vno loco potestatẽ illam Ordinis, quam significaret in altero: sic etiã ego, comparans totam Ecclesiã iuniorẽ cum tota Ecclesia seniori, per eandem pariter rationem dicerem, si pro diuersis temporibus varietur in illis materia, non saluari pro toto vtriusque Ecclesiæ tempore vnã rationem signi formalis, nec vnitatem Ecclesiæ successiuam; quia prior materia non ampliùs significaret in iuniori Ecclesia potestatem illam Ordinis, quam anteà significasset in seniori.

Et hæc satis ad Syllogysmum; qui etiamsi totus, & cùm abundantia concederetur, neque tamen *videretur columna esse.* quoniam, in-
51 terea dum ad antiqua Concilia, veteres Patres, variosque senescentis iam Ecclesiæ ritus conciliandos incumbimus, & ad rem vetustissima quæpiam Ecclesiastica constitutio postulatur, vix ille concludit, Ecclesiam postremis hisce Clementis, Vrbanique temporibus declarasse, ad Ordines vbique conferendos, alterutram sufficere materiam. quid enim ad præteritorum concordiam hæc vltima proficeret declaratio?

Ad secundam rationem respondeo: Gregorium IX. in cap. *Pre-*
52 *sbyter*, longè aliter sensisse, quàm, vt putatur, alterutram materiam ad Presbyteratum, & Diaconatum sufficere: immò, quòd decreuerit ibi oppositum, non obscurè indicant eius verba: inquit enim, *Si in Ordinatione Presbyteri, vel Diaconi manus impositio fuerit prætermissa, non esse iterandam Ordinationem, sed statutis temporibus supplendum esse, quod omissum fuerit.* Non ergo idem de vtraque sensit materia; alioquin idem de vtraque
53 materia loquutus esset. cùm ergo hæc dixerit de sola manus impositione, & non etiam de traditione instrumentorum, innuere certè voluit, instrumentorum traditionem ita euasisse apud Latinos necessariam illorum etiam Ordinum materiam, vt si fortè omitteretur, repetenda esset Ordinatio.

Ad tertiam respondeo; Ex eo, quòd priora Concilia vnam declarauere materiam, & alteram poste-

steriora, non sequitur, Concilium vllum, seorsim acceptum, alterutram declarasse, vt ex ipsis constat principijs: neque, quòd vtraque Concilia, vnà simul accepta, hoc fecerint; nam constitutio prioris Concilij non suspenditur vsque ad decretum posterioris: neque tandẽ, quòd id factum intelligatur à posteriori Concilio, quatenùs adiuncto priori; quia sic non alterutra quidem materia, sed vtraque potiùs Ordini deputata colligeretur, cùm vnumquodque Cócilium per sese alteram, ac diuersam materiã constituerit. nullo igitur modo istius alterutrius materiæ constitutio à Concilijs emanauit. Quid autem ex illa Conciliorum varietate sit inferendum, dicam:

54 Decreuisse Concilium Nicænum 1., & Carthaginense IV. pro materia Diaconatus, & Presbyteratus solam manus impositionem, nihil aliud indicat, nisi priscis illis Ecclesię temporibus solam manus impositionem fuisse vtriusque Ordinis materiam integram, sicut etiam fuerat iam vsque ab Apostolis: immò tempore ipso Gregorij 1. Papæ, qui longè post illud Carthaginense Concilium extitit, non per instrumentorum traditionem, sed per solam manus impositionem in Latina ipsa Ecclesia Diaconatus, & Presbyteratus conferebantur, iuxtà Ritualis Gregoriani præscriptionẽ.

55 Deindè Concilium Florentinũ, quod anno Domini 1439. celebratum est, instrumentorum traditionem, vt materiam vtriusque Ordinis, promulgans, se remisit ad Romanũ Pontificale, quod citans, ait: *Vt in Pontificali Romano continetur.* iamdiù enim instrumentorum traditio ab Ecclesia Occidentali, & per antiquum Ordinem Romanũ, post Gregorij Papę tẽpora editum; & per nouum Pontificale, vt materia horum etiam Ordinum necessaria, Latinis præscripta fuerat, adhibenda tamen non sine pręcedente manus impositione, cuius Florentinum apertè non meminit ob causam, quæ adducetur infrà in Responsione ad primam rationem sextę Opinionis. Hoc igitur tempore, ac deinceps, vtraq; materia iam euaserat pro vtroque Ordine integra, & substantialis apud Latinos.

56 Postremò denunciasse Conciliũ Tridentinum, *Extremæ Vnctionis ministrum esse Presbyterum ritè ordinatum per impositionem manuum Presbyterij:* non persuadet, impositionem manuum Presbyterij fuisse posteà apud Latinos integram materiam Sacerdotij; sed ad summum, requiri etiam illam, vt materiam partialem: quia per hoc, quòd huius tantùm materiæ mentionem fecerit, traditionem instrumentorum, in ritu Latino necessariam, non exclusit; sicut neque exclusit posteriorem impositionẽ manuum solius Episcopi, quæ ad complendum Ordinem Latini Sacerdotis erat insuper necessaria. Cur autem Synodus manuum impositionis tantùm meminerit, & non vtri-

vtriusque materiæ, duplex ratio adferri posset: Vel quia Hæreticis Luteranis, quibus Romani iam ritus, ac Cæremoniæ, ipsumq; Ordinis Sacramētum cœperant fastidio esse, insinuare voluerit, si quãdo deinceps sacram Ordinationem per illam duntaxàt Apostolorum cæremoniam vellent perficere, fore vt ipsis, non secùs atque Græcis, id ab Ecclesia permitteretur: quã etiam ob causam factum, ni fallor, puto, vt eadem Synodus Tridentina sess. 23. cap. 3. noluerit speciales huius Sacramenti materias, & formas nominare, sed tantùm dixerit, *Sacram Ordinationem Verbis, & signis exterioribus perfici.* Vel etiam, quia, si dixisset, ministrum Extremæ vnctionis esse Presbyterum ritè ordinatum per vtramque materiam, aut per instrumentorum traditionem: Græcorum certè & Sacerdotium, & extremam ipsã Vnctionem, irrita declarasset: idcircò eius tantùm materiæ meminisse, satis Concilio visum est, qua vsi erant Apostoli, quæque in omni Ecclesia semper fuerat, & erat, sicut est etiam num materia Sacerdotij, quanquàm apud Latinos non integra, sed integranda per instrumentorum traditionem, quam Cõcilium non exclusit, sed quasi remisit hoc tum Decreto Synodi Florentinę, tum Romano Pontificali.

Ad quartam denique rationem patet responsio ex ijs, quæ modò in Responsione ad tertiam dicta sunt, ex eo enim, quòd Ecclesia Latina diuersis temporibus diuersa materia vsa sit in Diaconatu, &
57 Presbyteratu; non rectè deducitur, alterutram materiam pro quolibet tempore sibi ipsi constituisse, vt Ordinibus illis sufficientem; sed potiùs pro vno tempore vnam, pro alio alteram, vel vtramque.

QVARTVS ergo dicendi modus relinquitur, qui ad varios Ecclesiarum, ac temporum ritus, Conciliorumque decreta componenda, mea quidem sententia reliquorum omnium aptissimus videatur: quo nimirùm dicamus, Eccle-
58 siam Catholicam, in cuius arbitrio Christus materias, & formas huius Sacramenti in specie determinandas reliquerit, eas pro diuersitate Prouinciarum, seu Nationum, atq; etiam temporum non easdem, sed diuersas instituisse: ita tamen, vt pro diuersitate temporum diuersas quidem materias assignauerit, non abrogando veteres, sed magis explicitas eas reddendo per nouas; pro diuersitate verò Pro-
59 uinciarum, seu Nationum alias à principio materias in Subdiaconatu, cæterisque Ordinibus inferioribus dederit Latinis, alias Græcis: porrò in Diaconatu, & Presbyteratu easdem initiò vtrisque præscripserit; deindè verò, cùm veteres per nouas explicuit, Occidentales tantùm Ecclesias recenti hoc ritu obligauerit, Orientalibus autem permiserit, vt pristinis vterētur materijs. Sic ergo factum est, vt pro singulis ritibus, atq; temporibus il-

illud semper in una, eademque tota Ecclesia seruatum sit, quod Christus generatim monuit, ac præcepit; vt scilicet Ordines conferrentur per aliqua visibilia signa, & verba, quæ essent apta ad eorum potestates significandas.

Hinc est, quòd in Ordinibus non hierarchicis, vt subdiaconatu, alijsque inferioribus, quorum nulla fit in sacris litteris mentio, apud Latinos sola instrumentorum porrectio pro materia sufficit; qui tamen apud Grçcos sola manus impositione traduntur.

Hinc similiter factum est, vt semper in Orientali Ecclesia, & etiam quandoque in Occidentali, nempè priscis illis temporibus, traditio instrumẽtorum non fuerit materia Sacerdotij, & Diaconatus, sed tantùm impositio manus; quia solùm hanc, vt adæquatam materiã eorum Ordinum, semper apud Græcos, & olim apud Latinos Ecclesia vsurpauit: ideòque prisca Concilia, Patres, & Latina etiam Ritualia vetera, solius manuum impositionis in his Ordinibus mentionem faciunt.

Posteà verò in Occidente tum manus impositio, tum instrumentorum porrectio ex Ecclesiæ instituto euasit partialis materia vtriusque Ordinis. Nam Latina Ecclesia, retinens priscum illum ritum, ab Apostolis introductum, ordinandi Diaconos, & Sacerdotes per manus impositionem, materiam hanc magis explicitam reddere voluit, adiungendo paulò post illã instrumentorum traditionem; ita,
60 vt ex vtraque materia partiali, moraliter coniuncta, fiat vna integra, & totalis magis explicita; per quã, & per formam, quç tunc profertur, hoc est, in Diaconatu, *Accipe potestatem legendi sanctum Euangeliũ*, &c. & in Presbyteratu, *Accipe potestatem offerendi Sacrificium Deo*, &c. traditur Diacono quidem completa sui Ordinis potestas, Presbytero autem sola potestas sacrificandi: deindè verò per alteram manus impositionem, & alteram formam,
61 *Accipe Spiritum sanctum, quorum* &c. datur eidem Presbytero absoluendi potestas.

Vndè colliges primò, quòd qui adserunt iuxta 4. & 7. Opinionem, vtramque hanc materiam, & vtrãque formam substantialiter requiri ad Sacerdotem completè constituẽdum; intelligant necesse est ex instituto Ecclesiæ Latinæ, quç talem sibi ritum præscripserit, cùm nouum edidit Pontificale; permittens tamen Ecclesiæ Orientali pristinũ
62 ritum, in quo per solam manus impositionem, & vnicam verborum formulam conferebatur simul Presbytero vtraque potestas Sacerdotalis, idque etiam apud Latinos, vt vetera eorum Ritualia indicant.

Nec obstat huic ritui ratio illa, pro 7. Opinione allata: quòd scilicèt Christus Dominus per ea verba *Accipe Spiritum sanctum, quorum* &c. dederit Apostolis potestatem dimittendi peccata, quia ex hoc

vo- non

non sequitur, illum instituisse, per ea tantùm verba, & non per alia, ab Ecclesia conferri posse, alioquin debuisset etiam Ecclesia Latina ad hanc potestatem conferendam non manuum impositionem, præcipere pro materia, sed insufflationem, quam Christus in illa Cæremonia adhibuerat.

Qui verò docent iuxta 3. Opinionem, solam præcedentem manus impositionem cum sua forma sufficere ad Diaconatum, & Sacerdotium conferendū; spectant duntaxàt ad priscum illum morem Ecclesiæ veteris: idcircò ipsorum doctrina in Orientali tantùm Ecclesia admitti posset, in qua etiamnum ritus ille antiquus sic inexplicitus perseuerat; secùs autem in Occidentali, vbi iam magis explicitus, vt dixi, ex Ecclesiæ instituto redditus est.

Colliges secundò, eandem manus impositionem, quæ in Diaconatu, & Sacerdotio præcedit traditionem instrumentorum, non esse in ritu Latino cæremoniam accidentalem, vt efferebat secunda Opinio, sed materiam partialem, quæ ad substantiam Ordinis vtriusque pertineat, vt probant rationes, pro tertia Opinione adductæ: maximè quòd non solùm Dionysius Areopagita, Clemens Romanus, alijque Patres, & Concilia vetera, præsertim Carthaginense 4. can. 3. & 4. præscribunt in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri eandem manus impositionem, vt quiddam Ordini substantiale: verùm etiam ipsum Concilium Tridentinum ses-
63 sione 14. cap. 3. inquit, *Ministrū Extremæ Vnctionis esse Presbyterū, ritè ordinatum per impositionem manuum Presbyterij*: vbi apertè loquitur de priori manuum impositione, quæ fit ab Episcopo, & Presbyteris; quamuis prout fit à Presbyteris, dici possit cæremonia accidentalis. Tum quia talis impositio manus erat olim in ijsdem Ordinibus sola, & substantialis materia, tam tempore Apostolorum, vt constat ex Actibus; quàm in ipso ri-
64 tu veteri Ecclesiæ Latinæ, vt antiquissima eius Ritualia indicant: ergo non est credibile, eandem Latinam Ecclesiam, quæ ritus suos veteres, & Apostolicos semper pro dignitate venerata est, ac potiùs ampliare studuit, quàm abolere, voluisse posteà materiam hanc de substantiali reddere accidentalem.

Ad rationes, quæ pro 2. Opinione afferebantur, respondeo: ad primam, quòd in Sacramentis non requiritur inter materiam, & for-
65 mam coniunctio physica, sed sufficit moralis: vndè satis est, formam subsequi paulò post materiam, præsertim partialem; nam in moralibus, quæ parùm distant, censentur inesse. Adde, falsum esse illud, quòd communiter dicitur, priorem illam manuum impositionem adhiberi in Ordinatione Presbyteri sine vllis verbis. Nam licèt Episcopus nihil tunc propriè dicat, cùm ipse, ac Presbyteri successiuè tangunt

gunt caput Ordinandi, vt ſcilicet detur illi Cæremoniæ locus: tamen immediatè poſt, cùm tenent manus ſuas extenſas versùs illum, quaſi continuando ſic eandem manus impoſitionem immediatè præteritam, dicit Epiſcopus Orationem antiquiſſimam, quæ in ritu Latino veteri erat forma deprecatiua ad Presbyteratum completè conferendum; quamuis nunc, cùm ritus ille antiquus factus ſit magis explicitus, forma, correſpondens vtriq; materiæ partiali, ſit illa, quæ profertur in traditione inſtrumentorũ ad conferendam poteſtatem conſecrandi Euchariſtiam.

Ad ſecundam, & tertiam reſpondeo, argumentum nihil concludere contra nos, qui ſuſtinemus, materias, & formas Ordinum determinatas eſſe in indiuiduo ab Eccleſia. Ratio autem, cur Latina Eccleſia in Hierarchicis tantùm Ordinibus conferendis, & non etiam in alijs inferioribus, præter exhibitionem inſtrumentorum, imponat etiam manus, eſt; quia in illis Ordinibus confertur Miniſtris excellens quædam poteſtas diſpenſãdi alijs Sacramenta; idcircò imponitur etiam manus, vt (quemadmodùm loquitur D. Thomas in ſupplem. queſt. 57. art. 5. in corp.) *detur illis plenitudo gratiæ, per quam ad magna officia fiant idonei*. Tum quia ijdem hierarchici Ordines, nimirùm Diaconatus, Presbyteratus, & Epiſcopatus ab Apoſtolis tradebantur per manus impoſitionem; reliqui verò Ordines in ſacris litteris non memorantur.

66 Ad quartam, in qua eſſe videtur aliqua difficultas, reſpondet Emin. Bellarminus, Conſtitutionem illam Gregorij Papæ IX. fauere potiùs ſententiæ, quæ ſuſtinet, impoſitionem manus eſſe in Diaconatu, & Presbyteratu cæremoniam eſſentialem: *Quod enim*, inquit, *Pontifices nolint repeti Cæremonias ritè peractas, & tamen ſuppleri, quod omiſſum eſt; indicat, eas Cæremonias poſſe diuidi, & dari diuerſo tempore; & eſſe efficaces, quocunque tempore dentur*. Bellar. tom. 3. de Sacr. Ordin. c. 10.

67 Verùm, licèt hoc dici poſſit in Ordinatione Presbyteri de poſteriori manuum impoſitione, per quam tribuitur poteſtas abſoluendi à peccatis; quæ quidem cæremonia differri poteſt poſt primam ad omne aliud tempus, & eſſe efficax, quocunque tempore detur: tamen dici non poteſt in Ordinatione Diaconi, & Presbyteri de illa impoſitione manuum, quæ præcedit porrectionem inſtrumentorum, & 68 de qua loquitur ibi Gregorius Papa, vt indicant eius verba immediatè ſequentia. Nam talis impoſitio manus in tantùm eſſet efficax in ritu Latino, ſeu eſſentialiter neceſſaria ad Ordinem Diaconatus, & etiam Presbyteratus quoad poteſtatem conſecratiuam; in quantùm moraliter coniungeretur cum porrectione inſtrumentorum, & cum forma, huic porrectioni correſpondente, in cuius prolatione chara-

ster

ctèr vtriusque Ordinis imprimitur. quòd si tunc omitteretur, & ad aliud tempus dilata, separatim adhiberetur, non haberet illam essentialem efficaciam. Tum quia, si esset essentialiter requisita, vtique sine ipsa neuter Ordo subsisteret; ac proindè repetenda esset Ordinatio priùs facta: quod Gregorius prohibet. sin autem adhuc sine ipsa Ordo subsisteret: ergo non esset requisitū essentiale: quod apertè negat Bellarminus, maximè in Ordinatione Diaconi, vbi præter illam non fit alia impositio manus.

Respondet secundò Verricellus; priorem illam manus impositionē esse quidem materiam essentialem, at non totalem, sed partialem: sine partiali verò materia posse etiā haberi compositum tam physicum quàm morale, vndè, si illa omitteretur, non esset irritum Sacramentum.

Sed neque ista respōsio plenè satisfacit: nam si sine partiali materia posset adhuc haberi idem compositum, seu Sacramentum; ergo talis materia non esset illi Sacramēto essentialis, non enim haberi aliquid potest sine sua essentia.

Explico igitur prędictas responsiones clariùs in hunc modum: Hæc eadem impositio manus in nouo ritu Latino pertinet quidem ad substantiam, & integritatem vtriusque Ordinis, non autem ad essentiam: seù non est cæremonia accidentalis, neque essentialis, sed substantialis, & integralis; sicut etiam in Sacramento Pœnitentiæ
69 Satisfactio est pars materialis illius,
non essentialis, neque accidentalis,
sed substantialis, integrans Sacramētum; & brachium in homine est
21 ոչ կայ եպիսկոպոս: Բ. պսակիլն 'ի ժամս արգելեալս յեկեղեցւոյ: Գ. զուգաւորութի ընդ միում ումեք, որ եղէ նշանեալ ընդ այլում: Դ. ուխտ ողջախոհութե արարեալ 'ի ծածուկ առ աւագոյ կրօնաւորութե: Ե. ազգական չծութի ընդ արենակիցս կամ խնամիս մինչ և յերկրորդ" ծնունդ: Զ. ափշտակութի հարսին որ եղէ նշանեալ ընդ այլում: Է. սպանումն կնոջն երրորդ: Ը. սպանումն քահանայի, որ եղէ ստուգեալ առաջի դատաւորաց:

բայց ։ Ժ․ սրբազանեալն պատկ ընդ կրօ- ԻԲ
նաւորն կուսին ․ վասն որոյ չաւրաւոր 22
ծնութեան ամուսնանալ մարդ պատեհել
ընդ այլում ։ ԺԱ․ ընտելն կոչա հայր
կամ սանամօրն որդւոյն իւրոյ․ զի մի կարող եղէ յետոյ ամուսնանալ իւր պատճառ
քեյ յենջէնե զղջացող մարմնականն․ և վասն այսր գործոյ ամուսնանալ մարդ կրկին
պատեհել յետ մահու ամուսնոյն իւրոյ ։ ԺԲ․ ամուսնանալն ընդ հերձուածող
քրիստոնէի ։ և ԺԳ․ ապաշխարութիւն հրապարակական․ որ արգելու զապաշխարո-
ղն ՚ի պատկէ մինչ և ՚ի կատարածն իւր ։

Pœnitentia solennis, quandiù hæc durauerit. His Adde Matrimoniũ cum hæretico, quod prohibitum est, non autem irritum.

ՄԻ՛ԹԷ ԿԱՐՈՂ

Իցէ եկեղեցին ներել մարդկանց ի վե-
րայ ամ նախասացեալ արգել-
մանցն պատկին ։

Հատուածն՛ Ե ։

V T R V M

In prædictis omnibus impedimentis possit Ecclesia dispensare.

Sectio V.

ա 1 Պատասխանեմ առաջին․ Թէ ի՛ արգելմանցն այնոցիկ․ որք միայն արգելուն պատկել, բայց ոչ խափանեն զաւրութեան պատկին, կարէ ամ որ եպիսկոպոսն շնորհել․ բայց յարգել մանէն ուխտի ողջախոհութե, զորոյ ներումն մեծ քահանայապետն ընդ հանուր եկեղեցւոյ յատկացեալ առնլինէն իւր միայն ։ Յայտ լինի այս ՚ի սովորութէ ։

բ 2 Երկրորդ՛ առաջին․ Թէ ի՛ արգելմանցն, որ խափանեն զպատկն միայն եկեղեցական օրինօք, ոչ կարէ ամ որ եպիսկոպոսն ներել․ այլ միայն ընդհանուր եկեղեցւոյ գլուխն․ ՚ի․ պապն ։ Յորժամ այս ոչ Թէ միայն ՚ի սովորութէ, այլ և ՚ի բանականութեէ․ քանզի այսպիսի արգելմունքն մտ-ծեալ եղեն յեկեղեցին իշխանութէ նորին պապին, կամ ՚ի տիեզերականն ժողովոյն․ որք արարեալ եղեն հրամանաւ նորին ; արդ ․․․

կն

Respondetur primò: In impedimentis, quæ humano iure impediunt solùm, sed non dirimũt matrimonium, potest quilibet Episcopus dispensare, voto castitatis, & Religionis excepto, cuius dispensatio reseruatur Summo Pontifici. Patet ex legitima consuetudine.

Secundò: In impedimentis, humano iure matrimonium dirimentibus, non potest quilibet Episcopus, sed solus Summus Pontifex, dispensare. Nam talia impedimenta inducta sunt auctoritate Summi Pontificis, vel Concilij Generalis de consensu illius: ergo solius eius erit in illis dispensare; cùm nequeat inferior soluere legem superioris. Potest autem in ijs idem Pontifex etiam sine sufficienti causa validè dispensare; quia sicut à sola eius

vo-

voluntate legis obligatio pendet, ita sola eius voluntate auferri potest: quãuis sine causa in ijs dispensando peccaret; quia relaxatio iuris communis, quod publico bono conducit, vt licita sit, iustam requirit causam.

Tertiò: etiam in primo gradu affinitatis rectæ lineæ, & in secundo, tertio, &c. consanguinitatis ascendentium, & descendentium in recta linea, potest Summus Põtifex validè dispensare, tametsi ad hoc æui nunquàm, vt traditur, dispensauit. Ratio est, quia matrimonium inter hos propinquos, licèt naturaliter multùm impediatur ratione peculiaris indecentiæ naturalis, propter quam & in lege naturæ nusquàm legitur ab vllo Sanctorum hoc matrimonium initum, & in lege Mosaica sub pœnis grauioribus interdicebatur: tamen non est irritum iure naturæ, vt suprà iuxta probabiliorem sententiam demonstratum est; neque iure diuino Euangelico, vt patet; sed duntaxàt iure humano (nam ius Mosaicum dirimens iam Christi morte sublatum est): ergo posset in eo Põtifex dispensare, quanquàm non nisi vrgenti de causa: quippè in ijs, quæ naturali, aut diuino iure impediunt solùm, sed non dirimunt matrimonium, potest quidem Summus Pontifex, vt Christi Vicarius, & naturalis, diuinique iuris interpres, dispensare, sed non nisi iustis, vrgentioribusq; de causis, bonum commune saltem vltimatè re-

spi-

Գ կամքն նորա միայն, որ նմայծ զնոսա, և
որ է՛ գլուխ եկեղեցւոյ, եւ իշխանաւորական
3 էր, և մեկնել բնական և աստուա-
ծային օրինացն, պատահմանէն
բուն սեղերայ նորայն: զի ոչ կարէ այլ
ոք վայրապարդ նախքն լուծանել կամ
թուլացուցանել զօրէնս եդեալ ի վե-
րագոյնէն իւրմէ:

Եւ յլ գտանելի է՛ սա. զի յորժամ
պատանեն ոչ խափանեն բնականն կամ աս-
տուածայնական օրինօք, բայց նմա ըղձն
դունեն ծանր ինչ բնականն անպատ-
շաճութեն. յայնժամ ոչ կարէ պապն
Դ զներողութիւն եկեղեցւոյ նորա չնորհել առա-
4 նց յոյժ հարկաւոր պատճառի. որով
կարասցէ նա համբերեալ և ազա-
տել ի բնականն անպարկեշտութենէն:
սակս այսորիկ ոչ երբեք լուծեալ եղե-
մեկ և գայս օր. թէ պապն ներելով
եղէ եկեղեցւոյ պապակն, որ ի մէջ առաջա-
կանացն երկրորդ առ աստիճանի արենա-
կցութեան ուղղականի գծին, կամ հաւա-
սարին աստիճանի խնամութեան նոյն
ուղղականի գծին:

Երրորդ՝ ասեմք. թէ եկեղեցւոյ արգե-
լմանցն, որք բնականն, կամ աստուա-
ծայնական օրինօք խափանեն զպսակն,
Ե ոչ կարէ եկեղեցի զներումն ինչ չնոր-
5 հել: զի ոչ կարէ վայրապարդ ոք ստո-
րնագոյն լուծանել կամ թուլացուցա-
նել զօրէնս վերագոյն առաջնորդին,
մանաւանդ բնութեան, կամ քո: աստ
ան պապն ոչ ունի զիշխանութիւն նե-
րելոյ եկեղեցւոյ պապակն, որ ի մէջ հօր
և դստեր իւրոյ, կամ ի մէջ մօր առաջին
և բազում կանանց ի միասին: վասն զի
զայս առաքեալ մերոյ քո. և զայլն
բնութի:

Եւ չորրորդն զոմանց հարցմանն.
որով ասեն, թէ երբեմն հրամանաւ

մեծի

[illegible]

spicientibus, & quibus eiusmodi matrimonia cohonestari valeant: alioquin non modò illicita, sed etiã invalida erit dispensatio.

Զ 6

Quartò: In impedimenta, iure naturali, aut diuino Euangelico matrimonium dirimentia, nulla cadere potest Ecclesiæ dispensatio: cùm nequeat inferior, vigente lege Superioris, eius obligationem ab aliquo tollere. Vnde nequiret Pontifex dispensare in matrimonio inter patrem, & filiam, vel in vxorũ polygamia; propterea quòd illud natura, hanc Euangelium irritat.

Է 7

Dices: Comes quidam Armeniacus, Summo Pontifice dispensante, matrimonio sibi copulauit sororem germanam; quod coniugium, vti diximus in probabiliori sententia, irritum est iure naturæ; ergo &c.

Ը 8

Respondetur, quòd Armeniaci Comitis petitio, etsi vehemens, & magnis oblatis muneribus exposita, negata tamen à Pontifice fuit; sed Comes, quia verum diploma extorquere nunquàm à Romano Pontifice potuit, falsò subscriptum à corrupto quodam Ministro procurauit; de quo crimine, cùm postea fuit apertum, debitas is pœnas dedit: vt refert Paulus Æmilius in Gallorum Annalibus apud Sotum. Ceterùm constat in matrimonio inter Armeniacos Principes, Sembat de Botha, & Isabellam Guidonis Comitis Ioppensis filiam, qui erant non in primo, sed in tertio consanguinitatis gradu coniuncti, Bonifacium VIII. vero diplomate dispensasse: qua de re infrà.

Dominicus Sotus in 4. dist. 40. quæst. vnica, art. 4. concl. 1.

Bonifacius VIII. lib. 4. epist. 268.

DE

DE MATRIMONIO
Iuxta ritum Armenum.

VTRVM
Armeni ritus præscriptio, quæ discrepet à iure Canonico, valeat ratum, vel irritum reddere aliquod Matrimonium.

Sectio IV.

ARmeniorum consuetudines circa impedimenta, quę humano iure dirimunt matrimonium, cum Occidentalibus in eo congruunt, quòd nec apud ipsos ratum contrahitur matrimonium cum infideli non baptizato, vel cum habente Ordinem sacrum, aut votum monasticũ, aut ligamen cum altero coniuge; & pręterea, quòd consanguinitas, & affinitas perfecta, hoc est, primi generis, matrimonium apud eos dirimunt ad quartum vsq; gradum inclusiuè, quemadmodùm apud Latinos: (nam Græci, vt refert Archudius lib. 7. de Sacram., in hac re indulgentiores, contrahũt etiam in octauo gradu consanguinitatis, & septimo affinitatis, iuxtà suam supputationem; qui duo gradus apud nos quartum constituunt). Cæterùm leges Armenæ de Matrimonio non vsquequaque cum Latinis conueniunt; sed partim propriæ sunt, atque, vt ita dicam, municipales, partim Græcis

cum

ՅԱՂԱԳՍ
ա
1 Պսակին ըստ աւանդութեան Հայոց։

ՄԻ՞ ԹԷ ՀԱՐՑՈՅ

Սահմանադրութիւն եկեղեցւոյ պսակին․ ըստ որում բաժանեալ է ՚ի կանոնական սահմանադրութեանց եկեղեցւոյ․ ունիցի զօրութիւն խափանելոյ կամ հաստատելոյ զպսակս ամուսնոյ ՚ի մէջ նոցա․

Հատուածոյ՝ դին։

բ
2 Հայոց սովորութիւնք և օրէնսդրութիւնք նոյն արգելմանց, որք մարդկային օրինօք խափանեն զպսակն, ըստ նոյնց ինչ համաձայնեն ընդ կանոնական օրէնս ընդ հռոմէացւոց եկեղեցւոյ․ և ըստ այլ նոյնց ինչ բացաձայնեն ՚ի նոցանէ։ Նախ առ համաձայնութիւնն․ զի ոչ ըստ և ոչ Հայոց սովոր համարին պսակն, զոր առնիցէ քրիստոնեայ այլ ընդ անհաւատ ոչ մկրտելոյ, կամ ընդ ուխտաւորեալ կրօնաւորի․ Կամ ընդ այնմ, որ կապեալ իցէ այլում ամուսնոյ․ կամ առնիցէ զմիմեանս ՚ի յէ-
գ
3 րից մէջ աստիճանացն։ Նաև և զի առ Հայս ազգականութիւն և Հշմարիտ խնամութիւն խափանեն զպսակն մինչ և ՚ի չորրորդ աստիճանն․ որպէս հռոմայեցն կանոնական սահմանադրութեան եկեղեցւոյ։ Իսկ իմաստ բաժանումն․ զի Հայոց եկեղեցին արգելու առնել պսակ ՚ի մէջ ազգականաց առն և արանց կնոջն․ և խափանէ զայս պսակն մինչ և յեօթն աստիճան․ Նմանապէս և ՚ի մէջ խնամեաց երկրորդ սեռին։ Թէպէտ և ամենեքեան սոքա ոչ են Հշմարիտ խնամութիւնք․ որոց ՚ի չափ

գոր-

[illegible] Դ 4

[illegible]

[illegible] Ե 5

[illegible] Զ 6

[illegible]

cum ritibus conformantur. Prohibent enim, inter conſanguineos viri, & conſanguineos vxoris matrimonium contrahi, irritantque contractum vſque ad gradum tertium: ſimiliter inter affines in ſecundo genere coniugium interdicunt: legalem quoque cognationem, matrimonium dirimentem, inter adoptantem, & adoptatum, reſtringunt ad ſecundum duntaxat gradum; protenduntque ſpiritualem vſque ad tertium. De reliquis verò Eccleſiaſticis impedimentis, quæ ſumuntur ex crimine, nihil ipſi, aut habere, aut ſcire deprehenduntur.

His ergo poſitis, quæritur: vtrũ ex iſtis ritibus illæ conſuetudines, quæ à iure Canonico Eccleſiæ Catholicæ diſcrepant, vim legis, ſeu legitimæ conſtitutionis apud ipſos obtineant? ſeu, quod idem eſt, vtrum ea matrimonia, quæ apud Armenos iuxtà prædictas conſuetudines rata, vel irrita eſſe iudicantur, reuerà talia ſint, etiamſi aliter de matrimonio ius Canonicum, ſeu Pontificiæ leges præſcripſerint?

Pro negatiua parte ratio afferri poſſet: Prima, quia in rebus Eccleſiæ grauibus, qualia etiam ſunt impedimenta matrimonij, abſq; Summi Pontificis auctoritate nulla Patriarchalis Eccleſia, ſeu nullus Patriarcha, etiam ex quatuor Maioribus, facultatem habet condendi, vel abrogandi leges: cùm grauiores Eccleſiæ cauſæ ſemper Summo Pontifici reſeruatę cenſeantur, tum

in ſignum ſupremæ eius poteſtatis, tum vt maturiori iudicio ab ipſo decernantur vel immediatè, vel mediante Concilio, ſi hoc expedire ipſi videatur: ergo multo minùs hanc facultatem habere potuit Armeniorum Eccleſia, ſeu Patriarcha, qui non eſt ex illis Maioribus.

Secunda, quia leges Canonicæ, ſeu Pontificiæ de impedimentis, matrimonium dirimentibus, latæ ſunt pro tota Eccleſia: ergo cunctos obligant Chriſtianos; ac proindè etiam Armenos, aliosq; Schiſmaticos, vel Hæreticos: alioquin iſti ex ſuo delicto immunitatis, & exemptionis commodum reportarent.

Tertia, quia Schiſmaticorum conſuetudines, quæ iuri Pontificio aduerſantur, inductæ perſæpè ſunt ex motiuo ipſius ſchiſmatis, nimirùm ob independentiam, quam adfectant Schiſmatici à Romano Pontifice, cui obedientiam denegant: ergo iniquæ ſunt, & illegitimæ.

His tamen non obſtantibus, reſpondeo; prædictas Armeniorum conſuetudines eſſe legitimas; ac proindè ipſorum matrimonia, prout vel iuxtà, vel contra illarum præſcriptionem inita ſunt, vel rata, vel irrita eſſe, etiamſi ius Canonicum, ſeu Pontificium aliter in vniuerſum præſcribat, dummodò de illis peculiariter non diſponat.

Probatur primò; quia Innocentius III. in Concilio Lateranenſi, cap.* 4. ſtatuit, Chriſtianorum Orientalium ritus, & conſuetudines,

* Refertur in cap. licet, de Baptiſmo.

Է 7 րանկանս որք ժողովոցն և 'ի Հայաստանեայցն Հռովմայ, ոչ Թէ վ̄ս եկեղեցեաց ունելոց առանձնակի · այլ վ̄ս ընդՀանուր եկեղեցւոյ են : ապա ուրեմն կանոնքն զո̄մ քրիստոնեայս առ Հասարակ : ուստի ոչ կարէ ազգ ինչ քրիստոնէից ելանել արտաքոյ նոցա 'ի ձեռն այլոյ յատուկ սաՀմանադրուԹեան :

Երրորդ'' պատճառն է · զի սմանք քրիստոնէից սովորուԹիք, որք Հակառակեն օրինաց կաԹուղիկէ եկեղեցւոյն, մուծեալ եղեն պատճառաւ բաժանման քրիստոնէիցն այսոցիկ 'ի նոյն եկեղեցւոյն. որպ̄ զի ցուցցեն զեկեղեցիսն իւրեանց զոլ ինքնակալ · և ոչ ստորադրեալ այլում եկեղեցւոյ: ապա ուրեմն մուծեալ եղեն
Ը 8 չար խորՀրդով և անիրաւուԹբ : վ̄ս որոյ ոչ կարեն ունել զօրուԹի օրինաւոր սաՀմանադրուԹե :

Բայց սակայն ոչ մնով ինչ իբր առարաքելական մեր սակս պատճառաց այսոցիկ, պատասխանեմք առ խնդիրս նախադասելով : Ուստի ասեմք · Թէ վերոյգրեալ յատուկ սովորուԹիւքն Հայոց են արդելմանցն պսա-
Թ 9 կին ունին ճշմարիտ զօրուԹի օրինաւոր սաՀմանադրուԹե 'ի մէջ նոցա. և ոչ Հեռանեալ լինին 'ի բաղդատուԹէ Հասարակական օրինացն կաԹուղիկէ եկեղեցւոյն. մինչ դեռ կաԹուղիկէ եկեղեցին ոչ մերժէ զնոսա յայտնապէս և յատուկ յիշմամբ :

Եւ ցուցանեմք զայսոսիկ միաբանուԹբ Հայաստանեայցն Հռովմայ : քանզի Ինոկենտիոս Երրորդ'' պապն 'ի մեծաքանակս սուրբ ժողովն Լատերանոյ Գապտիստացո Թոյլ տալ քրիստոնէից յարեւելեան կողմանն պահել

զիւ-

զիւրեանց առանձնութիւն զայնս, որք Ժ
ոչ իցեն հակառակք համեստութե 10
եկեղեցւոյ և փրկութե հոգւոցն
ցն: և զայս ասաց, զի դի դժուարին
իմն է՛ ժողովրդոց փոփոխել զհին սո
վորութիւն իւրեանց ։

Եւ դրձլ՝ Եւգենիոս չորրորդ՝ պա
պն, յորժամ ՚ի տիեզերական սբ ժո
ղովս ֆլորենցիոյ ընկալաւ զազգն
հայոց ՚ի միաբանութի ընդ կաթու
ղիկէ եկեղեցւոյ, ոչ հրամայեաց նո
ցա թողուլ զսովորութեանս առանձ
նութիւն իւրեանց, որ յաղագս պսակի:
այլ ուրեմն այսպէս եղոյց. Թէ Թոյլ ԺԱ
տայր նոցա պահել զայնոսիկ: 11

Եւ դրձլ՝ ՚ի կանոնս ժամանակի.
յորժամ հայոց ազգն մնայր միաբան
ընդ եկեղեցւոյն հռովմայ. ոչ արգել
լեալ եղեւ հայոց ՚ի պապէ ուրեք պա
հել զնոցա առանձնութիւն : այլ ու
րեմն և այլ:

Երկրորդ" ցուցանի բանականութբ.
քանզի որ ինչ համեստ և բանական
սովորութի ՚ի կանոնս ժամանակաց
պահեալ լինի հաստատութ ՚ի մէջ ժո
ղովրդեան ու րուք. Թէպէտ և ՚ի սկզ
բանէ սկսեալ իցէ անօրինաբ և ընդ ԺԲ
դէմ կանոնականն օրինաց. սակայն յե 12
տոյ զկնի երկար ժամանակի առնու
զօրութի օրինաւոր սահմանադրու
Թե, և կարէ զժողովուրդն իբրև
զհաստատուն օրէնս : և այս յայտնի է՛
ու ամենեսեան, և ՚ի նոյն կանոնա
կան օրինացն հաստատեալ: Ուստի
ասեն վարդապետք ու հասարակ. Թէ
զորինչ կարէ գլուխն տմ եկեղեցւոյ
ընդդէմ հասարակական օրինացն շնո
րհել ժողովրդեան ու մեք ՚ի ձեռն յա
տուկ շնորհաց. նոյն ինչ կարէ և ս
մուծանել ՚ի ժողովուրդն ի ձեռն եր
կա

nes, quæ non essent in periculum animarum, neque honestati Ecclesiasticæ repugnantes, sustinendas esse. Ex quo rectè colligit P. Verricellus, lib. de Apostolicis Missionibus, quæst. 83. 84. 86. Schismaticos Orientales non ligari nouis legibus Pontificijs, nisi in materia dogmatum Fidei, vel nisi de eis aliquo modo statuerint; sed ipsorum cõsuetudines honestas (quales esse videntur prædictæ) approbatiua tolerantia sustineri à Summis Pontificibus, tum vt sic faciliùs ad obedientiam Sedis Apostolicæ reuertantur; tum quia difficillimum est, populorum ritus mutari.

Et confirmatur hæc ratio: quia Eugenius IV. in Concilio Florentino, vbi ad vnionem cum Armenijs coëundam diù in ritus ipsorũ inquisitum fuerat, nequaquàm prohibuit, quominùs prędictos de matrimonio ritus retinerent. neque id anteà fuerat eis prohibitum ab alijs Summis Pontificibus, quo tẽpore Armena Ecclesia fuit Romanæ obediens, quod certè longum, ac diuturnum fuit: vide 1. Partem cap. 16. num. 1.

Probatur secundò: quia quęlibet immemorialis, & honesta consuetudo, etiam contra Canones, & illegitimè à principio introducta, vim habet posteà legitimæ constitutionis; quod patet ex iure, tum Canonico, quod in cap. *fin. de consuetudine* statuit, consuetudinem rationabilem, & legitimè præscri-

ptam, hoc est, per longissimi temporis cursum, & tenacem obseruantiam, iuri positiuo derogare: tum Ciuili, quod in cap. *de quibus*, 22. *ff. de legibus*, habet sic: *Rectissimè receptum est, vt leges non solùm suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur.* Et *in l. fin.* cap. *quæ sit longa consuetudo*, dicitur: *Probatam, & seruatam tenaciter, consuetudinem, perpetuò legis vicem habere, statuimus*. vndè axioma illud receptum communiter est: *Quicquid potest à Papa concedi per priuilegium, potest etiam per consuetudinem introduci*. At eiusmodi Armenæ consuetudines de Matrimonio sunt honestæ, cùm peccatum non nutriat; nec non immemoriales, vtpotè antiquissimæ: ergo &c.

Probatur tertiò, quia Canonicæ, seu Pontificiæ leges illæ de matrimonio, quibus obstare videntur aliquot Armeni ritus, vt præsertim quæ de impedimentis ex crimine, semper fuerunt ab Armenis inuincibiliter ignoratæ, ac nunquàm in suis ab Vrbe remotissimis Regionibus publicatæ: igitur eos non obligant; immò neq; (vt idē Verricellus loc. cit. latè probat) Summorum Pontificum mens vnquàm fuit, vt Schismatici Orientales ijsdē legibus tenerentur. Cæterùm reliqui Armeniorum ritus in hac materia non sunt contra Canones, sed vel iuxtà, vel ad summùm præter Canones: non enim rata faciunt ea matrimonia, quæ Canones irritant;

Ժգ 13 կարածամ սովորութե ։ արդ՝ նախա
սացեալ սովորութիւնքն հայոց ի վ͞ր
պսակին են համեստք, և բանականք,
և 'ի յերկարագոյն ժամանակաց պի
նդ պահեալք 'ի նոցանէ ։ ապա ուրե
մն ունին զօրութի օրինաւոր սահ
մանադրութե, և կարեն ղազգն նո
ցա իբրև զհաստատուն օրէնս. Թէպէտ
բացաձայն իցեն 'ի կանոնական օրի
նացն կաթուղիկէ եկեղեցւոյն ։
Երրորդ ցուցանի. զանզի այն կա
նոնադրութիւնքն եկեղեցւոյ վ͞ս պսա
կին. որոց հակառակ երևին սակա
Ժդ 14 ւք ոմանք աւանդութիւնք հայոց. ոչ
երբէք հրապարակեալ եղեն հանդի
սաղ 'ի մէջ նոցա. այլ յաւէտ ոչ և ս
ճանաչեցան իսկ 'ի նոցանէ ։ ապա ու
րեմն ոչ կապեցին զնոսա. զի ոչ կարէ
օրէնք ինչ կապել զժողովուրդ. եթէ
'ի մէջ նորա հրատարակեալ ոչ լինին
հանդիսաւոր։ Իսկ՝ 'ի միացեալ աւան
դութեցն նոյն հայոց՝ բազումք են,
որ համաձայնեն ընդ սէ կանոնսն. և
թէպէտ ոմանք բացաձայնեն իմնա
պէս 'ի նոցանէ. սակայն ոչ են նոցա
հակառակ. զի ոչ թուլացուցանեն
զհրամանս կանոնացն, այլ առաւել
Ժե 15 պնդեն զնոսա. զի արգելուն զպսակս
ոմանս, ներելս 'ի կանոնացն ա. ճրդ՝
գրիգորիոս ինններորդ՝ պապին, առ 'ի խնդ
րոյ լեւոնի արքային հայոց, յայտնապ͞է
հաստատեաց ձեռագրով իւրով զնմ
հէն և համեստ աւանդութիւս հայ
ոց, որք ոչ էին հակառակ կանոնաց
եկեղեցւոյ և աւանդութեց սրբոց
հարցն. որպէս ցուցայ 'ի պատմական
հատորին, 'ի գլխին. իէ. երդ". Յորոյ
վերայ գիտելի է՝ և ս. զի հաստատե
լով պապին յայտնապէս զհայոց սովո
րութիւս զայնս, որք ոչ էին հակա
ռակք

tant;

ռակք կանոնացն . ոչ այսու խափանեն
այն զայլ ծիսացելոյն , որք հաստատեալք
էին և քանոնականք , Թէպէտ հակա-
ռակք կանոնացն : այլ ծածկապս եԹ-
ող զնոսա՛ 'ի զօրուԹեանն իւրում զի
արք և լինէր . զոր արդեօք և մեք
ցուցաք 'ի վերոյ օրինաւո՛ր լինել վա
սըլոյ առացեալ պատճառացն :

Ժզ 16

Եւ յլ արդէնեանն պապս է՛ մեզ առայ
օպահնեն առ Երիս պատճառանն լեւոնդի
մադրուԹէ , առաջեաբնալս 'ի սկզբա-
նէ . Ըւսան աւանդք առ առաքինս .
Թէ նախասացեալ ա՛մաղրուԹեան
քն հայոց վասն պահենս՝ առեն զօ-
րուԹեան օրինաւո՛ր առհանմաղրու-
Թէ ոչ 'ի կաԹուղիկոսաց և յառա-
ջնորդաց նոցա . այլ 'ի յերկարա-
ժամ և հաստատուն սովորուԹեանց-
ցա . որում ներեալ հաւանեցան հը-
ռովմայ սուրբ հայրապետքն : Եւ
զնոյն պահնեմք առ եկեղեց- պատ
ճառն :

Ժէ 17

Իսկ՝ առ երրորդն ասեմք . Թէ նոյն
ա՛մաղրուԹիւնքն մուծեալ եղեն 'ի
հայս քարդ մաօք , և ոչ պատճառա-
հակառակապատուԹէ և կամ քաժան-
մամ 'ի կԹ ղեկ եկեղեցւոյ . զի կային
Եւ 'ի մէջ նոցա յառաջ քան զբաժա-
նումն : Եւ յլ Թէպէտ և ապայոք , Թէ
մուծեալ լինէին 'ի հերձուածողէ ու-
մեքէ , և Թէ սկիզբն նոցա չար եղև .
սակայն՝ քանզի ըստ ինքեանց հա-
մառօտ էին և քանոնականք , առին յետոյ
զզօրուԹիւն իւր 'ի յերկարաժամ սո-
վորուԹէ անտի պարզամիտ և քա-
ղեկամ հեռաւորացն :

Ժը 18

Եւ Չստ պարտ է՛ հայոց զգուշանալ
և զիտել . Թէ այն սովորուԹիւն , որ ըստ
ա՛մաղրուԹեան իւրեանց խափանէ զպը-
սակ 'ի մէջ ազգականաց առն և արե-
նակ

tant; sed potiùs ea quandoque dirimunt, quæ à Canonibus permittuntur. At Gregorius IX. ad petitionem Armeni Regis Leonis, ac Reginæ, eius vxoris, omnes honestas, & antiquas Armenorum consuetudines, quæ Canonicis institutis non aduersarentur, hoc * diplomate confirmauit: *Vestris supplicationibus inclinati, rationabiles consuetudines vestras in Regno Armeniæ à tempore felicis recordationis Beati Siluestri Papæ, prædecessoris nostri, & sancti Gregorij, Catholici eiusdem Regni, qui contemporanei extitisse dicuntur, obtentas, & inuiolabiliter obseruatas, quæ SS. Patrum regulis minimè contradicunt, & Canonicis non obuiant institutis, vobis, & per vos eidem Regno, auctoritate Apostolica confirmamus.* Vbi aduertendum est, Gregorium Papam, apertè confirmando Armenas consuetudines, quæ non essent contra instituta Canonica, reliquas non abrogasse, sed reliquisse in suo robore. Adde, quòd etiam dici potest, eum non intellexisse de Canonicis institutis Occidentalis Ecclesiæ, quorum plerisque non tenebantur Armenij, sed Ecclesiæ Orientalis.

*Gregorius IX. libro 12. Regest. post epist. 391.

Ad rationes pro sententia negatiua, respondeo, ad primam, quòd prædicti ritus Armeni vim legis acceperint, non ab ipsa Armeniorum Ecclesia, vel Patriarcha, sed à Cõsuetudine; immò etiam à Summis ipsis Põtificibus, qui eos partim per tolerantiam approbatiuam, seu tacitum consensum, partim apertè per

per priuilegium confirmarunt. & per hæc patet etiam responsio ad secundam.

Ad tertiam: quòd gratìs dicitur, eas consuetudines fuisse inductas ex motiuo Schismatis, cùm non constet, immò multis de causis præsumi debeat, esse inductas ex motiuo rationabili, & honesto. Adde, quòd etiamsi cōstaret, earum principium fuisse iniquum; quia tamen secundùm se honestæ sunt, & per plura secula durauerunt, præsumēdum est, posteros non ex motiuo Schismatis, sed ex alio honesto motiuo, vel saltem bona fide in ijsdem perseuerasse.

Hìc autem obseruandum Armenijs est, impedimentū, quod iuxta suum, & Græcorum ritum, matrimonium dirimit inter cōsanguineos viri, & consanguineos vxoris, non esse, vt ipsi falsò putant, affinitatem; sed potiùs dici apud ipsos posse publicæ honestatis iustitiam. Quapropter nimiùm errant ipsorum Pseudomagistri, cùm Latinam Ecclesiam criminantur, quòd in ea licitum sit, à duobus fratribus in vxores duci duas sorores, quasi quòd sic inter affines in gradu prohibito fieri permittantur impunè coniugia. Nam, vt Doctores communiter admonent, affinitas non causat affinitatem, sed consanguinitas, ex cuius gradibus affinitatis gradus causantur. Oritur enim affinitas ratione carnalis copulæ, seu sanguinum mixtionis, ob quam vir, & vxor fiunt vna caro: vndè consanguinei vnius coniugis fiunt tantùm affines alteri coniugi, & non huius etiam consanguineis, cum quibus alter coniux non habuit copulam. Igitur affinitas, quam habet frater viri cum eius vxore, nullam causat affinitatem inter eundem viri fratrem, & sororem vxoris: vndè, cùm isti apud Latinos matrimonio copulantur, non fit coniugium inter veros affines.

ԺԹ նանկացաց կանոնն, ոչ առնի, և ոչ է՛ նոյն նոր
19 նամուսթե. որըն կարծեմն։ քանզի Ղըշ
մարթնա խնամութին ոչ լինի. եթէ ոչ՛ի
ձեռն մարմնաւոր զործածութե
և սերմանց խառնման, որով այր և
կին լինին մի մարմին։ ուստի արեն-
կիցքն առն լինին խնամիք կնոջն միա-
յն, ընդ որում այրն խառնեցաւ. և
ոչ են կնոջ արենակցացն, ընդ որս
այրն ոչ զործեցաւ։ Նոյնպէս և արենա
կիցքն կնոջ լինին խնամիք առն մի-
այն, ընդ որում կինն միաւորե-
ցաւ. այլ ոչ են առն արենակցացն,
Ի ընդ որս կինն ոչ խառնեցաւ։ Եղբ
20 օրոյ առնն ամ վերոյիշեալ. Եթէ ոչ կարէ
մի խնամութի բերել՝ ի միջև խնա-
մութե. այլ բերէ՝ ի յարենակցութե
միայն՝ ի ձեռն խառնման սերմանց.
ուրեմն առաջն խնամութին, զոր ու-
նին արենակիցք առն ընդ կնոջ նորա,
կամ արենակիցք կնոջ ընդ առն նո-
րա, ոչ առաջացուցանէ զայլ խնամութի
՝ի մէջ արենակցաց առն և արենակ-
ցաց կնոջն։

ՄԻ՞ ԹԷ ԵՐՐՈՐԴ ա̅

1 Պսակն, որ լինի յետ մահուան երկ-
րորդ ամուսնոյն, հաստատ
իցէ և անխափան 'ի մէջ
Հայոց :

Եւթներորդ" գլուխ :

Պատճառ ինչ գոլ երևելի առ 'ի
զայս բացատրելոյ. նախ՝ զի ըստ
Հայոց ծիսին սովորութեան երրորդ" հար-
սանիք արգելեալ լինին, և համարին
պոռնկութիւն : իսկ երկարաժամ սովո-
րութիւն ունի զօրութիւն ճշմարիտ օրի- Բ̅
2 նաց : ապա՛ դաշն, որ լինէր երբեմ
առ Հայս 'ի մէջ երրորդ" հարսանեաց,
գոյր անօրինաւոր և խափանեալ .
ուրեմն ոչ կարէր գոլ նիւթ այսր խոր-
հրդոյ :

Երկրորդ" զի Գրիգորիոս իններորդ", որպէս
ասացաք, հաստատեաց զՀայոց սո-
վորութիւնս զամենայն, որք էին հա-
մաւօրք, 'ի յերկար ժամանակէ և հա-
ստատապէս պահեալք, և ոչ հակա-
ռակք կանոնաց եկեղեցւոյ և սրբ-
ոց Հարցն: իսկ սովորութիւն
խափանելոյ զերրորդ հարսանիսն՝ է Գ̅
3 հին և հաստատուն պահեալ 'ի մէջ Հայ-
ոց, երևի և է ս գոլ համեստ և բարի,
զի սանձահարէ զանժուժկալութիւն . ոչ
ընդդիմանայ սէ կանոնացն, զի կանոն
նզովեն ըստ մասին ամենայն զերրորդ" հար-
սանիս, այլ ոչ հրամայեն. և ոչ է՝ հա-
կառակ առ անդրութեան սուրբ Հար-
ցն, զի սոքա զկրկնեալ զամուսնու-
թիւն. ապա՛ ուրեմն երևի, թէ այսպի-
սի սովորութիւն հաստատեցաւ 'ի Հայս-
տան, և թէ ունի զօրութիւն խափանե-
լոյ զերրորդ պսակն 'ի մէջ Հայոց :

Եւ

AN RATUM SIT

Matrimonium, apud Armenos contractum in tertijs nuptijs post mortem secundi coniugis?

Sectio VII.

RAtio dubitandi est: Prima, quia in armeno ritu tertiæ, atque vlteriores nuptiæ sunt omninò prohibitæ, & fornicationes existimantur: ergo earum contractus, hac posita consuetudine, non esset apud eos legitimus, ob rationes iã allatas in præcedenti quæsito: igitur esse non posset apud ipsos materia huius Sacramenti.

Secunda, quia Gregorius IX. vt suprà visum est, confirmauit omnes Armeniorum cõsuetudines antiquas, rationabiles, inuiolabiliter obseruatas, quæ regulis SS. Patrũ, & Canonicis institutis non obuiarent: at ista ipsorum consuetudo abolendi tertias nuptias videtur esse talis, nempè antiquissima, atq; iugiter obseruata; rationabilis, & honesta, vtpotè quæ coërcet intemperantiam; non obstat, immò cõsentanea est regulis SS. Patrum, qui tertias, & vlteriores nuptias potiùs reprehendunt; neque contraria est Canonicis institutis, cùm hæc repetitas nuptias non præcipiant, sed permittant: igitur videtur esse apud Armenos legitima, vim habens legis, matrimonium dirimentis.

An-

Antequàm respondeamus, excutienda est Armeniorũ sententia de
Դ 4 tertijs, & vlterioribus nuptijs, absolutè sumptis secundùm se, qualibet remota consuetudine. De his ergo Gregorius Dattieuēsis in lib. Interrog. tract. de Matrim. interrog. 4. disserēs, loquitur sic: *De iure diuino est, quòd vnus vir vnam tantùm vxorem ducat. Quòd autem soleant Christiani post mortem primæ vxoris alteram ducere; hoc non ex instituto diuino, sed ex Apostolica indulgentia inductum est in remedium incontinentiæ, ne in fornicationem inciderent. Ad*
Ե 5 *tertias verò nuptias transeūtibus Canones SS. Patrum fornicationem adiudicant.* Vartanus itidem in epist. ad Haytonem, Armeniæ Regem, aduersùs epistolam Romani Pontificis ad eundem, num. 13. inquit: *Errat præterea Romanus Pōtifex, eoquòd tertias, quartas, & vlteriores nuptias esse licitas, ac legitimas, scripsit. Quomodò legitimum sit, quod est ipsi legi contrarium? Dominus iubet: erunt duo in carne vna; & Papa dicit: erunt etiam*
Զ 6 *tres, & quatuor in vna carne. Trecenti decem & octo SS. Patres Nicæni Concilij secundas nuptias in conscientiæ scrupulum adduxerunt; & Latinorum Papa tertias, quartas, & vlteriores ab omni scrupulo eximit,* &c. Eidem quoque sententiæ reliqui adstipulantur collegæ.

Sed istorum doctrina tum stulta est, tum mendax, tum hæretica. Stulta in eo, quod asserunt, Apostolos induxisse id, quod fuerit diuino

uino

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Է 7 [illegible]

Ը 8 [illegible]

Թ 9 [illegible]

uino iure prohibitũ: constat enim, Ecclesiam dispensare non posse in eo, quod prohibetur iure diuino. Mendax, quia ad suum confirmandum errorem, falsò citant SS. Patres, præsertim Nicæni Concilij; nam hoc Cõcilium è contrario iubet can. 8. Nouatianos non recipi, cùm ad Ecclesiam Catholicam redeunt, nisi polliceantur se communicaturos etiam cum ijs, qui secundas nuptias experti fuissent: non igitur Nicænum Concilium in conscientiæ scrupulum adduxerat bigamiam. Hæretica, quia cùm Christus solam polygamiam multarum vxorum simul in lege Euangelica prohibuerit; iuxta quod intelligitur illud: *Erunt duo in carne vna*; isti, veterum hæreticorum *errores suscitantes, contendunt, repetitas successiuè nuptias post mortem priorum coniugum iure diuino esse prohibitas, & tertias debere fornicationem existimari.

*Isti fuerũt Cataphrygæ, Cathari, Nouatiani, Montanus, & alij.

Quòd autem hoc sit hæreticum, probatur primò ex sacris Scripturis: Apostolus ad Romanos 7. inquit: *Quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro*. Et rursus 1. Cor. 7. *Si dormierit vir eius, liberata est; cui vult, nubat tantùm in Domino*. Quæ loca expendens D. Augustinus, obseruat, non dixisse Apostolum: si dormierit primus vir, aut secundus, aut tertius; sed indefinitè, *vir eius*: vt ostẽderet, semper licere mulieri,

viro suo mortuo, quotus quisque fuerit, denuò nubere. Et rursùs 1. Timoth. 5. loquens D. Paulus de viduis, ait: *Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia*. vbi hortatur iuniores viduas ad denuò nubendum, ne incontinentiæ periculo, aut obtrectatorũ obloquutioni subiaceant: nec præscribit, quoto viro, primone, aut secundo, vel tertio viduatæ esse debeant, vt denuò nubere possint: igitur semper licet, mortuo priori coniuge, quotus quisque fuerit, alteri nubere.

Probatur secundò ex definitione Conciliorum, præsertim Vniuersalium: nam, præter Concilium Nicænum 1. canone 8. suprà relato, definitum hoc fuit à Concilio Florentino, sess. vlt. in Instructione Armenorum, & Iacobitarum, his verbis: *Ne peccatum, ubi non est, esse putetur; cùm secundùm Apostolum, mortuo Viro, mulier sit ab eius lege soluta, & nubendi cui Vult in Domino habeat facultatem; nec distinguat, mortuo primo, Vel secundo, Vel tertio: declaramus, non solùm secundas nuptias, sed & tertias, & quartas, atque Vlteriores, si aliquod Canonicum impedimentum non obstet, licitè contrahi posse: commendatiores tamen dicimus, si Vlteriùs à coniugio abstinentes, in castitate permanserint; quia sicut viduitati Virginitatem, ita nuptijs castam Viduitatem laude, ac merito præferendam esse, censemus.*

Pro-

Ժ Զհն այրն նորա, կամ երկրորդն ։ այլ
10 անզանազանաբար առաջ․ այրն նորա ։ զի
ցուցցէ. Թէ միշտ մարԹ է կինն դրնել
ամուսնանալ յորժամ մեռանի այրն
նորա, որպէս ինչ եղէ Թէ առաջին,
Թէ երկրորդ, Թէ առ երի ։ եւ դրնել
յառաջինն անհնարին է․ Ե. երր" գլխոյն
ասէ․ Լրամին զնահկամանուցն այ
րեաց ամուսնանալ, որդիս ծնանել.
տնտեսուս լինել. եւ մի՛ ինչ պատճառս
տալ հակառակորդին հայհոյուԹե
յաղագս ։] Ուր յորդորէ պօզոս ըզ
մանկամարդ այրիսն ամուսնանալ․
Ժա զի մի՛ անկցի առաջնն անժուժկալու-
11 Թե եւ բամբասանաց ։ եւ ոչ նշանակա
նէ. Թէ յորքանն առնանց այրիացեալ
պարտին լինել զոր ամուսնանալոյ մի
ւս անգամ. Թէ յառաջնոյն առնէ մի
այն, կամ Թէ յերկրորդէն, կամ յեր
րորդէն ։ զի ցուցցէ. Թէ միշտ եւ ան
զանազանաբար մարԹ է ամուսնանալ
այրեացն զկնի մահ եւ եղեն ։

Երկրորդ" ցուցանի ՚ի սահմանադ-
րուԹեց ընդհանուր ժողովոյն ։
քանզի բաց ՚ի յուԹերորդ" կանոնէն նի
կիոյ ժողովոյն. զոր ի վեր ոյ բե-
Ժբ րաք. դոյ եւ ս ֆլորենցիոյ ժողովէն,
12 որ ՚ի սահմանեն յն մի ապանութեան
հայոց եւ յակոբկաց հաստատեաց զա
յս այսպիսի բանիւ ։ Քանզի ըստ
առաքելոյն՝ զկնի մահու առն ազատ լի
նի կին յօրինացն նորա. եւ զիշխանու
Թի ունի ամուսնանալոյ ում կամիցի
տէրամբ. եւ ոչ մեկնէ առաքելն, Թէ
զկնի մահու առաջին առն, Թէ երկ
րորդին, կամ երրորդին ։ վասն այսո
րիկ՝ զի մի՛ մեղք համարեսցի գոլ անդ
ուր ոչ գոյ մեղք, սահմանեմք. Թէ
մարԹ եւ արժան է առնել ոչ միայն
զերկրորդ" հարսանիս, այլ եւ զերրորդն

եւ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Probatur tertiò ex antiquis San-
Ժգ 13 ctis Patribus, qui loquentes de re-
petitis nuptijs, apertè docuerunt,
eas prioribus per mortem dissolutis
licitas esse. Inter hos præcipui sunt,
quos Armeni suscipiunt, Ambro-
sius in libro de Viduis; Chryso-
stomus homil. 20. in epist. ad E-
phes. Augustinus in lib. de bono
viduitatis; & cum alijs Hierony-
mus in epist. ad Gerontiam, & rur-
sùs in epist. ad Pammachium pro
libris aduersùs Iouinianum; vbi
Ժդ 14 ait: *Non damno bigamos, immò nec
trigamos, & si dici potest, octoga-
mos*. tandem in Comment. Capi-
tis 1. ad Titum, asserit, librum
Tertulliani de Monogamia, vbi
repetitæ nuptiæ damnantur, esse
hæreticum.

Probari etiam potest quartò ex
vetusta Ecclesię vniuersalis consue-
tudine: ac denique ratione; quia
cùm priores nuptiæ sunt per mor-
tem alterius coniugis penitùs dis-
solutæ, nullum impedimentum
præstare possunt vlterioribus alijs
Ժե 15 legitimè ineundis; maximè quòd
hę nulli fini matrimonij opponan-
tur, præsertim intrinseco tum ge-
nerandæ, educandæque prolis, tum
sedandæ concupiscentiæ, cuius ar-
dor esse solet plerunque in viduis
maior ob assuetum præteritæ copu-
læ exercitium.

Dicent: SS. Patres nonnulli se-
cundas, & vlteriores nuptias in suis
Scriptis reprehenderunt. Immò ad
secundas transeuntibus, olim certi
temporis pœnitentia iniūgebatur.

Et etiam nunc Bigami non assumũtur ad sacros Ordines, sed sunt irregulares: igitur repetitæ nuptiæ sunt illicitæ.

Respõdetur primò, has difficultates contra ipsos quoque aduersarios procedere: nam licèt damnent tertias, & vlteriores nuptias; secũdas tamen licitas faciunt suis Armenijs.

Respondetur secundò, reprehensas quandoque fuisse à Sanctis repetitas nuptias, non per se, quasi quòd essent illicitæ; sed amore pudicitiæ, & per accidens, ob intemperantiam, ex qua illarum repetitio proficisci solet. Vndè Hieronymus: *Quid igitur*, inquit, *damnamus secunda matrimonia? minime: sed prima laudamus. abijcimus de Ecclesia digamos? absit: sed monogamos ad continentiam prouocamus.* Atque ob illam intemperantiam bigamis olim pœnitentia indicebatur: qui præterea etiam nũc irregularitate puniuntur, non quòd secundæ nuptiæ improbentur, aut à vera Sacramenti ratione deficiant; sed quia non ita perfectè coniunctionem Christi cum vna Ecclesia representant: cuius quidem rei perfecta represẽtatio non est de essentia huius Sacramẽti; ad quod sufficit, si coniunctio illa aliquo modo per ipsum significetur: & hoc fit, dum vir vno simul tempore non plures, sed vnam vxorem habet, etiamsi plures successiuè habuerit, propterea quòd priores per mortem defecerint: quod non acci-

Hieron. in Epist. ad Gerontiam de Monogamia.

ժզ 16 զի այլոյեղն աստուածպաշտն ցանկութն կրկնեն քան զամուսնն, սրբասխալանսաւն առաքինագոյն փարձութեն սուրբերտակ զու զամ ուռութեն ;

Թ-երեւս առաջինգեն, նախ՝ զի ոչ հարց ասեմք ՝ի գլուխ խոսքմեր այս քան՝ երկն զերկրոդ՝ եւ զամ՝ նլի հար ասենխ: երկրորդ զի ՝ի կանոնս Յիսուս զապատաշխարանս ինչ դնէին իւրն ոչ, որք անցանէին առ երկրորդ կամ յամ՝ և լի հարսանիս ; եւ երրորդ զի կթղէ եկեղեցին այժմ առնելոյ ՝ի ոչ ատան ծառայն զախտորբէ, որ երկրորդ անս զամ ամուսնացեալն ;

ժէ 17 Նախս պատասխ՝, թէ այսպէս ինն առ արկութեան քաւանութեանն եւ զինքն անհանկառակաւելն. զի թէ այլեւ նոր քան զամուսնութեան զերրորդ հարսն նես. սակայն թույլ տան հայոց առնել զերկրորդն :

Երկրորդ պատասխ. եւ ռ առաջինն՝ թէ ոչ հարց ասեմք երբեմն պարտաւորեցին զերկրորդ կամ զամ՝ նլի հարսանիս, ոչ թէ քան ինքեանց, իբր թէ անօրինա՝ որք նգեն կամ արգելեալք. այլ քան պատմահման. ... նորով պարկեշտութե եւ ժուժկալութեան. զի

ժը 18 կրկնել զհարսանիս եղանէ երբեմն յանժուժկալութենէ : Որում սուրբն Յերոնիմոս ՝ի թուղթն առ Յերօնթիա՝ զայվերով զմիամուսնութիւն առն այսմ : ... թէ զամ՝ նլի պատկս դատապարտեմք ; ոչ արդեւք. այլ զառաջինս գովեմք ; ... թէ զերկամուսնն յեկեղեցւոյ մերժեմք : քաւ՝ լիցի. այլ յորդորեմք զմիամուսնսն առ ժուժկալութի :] եւ ռ երկրորդն պատասխ. թէ առել ատացեալ անժուժկալութեան սովորէին յառաջ զապաշխարանս ինչ դնել իւրն ..., որ

կրկ

կրկնէին զհաւատամանսն։ Եւ առ Ներսէսն"
պատճառի. Թէ կործանումն սնոտի արգելի
ալ լինի՛ ի սբ առաքելականացս, ոչ եթէ
վն զի կործանումն միութին եկեղեցւոյ եղէ
՚ի ճշմարտութէ խոտորհրդոյս. այլ վն
զի ոչ այնպէս բոլորովին եւ առ իթ կա-
տարելութէ նշանակէ զմիաւորութե-
թն քն ըստ եկեղեցւոյ. զորպէս միա-
մաւորութին. քանզի այդպիսի կա-
տարելագոյն նշանակութին ոչ է՛ հա-
րկաւոր առ էութիւն այսր խորհր-
դոյս. զի բաւ է՛ ճշմարտապէս պատկերն
նշանակել զմիաւորութին զայն հին
առաջեալ. եւ այս լինի, յորժամ մի այր ոչ
ունի միանգամայն բազում կանայս,
այլ զմի միայն. Թեպէտ հետեւաբար
զբազումս կանա, զի մահուամբ առա-
կանացն առաջնագոյնքն: այլ քն ոչ
եւս միաւորի հետեւաբար ընդ այլ
եկեղեցիս. զի առաջնագոյնն միշտ
մնայ եւ ոչ կարէ պակասել:

ԱԶՏԼ արդէնիսոկ՝ առարամերժե-
ալ մերժ եւ յաղթեալ զսուտ վարդապետ-
չար հերձուածն. այսու հետեւ պա-
տասխանի տամ զուգ առ եդեալ յառաջա-
գոյն խնդրոյն յերից երրորդ հարսա-
նեացն հայոց: առ որ ասեմք. զի թէ
պէտ եւ ՚ի մէջ հայոց կայ սովորութի-
նոյն առաջելոյ զերրորդ հարսանիս,
եւ համարելոյ զնս պոռնկութի. սա-
կայն ոչ այսու հետեւի, թէ նոցա եր-
րորդ ամուսնութին զոյր խափանեն-
ալ. այլ յաւէտ զոյր օրինաւոր պսակ
եւ ճշմարիտ խորհուրդ, զօրութեմբ
կանոնական օրինաց կաթուղիկէ եկ-
եղեցւոյն:

Եւ այս ցուցանի. նախ՝ զի այն
պիսի սովորութիւն ոչ է՛ բարի եւ բա-
նական. այլ չար, անբան, եւ անի-
րաւ: զայս ուրեմն ոչ ունի զօրութի

օրի

ԺԹ accidit in Ecclesia, cùm hæc sem-
19 per duret, & deficere nequeat.
DAMNATA igitur, vt hære-
tica, Pseudomagistrorum doctrina,
eo modo vniuersaliter intellecta;
Respondeo ad quæsitum de tertijs
nuptijs Armenorum; quòd etiamsi
Armena Ecclesia ex antiqua con-
suetudine has nuptias irritas faciat,
& illegitimas; adhuc tamen ma-
trimonium, quod in ijsdem nuptijs
apud Armenos iniretur, legitimũ
esset, ac ratum ex vi iuris commu-
Ի nis.
20 Probatur primò hęc Responsio:
quia talis Armenorum consuetudo
est irrationabilis, & iniqua: nutrit
enim apud ipsos hæresim, vt patet
ex dictis: quippè putant, tertias,
& vlteriores nuptias, non ex sua
tantùm ipsorum consuetudine, sed
etiam iure diuino esse prohibitas:
ac prætereà est in periculum ani-
marum, cùm occasionem præbeat
viduis incontinentibus, ac maximè
ijs, qui in iuuenili ætate secundo
coniuge viduantur, fornicādi, im-
ԻԱ mò etiam apostatandi à fide, vt im-
21 punè valeant ad matrimonia vlte-
riora transire: igitur non est vsus
legitimus, vim legis inducens, sed
abusus, & prauus mos: ergo non
potest contra ius commune Con-
tractum matrimonialem dirimere.
Probatur secundò: quia solent
quandòque ex Armenijs viri non-
nulli, præsertim incōtinentes, mor-
tua secunda coniuge, tertiam duce-
re contra ritum suæ Ecclesiæ, idq;
etiam de licentia Parochorum, quā

ple-

plerumq; extorquent minādo Apostasiam, nisi fiant voti compotes: ergo prædicta consuetudo, etsi antiqua, & immemorialis, non est tamen præscripta per tenacem totius Armenici populi obseruantiā: quod præterea ad legitimam consuetudinem inducendam requireretur.

Probatur tertiò: quia Eugenius IV. in Decreto, quod specialiter, ac seorsim pro Armenis, & Iacobitis in Concilio Florentino, sess. vlt. editum est, ita statuit: *Declaramus, non solùm secundas nuptias, sed & tertias, & quartas, atque vlteriores, si aliquod Canonicum impedimētum non obstet, licitè contrahi posse.* Igitur Armena ista de tertijs nuptijs abolendis consuetudo, quam Pontifex cum Concilio ab Armenis Legatis audiuerat, hoc præsertim peculiari Decreto improbata, & abrogata fuit. Nam loquitur hìc Eugenius, non solùm vniuersaliter, sed etiam specialiter pro Armenis, qui tertias nuptias, vt illegitimas, respuebant.

Ad rationes dubitandi, in principio positas, respondeo: Ad primam, non posse consuetudinem iniquam, & legitimè non præscriptam, irritum reddere contractum matrimonialem, qui ratus est iure communi. Et ad secundam, non fuisse à Gregorio IX. eas Armenorum consuetudines confirmatas, quæ essent irrationabiles, aut hæresim nutrientes, aut ab ipsis inuiolabiliter non obseruatæ.

VTRVM

օրինաւորն սահմանադրութեանդ . և ոչ
ԻԲ 22 կայցէ զհոյս : և Հռովմայեցւութեան ցու-
ցանի . զի նոյն սովորութիւն անեղի
սոսայ հայոց ամենայն հերձուածողութե
և կարծեցեալ թէ եղծողութե ամուսնութե
սերեալ լինի ոչ թէ միայն խաւարու-
թե ազգին . այլ և ի յետ այնքան հրա-
մանաց . որպէս ուսուցանեն սուրբ
վարդապետքն : նա և զի անծանօթ կայ այ
րեաց , մանաւանդ որք ի մանկութե
երկիւղս այրիացան , անդի սաղ սպառն
կութե , և և երբեմն ուրացողութե ,
որպէս զի ի մէջ անհաւատից անխափանի
և անդադարապահս կրկնեցէն զգաստ
ԻԳ 23 կն : այսպէս ուրեմն է սովորութին անն
րաւ . զի որոյ ոչ կարէ ընդ դէմ կա-
նոնական օրինացն խափանել զնոյն
սպասկն :

Երրորդ ցուցանի : զի նոյն սովո-
րութեն ոչ պահի այնով և հաստատա
ամբ յամէն հայոց . զի ունին ի նոցանէ
յետ մահու երկրորդ կնոջն ամուսնա
բարդն : այսպէս ուրեմն ոչ մուծանէ ի
մէջ նոցա զօրութի Տշմարիտ և հաս
տատ օրինաց . զի առ այս խնդրիւր
հարկաւորապէս սովորութի, որ ի
ցէ ոչ թէ միայն բանական, և հին ,
ԻԴ այլ և պինդ պահեալ յամենեցուն :
24 Երրորդ ցուցանի : զի Եւգենիոս
կան աւ ժողովն Փլորենցիոյ ի սահմա
նադրութեան, որ յղեաց միաբանութե
հայոց և յակոբիկաց ընդ կթղիկէ եկե
ղեցւոյ կանոնեաց ինքն սպասկին այս
պէս : Սահմանեմք , թէ մարթ և
արժան է առնել ոչ թէ միայն զերկ
րորդ հարսանիս . այլ և զերրորդն
և զչորրորդն և զանեալն . եթէ ոչ լի
նի կանոնական խնչաբերեալութի : Ա-
պա ուրեմն վերոյգրեալ սովորական
օրէնքն հայոց ի կանոնադրութեդ

[illegible]

[illegible]

VTRVM

Armeniorum, aliorumue Christianorum matrimonium ratū dissolui possit quoad vinculum ob aliquam superuenientem causam.

Sectio VIII.

IOannes, Armenus Episcopus, apud Armachanum libro 10. cap. 26. *Sentiunt*, inquit, *Armeni, matrimonium posse solui*: Et quamuis non legerim hanc eorum sententiam in Armenis libris; immò oppositum doceant Præsules ipsorum prudentiores; tamen experiētia ipsa ostendit, dirimi passim apud Armenos rata matrimonia, etiam consummata, & coniuges ad nouas admitti nuptias; idque non solùm ob causam fornicationis, sed cuiuscunque etiam grauis incommodi.

Respondeo itaque cum Ecclesia Catholica, matrimonium, legitimè à Christianis contractum, si consummatum non sit, solui posse per Monasticam Professionem: si verò sit consummatum, nulla de causa quoad vinculum solui posse.

PRIMA pars Responsionis defini-

finita fuit in Concilio Tridentino, sess. 24. can. 6. & probatur: quia in Matrimonio duplex reperitur vinculum: alterum spirituale, ex solo consensu proueniens ante copulam: alterum carnale, quod nascitur ex copula: sed istud carnale vinculum soluitur per mortem corporalem alterius coniugis: ergo illud spirituale soluitur ante copulá per mortem eius spiritualem, seu ciuilem, hoc est, per Monasticam Professionem; quia homo opibus & propriæ voluntati renuncians, Mundo spiritualiter moritur,

Et confirmatur: quia licitum est transire de statu minus perfecto ad perfectiorem, quando id fieri potest sine alterius detrimento; sed, cùm vnus coniux relicto altero ante copulam transit ad Religionē, collocat se in statu perfectiori; ac nulli fit detrimentum, neque proli, quæ non extat; neque alteri coniugi, qui soluto priori vinculo commodè potest ad alias transire nuptias, maximè sponsa, cuius virginitas permanet incorrupta: ergo &c.

Cõfirmatur secundo exemplis plurimorum Sanctorum, ac Sanctarũ, qui ante matrimonij consummationem relicto coniuge ad vitam cœnobiticam confugerunt,

Obijcies primò: Christus ait Matth. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non separet*: ergo &c.

Respondetur, hæc verba intelligi de matrimonio consummato, nam dicta non fuerunt à Domino, nisi postquàm dixerat: *Erunt duo*

in

[illegible]

Գ 3 [illegible]

Դ 4 [illegible]

Ե 5 [illegible]

[illegible]

ա՟ծ զուգեաց, մարդ մի՛ մեկնեսցէ։]
Պատասխանի. Թէ տեսին զայդ առաջ զ 6
մ̄ն պսակին մարմնաւոր զուգաւորու-
թ̄է կատարելոյ՝ զի նոսա քան զայդ՝ ա-
ռացեալ էր. Եւ զկնի նորոգեան՝ ի մար
մինս մի. արդ ոչ բնաւ ոչ են երկու,
այլ մի մարմին. արդ՝ զոր ա՟ծ զուգե-
աց, մարդ մի՛ մեկնեսցէ։] Եւ զորդ
զայս առաջ մ̄ն ամուսնոյ քահանայ
ին, զոր առնէ մի՛ աշխարհիկ պատճառաւ
աշխարհին այլ ոչ մ̄ն քահանայեան, զոր
առնէ ա՟ծ կոչելով զմի ոչ յամուսնու
ցն՝ ի կրօնաւորութիւն յառաջ քան ըզ
մարմնաւոր զուգաւորելն։ Եւ սա
կս այսորիկ զկնի բանիցս ասաց. Թէ է
ամենայն որ եթող զտուն և այլն մ̄ն անու 7
ան իմոյ. հարիւրապատիկ առցէ, և
զկեանսն յաւիտենականս ժառանգեսցէ։]
Երկրորդ՝ առարկեսցես. Թէ պսակ
օրինաւոր և մարմնաւոր կատարեալ՝
պահէ զնոյն էութիւն և զբանն խորհրդոյ
զոր ունէր յառաջ քան զմարմնաւոր
կատարումն. զի սա վերադրեցաւ առ
էութիւն պսակին և առ բանն խորհրդոյ
ոչ երբեք զի ուխտն իբրև պատահումն.
այլ երբեք պատահականն իբրև. արդ
ուրեմն եթէ զկնի մարմնաւոր զու-
գաւորութեան ոչ կարէ լուծանել՝ ի ը
ձեռն կրօնաւորութեան. ոչ և ս կարէ 8
զնա նախ քան զզուգաւորութիւն։
Պատասխանի. Թէ խորհուրդ պսակին
մարմնաւորէս կատարելոյ՝ ոչ միայն
նշանակէ զշնորհս սրբագործութեան. յզ.
զմիաւորութիւն քի ընդ հոգւոյ. այլ
և ս նշանակէ զմիաւորութիւն քի ընդ
եկեղեցւոյ. որ եղև սիրով և շարա
դրել ընդ մարդկային բնութեան. ըստ
առաքելոյն պօղոսի առ եփեսացիս. Թէ
խորհուրդս այս մեծ է. բայց ես առ
նմ իսկ ի քս և յեկեղեցին։] և այս
երկ

in carne vna; itaque iam non sunt duo, sed vna caro. & de separatione, ab homine facta ob fines Mũdanos, non à Deo, alterum coniugem ad Religionem vocante ante copulam: & ideò post ea verba subiunxit: *Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, &c. propter nomen meum; centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.*

Obijcies secundò: Matrimoniũ ratum, & consummatum retinet eandem essentiam, & rationem Sacramenti, quam habebat ante copulam: hæc enim superuenit ad rationem Sacramenti tantùm vt aliquid accidentale: ergo si per votũ solenne Monasticum dirimi post copulam non potest, neque poterit ante copulam.

Respondetur, quòd Sacramentum Matrimonij, per carnalem copulam consummati, non solùm significat gratiam sanctificantem, seu cõiunctionem Christi cum anima, verùm etiam cõiunctionem Christi cum Ecclesia per caritatẽ, & assumptionem humanæ naturæ, iuxta illud Apost. Ephes. 5. *Erunt duo in carne vna: Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia:* quæ quidem coniunctio est omninò insolubilis. At matrimonium non consummatum significat tantùm vnionem Christi cum anima per gratiam; quæ vnio solubilis est, vt patet. idcircò ante copulam dirimi potest

per vota Monastica , secùs verò post copulam. Quod enim ei deest ante copulam, non est aliquid essentiale, neq; accidentale, sed integrale: quia tunc est quidem verũ Sacramentum, at non completum quoad omnem significationem : quod sufficit ad hoc, vt sit per Monasticam Professionem solubile .

Obijcies tertiò ; Inter coniuges, qui pari consensu, ac voto fiũt Religiosi, non soluitur vinculum coniugale: ergo neq; inter eos, quorum alter tantùm Religionẽ ingreditur.

Respondetur : Disparitas est , quia , cùm vterque coniux pari voto ad Religionem transit , neuter coniugali vinculo abrenunciat , cũ stare inter eos possit sine alterius præiudicio. at quandò vnus tantùm fit Religiosus , renunciat vinculo coniugali , ne sit alteri detrimento: proindè ab illo alter absoluitur .

Obijcies quartò : Per Matrimonium ratum dat vnus coniux potestatem sui corporis alteri: ergo tenetur ei reddere debitum ; & sic non potest altero inuito Religionem intrare .

Respondetur , quòd coniux, qui ante copulam vocatur à Deo ad Religionem, non tenetur alteri debitũ reddere cũ detrimẽto sui boni spiritualis; maximè cũ hic nõdum intrauerit in possessionẽ sibi traditę potestatis; neq; patiatur ob id detrimẽtũ, cùm possit aliud inire coniugiũ.

SECVNDA pars Responsionis definita etiam fuit pluribus ex Concilijs , vt infrà , & præcipuè à Floren-

Թ Երկրորդ՝ միաբանութեանս է՛ ամենեւին
9 անլուծանելի եւ անքակելի : Իսկ
նոյն խորհուրդ պսակին ոչ մարմնա
ւորին կատարելոյ՝ միայն նշանակէ զմի
աբանութիւն քրիստոսի ընդ հոգիս
՚ի ձեռն արդարացուցիչ շնորհաց .
որ միաբանութիւն երբեմն լուծանի
մեղօք : սակս այսորիկ պսակն յառաջ
քան զմարմնաւոր զուգաւորութիւն
կարէ լուծանիլ կրօնաւորութբ. այլ
ոչ զկնի նորա : Եղերդ՝ այն , որ ՚ի պը
սակի յառաջ քան զզուգաւորութիւն
պակաս լինի , ոչ է՛ պատահական ,
Ժ եւ ոչ եւս էական իրաց . այլ է՛ ամբողջա
10 կան : զի յայտնամ է՛ անդեօք ճշմա
րիտ խորհուրդ . բայց ոչ ամենեւին
ամբողջ եւ կատարեալ ըստ ամ նշա
նակութն. եւ այս բաւական է՛ , որպ
զի լուծանելի լիցի կրօնաւորութբ :

Երրորդ՝ առարկեցես . թէ ոչ լու
ծանի կապն պսակին ՚ի մէջ ամուս
նոց. յորժամ երկոքեանն համանման
ուխտիւ մտանեն ՚ի կրօնաւորու
թիւ. ապա՛ ուրեմն եւ ոչ եւս լուծանի,
յորժամ մինն լինի կրօնաւոր նախ
քան զուգաւորելն. եւ միւսն յաշխար
ԺԱ հի մնայ :

11 Պատասխանի ընդդիմնելով զասաւոր
կութիւն , եւ ուրանալով զերդական
ցութի : եւ պատճառ տարբերութեան
է՛ . վն զի յորժամ երկոքեանն կրօնա
ւոր լինին. ոչ որ ՚ի նոցանէ հրաժարի
յամուսնական շաղկապէն . զի կարէ
այս մնալ ՚ի մէջ նոցա առանց վնասելոյ
միմեանց . բայց յորժամ մինն միայն
լինի կրօնաւոր առանց միւսոյն, պար
տ է՛ նմա ՚ի հարկէ հրաժարել ՚ի շաղ
կապէն . զի մի՛ վնասակար լիցի
միւսումն, որ յաշխարհի մնայ . վն որ
ոյ եւ արձակի միւսն ՚ի նմանէ :

Զոր

[illegible]

[illegible]

[illegible]

12 Florentino in Decreto pro Armenis. Et probatur primò ex sacris Scripturis: Apostolus ad Rom. 7. *Lex*, inquit, *in homine dominatur, quanto tempore viuit: nam, quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum altero viro. si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum altero viro.* Et rursùs 1. Cor. 7. *His, qui*
13 *matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere: quòd si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Et infrà: *Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit: quòd si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat.* Ex hoc Pauli testimonio clarissimè patet, nullo modo, nisi per solam mortem, solui posse coniugale vinculum matrimonij Christiani, etiam post diuortium, aut repudium, quacunque
14 de causa factum; atque id esse diuino quoque mandato præceptum.

Sed vbi Christus ipse apertè loquitur, alio teste quæsito non est opus. inquit enim Marc. 10. *Iam non sunt duo, sed vna caro; quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Et infrà clariùs: *Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.* Item Luc. 16. *Omnis, qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit,*

Ccccc 2 mœ-

mæchatur: & qui dimissam à Viro ducit, mæchatur. Ecce per hæc verba ita vniuersaliter Dominus iubet, nunquàm dissolui matrimonium, inter fideles contractum, vt nullam excipiat causam, ex qua liceat ad alias nuptias aspirare vtroque viuente coniuge.

Item Matth. 5. *Omnis, qui dimiserit Vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari: & qui dimissam duxerit, adulterat.* hoc est, *Omnis, qui dimiserit Vxorem suam* solùm quoad thorum, *excepta fornicationis causa, facit eam mæchari*; quia, si illa iungatur alteri viro, ipse est causa, & fit reus eius adulterij propter iniustam dimissioné: *& qui dimissam* vel quoad thorum tantùm siue iustè, siue iniustè, vel etiam quoad vinculum, *duxerit, adulterat*: quia viuente primo coniuge, nunquàm, & ex nulla causa solui potest vinculum matrimonij.

Sed obijciunt Aduersarij illa Domini verba Matth. 19. *Quicunque dimiserit Vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur; & qui dimissam duxerit mæchatur.* Vnde sic ratiocinantur: Christus, loquens hìc de dimissione vxoris quoad vinculum, docet, illam non licere, nisi in causa fornicationis: ergo docet, posse virũ dimittere vxorem fornicantem, & aliam ducere: ac proindè solui posse in aliquo casu vinculum matrimonij consummati ante mortem alterius coniugis.

Ժե 15 բերել զնա եթէ լինիցի առն այլում :]
Եւ դարձեալ 'ի յառաքելոյն կորնթացւոց .
Է . Հատ'' գլուխն ասէ . Կարգաւորեմ
այն պատուիրեմ ոչ ես , այլ տէր .
կնոջ յառնէ մի՛ մեկնել . ապա թէ
մեկնեսցի . անայր մնասցէ . կամ առն
իւրում հաշտեսցի : և
առն զկինն իւր մի՛ թողուլ :] Եւ յետ
սորա դարձեալ ասէ . Եթէ կապեալ է օրի
նօք ցորչափ կենդանի է այրն նորա :
ապա եթէ ննջեսցէ այրն նորա . ազատ
է , ում կամիցի առնուլ . բայց
միայն տերամբ :] 'Ի յօրէնն բանից
Ժզ 16 յայսցանէ յայտ եղև . թէ ոչ որ կեր
պիւ , բայց միայն 'ի մահուանէ , կա
րէ լուծանել շաղկապին օրինաւոր և
կատարելոյ պսակին , և զկինն բաժա
նման ամուսնոյն : և այս բան պարզ
ոն պատուաւորեալ եղև 'ի քրիստոնէ յայս
մերումս :

Բայց յորժամ ասէ քն յաւետարա
նումն . զինչ պատճառ է այլոց վկայու
թեն : զի նոյն ասէ 'ի մատթէի . Ժ .
Հատ'' գլխոյ . ամ յոր հեռանայ ոչ են եր
կու , այլ մարմին մի : արդ ' զոր աստ
ուած զուգեաց , մարդ մի՛ մեկնեսցէ :] և
ԺԷ 17 յետ սակաւուց դարձեալ ասէ . Եթէ այր
արձակեսցէ զկինն իւր . և առնուցու
զայլ . շնայ . և կին եթէ ելցէ յառնէ
իւրմէ , և լինիցի առն այլում : շնայ :]
Եւ դարձեալ 'ի ղուկաս . Ժզ . Հատ'' գլխոյն
ասէ . ամենայն որ արձակէ զկին իւր
և առնու այլ . շնայ : և որ զարձակեալն
այլ առնու , շնայ :] ամ հա՛ ասէ այս
սքան յայտ հաստատեալ հրամայէ , ոչ լու
ծանել զպսակ քրիստոնէից , մինչ զի
և ոչ պատճառաւ խնչ բաժանումն , զի
որոյ առածան լինի եւբեր մեկնել
առ այլ նոր հարսանիս :

Եւ դարձեալ 'ի մարկոսի . Ժ . Հատ'' գլխոյն
ասէ .

Ժը 18 [illegible]

ԺԹ 19 [illegible]

Ի 20 [illegible]

Respondetur, locum hunc obscurum Matthæi cap. 19. satis explicari per illum alium clariorem eiusdem Euangelistæ cap. 5., iam pro nobis paulò ante allatum, vbi eadem fornicationis exceptio legitur. Dicimus ergo, Christum in hoc alio loco primùm loqui de dimissione vxoris solùm quoad thorum, cùm ait, *nisi ob fornicationem*: deindè verò etiam quoad vinculum, cùm subiicit: *& aliam duxerit*: & verbum illud, *mœchatur*, referri diuisim ad vtramque partē; ita vt sensus sit: *Quicunque dimiserit vxorem suam* quoad thorum, *nisi ob fornicationem*, mœchatur vxoris adulterio, cuius ipse causa fuerit per iniustam dimissionem; seu, quod idem est, *facit eam mœchari*, vt dictum fuerat in priori loco: *&*, *si aliam duxerit*, viuente priori vxore, iterùm *mœchatur* adulterio proprio. Quæ quidem omnia sic breuiter dicta sunt: *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur*, scilicèt bis. Nam, qui dimittit vxorem suam propter eius fornicationem, & aliam ducit, mœchatur semel tantùm proprio adulterio, cùm non sit reus adulterij vxoris, iustè dimissæ quoad thorū, sed tantùm adulterij proprij.

Ita intelligunt hunc locum Matthæi cap. 19. Hieronymus in Exposit. eiusdem Capitis; Theophilactus ibidem; Augustinus lib. cōtra Adimantum, cap. 3. D. Thomas in Suppl. quæst. 62. art. 5. ad

ad 4. & alij Patres communiter. Et ita intelligendum esse, constat primò ex altero loco eiusdem Matthæi cap. 5.

Secundò ex verbis aliorum duorum Euangelistarum, Marci, & Lucæ, atque etiam Apostoli Pauli; qui apertissimè dicunt, nulli licere ad nouas nuptias transire priori viuente coniuge, nec vllam causam excipiunt. Quare S. Augustinus libro 1. de Adulterinis coniugijs, cap. 9. *Qui sumus*, inquit, *vt dicamus: est, qui mœchatur, vxore dimissa, alteram ducens: & est, qui hoc faciens non mœchatur? cùm Euangelium dicat, omnem mœchari, qui hoc facit.* Et iterùm de Pauli verbis loquens lib. 2. cap. 4. inquit: *Hæc verba Apostoli, toties repetita, toties inculcata, vera sunt, sana sunt, plana sunt*, &c. *esse desinit vxor prioris, si dormierit vir eius, non si fornicetur. licitè itaque dimittitur coniux ob causam fornicationis; sed manet vinculum prioris: propter quod fit reus adulterij, qui dimissam duxerit etiam ob causã fornicationis.*

Tertiò, quia illa verba, quæ in eodem Matthæi cap. 19. subijciuntur: *Et qui dimissam duxerit, mœchatur*: vel intelligi deberent, cùm eadem exceptione præcedente, *nisi ob fornicationem* dimissa sit: vel vniuersaliter sine illa exceptione. Si primùm: ergo melior foret conditio vxoris fornicantis, quàm castæ, quæ iniustè dimissa, nubere alteri non posset: quod quidem esset contra iustissimam Christi legem

Իա 21 [illegible]

Իբ 22 [illegible]

Իգ 23 [illegible]

[illegible]

տեսանես՝ ի վերայ որ յիշեալ պատահականն
ամուսնութեանց։ Թէ Մով̃ ետ մեզ.
զի կարողէ լուծանել. զայս ասեն, որ
չնայ արձակելով զկինն իւր և զայլ
ն առնելով. և զայս այլ ասեն, որ զկնոյն
զարձակեալն ոչ շնայ։ Եթէ ասէ աւետարա
նն. Թէ ամենայն որ զայս գործէ,
շնայ։] Եւ զորձլ իւրեն բանականն պարզապէս
ասէ, քանզի բանիւք առաքելոյն բազումք
ցն ամուսնակաց կոչեցեալք և հաստատեալք.
այլք՝ ծնողութեան են, կենդանութեան են, ող
ջամիտ են, յայտնութեան են։ Թողու կնոջ
լինել ամուսնականն, եթէ մեռցի այրն նո.
այլ ոչ եթէ ինչըն պատահականայցէ։ որ
ման է՝ արդարեւ արձակել զկինն պատա
ճառաւ պոռնկութեան. բայց մեայ
շաղկապին նորա. ուստի և ոչ շնայ,
որ առնու զարձակեալն պատճառաւ
պոռնկութեան։]

Եւ երրորդ՝ վա̃ զի այլ բանիւքն, որ
ի նոյն. ԺԹ. երրորդ՝ զկնոջ մեռեալ հե
տեւեալ այսպէս։ Եւ որ զարձակեալն
առնու, շնայ։] կամ իմանանցն բացայայտ
ձակեալ և ընթացուայն առանց
այնր Թէուն. եթէ ոչ արձակէ
այլ եղէ վասն բանին պոռնկութեան. և
կամ իմանանցն համաձայնութիւն Թէու-
Թէս. ԺԹ. որ առնու զարձակեալն
առանց բանին պոռնկութեան, շնայ.
և որ առնու զարձակեալն վա̃ բանին
պոռնկութեան, ոչ շնայ։ Եւ Եթէ համա
ռակորդքն ասորադարձիցեն զառաջինն,
ուրեմն առողջն մնայ է, և ոչ նորոգոյն։
քանզի Թէ նորոգեսցէ զերկրորդն,
ուրեմն լա̃ ասացեալն էր նորոգութիւն
պատանելի կնոջ բանն զորջ
ունելին, իբրաւ ասէր արձակեալ. կամ
էր ամուսնանալ առնն այլում. և ոչ
խոսքն, անիրաւ ասէր արձակելոյ,
ոչ կարէր զնոյն գործել։ Իսկ այս
լին

gem. Si secundum: ergo quomodocunque vxor à viro dimittatur, siuè iustè ob fornicationem, siuè iniustè, semper qui eam duxerit, mœchatur; ac proindè nunquàm soluitur matrimonium quoad vinculum. Nisi fortè dicant, mœchari etiam eum, qui vxorem ob fornicationem dimissam duceret; non quòd soluta illa non sit à vinculo prioris coniugij; sed quia in pœnā peccati prohibitum illi esset, alteri viro nubere. sed hoc rectè dici non potest; quia qui solutam mulierem, cui sit prohibitum nubere, in vxorem duceret, non mœcharetur, seu adulteraret; sed tantùm fornicaretur: quarè neque in hoc sensu verificaretur illa Domini propositio: *Et qui dimissam duxerit, mœchatur*.

Իդ 24

Իե 25

Probatur secundò ratione; quia si viro liceret (vt censent Aduersarij) vxorem adulteram dimittere etiā quoad vinculum, & aliam ducere; liceret similiter ipsi adulteræ alteri viro nubere; quia nulla lex extat, quæ soli coniugi innocenti nouas concedat nuptias; tum quia dirēpto matrimonij vinculo ex parte vnius coniugis, necessariò dirimeretur etiā ex parte alterius: proindè non magis ille, quàm iste aliud posset inire matrimonium. At hoc dici non potest; primùm quia nullus ex peccato commodum reportare debet; ergo non licet coniugi adulteranti ad aliud magis optatum transire connubium: deindè, quia hoc esset adulteran-

Իզ 26

terandi occasio volentibus alia matrimonia quærere.

Præterea, matrimonium Christianum post consummationem significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, vt asserit Apostolus Ephes. 5. Sed hæc coniunctio est omninò insolubilis: ergo & vinculum matrimonij Christiani.

Probatur tertiò ex traditione veterum Patrum, qui docuerunt, nulla de causa licere coniugi, altero viuente, nouum contrahere matrimonium: Ita Hermas lib. 2. mandato 4. Athenagoras in Apologia pro Christianis; Clemens Alexandrinus lib. 2. strom. cap. 12. Tertullianus de Monogamia, cap. 9. Origenes tract. 7. in Matth. Basilius Magnus epist. 1. ad Amphilochium, cap. 6. Ambrosius lib. 8. in caput 16. Lucæ; Epiphanius hæres. 59. contra Catharos; Hieronymus Epist. ad Oceanum de obitu Fabiolæ, & in epist. ad Amandum; Augustinus de bono coniugali, cap. 7. 15. 18. & alibi passim; Chrysostomus homil. 17. in Matt. & reliqui omnes Ecclesiæ Patres, ac Doctores.

Probatur quartò ex definitione sacrorum Conciliorum: Nam hoc ipsum definiere non solùm recentiora Concilia, Florentinum in Decreto pro Armenis, & Tridentinum sess. 24. can. 7. verùm etiam antiquiora, vt Concilium Elibertinum, can. 9. Arelatense 1. can. 10. Mileuitanum, can. 17. Africanum can. 69. Anglicanum, can. 10. Trul-

ԻԷ 27 լինէր ընդդէմ առաքելոյ օրինացն էր.
զի ոչ է՛ արժան ՚ի չարաբարութենէ
վասն ընելոյ. և ՚ի բարեգործութենէ
զրկանիլ :

Դարձեալ պատմենիցէ որ առ այս. Թէ և ս որ առնու զարձակեալ արանէին, չնայ. ոչ Թէ լուծեալ ոչ իցէ կապն նորա. այլ վասն զի առ ՚ի պատուել մեղացն իւրոց արգելեալ լինի նման կրկին ամուսնանալն : Բայց ընդդէմ առնին է՛. զի նա, որ առնուլ կին արձակեալ ՚ի կապմանէ առն, և միայն արգելեալ ՚ի յամուսնանալն վասն պատուոյ մեղացն իւրոց. ոչ չնայր
ԻԸ 28 այլ միայն պոռնկանայր : Աւրենն և ըստ այդ պիսի մտաց առ ա էր ասացեալն ըն. Թէ էա որ զարձակեալն առնու, չնայ :

Երկրորդ" ցուցանենն բանն բանականութեան : բանզի ՝ եԹէ առն մարԹ լինէր արձակել զկինն իւր ըստ կարգի վասն պոռնկութեան, և զայլ կին առնուլ. ապա և նմանապէս մարԹէր և ս արձակելոյ կնոջն զայլ այր առնուլ. զի ոչ որ օրէնք գտանին. որ միայն միում մասնաւոր ամուսնոյ տայցէ կրկին ամուսնանալ. և ոչ և ս միւսում
ԻԹ 29 մեղաւորութեանն : Նաև և զի յորժամ լուծանիւր ամուսնական կապն ՚ի կողմանէ միոյ ամուսնոյն. ՚ի հարկէ լուծանի և ս ՚ի կողմանէ միւսոյն. ապա և երկոքեանն կարէին ամուսնանալ ու-մ կանանն : Բայց ոչ կարենայ զայս ասել. նախ՝ զի ոչ կարէ ոք ՚ի չարաբարութենէ իւրմէ վասն շահել. ապա ոչ կարէ կին վասն պոռնկութեան իւրոյ շահել զեղծանութեն անպատիժ լով առ ցանկալեաւ հանգամանս : Երկրորդ" զի այս առայր անէղն և պատմութ. պոռնկականոլոյ ամուսնոյն, որ կաս-

մէին

մեծէն անցանել առ այլ պսակս : ու- րեմն առնելի է . Թէ ոչ որ կարէ զնա պա- գճառուն ուրուք լուծանել զհաստատուն կա- տարեալ պսակեն . մինչ դեռ կենդա- նի է ամուսինն նորա :

Լ 30 Նաև և դրէ՝ քանզի քրիստոնէից պսակն , որ եղէ մաքրութեան դաւա- նութեամբ կատարեալ , նշանակէ զմի- աւորութիւն քրի ընդ եկեղեցւոյ . որպէս դրէ պօղոս առ եփեսացիս : նոյն այս միաւորութիւն է ամենեքին անքակ- տելի : այսպէս ուրեմն և անքակտելի է ամենեքին քրիստոնէից կատարեալ պսակն :

Լա 31 Երրորդ՝ ցուցանի վկայութեամբ հին սրբոց հարցն . որք ուսուցին , թէ ոչ քնաւ երբեք կարէ մի ամուսին կրկին ամուսնանալ մինչ կենդանի է միւսն և այսպէս են հնաւանդքն : հերձուած ՚ի չորրորդ՝ հրամանին երկրորդ՝ գլոցին խո- րոց . առանձնապէս ՚ի գիրս ընդդէմ անհաւատից . կղեմէս առաքելական ցնն ՚ի յերկրորդ՝ գիրսն սահմանադրութեան . Թէրտուղիանոս յետնորդ՝ գլխոյն գլոցն յիղգս միամուսնութեան . որոգինէս յետ- Թնեկիորդ գիրս մեկնութեան ՚ի վերայ մատթէոսի . մեծն բարսեղիոս յառաջին

Լբ 32 թուղթն առ ամփիլոքիոս . ամբրոսիոս յութերորդ՝ գիրս մեկնութեան եւղե- րոյ ղուկասու . եպիփանն ՚ի . ԾԹ . երրորդ՝ գլխոյն գրոցն որ ընդդէմ հերձուա- ծոց . Տերտուղիանոս ՚ի թուղթն առ ամէն- սաս , և ՚ի թուղթն առ ամանդոս- օգոստինոս ՚ի գիրս ամուսնութեան բա- րեաց . ոսկեբերանն ՚ի . ԺԷ . երրորդ՝ նեռ- քողեանն ինքն մատթէոսի . և այլքն համ հա- րանց եկեղեցւոյ :

Չորրորդ՝ ցուցանի առ հնանդիմանութեամբ սրբոյ ժողովոցն: զի նոյնպէս հաստա- տեցին ոչ միայն նոր սրբ ժողովքն

փլը

Trullanum, can. 87. & 98. Foroiulienſe, can. 10. Triburienſe, canone 46. Nannetenſe, can. 12. & Ferrarienſe in Tract. de Sacram.

Probatur denique ex Decretis Summorum Pontificum: Clemens Romanus in can. Apoſt. referens, & confirmans Apoſtolorum Canonem 48. inquit: *Si quis Laicus, Vxorem propriam pellens, alteram, vel ab alio dimiſſam duxerit, communione priuetur.* Hoc idem clariùs de vtroque coniuge decreuerunt, Euariſtus in Epiſt. 2. Innocentius I. in Epiſt. 3. ad Exuperantiũ, cap. 6. Nicolaus I. in Epiſt. 59. Ioannes VIII. Epiſt. 65. & 198. Alexander III. de Sponſalibus, & Matrimonijs, cap. *Exparte*; & de Diuortijs, cap. *Quæſiuit*. Innocentius III. de Diuortijs cap. *Gaudemus*; & alij.

Obijcies: Extra votum nullus tenetur ſeruare perpetuam continẽtiam: ſed tenetur coniux in aliquo caſu in perpetuum ab altero ſeparari, ſi ſcilicet non poſſit cum illo cohabitare ſine iniuria Creatoris, &c. vt infrà: ergo poſſet in tali, aut ſimili caſu trãſire ad alias nuptias.

Reſpondetur, quamuis per ſe nullus obligetur ad continentiam, poſſe tamen aliquem perpetuò ad illam obligari per accidens; ſicut ſi vxor ab hoſtibus captiua ducatur in longinquam regionem, vel in carcere perpetuò viuat, vel in morbum incidat, qui copulam non patiatur: ergo ſimiliter, ſi cum illa cohabitare nequeat ſine offẽſa Dei,

Obijcies secundò: Licitum erat in Lege veteri Iudæis coniugibus ob eorum cordis duritiam soluere per Repudium vinculum matrimonij: ergo idē licere potest Christianis, quando eadem inuenitur in eis cordis duritia, per quam cōmodè simul cohabitare nequeant. Consequentia probatur: quia durante causa legis, æquum est, vt lex eadem duret.

Respondetur primò, negando Antecedens: non enim erat id Iudæis licitum, sed tantùm permissum, vt minus malum, ad maius euitandum. Respondetur secundò: transeat Antecedens, quod Doctoribus nonnullis videtur probabile; nego tamen Consequentiam: nam Christus licitam eam permissionē, Iudæis concessam in lege veteri, apertissimè reuocauit in noua, cùm ait Matth. 5. *Dictum est antiquis*, &c. *ego autem dico vobis* &c. *& qui dimissam duxerit, adulterat.* Et Marci. 10. *Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet.* Et rursùs, *quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam: & si vxor dimiserit virum suum, & alij nupserit, mœchatur.* Ad probationem respondeo, matrimonium Christianum esse Sacramentum, peculiarem cōferens gratiam, qua incommoda coniugij facilè tolerentur: tale autem non erat matrimonium Iudæorum: ideò non reperitur in vtrisq; eadem causa prædictæ legis.

Ex dictis compertum habent Ar-

գլորեցելոյ 'ի սահմանսն մեր միութեան
ՀԳ նութեն հայոց, և ողջնթոյ 'ի յեւթ
33 ներդ" կանոնի. Ի. ՐԴ" ժողովական.
այլև հնագոյնքն. ԺԸ. ժողովն ելի
բերոսոյ յիններորդ կանոնի. Ժողովն
արելաւտոյ 'ի ստաններդ" կանոնի. Ժո
ղովն միլէվիտոյ 'ի. ԺԷ. երդ" կանո
նի. Ժողովն ափրիկական 'ի. ԿԹ. ե
րդ" կանոնի. Ժողովն անգղիկականն 'ի
ստաններդ" կանոնի. Ժողովն հռոմա
նամետ-պոլսի. ԺԹ. ղեկերորդն ան
դերականն, 'ի. ՃԷ. երդ" կանոնի. և
և այլք ոմանք:
Եւ հինգերորդ" ցուցանի 'ի կացու
ՀԴ ցմանց հին հարցասիրութեանցն հաւաքմայ.
34 զի ոչ [illegible] կոչէմքս աշակերտ առաքելոցն
և այսոց, շարադրեալ զկանոնս առա
քելոցն. մանաւանդ զայն, որ է. Խը.
երդ". և ասէ այսպէս. Եթէ ոք աշ
խարհական արձակէ զկինն իւր, և
զայլ առնու, կամ զլայլմէ արձակե
ալն. զրկեալ լիցի 'ի հաղորդութենէ:]
Եւ զայս կանոնեցին յայտարարութեա
բար այլ պատրիարքն հնաւորք. ԺԸ.
եկեղեցական. ԵՆօրէնութեան առաքելն.
նիկողայոս առաքեն. յոհաննէս ոս
Թերդ". աղէքսանդրոս երդ". և ին
ՀԵ նովէնտիոս երդ".
35 Առաքելոց. Թէ 'ի հին օրէնսն
ներեալ էր և հրէից մի խստասրտու
Թեանցն լուծանել զկապն առաջնա
գոյն պսակին, և առնանել առ այլ նոր
պսակ. այլ ուրեմն և ներեալ են
լինի այս քրիստոնէից ամուսնոյ, յոր
ժամ գտանի 'ի միջնոցն նոյն խստա
սրտութիւն, որով ոչ կարասցեն դիւ
րաւ առնել զծանրութիւնս ամուս
նութեան: Եղբայրացուցութիւնս ցու
ցանի. զի յորժամ լինի նոյն պատճառ
օրինաց ինչ. պարտ է' և նոյն օրէն

չէ լինել ։ այսմ ասացեալս և այլ ։
Պատճառն ուսանելոյդ զերդմնակացու-
թեան ։ զի քա՛ ՚ի նոր օրէնս եբարձ ՚ի մի- ԼԶ 36
ջոյ զայն նեղութիւն, որ յառաջ առա-
ւել եղև հրէիցն ․ զի ասաց ՚ի մատթ․
Ժ․ եր՞ գլխն ․ ելանայուն առաքեալ-
ցն ․ թէ որ արձակէ զկին իւր ․ տացէ
նմա զգիր արձակման ։ բայց ես աս-
եմ ձեզ և այլն ․ և որ պարձակեալն
առնու, շնայ ։] և ՚ի մարկոս ․ տասն
երր՞ գլխն ասէ ․ Զոր աստ-ուած զուգեաց,
մարդ մի մեկնեսցէ ։] և յետոյ դար-
ձեալ ասէ ․ եթէ այր արձակեսցէ զկին
իւր, և առնուցու այլ, շնայ ։ և կին
եթէ ելցէ յառնէ իւրմէ, և լինիցի ԼԷ
առն այլում, շնայ ։] Նաև առ սու- 37
րբ-ն եղբայրակցութեանն առաքեալ և
թէ ընթանակեցի պատկեն է՛ առ-ջեւ խոր-
հուրդ, և պարգև է ամուսնոյ զար-
ձակ չարչարանաց ՚ի ամուսնել քաղաքեա
զծանրութիւնս ամուսնութեանն ։
եւս պատկին հրէից ոչ ասաց զչարորդա-
չուս ․ քա՛ այսուհետև ոչ գոյ ՚ի մէջ երկոց
ուխտին նոյն պատահմունս նեղութեան ։
Աշխարհ՝ ՚ի նախապատկերացեալ յայտ լի-
նի հայոց հաւատեան ․ թէ կարեն
օրինաւոր և կատարեալ պսակին իւ-
րեանց ոչինչ պատահմունս արգասիք կա- ԼԸ
րէ լուծանել ․ ոչ և ոչ եթէ մի որ յա- 38
մուսնոյն ուրանայցէ զհաւատս քր-,
և լինի անհաւատ ։ զի յայտնապէս թէ
ոչ կարէր մեռան քակտանել յաւուր
ցողէն ըստ անկողնոյ և բնակութե ․
այլ և ս հարկաւոր էր իւր ՚ի նմանէ բա-
ժանել եթէ ոչ կարէր բնակել ընդ-
նմա առանց կարծեաց ուրացողու-
թէ կամ այլ ինչ մեղաց ։ սակայն ոչ
կարէր բնաւ ինքն նոր պսակ առնել ընդ
այլում ։
Բայց՝ առարկեսցես ընդ դէմ որ-
բա

Armenij, matrimonium suum, ratum, & consummatum, nullam prorsùs ob causam quoad vinculum solui posse, etiamsi alter coniugum à Christiana fide desciscat, & fiat Mahometanus, vt plerumq; apud ipsos accidit: in quo quidem casu licitè posset fidelis ab Apostata separari quoad thorum, & cohabitationem, immò teneretur, si habitare cum eo nequiret sine contumelia Creatoris: non posset tamen nouas inire nuptias cum alio coniuge.

Sed instabis: si ex duobus coniugibus infidelibus non baptizatis, alter ad fidem Christianã conuersus baptizaretur, nec posset cum infideli cohabitare sine iniuria Creatoris; tunc licitè nouus Christianus, soluto prioris matrimonij vinculo, transiret ad alias nuptias: ergo idẽ similiter fieri posset, si ex duobus Christianis coniugibus alter à fide descisceret.

Respondetur, negando Consequentiam, Antecedente concesso: & disparitas est, quia in priori casu matrimonium, inter infideles contractum antè Baptisma, & si ratum esset, ac firmum ex natura sua, tamen non esset Sacramentum; & ideò deesset illi ratio potissima insolubilitatis: in posteriori verò casu matrimonium, post Baptisma contractum, esset verum Sacramẽtum; proindè mirum non est, si maiorem insolubilitatis rationem haberet.

թա՛ւ ։ զի եթէ յեկեղեցւոյ անհնազանդ եւ անմիաբանեալ առնումն ՝ միայն ընդունելի զհա-ճառն է, եւ միջամուտ, եւ ոչ կարէ բնակել ընդ միաւորեալ անհնազանդսն առանց կործանման միոյն. յաղագս այսորիկ եւ նոր հնազանդեցելոյն լուծանել զկապն առաջնորդին պատճառն, եւ անուանեալ ընդ քրիստոնեայս ուխտ ։ ապա ուրեմն եւ նոյնպէս կարէ առնել միայն յեկեղեցւոյ հնազանդեցեալ առնումն, յաղագս միայն ուրախութեան զհաճառն է ։

Պատճառն ընդունելով գալ առաջարկութեան. եւ ուսանելով զեկեղեցականութիւն յարաչարուցին ։ եւ պատճառ առաջնորդութեան է. վա զի պատճառն, որ ՚ի մէջ անհնազանդ եւ անմիաբանելոյ լինի. Թէպէտ օրինաւոր իցէ եւ հաստատ քան իւր բնութեան. սակայն ոչ է ուրեք խորհուրդ. սակս այսորիկ եւ ոչ է բաղադրելոյ անլուծանելի. բայց ՝ հնազանդելոյ պատճառ է ուրեք խորհուրդ. վասն որոյ եւ անլուծանելի անդնանի ։

DE DIVORTIO

Et Dispensatione in impedimentis Armeni Matrimonij.

Sectio VIt.

QVæritur circa primum: quibus de causis inter coniuges fieri possit diuortium, hoc est, separatio quoad thorum, & cohabitationem, manente vinculo coniugali?

Respondetur, licitum esse diuortium, si fiat duabus tantùm de causis: nimirùm vel ex consensu vtriusque coniugis, ad altiorem statum acquirendum; vt si vterque continentiam perpetuam voueat, & ad Religionem transeat, iuxta quod intelligitur illud Matth. 19. *Omnis, qui reliquerit Vxorem propter nomen meum*, &c. Vel si fiat sine consensu ob crimen alterius coniugis, idque triplex: Primum est, si alter coniux in apostasiam, vel hæresim

ՅՂԳՍ ԱՐՁԱԿՄԱՆՑ

ա̄

1 Բաժանմանն ՚ի միմեանց ։ Եւ մի՛ Թէ հայոց կԹղին կարող իցէ ներել ննջ̃ արգելմանց պսակին ։

Յեսին ղ̃ին ։

Հարցանի նախ. Թէ որոց պատճառաց աղագաւ արժան իցէ առն եւ կնոջ բաժանել ՚ի միմեանց ըստ անկողնոյ եւ բնակութե. անբա զի մնալով ՚ի մէջ նոցա կապն ամուսնականն ։

բ̄

2 Պատասխանի. Թէ օրինաւոր եւ արժան է ամուսնոց բաժանումն այնպէս առնել. եթէ նկատէ ՚ի յերկուց պատճառաց միայն. առաջինն պատճառ է հաւանութիւն երկոցունց ամուսնոյն. յաղագս երկուքեանն կամին բաժանել ՚ի միմեանց ըստ բնակութեան վս̃ ողջախոհական կենցաղոյ ուխտադրութե, կամ վասն կրօնաւոր լինելոյ. ըստ աւետարանական խրատուցն. Թէ ամ որ ոք Թողուցու զկին վասն անուան իմոյ. զկնանս յաճախելեանկանս ժառանգեսցէ ։ Եւ երկրորդ պատճառ

է՛

է՛ մեղք միոյ ամուսնոյն. և այս եռա-
կի. Առաջին մեղք է՛ ուրացողութի(ւն)
կամ հերձուածողութի(ւն). ըստ այնմ
զոր գրէ առաքեալն առ Տիտոս. Թէ յառ- Գ
նէ հերձուածողէ յետ միանգամ և 3
երկիցս խրատելոյ հրաժարեաջիր :]
Երկրորդն է՛. եթէ միոյն այնպէս յորդո-
րէր զմիւսն առ 'ի մեղանչել. մինչ զի
ոչ կարէր այս բնակել ընդ նմա առանց
կարծեաց մեղանչելոյ. ըստ այնմ զոր
տէրն ասաց 'ի Մատթ. ԺԸ. երգ" գլխոյ.
եթէ ակն քո գայթակղեցուցանէ զքեզ.
խլեա զնա, և ընկեա 'ի քէն :
Եւ երրորդն է՛ պոռնկութի(ւն). զորմէ Դ
տէրն խօսեցաւ 'ի Մաթէի. Ե. երգ" 4
գլխոյ. որպէս 'ի վերոյ : Բայց՝ գի-
տելի է. զի ոչ կարէ այր բաժանել 'ի
պոռնիկ կնոջէ իւրմէ, եթէ ինքն ևս
պոռնկացաւ. և կամ հաճեցաւ
պոռնկութե(ան) կնոջն. և կամ զկնի ծա-
նուցելոյ զկնոջ պոռնկութի(ւն), խառ-
նեցաւ մարմնաւորապէս ընդ նմա :

Եւ ըստ այսմ վ(ասն) միոյ 'ի յերից մեղացս
այսցանիկ. և ոչ վ(ասն) այլոց. կարէ անմեղ
ամուսինն անձնիշխանաբար կամօք բաժա-
նել յանկողնոյ մեղաւորաց ամուս-
նոյն. և ևս 'ի տանէ նորա եթէ մեղ-
քն հրապարակական լինի : Բայց՝ եթէ Ե
կայ 'ի ծածուկ. ոչ կարէ բաժանել 5
ըստ իւրեան անձնիշխան կա-
մօք, այլ զկնի վճռոյն եկեղեցական
դատաւորի. զի այս բաժանումն
լինի հրապարակական, և կարէր գայ-
թակղեցուցանել զժողովուրդ :

Առարկեսցես. թէ Ք(րիստո)ս խօսեցաւ վ(ասն)
պատճառի բաժանմանն ամուսնոցն 'ի
միմեանց՝ միայն յիշատակեաց զպոռ-
նկութի(ւն) : ապա ուրեմն այլ երկու
մեղքն ոչ են օրինաւոր պատճառ այս
պիսի բաժանմանն :

resim incidat, iuxta illud Apostoli Tit. 3. *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correctionẽ deuita.* Secundum, si ita impellat alterum ad peccandum, vt nequeat is cum illo cohabitare sine periculo offendendi Deum, iuxta illud Matt. 18. *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Tertium, si adulterium cõmittat, de quo loquutus est Dominus Matthæi 5. *Omnis, qui dimiserit vxorem suã, excepta fornicationis causa,* &c. Sed in hoc tertio intelligendum est: nisi coniux dimittẽs eodem crimine teneatur; vel nisi cõsenserit alterius adulterio, vel, si post cognitũ alterius adulteriũ, cum eo rem non habuerit: alioquin nõ posset licitè illũ dimittere.

Ob tria ergo crimina hæc, & nõ alia, licet coniugi innocenti ab altero separari, quantùm quidem ad thorum ex proprio Iudicio, modò verè nouerit coniugis crimen: quãtùm verò ad cohabitationem, quæ res est publica, & alios scandalizare potest, non nisi post Ecclesię Iudicium, ac sententiam, si crimen non sit publicum, & possit interim cum eo cohabitare sine contumelia Creatoris.

Dices: Christus posuit pro causa Diuortij ex crimine solam fornicationem, seu adulterium: ergo alia duo crimina non sunt legitima causa Diuortij.

Respondetur, Dominũ in causa Diuortij solius fornicationis mentionem fecisse; Primò, quia sola fornicatio est ratio peculiaris, ac

propria separandi coniuges, vt potequæ directè, ac per se opponitur fidei coniugali; reliqua verò duo crimina per accidens se habent ad matrimonium, & sunt rationes communes, per quas solui etiam possunt omnes aliæ confœderationes: nam propter hæresim, & inductionem ad peccandum, separari etiam potest filius à patre, soror à fratre, seruus à Domino, &c. Christus ergo has alias causas non exclusit, quas sciebat esse communes. Secundò, quia sola fornicatio, si semel admittatur à coniuge, potest esse legitima causa perpetui Diuortij, de quo Christus tunc loquebatur, & Pharisæi eum interrogabant, Matth. 19. Nam, etiamsi coniux adulter resipiscat, & se emendet in posterum; quia tamen fregit quandoque datam fidem, potest alter innocens ab eo perpetuò separatus manere. Ob alia verò duo crimina non liberatur coniux innocens à redditione debiti, nisi ad certum tempus, quandiù scilicèt ea crimina durant, & coniux reus non resipiscit.

QVÆRITVR circa secundum: An liceat Armeno Patriarchæ in Impedimentis, iure solùm communi Ecclesiastico matrimonium dirimentibus, apud suos Armenios dispensare? Hanc sanè dispensandi facultatem, certum est, de iure non competere nec Armeno, nec alijs Patriarchis Maioribus, sed vni duntaxàt, vt suprà diximus, Summo Pontifici, à quo ius omne Ec-

Պոռնկնի․ Թէպէտ զպոռնկութիւն մի
Զ այն յիշատակեաց՝ Տէրն պատճառան
6 արձակման ; Նոյնն՝ զի միայն պոռնկու-
թիւն ընդդէմ է եւ ուղղակի հակա-
ռակ է՝ ամուսնական հաւատոյն. Իսկ
այլոյ եւ է՝ յաւուրց ինչ պատճառ ամ
ուսնոց բաժանմանն ; Իսկ այլ երկու
մեղքն ըստ պատահման ընդդիմա-
նան պսակին, զի են եւս հասարակա
կան պատճառք բաժանման ամ այլոց
ընկերակցութեանց ; քանզի պատճառա
ւն հերձուածողութեան, կամ յոր
դորդման առ ՚ի մեղանչել՝ կարէ եւս
Է բաժանել որդի ՚ի հօրէ, եւ քոյր յեղ
7 բօրէ, եւ ծառայ ՚ի տեառնէ, եւ այլն :
Ապա այսորիկ քն ոչ յիշատակեաց
զայսպիսի այլ պատճառս․ զի գիտէ
էր, թէ հասարակք էին ; Երկ
րորդ՝ զի փարիսեցիքն յայնժամ հարցա
նէին զՔն վն մշտնջենաւոր բաժան
ման ՚ի կնոջէ ։ եւ միայն պոռնկութիւն
կարէր տալ պատճառս մշտնջենաւոր
բաժանմանն ; զի թէպէտ եւ պոռնիկ
ամուսինն դառնայցէ ՚ի միտս եւ ուղղա
նայցէ ՚ի մեղաց․ սակայն՝ քանզի մի ան
գամ դրժեաց հաւատոյն կարէաց .
Ը կարէր միւսն միշտ մնալ բաժանեալ
8 ՚ի նմանէ ; բայց՝ վն այլոց երկուց մե
ղացն ոչ միշտ, այլ միայն առ ժամա
նակ մի ազատի անմեղ ամուսինն ՚ի հա
տուցմանէ մարմնաւոր պարտուցն .
ԺԹ . յորքան Ճանկի մեղապարտ ամու
սինն մնայ ՚ի մեղս․ զի յորժամ անդրէն
դառնայ ՚ի մեղացն․ հարկաւոր է միւ-
սն դարձել միաւորել ընդ նմա ;

Երկրորդ խնդրի․ մի՛ թէ հայոց
կթղկս կարող իցէ ներել իւրն ազգել
մանցն որ խափանեն զպսակն եկեղե
ցական օրինօք ; Յորոյ վերայ գիտե
լի է․ զի յայտ է՝ առ ամենեսեան․ Թէ

այս

այս իշխանութիւն սկզբնաբար և ըստ
ինքեան ոչ պատկանին այլում, բայց
միայն գլխոյն ընդհանուր եկեղեցւ-
ոյ. զի դա է՛ միայն փոխանորդ քի, և
ինքնակալ հայրապետ, յորմէ կախին
ամ̃ եկեղեցական մարդկային օրէնք
քն չունին այլ, զոր այժմ խնդրեմք,
է. մի՞թէ հայոց կաթողիկոս ունի զայս
իշխանութիւն, ոչ ըստ ինքեան, այլ
ըստ պատահման. յմ. եթէ հաղոր
դեալ նմա շնորհօք՛ի գլխոյն, կամ՛ի
կամենալ ուրեք. և կամ եթէ մուծեալ
՛ի ձեռն նորա ՛ի հին սովորութենէ ինչ:

Առ որ՛ առ այս խնդիրս պատասխան
եմք բացասաբար. և ցուցանեմք. քանզի
զի ոչ գոյ կանոն եկեղեցւոյ պատմեալ-
որ շնորհեսցէ զիշխանութիւն զայս
կաթողիկոսի հայոց. և ոչ որ հասարակ
սովորութիւն եղև երբէք ՛ի մէջ նոցա.
Թէ ուրեանց կաթողիկոսն ներեսցէ իւրքն ա-
խառնեցեալ արգելմանցն ազգականին:
այլ և ոչ սովորութիւն են ինքեանց հայք
ամուսնել պսակ ինչ. որ կարօտեսցի նե-
րութեան իւրեանց արգելմանցն:
Եւ յորժամ երբեմն իշխան որ հայոց
ակնածութեամբ այսր նմանութեան. այս
համբերը գնալ ՛ի մեծ է քահանայապետ
ունէր հռովմայ: Ուստի ՛ի ժամս քո
նէ ... պապայն ուխտեցելոց, և
կաթողիկոսն հայոց առն գրեցաւ ՛ի սմ
սոյ, զայս մեծ իշխան ամս հայոց ըստ
պատ ամուսնացեալ. որ էր ամուսնացեալ
ընդ ազգականին իւրում ՛ի յերրորդ
աստիճանի արենակցութեան. յա. ընդ
խառնելոյ դստեր իշխանին ուրուք, որ
անուանի յոպպեացւոց քաղաքին: և զայս
պատմեալ արարեալ էին հրամանաւ
ամ̃ սահմանադրին կաթողիկոսի. որ նանաւ
էր յառաջ քան զատացեալ զփոխարէն
՛ի ոքոյ. և էր իւր այսր երկրորդութեան

պատ

Թ 9 Ecclesiasticum authoritatẽ habet. Ergo solùm quæritur, an saltem ex prisca vlla consuetudine, aut priuilegio, talem facultatem Armenus habeat, fortè ob nimiam ab Vrbe distantiam? Siquidem, vt definiuit Nicolaus Papa in cap. *Conquestus* 9. q. 3. *Primates, vel Patriarchæ nihil priuilegij habent præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri Canones concedunt, & prisca consuetudo eis contulit.*

Ժ 10 Respondetur breuiter negatiuè. Ratio est, quia nullus extat Canon, qui hoc dispensandi priuilegium Armeno Patriarchæ concedat; & nulla est, nec fuit vnquàm inter Armenos consuetudo, vt in prædictis matrimonij impedimentis eorum Patriarcha, vel Episcopus vllus dispenset. Ex quo factum est, vt & Armeni ipsi vix soleant matrimonia vlla inire, quæ pro impedimentis dirimentibus dispẽsatione indigeant; &, si quis vnquàm ex eorũ Magnatibus ad matrimonium huiusmodi aspirauit,

ԺԱ 11 à Romano solùm Pontifice dispẽsationem quærere operæ pretium duxerit.

Quapropter Armenus Princeps Sembat de Botha, cùm hæc prius ignorans, Isabellam, Ioppensis Comitis filiam, in tertio consanguinitatis gradu sibi coniunctam, Armeno Patriarcha Stephano temerè dispensante, in vxorem duxisset, admonitus posteà fuit à Gregorio Patriarcha, Stephani successore, vt in irrito matrimonio nõ

per-

persisteret, nisi legitimam à Romano Pontifice Bonifacio VIII. dispensationem obtineret. Quarè idem Sembat, & Isabella Bonifacium suppliciter rogauerunt, vt in contracto perperàm matrimonio licitè deinceps persistēdi sibi facultatem concederet: ad quos ille in Pontificio concessæ dispensationis diplomate sic inter alia respondit:

Bonifac.lib. 4. epist. 268.

Sanè pro parte vestra nobis oblata petitio continebat; quòd vos, tertio ad inuicem consanguinitatis gradu coniuncti, matrimonium contraxistis, vobiscum in huiusmodi copula quondam Stephano, Catholicon in Armenia gerente officium, dispensante: quòdque credentes huiusmodi dispensationem legitimam, diu insimul in tali permansistis matrimonio, filiosque procreastis ex ipso, quorum aliquos iam dicitis militare. Verùm, quia veridica assertione Gregorij, in huiusmodi gestione officij Successoris dispensantis prædicti, peruenit ad vestram notitiam, quòd dicta dispensatio nulla fuit, vtpotè facta ab eo, qui potestatem hanc non habuit dispensādi; nobis humiliter supplicastis, vt quòd in dicto matrimonio valeatis licitè remanere, prolem susceptam, & suscipiendam ex eo, legitimam nunciando, dispensare vobiscum misericorditer dignaremur. Nos igitur attendentes, quòd solus Papa Romanus, qui vocatus est in plenitudinem potestatis, cæteris Prælatis in solicitudinis partes assumptis, secundùm sacros Canones in ijs, & similibus casibus obtinet potestatem, nec immeritò

պսակին յորժ անգէտ և անխիմաստ :
Ժբ 12 Բայց՝ յետոյ կԹղիկոն գրեգոր զգու-
շացոյց զամպատն և զկինն նորա վ̃ն
պոռնկական պսակին . և խրատեաց
զնոսա՛ 'ի բաց կալ 'ի նմանէ մինչ և ցո
ներողութն բոնիֆաչիսոի պապին : Ել̃ն
որոյ գրեցին և աղաչեցին նորա՛ զա-
ղաչանս առ պապն , խնդրելով 'ի նո
մանէ . զի ներողութն շնորհեսցէ նմ̃ ար
գելմանն պսակին իւրեանց : և պա-
պն լսելի արարեալ զխնդրուածն նո-
ցա . 'ի ներողութն կոնդակին զկնի այ
լոց բանից գրեաց առ նոսա այսմ̃ :
Ժգ 13 ԵԶրդ՝ խնդրուածն ձեր առ մեզ է՛
այսպիսի : եԹէ դուք՝ զոլով մի մն .
անց ազգականք 'ի յերրորդ" աստիճանի
արենակցուԹե , ամուսնացեալդ է
իք հրամանաւ̃ տն ստեփաննոսի կԹղ̃
կոսին հայոց : և օրինաւ̃ որ համարե-
լով զայսպիսի հրամանն՝ միացեալդ
էիք զերկար ժամանակ 'ի մէջ ամուս
նուԹեդ . և ծնեալ էիք զորդիս . զո
րոց ոմանս ասէք զինուո̃ րել : Բայց՝
յորժամ 'ի ձեռն ճշմարիտ վկայու-
Թեան տէր գրիգորի աջորդի տն ստե
փաննոսին էք ծանեալ . Թէ այն հրա-
մանն ոչնայն էր և անօրինաւ̃ որ . զի
Ժդ 14 տուեալ եղև 'ի նմանէ , որ ոչ ունէր
պատաշաճաւ̃ որ իշխանուԹն ներելոյ
նմ̃ այդր իրս . խոնարհաբար աղա-
չեցիք զմեզ . զի զԹուԹբ օժարեա
ցուք շնորհել ձեզ զներողուԹն , որով
կարասջիք յայսմհետէ օրինաւ̃ մնալ
'ի նոյն ամուսնուԹեդ . և զի օրինա
̃որ և հարազատ սահմանեսցուք զոր
դիսդ ծնեալս և զառաջիկայ ծնանե
լիս . Մեք ապա զիտեալ մեր , եԹէ մի-
այն հռովմայ հայրապետն կոչեցե-
ալ եղև 'ի լիուԹն իշխանուԹեց . կը
ցորդս ունելով 'ի հոգս հովուական-
տու-

ութեանն երկրոյ զայլ նախախնամութե-
նա . և թէ նման միայն իշխէ երագս այսո
ցնել և այլ սրբազանականս ունին ըստ
կանոնաց զիշխանութիւն . և երրորդ
արդեօք . քանզի զայլոց սրբոցն հաս
տատեալ յինքեան այ՝ առ ՚ի նորա սյն
դատողն կարգեալ և զերադրին առ
ժանութիւն . [illegible] , և
թէ զիշխանութիւն ներելոյ [illegible]
այլ որ ունէր բայց յայս [illegible]
հաւանաց [illegible] ; նոյն և [illegible],
եթէ պատւոյն է [illegible] . ապա
որոյ և նորոգման իշխանն , եւ եթէ ծառա
յութենս եր նորա , պարտի միայն պատ
շաճիլ առ որ [illegible] ։ Եւ
Եւս զմասն առնուլ . եթէ կանոնքն ,
որ պարտելոյն [illegible] երրո"
առաջնորդ արժանաւորութեան , բանադրա
անն [illegible] հասարակաց նորոգում .
զմ որոյ և ոչ որ ունի զիշխանութիւն
ներելոյ ՚ի մէջ նոցա , եթէ ոչ այն մի
այն , որ և կարէ զնոսա կացուցա-
նել . և է՝ յօրինաց նոցա արձակեալ.
[illegible] . կամ
այլ ոք , որում յատկապէս առեալ
լիցի ՚ի նոյն կանոնացն սոյնպիսի իշ
խանութիւն . որպէս զի երբեմն զմ հար
կաւ որ պատճառի [illegible]
ցի [illegible] ՚ի ձեռն [illegible]
թեան : Ուստի և մեք ասեմք [illegible]
[illegible] հաստատեալ ՚ի
ճշմարտութեան , ասեմք . թէ վերոյ
գրեալ [illegible] ոչ կարող էր
առնել զհրամանն զայն : վմ որոյ ոչ նե-
րող եղև , այլ խաբօղ , և ըստ կարի
իւրում յանդուգն ցրուօղ և աւերօղ
ոյժ կանոնացն : և այլ :] զայսպէս բո-
նի ֆաչիոս :

Արդ եւ երբեւ հայոց կթղիկոսն ոչ ու-
նի զիշխանութիւն զայս ըստ ինքեան,

որպ

Ժե *ritò: nam, cùm matrimonium ad*
ipsius efficacius vinculum, amplio-
15 *rem eius dignitatem, & in priuile-*
gium speciale instituerit ipse Deus; in-
dignum fuisset, vt alij, quàm Ro-
mano Præsuli, Dei Vicario, præro-
gatiua dispensationis huiusmodi debe-
retur: Intuentes etiam, quòd ma-
gnum existat matrimonij Sacramen-
tum, & idcircò eius in dispensando
causa, tanquàm annumerata maio-
ribus, sit ad Petri Sedem solummodò
Ժզ *referenda: ac considerantes, quòd per*
16 *instituta Canonica in matrimonijs*
contrahendis est memoratus gradus
prohibitus; & ideò, cùm Canones
ad sui obseruantiam omnes adstrin-
gant, ille solus, Summus videlicet
Pontifex, qui eos condere potest, qui-
que legibus est solutus, cuiusque au-
ctoritas in ipsis sæpius intelligatur
excepta; vel etiam alius, cui per eos-
dem Canones nominatim concessa sit
dispensandi facultas super illos; vt
per dispensationis lenitatem rigorem
eorum ex causa temperet, potestatem
Ժէ *habebit: irrefragabili veritate sufful-*
17 *ti dicimus, quòd dictus quondam Ste-*
phanus in hoc dispensare non potuit;
propter quod non dispensator extitit,
sed deceptor, & quantum in ipso fuit,
vis, & potestatis Canonum in hac
parte temerarius dissipator, &c.

Cùm itaq; Armenus Patriarcha facultatem hanc dispensandi de iure non habeat, vt demonstrat, & pronunciat in Diplomate Bonifacius: neque ex priuilegio, quod non extat, vt ex ipsa quoque Gregorij Patriarchæ veridica assertione col-

ԺԸ 18 colligitur: neque demùm ex consuetudine, cùm hæc de facto non sit, nec fuerit vnquàm apud Armenos, non dico legitimè per tenacem obseruantiam, & longissimi temporis cursum præscripta, sed ne inchoata quidem, vt experientia ipsa ostendit: certè nulla relinquitur ratio, quà Armenæ nos Ecclesiæ in hac etiam parte (sicut in alijs sæpè, quoad licuit, fecimus) suffragari valeamus.

ԺԹ 19 Et hæc satis de altera Parte huius Operis: in quo tandem aliquandò, Fratres Armeni dilectissimi, pestes Patriæ vestræ Pseudomagistros, scelus in Fidem Catholicam anhelantes, falsa dogmata molientes, extremam Ecclesiæ vestræ perniciem minitantes, per ea, quę sunt hactenùs vel historicè, vel dialecticè dicta, foràs eiecimus; inimicos homines ex agro vestro depulimus; eorum zizania de medio tri- [illegible] radicitus extirpauimus; orthodoxam veterum sanctorum

Ի 20 Patrum vestrorum religionem in pristinum restituimus. Iam nunc superest (quod & prosperè, Deo auxiliante, futurum speramus), vt vos pacis, & concordię fœdus illud, quod Christus Ecclesię suę reliquit, & à vestro *ILLVMINATORE* Gregorio, Regeque strenuissimo Tiridate, cum Siluestro Pontifice Maximo, & Constantino Imperatore nostro pijssimo, fuerat quondam ictum, vt dicitis; torque per secula confirmatum, ac plurièe instauratum, vt nostis; nouissimè ve-

որպէս յայտ է՛. և ոչ իբր ստուգեալ նմա 'ի կանոնաց, կամ 'ի հայրապետացն հրամանաց, որպէս ցուցանէ բանիս փաչի նս. և ոչ ևս իբր մուծեալ 'ի ձեռս նորա 'ի սովորութիւն ումեք, որպէս յայտ առնէ վկայութիւնն գործոյն կեղծկաց. ուրեմն այժմ է ոչ ոք պատճառ գտանի, որով կարօղք մեք լինել՝ և ըստ այսմ մասին Զատագով լինել Հայոց. որպէս և ծանապատ ըստ կարի Զանացաք 'ի գիրս մեր Զատագով լինել նոցա բանիցս անգամ կարացաք զայս առնել Թարց մասա ու ճշմարտութեան և ուղղափառ հաւատոյս: Մինչ և ցայս բաւականացի բանս յայս պատկի, և այլոց մէ խոր հրդ-ոցն եկեղեցւոյ:

Եղբարք սիրելիք ես կոչեմք, մնաբժան կրօնաւոր 'ի կարգէ Թէատինոսաց, և տրուպս ամենաբան վրդպ տաց, չնորհօք մէ հօգւոյն, և բարի խոստումն սրբուհոյ ամենայն, և սրբոյն գրիգորի Հայոց լուսաւորչին 'ի յուս ուրա և կատարութեան հաստուցի ճշմարտութիւն պատմական և վիճաբանական մասանիցս. որ կոչին միաբանութիւն Հայոց եկեղեցւոյ ընդ մեծի եկեղեցւոյն հռովմայ: և այս է դէ 'ի Թվականութեան փրկչին մերոյ. ռ. ռ. կ. 'ի նորբոյ հովուապետութեան մեծի քահանայապետին տն մերոյ ալեքսանդրու եւԹներորդի: Զոր գրեմս ողջամտօ յանձն առնել եւք 'ի վաղուց 'ի խնդրոյ բաղում ուղղափառ Հայոց վրդապետաց բարեկամաց մերոց. որք նոյն միաբանութեան 'ի խորոց սրտի ցանկացեալք՝ ժամութէ յորդորեցին զմեզ բացայայտել միամիտ ազգին նորեանց զճշմարտութիւն մէ հաւատոց. և զխաբէութիւն խոր

րա-

բամանգ պատրողաց ոմանց, որք 'ի չար նախանձոյ և յառելասիրութէ շարժեալք, փորձեցին մոլորական վրդովութբք և աղանդաւոր գրովք, մանաւանդ չարաբանական առասպելութբք, բաժանել զհայս 'ի կթողիկէ եկեղեցւոյ: աղաչեմ զամենեսեան եղբարք մեր սիրելիք փութացարուք ըստ ոխութեն մերում հաւանեցուցանել զինչ բարեպաշտ կամաց ձերոց: ահա զաւերիչս ուղղափառութեանդ յայտնեցաք. ընդդէմ չար որոմն 'ի միջոյ բարի ցորենոյն եկեղեցւոյդ արմատաքի խլեաք. զայս Թշնամիս յաջողակէ ձերմէ 'ի բաց մերժեցաք. և զուղղափառ հաւատս սրբոցն նախահարցն ձերոց 'ի վերստին մաքրութն իւր դարձուցաք: աղ յուսահեմե պահեսջե 'ի ձենջ եղբարք ...ի մեր յս քս. զի և դուք ընթերցողութբ գրոցս գործակից լինիք մերում աշխատութես, խրատելով և զգուշացուցանելով զպարզամիտ ոչխարս ձեր 'ի մոլորութեց և չար հնարից գայլոցն ափշատակողաց և ցրուողաց. և ածելով վնասս 'ի քն Աղմարիտ զաւրթն այն, որոյ առատաքս ոչ ոք կարէ փրկել: և փութասջիք հոգալ. որպէս զի սէր, միաբանութի, և խաղաղութի առաջնագոյն, զոր աւանդեաց քս եկեղեցւոյ իւրում, և զոր 'ի սկզբանէ ունէին 'ի Թուղթն դաշանց սրբազանն հայրապետացն մեր տեղեկագրոս պապին և գրիգոր լուսաւորչին. կրկին անգամ 'ի ներկայումս հաստատեսցի. և եղիցի մեր հօտ և մի հովիւ 'ի փառս համագոյ սբ երրորդութե հօր և որդւոյ և հոգւոյն սրբոյ. ամէն:

Յոհ 21

... verò improbis hæreticorum hominum artibus fœdè violatum, fractum, corruptum, de integro denique sanciatis.

ՎԵՐՋՆ.

Laus Deo, Deiparæque Virgini.

FINIS
TOTIVS OPERIS.

Pag.	*Lin.*	*Errata*	*Corrige*
166.	38.	viuenter	viuentes
186.	21.	autor	author
204.	40.	iudicij	iudici
247.	1.	consanguinitatis gradu	tertio consanguinitatis gradu
293.	22.	Nouitianorum	Nouatianorum
304.	vlt.	qui	cui
374.	33.	mœcaberis	mœchaberis
379.	33.	*reus erit iudicio: qui autem dixerit:*	*reus erit iudicio: ego autem dico Vobis; quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit:*
383.	19.	à suo Illuminatore	ab Apostolis, ac proinde etiam à suo Illuminatore
395.	40.	manù	manũ
399.	15.	coarceretur	coërceretur
441.	33.	mox	modò
442.	1.	& interruptè	& haud interruptè
564.	37.	populum	poculum
598.	36.	Laiis	Laicis
599.	9.	Ecclesiæ	Ecclesia
616.	38.	ommittunt	omittunt
628.	21.	Ezechielia	Ezechielis

ROMÆ,

Typis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide,

Anno Reparatæ Salutis M D C L X I.

Superiorum Permissu.

Galanus, Clemens, d.1666.
... Conciliationis ecclesiae armenae cum romana ex ipsis armenorum patrum et doctorum testimoniis in duas partes: historialem et controversialem divisae ... Auctore Clemente Galano ... Romae, typis Sacrae congregationis de propaganda fide, 1658-90 [v. 1, 1690]
2 pts. in 3 v. 33 cm.

Armenian and Latin.
Microfilm copy (positive) reproduced from the original in Union Theological Seminary, New York, by Dept. of Photoduplication, University of

Chicago Library, for the American Theological Library Association Board of Microtext, 1972.
reels. 35 mm.
Cataloguing from data supplied by Union Theological Seminary.

1. Armenian Church. I. Title.